BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
C
31
NAPOLI

Digitized by Google

ALPHONSVS DE LEONE

Neapolitanus Clericus Regularis.

DE

OFFICIO CAPELLANI

SIVE

Qualiter Sacerdos ratione beneficij, seù Capellaniæ, legati, aut salarij obligari possit ad Missas pro alio celebrandas.

Vbi Clara, ac facili methodo ex varijs Decisionibus Rotæ Romanæ, aliorumq; Tribunaliam deciduntur ferè innumeri casus circa materiam iurium patr. ac legatorum, quæ passim fieri solent pro Missis celebrandis,

NEAPOLI, M. DC. XXXV.
Typis Francisci Sauij Typographi Curiæ Archiepiscopa

Biblioteca Nazionale V. E. NAPOLI

ALPHONSVS DELEON

Neapolitanus Clericus Regularis.

DE

OFFICIO CAPELLANI

SIVE

Quilibet Sacerdos ratione beneficii seu Capellaniæ,
legati aut tituli obligatus ad Missas
pro alio celebrandas.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. D. MARTIO GINETTI

S. R. Eccleſiæ Cardinali Ampliſſimo

S. D. N. VRBANI PAPÆ VIII.

Vicario Vigilantiſsimo:

ALPHONSVS DE LEONE

Clericus Regularis ſempiternam felicitatem.

EN' iam (Princeps Eminentiſſime) præfulgens MARTIVM ſydus, celeſte Leonis *domicilio denuò permeando regreditur, dum fulgentiſſimus iterum MARTIVS ſplendor tuus recens, hunc LEONIS librum perluſtraturus, nũc remeat, ſub cuius benigno influxu ab hinc quatriennio, opus alterum DE OFFICIO, ET POTESTATE CONFESSARII, publicã intuitũ eſt lucẽ, & quidẽ maximè decuit, ut qui primũ illud mearũ lucubrationũ fætũ, tãquã ineuntis meæ clientelæ arrham, ſola Illuſtriſs. Fratris tui Ioſephi humanitate alliciente, tunc quaſi ſpontè, tutiſsimo* Amplitudinis tuæ *patricinio committerẽ, & hunc ſecundũ veluti coactus tibi nunc dicarem. An non cogar* (Cardinalis benigniſsime) *ad hoc alterum qualecumq; volumẽ, me Neapoli commorante editum, tibi nuncupandum tot, tantiſque beneficijs, quibus non ſolum meam Religionem, vt ipſa gratulabunda teſtatur, munificè proſequeris; ſed hunc met quoq; librum, quem fouere, ac promouere, & tanquam rem propriam curare, & ſubſtentare* Eminẽtiæ tuæ, *tam genuinum fuit. Si enim aqua, quam canales, Tubiq; Siphones Romanorũ fontium per foramina in marmoreis LEONINIS capitibus terrebratã, ad Anci Marcij 4. Romanorum Regis delitias eructabant, ob id quòd eiuſdem Regis auctoritate perducta fuerat, ab eo nomẽ ſumẽdo MARTIA dicebatur, teſte* Plinio, *Nonnè, & labores, quos in hoc libro edendo*

effundit LEO *tuus, ex eo quia fauorabili tuo præsidio ad finem perducuntur, Eminẽtissimo nomini tuo* MARTIO *inscribendi erant? Addè quòd eo etiam nomine ad te vnum pertinere videbatur hic liber, vt tui vnius auctoritas, & meis dictis firmandis valeat, & compescendis obtrectatorum linguis sufficiat; in eo enim agitur* De Officio Capellani, *cuius materiæ disceptationes, nè dum tueri potes, vt vindex; sed decidere, vt iudex; VICARIA enim authoritate fungeris, illius, penes quẽ summum huiusmodi controuersiarum arbitrium, Deus esse voluit in terra. Quare hoc qualecunq; munus, in quo nihil est, quod tuo tibi iure non debeatur non dono; sed reddo, non offero; sed persoluo, eo solo nomine saltem placiturum, quia tuum est. Accipe igitur* Humanissime Princeps, *grati animi mei indicium, qui sic beneficijs tuis vices reddo, quas possum, vt Eminentiam tuam ad continuatæ tutelæ officia, mihi in posterum non deneganda prouocem. Quòd si Indorum Magi Principem quempiam profanum, sacrumue adituri, vt refert* Pierius Valerianus, *quem velint conciliatum, suisq; votis respondentem, obseruabant, Solem in Leonem ferri, ac tunc facie* Rosaceo *nitidissimo profusa, planetam illum reuerenter laudum præconio inuocabant; Certus sum sanè, opus hoc prono à te animo suscipiendum, ac me quoq; deinceps apud tuam beneficentiam semper firmissimum habiturum perfugium, dum Sole tuæ claritatis, omnium virtutum fulgore radiante, in Leone recepto; ac à me implorato, eius faciem, id est primam paginã, beneuolentiæ* Rosaceo, *ex nobilissimo, et floridissimo tuo* stammate *instillato perunxerim, Velis igitur (Eminentiss. Cardinalis) quod vocaris, MARTIVM tuum uigorem, & rosas huic libro commoda, ut sicut venus, iuxtà illud Homericum, Hectoris cadauer à canum iniuria, quibus id Achilles obiecerat, Rosarum aspersione præstitit in offensum: ita hunc planè tueantur, quas in tuis insignijs odoror, & delibo suaueolentes* rosæ, *Quibus (vt ad rem nostram aiebat Poeta)* Mauortia signa rubescunt. *Vale. Et felicissimus semper magis, ac magis, magno tuo, tuorumq; bono. Viue. Neapoli Kalendas Iunij* 1635.

AD

AD LECTOREM.

TErtiæ Recollectionis meæ parti *De Officio, & Potestate Confessarij tempore Iubilei*, quæ prodijt anno 1625. pleraque inserueram spectantia ad munus Confessarij circa Sacerdotes obligatos ad missas pro alio celebrandas. Sed vix ea edita, promulgata fuerunt circa hanc materiam Nouissima quedam Decreta, & Declarationes Sacræ Congregationis Eminentissimorum Sacri Concilij interpretũ, authoritate S. D. N. Vrbani VIII. quæ cùm ferè omnia in ea re anteà controuersa componant, ac definiant, illis vt par est inherendo, plura, quæ in eo opusculo à me tradita fuerunt, vel clarius elucidare, vel refingere, opus esse opinatus sum, vt huius materiæ, tam necessariæ, & quotidianæ notitia, omnibus absoluta numeris constaret. Habes igitur (Benigne Lector) in hoc volumine, eius opusculi partem illam, quæ ad Missarum celebrationem pertinet recusam à me, ac reconcinnatam. Et sicut de Aquila auiũ Regina, dicitur à D. Hieronymo, quòd viui fontis aspergine, deciduas pennas exuẽs, alias induens, renouatur: ita hic tractatus, dum veterum opinionũ, & doctrinarũ plumis positis, nouissimorum Decretorum, & declarationum censura respersus hodiè prodit; si non nouus, saltem renouatus dici potest. Nam quamquam eadem hic explicentur, tamen ob rerum nouitatem, & has secundas curas, vix idem dici potest liber. Nosti dubitari apud quosdam authores, an puer adultus in virum, idem dici possit, an diuersus à se ipso ob mutationem accidentalem quantitatis, & qualitatum quamuis eadem superfit substantia; Aeq ambiges, an illa operis mei pars, quæ tunc sub exigua, & quasi puerili forma prodijt, nũc decennio maior, ipsa etiã mole quasi adulta, virilitate auctior, etiam si quò ad rem sit eadem, ob rerũ tamen vberius expositarum copiam, à se ipsa diuersa, dici debeat? Adeò vt ego ipse alio titulo, & nomine inscribendam censuerim, quia hic non solum quæ ad munus Capellani

lani quò ad Missarum celebrationem pertinent, fusius complexus sum; sed alia plura, quæ vel contingere possunt Capellano pro obtinenda Capellania de iure patron. vel pro consequendo legato ad Missas celebrandas. Faxit Deus, vt sicut doctis uiris, infantilis illius opusculi probata fuit indoles: ita hujus libri virilitas, tibi (candide Lector) vt re ipsa auctior, sit quoque lectu gratior. Erit certè vt me sperare iuuat, Quod quia opto, etiam ominor. Interim duas alias quæstiones quæ hic desunt scilicet *De Obligatione Capellani circa circunstantias in celebratione Missarum iniunctas*, & *De Cessatione talis obligationis*, cum Decisionibus Sac. Rotæ Romanæ, quas polliceor, me appositurum in calce operis, citò, Deo fauente, cum fenore à me tibi reddituras expecta; sicut tibi bonorum omnium copiam à summo largitore precor. Vale.

Ex

APPROBATIONES.

EX commissione Admodum Reuerendi Patris Nostri Generalis perlegimus, ac recognouimus Tractatũ DE OFFICIO CAPELLANI Auctore R.P. D. Alphonso de Leone Congregat. nostræ Sacerdote, ac V.I.D. in quo nihil pęnitus, quod Orthodoxæ fidei, aut bonis moribus aduersetur, reperire potuimus, quin potius eximiam in dissoluendis quæstionibus eruditionem, in enucleandis Doctorum opinionibus, doctrinisque reconditis, summam inuenimus diligentiam, & indefessum laborem, atq; in omnibus explicandis miram facilitatem, ac breuitatem. Quare in communem omnium vtilitatem imprimi posse, iure merito censemus. Datum Capuæ die nona mensis Aprilis 1634.

Don Leonardus Duardus C.R. Theol. & V.I.D.

Ego D. Io. Thomas Cece Sacræ Theologiæ professor Clericus Regularis.

D. MATTHÆVS SANTOMANGO

Præpositus Generalis Clericorum Regularium.

HOc opus, cui inscriptio, Tractatus *De Officio Cappellani*, à Patre D. Alphonso de Leone Clerico Regulari V.I.D. compositum, & à nonnullis nostris Theologis, nostra auctoritate recognitum, & approbatũ. Vt typis mãdetur (modo ijs, ad quos spectat, visum fuerit, facultatẽ concedimus. In quorum fidem præsentes litteras manu nostra subscriptas, & solito sigillo nostræ Congregationis munitas. Damus Romæ in Aedibus nostris Sancti Syluestri Montis Quirinalis 21. die Aprilis 1634.

D. Matthæus Santomango Præpositus Generalis Clericorum Regularium.

D. Franciscus Barilius Secretarius.

Tra-

TRactatum *De Officio Capellani*, opus Reu. Adm. P. D. Alphonsi de Leone Clerici Regularis Summa cum voluptate legi, & typis dignissimum iudicaui, non solum propter sanam doctrinam quam continet, sed etiam quia auctor summa cum facilitate, & eruditione difficillimos explicat nodos. In quorum fidem &c. Neap. Idibus Maij 1632.

Felix de Ianuario S.T.D. Deputatus.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vic. Gen.

Illustris. & Excellentis. Domine.

DE Mandato Vestræ Excellentiæ, libenti animo suffultus, percurri vtilissimum Tractatum *De Officio Capellani* nouissimè æditum per admodum Reuerēdū Patrem D. Alphonsum de Leone celeberrimum I.C. Neapol. ex Sanctissima, & præstantissima Religione Theatinorum, iam mihi perscrutandum à Vestra Excellentia commissum, adeò quòd cùm nil reperi, quod iuridicè sub censura subijci possit, imò comendatione præcipua proponendum, quia nō vulgari methodo, sed verius accuratè, solidè, ac dilucidè quæstiones in eo propositæ, summo ingenio, solidaq; doctrina proferuntur, examinantur, & dilucidantur, quo circa opus tam vtile, celebre ac necessarium vniuersę literarię Reipublice vtriusq; fori, censerem pro communi omnium vtilitate quàm primum typis dari posse, sic affluente beneplacito vestræ Excellentiæ, quam Deus Optimus Maximus incolumem diù seruet, & ad celsiora sublimet. Datum Neap. ex edibus nostris die quinto Maij 1635.

Vestræ Excellentiæ

Additissimus seruulus

Ioannes Baptista de Thoro I.C. Neap.

IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Rouitus Reg. Ianuarius Reg.

ALPHONSVS DE LEONE

De Officio Capellani.

ACTVRI de officio, seù (vt alias diximus *in Præfatione Tractatus de officio, & potestate Confessarij*,) obligatione Capellani, ac cuiuscunque alterius obligati ad Missas pro alijs celebrādas, prius explicandum duximus, quid, & quotuplex sit obligatio.

Obligatio enim, quæ cōmuniter per *DD. in rubr. ff. de verb. oblig.* definitur esse *vinculum iuris, quo quis astringitur ad implēdum id, quod promisit, vel aliàs de iure tenetur*. est nomen generale, & diuiditur in varias species. vnde apud Ciuilistas diuiditur in naturalem, ciuilem, & honorariam: quam diuisionem in materia de contractibus admittit, *Caeta. 2.2 q. 88. ar. 1. dub. 1. & refert Rebell. in suo opere de obligat. iust. p. 2. lib. 1. de contractib. in genere q. 8. num. 10.* Item distinguitur in eam, quæ est ex contractu, vel quasi contractu: & quæ est ex delicto, vel quasi delicto, vt habetur, *institut. tit. de obligat. in princ.*

QVÆSTIO PRIMA.

Quibus modis inducatur obligatio celebrandi pro alijs in Sacerdote.

IN proposito autem nostro quinq; modis potest contingere tale vinculum in Sacerdote ad Missam pro alio celebrandam. Primò ex charitate. Secundò ex voto. Tertiò ex obedientia. Quartò ex promissione simplici. Quintò, & vltimò ex iustitia. ita post alios, *Suarez to. 3. in 3. p. D. Tho. disput. 86. ad med. quem reassumit Filliuc. tr. 5. num. 172.* de quibus sigillatim nos differe opus est.

A SE-

SECTIO PRIMA.

Sacerdos ex charitate an, & quando obligari possit ad sacrum faciendum pro alio.

1 *Charitas quando possit inducere obligationem celebrandi pro alio, & n. seq.*
3 *Eleemosyna quotuplex sit, & quando ad eam quis teneatur ex præcepto, n. seq.*
5 *Missa præcellit omnes alias orationes.*
6 *Orare quãdo quis teneatur pro alio ex præcepto, & duobus, num. seq.*
8 *Sacerdos an in aliquo casu teneatur pro alio celebrare missam ex præcepto, eod. nu. 6. & nu. 12.*

1 EX charitate enim posse obligari Sacerdotem ad celebrandum pro alio, nullum est dubium, nam ex charitate
2 ortum habet eleemosyna, media tamen virtute misericordiæ, cuius virtutis ipsa eleemosyna, est proprius actus, vt *per D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 1. latiùs per Suar. de charitate, disp.*
3 *4. sect. 2.* & elemosyna distinguitur per eundem, *D. Tho. ibi. ar. 2.* in corporalem, & spiritua
4 lẽ. Vnde sicut ea charitate potest, quis obligari ad elargiẽdam eleemosynam corporalẽ, quando corporaliter proximus indiget extremè, vel etiã secundum aliquos grauiter, ita etiam, quando eodem modo spiritualiter proximus indiget, quatenus obligatur eleemosyna spirituali, eum iuuare, pro qua eleemosyna spirituali, idẽ *D. Tho. præcit. art. 2.* intelligit septem opera misericordiæ spiritualia, inter quæ enumeratur oratio, & hoc est certum, inter omnes orationes,
5 quæ Deo offeruntur, præcellere Missæ sacrificium, *Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 2. sub num. 5.*

Difficultas sicut versatur, vt inquit idem *Nauar. cit. tr. de orat. & hor. canon. cap. 3. n. 9. & 14.*
6 in eo scilicet, quando aliqius teneatur sub pœna peccati mortalis pro suo proximo orare, quẽ videt esse in peccato mortali; etiã versari dicendum est in casu nostro, in hoc quando scilicet teneatur Sacerdos sub peccato mortali ex charitate pro suo proximo, vt supra missam celebrare, ideò referam in primis, quæ Doctores circa materiam orationis dicunt & deinde inquiram, quomodo illa applicari possunt casui nostro, *Nauar. supr. n. 13.* Primò asserit cum *Palud.* nequaquam peccare mortaliter eũ, qui omisit rogare Deũ pro proximo, quẽ scit esse in peccato mortali, vt eũ ab illo liberet, cum aliud sit remedium, quo

libe-

liberetur ab eo, quæ Concluſio, vt ſubdit idem *Nauar.* cõſcientias noſtras plurimum ſolari poteſt, non quò omittamus orare pro exiſtentibus in peccato mortali, ſed vt non reperiamus nos tã onuſtos peccatis mortalibus: conſiderantes quantò ſæpius murmuramus aduerſus malè agentes, quàm Deum rogemus, vt eis mentem de malè factis pœnitendi inſpiret, hæc ſunt verba formalia ipſius auctoris. Secundò inquit idem *Nau. num.* 14. quod tunc tenetur quis ſub pœna peccati mortalis orare pro ſe, vel pro ſuo proximo ex charitate, quoties ipſi videtur non eſſe aliam rationem conſequendi ſuam, aut proximi ſalutem. dat exemplum de eo, qui videt aliquos duellum pugnantes quò ſe occidãt, neq; eis aliter prodeſſe poteſt. Tertiò includit præfatus Doctor, non eſſe vſq; adeò tutam concluſionem illam, *Abulenſis ſuper Matth. cap. 6. q. 32.* iure naturali, & diuino, nos teneri orare pro ijs proximis, quos videmus in neceſſitate conſtitutos, & eos noſtris orationibus adiuuare poſſe. Sequitur in his omnibus, *Nauar. Valer. Reginal. in ſua pract. for. pœn. lib. 4. cap. 9. n. 75.* Nec longè diſtare videtur, *Suar. to. 2. de reli. lib. 1. de oratione in communi, cap. 30. n. 19. & ſeq.* Vbi primò docet

8 dari præceptum orandi pro alijs in communi, nempè pro Republica Communitate, &c. etiam non ſpectata alia neceſſitate, præter eam, quæ hominibus eſt quaſi cõnaturalis, cui præcepto eo ipſo quis ſatisfacit, quò in oratione, quam fundit neminem excludit. Docet ſecundò tale præceptum non

9 obligare ad orandum in particulari pro alijs, niſi ex officio, vel particulari obligatione teneatur quis id facere, vel (vt ipſe ſubdit) particularis caſus occurat, in quo proximus grauiter indigeat. Nec obſtat quod oratio pro alijs nõ reputetur infallibillis, nam ipſe *Suar.* reſpondet de ratione talis obligationis ſatis eſſe, vt cum magna probabilitate poſſit ſperari eius vtilitas, & quod fortaſſe in re poſſit tale mediũ eſſe neceſſarium ad remedium proximi iuxta diſpoſitionem

10 diuinæ prouidentiæ: ex quibus verbis patet ipſum *Suar.* ſupponere cum *Nauar.* hanc obligationem tunc vrgere, quãdo quis exiſtimat in eo caſu non habere aliud remedium, &c.

11 circa quam doctrinam ad ſcrupulos, quos forſitan ſuprapoſita doctrina ingerere poteſt, tollendos, valdè notanda eſt ſententia, *Gregor. de Valen. 2. 2. diſp. 6. q. 2. pun. 3. in fin.* nunquam ſcilicet peccare aliquem per omiſſionem orationis, niſi

quis eo tempore, quo orare oportet, aduertat, quod necesse sit tunc orare aliàs sicut omissio non foret voluntaria, ita nec etiam contineret culpam, fauet *Filiuc. tr. 23. n. 45.*

12 Quæres modò, an hæ doctrinæ de oratione applicari possint casui nostro de celebratione Missarũ, respondit *Suar. to. 3. præcit. disp. 86.* quod licèt interdum charitas obligare possit ad orandum pro alijs, præsertim pro communi bono, tamen quòd hoc fiat etiam adiungendo sacrificium orationi, & pro hac speciali intentione illud offerendo, vix potest casus excogitari, in quo sola charitas ad hoc obliget, quamuis interdum maximè inclinet. Tanta verò posset interdum esse necessitas, vt aliqua ex illa oriatur obligatio. Regulariter autem solùm obligat charitas, vt neminem excludamus à generali oblatione huius sacrificij, hactenus *Suar.* idem habet *Filliuc. tr. 5. de euchar. n. 172.* & clariùs constabit ex infra dicendis cum de valore missæ.

SECTIO SECVNDA.

Quomodo ex voto Sacerdos teneatur Missas pro alio celebrare.

13 *Voto quis potest obligari ad Missam pro alio celebrãdam.*

14 *Missæ vnius tantum votum, an obliget sub mortali. Quid de voto erogandi eleemosynam pro vna missa, nu. 15.*

16 *Votum quomodo differat à promissione homini facta.*

17 *Materiæ leuitas semper excusat transgressorem voti.*

18 *Sacerdos, qui vouit celebrare Missam, an possit recipere stipendium pro applicatione Sacrificij, & n. 20.*

19 *Vota, quibus promittitur factum alienum, quomodo obligent eum cuius factum promittitur.*

22 *Vouens celebrationem missarũ, an satisfaciat curando, vt illæ dicantur à Sacerdote aliàs obligato.*

23 *Voto, & pœnitentiæ quare possit quis vno opere simul satisfacere.*

24 *Voto an satisfaciat, qui reperit Sacerdotem gratis volentem pro eo celebrare. Quid si satisfaciat per illos religiosos, quibus est interdictum recipere eleemosynas pro sacris ministerijs, n. seq. remissiuè.*

26 *Votum personale quomodo differat à reali.*

27 *Votum factum à defuncto, an exigendum sit, vt legatum, vel vt creditum.*

13 CErtum est ex voto posse Sacerdotem obligari ad missam pro aliquo celebrandã, nam

nam miſſa eſt opus religionis, & pietatis, ideoq; poteſt eſſe materia voti, in terminis not. *Suar. disp. 86. & Filliuc. tr. 5. num. 172.*

Dubium poteſt eſſe. Primò, quando tale votum ſit de materia graui, & ſic obligans ad eius exequutionem ſub culpa peccati mortalis, *Sanch. poſt P. Nauar. lib. 1. de matr. disp. 5. nu. 25. & lib. 4. Summ. cap. 12. n. 17.* quem ſequitur ex recentioribus *Barthol. de S. Fauſto in ſuo theſaur. theolog. lib. 1.* 14 *q. 123.* Reſpondet votũ vnius tantum miſſæ eſſe de re graui, cum cedat in magnum Dei honorem, & ideo eius tranſgreſſionem eſſe peccatum mortale, huius ſententiæ videntur eſſe quoque, *Molf. tract. 11. ſuæ ſummæ, cap. 16. n. 32. & Bonac. in Decalog. disp. 4. q. 2. pun. 5.* 15 §. 4. *ſub n. 6.* vbi hoc ampliãt etiam ad eum ſiuè laicum, ſiuè ſacerdotem, qui vouit erogare eleemoſynam ad faciendum vnum ſacrum, quia licèt talis quantitas nõ ſufficeret ad mortale, ſi quis vouiſſet v.g. ſimilem quãtitatem dare pauperibus, nihilominus aiunt ipſi, cũ voueatur ad finem faciendi ſacrum, quod in maximum Dei cedit honorem, vt ſupra dictũ eſt, ſufficit dicta quantitas ad conſtituendum hic, & nunc, materiam grauem, & reddendum trãſgreſſorem reum peccati mortalis: huic ſententiæ non videtur contradicere, *Sua. alleg. disp. 86.* vbi ſupponere videtur votum vnius miſſæ eſſe de re graui, & in rigore obligare ſub culpa mortali.

Quæ opinio aliquibus videtur habere difficultatem, poſita illa opinione, quã defendit idem *Sanc. loc. ſ. pracit. de matr. P. Nauar.* nempe vnius ſacri promiſſionem, homini factam, non obligare ad eius obſeruãtiam ſub culpa mortali, de qua re nos infra *ſect. ſeq.* arguunt ènim tali pacto, ſi vnum ſacrũ, homini promiſſum, non eſt materia gratis, ergo neque promiſſum Deo. Conſequentia 16 patet: nã ratio illa, quòd vnũ ſacrum ita cedat, in honorem Dei, vt conſtituat materiam grauem, militat non ſolùm vbi eſt promiſſum Deo per votum, ſed etiam vbi eſt promiſſum homini per ſimplicem pollicitationem, ergo in vtroque caſu eadem debet eſſe diſpoſitio, iuxta *reg. tex. in l. illud, ff. ad leg. aquil.* Nec obſtat ratio adducta per *Sanch. loc. cit.* ſcilicet quod votum ſit actus religionis, & per conſequens non mirum, ſi arctiùs ſtringat, quã promiſſio, homini facta, quia *arctius ſtringat*, applicatur potiùs ad motiuum, quam ad rẽ promiſſam: Vndè ex eo quid arctiùs ſtringat votum, poteſt inferri magis Deo eſſe accepta

opera

opera facta ex voto, quàm non ex voto, vt benè *P. Molf. dict. tr. 11. cap. 52. n. 28.* vel cõmitti grauius peccatũ per transgressionẽ voti, quàm per nõ adimpletionem simplicis promissionis, vt omnes DD. communiter docent: non autem quod materia, quæ est leuis respectu promissionis simplicis, sit grauis respectu voti, stante communi, & certa opinione;

17 paruitatem materiæ etiam tale excusare à peccato mortali voti transgressorem. Afferri potest instantia de eo, qui furatur æqualem quantitatẽ pecuniæ nõ ascendentem ad peccatum mortale extra Ecclesiã, vel in Ecclesia, quia vtroque modo semper peccat venialiter. Sed his non obstantibus, nõ est discedendum ab opinione *Sanch.* ex eo quod in promissione facta homini non cõsideratur bonum spirituale ipsius sacri, prout consideratur in voto, sed potiùs valor temporalis, seu stipendium, vt infra dicetur *sect. seq.* Ad instantiam de furto commisso in Ecclesia, vel extra, respondetur negando paritatem, quia tunc semper cõsideratur damnum temporale, secus autem est in sacro, quod promissum directè & Deo dicit obsequiũ maximè Deo gratum, promissum indirectè, & homini dicit valorem temporalem, seu stipendium temporale, accedit *P. Molf. tr. 11. c. 16. n. 32.*

Dubium esse potest, secundò

18 an vouens sacerdos celebrare missam in aliquo certo altari, vel de B. Virgine, alteriusque Sancti, possit accipere stipendium pro applicatione sacrificii, quod sibi liberũ remanet, & sic vna missa vtrique obligationi satisfacere. Casus mihi de facto fuit propositus, de quodam Sacerdote, qui grauiter ægrotabat, cuius personæ aliquę sibi coniunctæ votum emiserunt, de quibusdam missis, ab eo celebrandis in quibusdam altaribus si conualuisset, quod votum ipsum ratum habuit; aliàs enim, vt est certum ad illud implendũ minimè fuisset

19 obligatus: talia enim vota quibus promittuntur, facta alicui obligant tantũ ad diligentiam debitam adhibendam, vt alter opus exequatur, vt supponimus ex *recoll. de off. & potest. confess. circa pœnitentes, voto astrictos, in 3. p. tr. pro nunc videri potest, Sanch. lib. 4. summæ c. 5. nu. 9.* Euenit, in quam, casus quod ipse sacerdos conualuit, & quæsiuit an posset pro sacrificio, iam per votum, nequaquam promissum recipere sti-

20 pendium. Et quidem secluso *Decreto Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. de celebratione miss.* quòd in hoc casu minimè vendicat sibi locum, vt patet ex

præ-

præfatione, ex qua constat voluisse prouidere tantum, ne pro vna missa recipiantur plura stipendia, quod non interuenit in casu nostro, responsũ fuit dicto sacerdoti id non esse licitum, *ita Sanch. lib. 4. summa cap. 15. n. 11.* quem sequũtur *Bonac. disp. 4. in decalog. q. 2. pun. 6. n. 8. Barthol. de S. Fausto lib. 1. thesaur. religio. q. 169.* quia licet hic sacerdos non faciat iniuriam tradenti eleemosynam, cum integrum sacrificium ei applicatur, quod alteri non erat obligatum, defraudat tamen votum, & cultum diuinum satisfaciendo, cũ opere alteri debito.

Limitat tamen *Bonac. loco* 21 *supracit. post Sanch.* nisi vouens se intenderit tantum obligare ad opus alteri debitum, nam opus etiam sub præcepto debitum potest esse materia voti, vt docent DD. communiter, cum de materia apta voti, & nos latè agimus *p. 3. dicti tract.*

Ampliat tamen primo, *ibid.* 22 *Bonac. n. 6.* etiam in non Sacerdote, qui vouerat celebrationem missarum, quia neque satisfaciet curando illam fieri per sacerdotem, qui ad hoc tenetur alio titulo. Item ampliat secundò, etiam in eo, cui fuit iniunctum ex pœnitentia, vt dictam celebrationem faciat, vel facere per alios curet. Nec obstat, quod ex communi opinione in materia de missæ audltione ex præcepto, tradunt DD. posse scilicet aliquẽ audiẽdo missam de præcepto, & recitando coronam B. Virginis, vel officium, ad quæ per votum, vel pœnitentiam, quis tenetur, vtrique obligationi satisfacere, vt videre est apud *Comitulum lib. 1. respon. moral. q. 65.* ergo etiam potest quis satisfacere voto, & pœnitentiæ de missa celebranda, & si ipse, vel alius sacerdos, qui celebrat, ad hoc tenetur alio titulo quo ad applicationem sacrificij, ad quam, vt præsupponimus votum neq; pœnitentia se extendebat; quia respondetur negando paritatem ratio- 23 nis inter istos duos casus, voto enim, & pœnitentiæ de orationibus, & præcibus satisfit in missa de præcepto, quia attentio requisita in vno non impedit attentionem requisitam in alio: in casu autem nostro titulus, & obligatio missam celebrandi impedit, & defraudat cultum diuinum, promissum in voto, vel iniunctum ex pœnitentia, cum verè debeantur duæ, vel etiã tres missæ ex istis duabus, aut tribus obligationibus, nempè voti, aut pœnitentiæ, & stipendij, & tamen nunc vtrique obligationi, vna tantum missa vis, vt satisfiat, accedat etiam quod opera de præ-

præcepto licet possint esse materia voti, tamen in dubio non cẽsentur illa promissa in voto, sed libera, & voluntaria.

Tertiò quæri potest, an qui
24 vouit aliquas missas celebrãdas, satisfaciat si reperiat aliquem sacerdotem volentem celebrare dictas missas gratis, absq; vllo stipendio. Respondetur per *Sanch. d. lib. 4. summæ cap. 11. n. 33.* satisfacere hunc talem, etiam si votum esset conceptum de tradendo eleemosynam pro tot missis, nam semper, vt benè (inquit ipse) subintelligi debet, nisi reperiam, qui gratis celebret, fauet commune, & vulgatum proloquiũ, dum habemus effectũ, non curamus de modo, prosequitur *Bonac. cit. pun. 6. n. 5.* An autem etiam satisfiat
25 si talis celebratio exequatur per sacerdotẽ illius religionis, cui interdictũ est recipere stipendium pro functionibus sacris, dicemus infra quæstione vltima.

Demum *Sanch. lib. 4. summæ cap. 15. n. 1.* quærit an votum emissum à sacerdote de
26 missis celebrandis, sit votum personale, vel reale, id est, an possit voto satisfacere etiam si per alium, vel alios illas curet celebrari. Et respondet distinguendo, an eius intentio tunc fuerit id obsequium personale Deo præstare, vel tantũ eius necessitati, ob quam votũ emissit, hoc medio validissimo ad impetrandum, & satisfaciendum, occurere. Primo casu erit personale, secundo casu erit reale, subdit etiam quod in dubio, an habuerit vouens primam, vel secundam intentionẽ à Confessario, esset inuestigandum, an votum fuerit emissum pro necessitate propria, vel aliena, quia tunc primo casu deberet iudicare votũ personale, secũdò vero casu reale.

Circa casum propositũ olim
27 de eo, qui vouit celebrationẽ missarum in magno numero in certa ecclesia, si quandam gratiam à Deo recepisset, quam assequutus fuit, de quo voto cõstabat non solùm testimonio suorum familiarium, fide dignorum, sed etiam eiusdem vouentis dicto, in extremo suæ vitæ, an post eius mortem præfata ecclesia debeat recipere dictam summam, vt creditrix, vel vti legataria, ex quo de eius hæreditate vix poterant satisfieri creditores. Respondi posse illam prætendere, vt creditrix, *per tex. in l. 2. in princ. ff. de pollicitat.* quem ad hoc ponderat, & confirmat *Amatus conf. 16.* in casu simili de voto facto à quodam Magnate in honorem Diuæ Mariæ Lauretanæ, qui testatur quod etsi causa non fuerit de cisa, tamen per arbitros composita, & in effectum

ctum de 12000. ducatis voto promissis, soluti 8000. præferuntur tamen debita ipsi voto, & si præferatur votum legatis, ideoq; nō diminuitur legitima ob vota, sicut ob debita, vt post *Sanch. lib. 4. summæ c. 15. nu. 39. notat Bonac. disp. 4. de legib. q. 2. p. 5. §. 2. n. 16. & seq.*

SECTIO TERTIA.

Promissione quomodo obligari possit Sacerdos ad Missas celebrandas pro alio.

28 *Promittens alicui petenti Sacerdos Missam vnā celebrandam liberaliter, an teneatur illam promissionem sub peccato adimplere.*

29 *Promissio ex te quomodo non seriò facta obliget promittentem. Quid de promissione seriò facta, n. seq. vbi quando dicatur promissio facta seriò, & qua deliberatio in promissione requiratur.*

31 *Promissionis seriò factæ, materia quando dicatur grauis, vel leuis.*

32 *Promittens vnam Missam, vr banitatis causa, & non seriò, quando possit peccare illam promissionem non adimplendo. Quid si addatur iuramentum, num. 34.*

33 *Promittentis intentio in dubio qualiter præsumenda. Quid de vltrò offerente alicui missam celebrandam, nu. 35.*

36 *Promissio an obliget ex iustitia, vel ex honestate, aut fidelitate.*

EX promissione dicitur obligatus Sacerdos, quando alicui petenti celebrationem gratis, & absq; stipendio ipse Sacerdos promittit celebrare, & sic fuit acceptata, in quo differt à pollicitatione, & quærimus hic, vtrum ex tali promissione obligetur Sacerdos, & quando eam teneatur adimplere sub culpa mortali.

Difficultas, vt percipi potest 28 ex dictis supra *sect. 2. nu. 16.* peculiaris in hac materia est, an, & quādo promissio ita obliget promittentem sub culpa peccati mortalis. Vnde primò dubitare contingit, an promittens vnam missam gratis, si illā non celebrat, vel per alium celebrare non curet, peccet mortaliter, vel nō? *P. Nauar. lib. 2. de rest. cap. 2. nu. 241. & in nouiss. n. 239.* proponit quæstionem, & respondit his verbis, si enim verè, & ex animo vult se obligare, tenetur, ac si accepisset (intellige stipendiū) sicuti in omni promissione rei proximo vtili, & ab alio acceptatę contingit, si tamen non ex animo, sed vt hispanicè dicam, *para complir con el*, ne illum contristet, & ne parcus videatur, poterit sine peccato mortali nō dicere, imò sine veniali,

si aliqua causa rationabili nō impleat, hactenus *P. Nau.* sequitur eū *Bonacc. disp. 3. in decalog. q. 11. pun. 3. nu. 8. vers. at mihi,* impugnat autē *Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 8. nu. 25. P. Nauar.* tamquam nimis rigidè loquentē, dum censet promittentem vnum sacrum etiā animo se obligandi, (intellige in quantum obligari potest, scilicet virtute fidelitatis,) peccare mortaliter si promissionem non impleat, quia (inquit) ipse *Sanch.* omissio sacri in genere damnorum spiritualium, non est tanti momenti, vt censenda sit mortalis. Huic opinioni videtur se subscribere *Fagundez lib. 3. in primum præceptum eccles. cap. 8. nu. 11. in fin. & 12.* quia ait ipse in tali promissione non est considerandum bonum spirituale, sed valor temporalis, seù potius stipendium temporale, sequuntur hanc opinionem post *Rodriquez, & Malderum, P. Diana tr. 3. miscell. resol. 9. Barthol. de S. Fausto, lib. 1. de iubileo, q. 70.*

Probatio huius sententiæ, *Sanch.* quam, & nos sequimur; fundatur in doctrina communi DD. in materia de promissionis acceptatæ obligatione, de qua per *Sayrum in sua claui regia, lib. . cap. . Lessium, lib. 2. de iustitia, cap. 18. dub. 8. Rebell. 2. par. de obligationibus ex iustitia, quæst. 4.* post aliōs antiquiores, qui.

29 Dicunt primò, quòd quando quis vtitur verbis promissorijs non animo seriò promittendi, sed tantum ad significādum firmum propositum, vel ad firmius asseuerandum, vt ei credatur, nunquam obligatur sub mortali ad implendum promissionem, sed tantum ad restitutionem, seù satisfactionem damni subsequuti, quia hic non obligatur, nisi ex virtute veritatis, qua tenetur sua dicta verificare, & cauere, ne falsum dicat, sic intelligunt, *Caet. in summ. verb. perfidia,* & sic intelliguntur (subdunt ipsi) multorum promissiones, qui solent leuiter multa promittere, quæ nō promitterēt, si putarent inde se obligatos sub mortali ad implendum, quod promittunt. Ratio est, quia obligatio promissionis pendet ex intentione promittentis, & certum est homines, qui ex liberalitate promittūt, non esse verisimile velle se tā seuerè obligare, cuius rei signū est, vt prosequuntur DD. precitatinolle regulariteristos tales, suas promissiones iurare, non tam ob reuerentiam Dei, quàm ob grauitatem peccati mortalis.

30 Dicunt secundò, quando quis promittit aliquid seriò, id est intēdens se obligare, vel

sciens

sciens naturam promissionis habuit animum promittendi; tũc si id; quod promittitur est magni momenti, talis obligationis violatio de per se, est peccatum mortale, aliàs est peccatum veniale. Ratio sumitur ex iniuria graui, vel non graui, quæ infertur promissario, cum non adimpleatur talis promisio, quæ cum fit seriò facta, & animo se obligandi, obligat eũ naturaliter, seu ex iustitia naturali, supponunt enim deliberationem requisitam in tali promissione, esse eandem, quæ requiritur ad peccatũ mortale contrahendum, vt est certum apud DD. in materia de promissione.

Quæres primò, an res magni momenti in hac promissione seriò, & animò se obligandi dicatur eadem, quæ in furto censetur notabilis. Respondit *Nauar. cap.* 18. *num.* 7. *Azor. & Molin.* velle sufficere summam, quæ possit constituere peccatum mortale furti; sed opinio contraria est magis communis, nempè requiri longè maiorem quantitatem. Vnde si furtũ vnius aurei est peccatum mortale, requiruntur plures aurei, vt talis promissio obliget sub mortali, ita *Lopez p.* 2 *de contractib. cap. vlt. Leff. lib.* 2. *de iust. c.* 18. *dub.* 8. *nu.* 56. ratio est, quia promissum longè imperfectiori modo est debitum, cùm per promissionem detur solùm ius ad rem, & multis modis potest reuocari, vel impediri, deinde quia cõmuniter censetur maior iniuria si vnum aureum surripias, aut debitum ex iustitia non soluas, quàm si plures aureos debitos ex sola promissione, non soluas, imò *Lopez* asserit promissionem decem argenteorum non inducere culpam mortalem, benè tamen centum aureorũ, videas apud *Rebell. supra n.* 7. & in terminis nostris loquẽtes *Fagundez d. c.* 8. *& Barth. à Sanctio Fausto q.* 71. qui cum cõmuni sententia doctorum, concludunt esse necessariam summã quadruplo maiorem illa, quæ sufficit ad peccatum mortale furti. sequitur *Dian. citat. resol.* 9. eodem modo igitur philosophandum erit in numero missarum; quæ promittuntur.

31

32 Dixi seriò, & animo obligãdi &c. quia hic loquimur iuxtà secundum dictũ, secundùm enim terminos primi dicti nũquam incurritur ob transgressionem promissionis peccatũ mortale, nisi ratione damni inde promissario sequuti, vel grauis deceptionis, quod in terminis nostris accidere posset, quando sacerdos sciret dictum petentem obligatum manere ad dictam celebrationem curandam pro alio ex iustitia,

nempè ratione legati, vel ratione voti, & quod de sua promissione confisus amplius non sit curaturus de tali defectu, vt per *Rodriquez par. 1. summæ, cap. 250. nu. 5.* Quod est verum etiam si fuerit facta promissio de vna tantum missa, quia cum agitur de obligatione iustitiæ, vel ex voto, cui obligationi talis promittens se subiecit loco promissarij, verum est, vt infra dicetur, teneri ipsum sub peccato mortali promissionem adimplere, licèt non ita sit, quando promissio fuit liberalis, & sic tantùm obligatio ratione fidelitatis, & veritatis.

33 Quæris vlteriùs, quid agendum, quando quis non recordatur qualem intentionem habuit in promittendo. Respondetur si pro vtraque intentione sint signa probabilia debere credere non fuisse intentionem se obligandi sub mortali, sed tantum ex honestate, qua honoris sui tuendi causa, homines promissa seruare attingi solent, iuxta *reg. iur. in 6 in obscuris minimum sequendum* maximè vbi agitur cõtra eum, qui liberaliter se obligauit, vt per DD. supracitatos, graue indicium putarem esse nolendi aliquẽ se obligare sub mortali, si quis ita missam, vel missas promittendo dixerit non solum tot, sed centum missas dicam, vel omnia mea tibi dabo, nam homines qui ita promittunt, præsumuntur intendere obligationem tantum, secundum humanam politicã: *l. si cui, ff. de seruitutib. Rebell. d. nu. 7. Leff. d. cap. 18. dub. 1.*

34 *in fin.* Qui *Rebell.* extendit hãc doctrinam etiam si talibus formulis promissionum addatur iuramentum, dummodo iuramentum sit assertorium præsentis actus, non promissorĩ futuri. Afferunt Doctores aliã coniecturã in hoc dubio, nempè si contractus esset onerosus, quia alius sibi etiam aliquid ei promisit, vel si interrogatus fuisset, vt promissionem iuramentis, scriptura, vel coram testibus confirmaret, annuisset, vel non. Primo casu teneretur ex iustitia sub mortali. Secundò verò casu non. *Cæt. 2. 2. q. 113. ar. 1. & verbo perfidia, vbi Armilla, nec dissentit Sanchez supra nu. 21.*

35 Sed quid si Sacerdos offerat ex se alicui celebrare missam illam, quæritur an teneatur? Et respondetur talem promissionem reputari, vt seriò factã, in hoc differt pollicitatioã promissione, nã illa est solius offerentis, promissio, antequam acceptetur, vt in *titulo. ff. de pollicit.* & præcipuè *in l. 1.* ista verò est datio fidei cum acceptatione, ergo quando præsupponitur acceptatio, vt in casu nostro nihil refert quò ad substan-

stantiam, si fuit facta præcedēte oblatione promittentis, vel petitione ipsius, qui vult sibi promitti missam, & ideo tā tum ex hac spontanea oblatione argui in dubio dictā promissionem fuisse factam seriò, id est à sciente naturam promissionis fuisse promissum, & animo se obligandi.

36 Tandem aduertendum, esse inter Doctores quæstionem, ex qua obligatione teneatur promissor adimplere promissionem, si tantùm ex obligatione honestatis, & fidelitatis, & sic semper sub veniali, vel ex obligatione iustitiæ, & sic sub peccato mortali data notabilitate materię, vtraque opinio habet optimos patronos, & habet suam probabilitatem, vt per *A. Dianam tr. 3. miscellan. resolutione 9.* sed optimè *Rebell. p. 2. lib. 18. q. 4.* meo iudicio, concludit totum pendere ex intentione promittentis, vtrū voluerit se obligare ex fidelitate sub peccato etiam mortali, vel ex iustitia. Videte eū.

SECTIO QVARTA.

Obedientiæ ratione, quando Sacerdos obligetur pro alio celebrare.

35 *Superior potest præcipere subdito, vt celebret secundum suā intentionem.*

36 *Iurisdictio, quæ requiratur ad hoc vt quis possit alteri præcipere.*

37 *Præceptum quando obliget sub mortali, & nu. 49.*

38 *Sacerdos transgrediens præceptum Superioris de celebrando iuxta suam intentionem quotuplex peccatum committat.*

39 *Præceptum quò ad actus internos, quando obliget, & n. 44.*

40 *Applicatio à Superiore an ita fieri possit de missa subditi, vt aliter ab ipso facta non possit, nisi ei, cui superior applicauit.*

41 *Superior Regularis in percipiēdo applicationem missæ, quomodo differat ab Episcopo.*

42 *Regulares strictiùs obligantur per vota, quàm alij per legem et seq.*

45 *Applicatio, & consecratio quomodo differant.*

46 *Religiosus in omnibus tenetur Superiori obedire tamquam Deo.*

47 *Superior quis dicatur in hac materia applicationis sacrificij subditorum, An possit irritari applicatio subditi per actum internum Superioris, num. seq.*

49 *Causa legitima, an requiratur ad hanc obligationem percipiendam.*

Religiosus subditus quomodo possit disponere de applicatione missarum sibi concessarū, ibid. remissiuè.

Duo

DVo hic veniunt discutienda. Primò an Superior possit præcipere subdito Sacerdoti, vt Missam applicet secùndum intentionem præcipiẽtis. Secundò, an subditus de facto applicando contra præceptum Superioris, sacrificium valeat pro illo, cui applicatum fuit à Superiore, an verò pro illo, cui contra voluntatem Superioris applicatur de facto ab ipso Sacerdote.

35 Quò ad primum est certum Superiorem posse præcipere subdito Sacerdoti, vt Missam applicet secundum intentionem precipientis, quod est verum non solùm de Superiore Regulari respectù Religiosorũ sibi subditorum, sed etiam de quocumque alio Superiore Ecclesiastico, qui habeat subditos, quia omnes isti habent iurisdictionem Spiritualem, qua saluti animarum suarum incũ-
16 bunt, quæ requiritur ad hoc, vt possit quis alteri præcipere, vt præsupponimus ex materia de legibus, & pro nunc videri potest *Suar. lib.* 1. *de leg. cap.* 8. *num.* 6. vbi testatur de cõmuni, & per consequens tenetur hoc casu subditus Sacerdos, ex obedientia applicare missam, iuxta eius Superioris intentionem sub culpa mortali,
37 præsuppositò quod sit vere præceptum, & nõ simplex ordinatio item, q̃ sit ex iusta causa, quæ in terminis nostris interueniret respectu cuiuslibet Episcopi, seù Ordinarij, vbi Sacerdos esset obligatus ratione Eleemosynæ, Capellaniæ, vel Beneficij, vt per *Conink de Sacram. q.* 83. *vers.* 1. *n.* 168.
38 tunc enim non applicando Sacerdos Secularis, duplex peccatum cõmitteret, vnum contra iustitiam, alterum contra obedientiam, si ei fuit id præceptum ab Episcopo, ita intellige, *Barbosam in suo tract. de off. & potest. Episc. alleg.* 2 *sub n.* 28. Nec obstat quod facultas præcipiendi non extenditur ad actus internos, iuxta commune proloquium, Ecclesia non iudicat de internis, & applicatio respicit intentionẽ ipsius Sacerdo-
39 tis. Nam respon. distinguendo assumptum, actus interni, aut non sunt necessarij ad aliquod esse morale actuũ externorum, aut sunt necessarij. Primo casu non possunt esse materia præcepti, sed benè secundo casu, vt ex communi DD. sententia, tradit *Suarez lib.* 4. *de leg. c.* 13. *n.* 6. hic autem actus internus applicandi Sacrificiũ Missæ, licèt non sit necessarius ad efficiendum materialiter actum externum celebrationis Missæ, est tamen necessarius ad esse morale ipsius, stante causa iusta, vt dictum est, & in terminis docent *Sanch. lib.* 6. *Summac. c.* 2. *num.* 6. *ad fin. &* Mi-

rand.

rand. tom. 1. manualis, q. 26. art. 3. in principio concluſ.

Quòd ad ſecundum eſt maior difficultas nempè an ità poſsit Superior præcipere, vt ſimul valeat irritare contrariam applicationem ſubditi, ita vt proſit applicatio ei, cui à Superiore fuit Sacrificium applicatũ, & nõn cui applicauit de facto Sacerdos. Aliqui enim docẽt ſemper prævalere applicationem ipſius Sacerdotis, ita *Syl. verb. miſſa 1. nu. 52. Ang. ibid. nu. 36. Henriq. lib. 9. c. 21. n. 6. Suar. to. 3. diſp. 79. ſect. 9.* quã opinionẽ dicit probabiliorẽ, *Fagund. lib. 3. in primum præceptum Eccl. c. 10. n. 4.* qui tamen bene ſubdit tales religioſos, maximè Sacerdotes teneri ad reſtitutionẽ talium Miſſarum Prælatis, quando ipſi applicarunt pro benefactoribus, & fundatoribus monaſteriorum, nam tunc non ſolùm veniunt contra obediẽtiam, ſed etiam contra contractum virtualẽ inter ipſos Sacerdotes, & Monaſterium, ſequuntur ſupradictam opinionem, *Filliuc. tr. 8. nu. 45. Barthol. de S. Fauſto, lib. 1. de indulg. & iubile. q. 69. in fin. Villalobos, & Rodriq.* qui teſtantur ita determinaſſe Theologos Salamãtinos apud *A. Dianam inf. citandum*, qui concedit hanc opinionem eſſe probabilem, *Laurentius de Pierinis tom. 1. de ſubdito regulari, q. 1. c. 6. §. vnico, Tamburrinus de iure Abbatum, to. 2. diſp. 5. q. 8.* Alij verò, quorum ſententia ſemper nobis placuit, docẽt contrarium, diſtinguendo de ſubditis ſimpliciter, & de ſubditis Regularibus, qui emiſerunt tria vota ſecũdum regulam approbatam. Primo caſu nõ poteſt Epiſcopus, vel Superior illas applicare, itaut prævaleat eius applicatio. Secũdo caſu poteſt Superior Regularis applicare ante celebrationem, ſubditi ſacrificium, etiam contra eius volũtatem, & ſic irritare contrariam voluntatem illius, nõ autem poſt. verbi gratia, ſi iã Regularis celebrauit pro aliquo, non poteſt Superior, qui antè non applicauit, irritare applicationem, iam factam. Ratio differentiæ inter Epiſcopum, vel alium Ordinarium, & Superiorem Regularem eſt, quia iuriſdictio Epiſcopi non ſe extendit ad voluntatem, ſicuti iuriſdictio Superioris Regularis, qui eſt dominus voluntatis ratione voti obedientiæ, & paupertatis, ita poſt *Cord. lib. 1. q. theol. q. 3. opin. 6. Armill. in verb. miſſa & alios, Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcopi, alleg. 24. ſub nu. 28. probant Fraxinell. Gauant. Ledeſ. & alij*, quos refert, & ſequitur *A. Dian. reſol. 72. ſub tr. de celebrat. miſſarũ.*

imò,

42 imò idem *Suarez. d. lib. 4. de leg. cap. 12. in fin.* vbi constituit discrimen inter obligationem regular. ex voto, & aliorum, ex lege ciuili, vel ecclesiastica, & refert, ac sequitur in terminis nostris loquendo *Paulus Layman. tr. 4. de leg. cap. 4. nu. 13. in fin.*

5 Obijcies primò, quod etiam Regulares accipiunt facultatem in ordinatione applicandi Missas eodem modo, quo Sacerdotes subditi Episcopo, ergo sicut non potest Episcopus irritare voluntatem Sacerdotis se-
43 cularis, neque etiam Superior Regularis. Respondetur esse differentiam inter subditum secularem, & Regularem, nã subditus Regularis cessit iuri suo in professionis emissione, quod potuit facere, & ideo nõ mirum si applicatio ipsius contra voluntatem Prælati sit nulla, & non illa simplicis Sacerdotis, qui non cessit iuri suo.

Obijcies secundò, Superiores Regulares non efficiuntur domini actuum internorum ipsius subditi per votum obedientiæ, vnde non possunt reseruare actum internum, vel ferre censuras pro actibus internis, vt suo loco dictum est in nostro tractatu: sed intentio Sacerdotis in applicatione missæ est actus internus, ergo. Respon-
44 detur, quòd actus interior est duplex, vnus merè interior; alter interior, cum exteriori; Actus Sacerdotis in applicatione Missæ est partim interior, & partim exterior, & ideo super illũ potest Superior cui solùm prohibetur dominium in actu merè interiori subditorum, *S. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 5. Syl verb. obedient. q. 11. Nauar. in manual. c. 13. n. 38. Cord. lib. 4. q. 8. n. 13.* Accedat quod ipsi concedunt, hunc peccare contra votum obedientiæ, ergo ad hunc actum se extendit votum, notat in terminis *Sanch lib. 6. summa, cap. 2. sub n. 6.*

Nec tandem obstat argumentum adductũ *à Suar.* pro contraria opinione, quòd Sacerdos sit mediator, & minister Christi in Sacificio Missę independens à Prælato, & per consequens, velit, nolit Superior, possit cõsecrare, quia nõ per hoc sequitur ergo potest applicare sacrificium, & vt ita dicam, consecrationem contra voluntatem
45 Superioris. Nec currit simile de consecratione, & de applicatione, quia intentio Sacerdotis in consecratione est de essentia ipsius Sacrificij, ideo nõ potest à Prælato irritari, aliàs non esset Sacrificium. At quod valor Sacrificij Missæ huic, vel illi applicetur non est de essentia Sacrificij, ideo si à Prælato alteri, quàm ei, cui Sacerdotis intentio dirigitur, applicetur, est Sacrificium: Quamobrem

hæc

hæc intentio applicandi valorem Missæ potest à Prælato irritari, non autem intentio cõsecrandi, *Emanuel. Rodriq. in sum. p. 1. cap. 252. conclus.* 11.

Et pro veritate conclusionis, vltimo loco possumus adducere consuetudinem, & vsum Religionum, in quibus Superiores hoc sibi vendicant, applicando Missas subditorum secundum necessitatem conuentus, & eleemosynas acceptas, ergo possunt Regularium Superiores applicare illas inuito subdi-
46 to, qui vt ait. *Lessius lib. 2. de iust. & iure cap. 41. dub. 9.* Tenetur in omnibus obedire Superiori tanquam Deo, & generaliter constat, non solum tali subdito inesse debitum parendi, sed etiam propriam libertatem abdicasse in Superiorem.

Pro Superiore Regulari intelligi-
47 tur ẽt Sacrista, vel alius similis, habens, (vt vulgò dicitur) obedientiã, seù officiũ à Superiore Monasterij, applicandi Missas, vt per *Frascinellum loco suprac.* & tãto magis Summus Pontifex, nam Religiosi omnes per votum obedientiæ ei obligantur, vt est certissimum.

Non explicant Doctores, an talis
48 irritatio possit fieri per solum actum internum? Dicerem tamen, nihil obstare, quin ita possit fieri, sed esse modum periculosum: ideo grauiter sic irritantem, peccare; argumento eorum, quæ de reuocatione indulgentiæ, post *Suarez.* & alios, diximus *in nostra recollect. de Iubileo, par. 1. nu.* 222. debet etiam innotescere talis irritatio subdito Sacerdoti, vt abstineat, ab applicatione, vel alio modo procuret oneribus acceptis satisfacere.

Quæri tandem potest, an ad hãc
49 obligationem præcipiendam, semper requiratur causa legitima ex parte Superioris? Et Respondetur etiã distinguendo de Superiore simpliciter, & Superiore Regulari; primo casu requiritur causa legitima. Vnde DD. docent, quod si Episcopus acciperet multa stipendia pro missis celebrandis ad lautè viuendum, & postea præciperet subditis Sacerdotibus illas celebrare, Sacerdotes contrafaciendo, non peccare; quia præceptum vt obliget, debet procedere, ex iusta causa vt constat ex materia de legibus. Secundo verò casu de Superiore Regulari nõ potest dari casus nõ iustæ causæ; cùm ipse sit dominus voluntatis; & vtendo dicto dominio absque iusta causa posset ipse peccare, seclusis alijs circumstantijs: sed (vt dixi) non potest dari iste casus inter Regulares, cũ saltem debeat subditus putare, dictã applicationẽ fieri saltẽ ex causa gratitudinis ergà benefactores Monasterij. Quo-

modo autem Religiosus possit disponere de applicatione Missarum, sibi à Superiore concessarum, habetur infra *in quæstione peculiari, in fine operis*.

SECTIO QVINTA.

Quando Sacerdos obligetur ex iustitia pro alio celebrare.

50 *Iustitia quotuplex sit; & ad quam iustitiam pertineat obligatio celebrandi missam pro alio num.* 53.

51 *Obligatio ex iustitia celebrandi pro alio, quibus modis contingere possit.*

52 *Sacerdos quomodo possit obligari ex iustitia ad celebrandū pro re temporali.*

CVM enim triplex sit iustitia; alia legalis, alia
50 distributiua; & alia commutatiua. Quæritur primò, de qua iustitia intelligatur titulus sectionis? Respondetur, intelligi de iustitia commutatiua, quæ propriè versatur inter priuatos, scilicet decernendo, vt inter eos seruetur æqualitas, prout latè diximus *in prima parte nostri tractatus, De officio, & potestate Confessarij Recollect. 26. num.* 17. De iustitia enim distributiua; quòd neq. ad eā pertineat titulus sectionis, est manifestum: nam illius est distribuere inter subditos bona cōmunitatis proportionaliter, prout illis conuenit secundum idoneitatem, & meritū, sitq. inter magistratus, qui repræsentant Rempublicam, & subditos, quæ minimè possunt adaptari Sacerdoti, & Sacrificio Missæ, cùm, & si sit minister ecclesiæ, tamen ipsi Sacerdoti conceditur sacrificiū applicare, iuxtà suum arbitriū, vt infra dicetur, *q.* 7. Difficultas potest esse de iustitia legali, quæ intercedit inter Ciues, & Republicam, contrà quam, vt diximus loco supra citato, peccat dives potens succurrere suis pecunijs egestati Reipublicæ. Miles item, qui potest tueri ciuitatem in obsidione arte sua militari, & nō succurrit: ergo eodem modo poterit peccare sacerdos, potens succurrere animabus purgatorij suis sacrificijs, si non succurit. Sed, vt intuenti satis patet, hoc est satis diuersum ab eo, quod præsupponit iustitia legalis: cùm Animæ purgatorij sint personæ priuatæ, sicut Sacerdos, & non potest eis conuenire appellatio Reipublicæ. Vndè vt infrà dicetur, *Caiet. & alij* docentes, Sacerdotem diuitem, non posse recipere stipendiū pro celebranda missa;
51 id non defendunt ex eo, quia teneatur applicare ex iustitia legali, vel distributiua animabus

bus existētibus in purgatorio; sed quia stipendium pro sacro datur ad subsistētationem, qua non indiget Sacerdos diues. Videte pro nūc *P. Molfes. tr. 3. summæ c. 16. n. 14.* Confirmatur, nàm vt infra dicetur, non datur aliqua obligatio generalis imposita ab Ecclesia Sacerdotibus applicandi in aliquo casu sacrificium, & obligatio Sacerdotum Regularium applicandi iuxtà intentionem Superiorum, de qua *supra sectio. præced.* spectat potius ad virtutem obedientiæ, quàm ad iustitiam legalem. Remanet igitur, vt ly, *Iustitia*, in titulo sectionis intelligatur pro iustitia cōmutatiua, scilicet quando ex pacto, & conuentione, interueniente stipendio, seù mercede, quis tenetur missam, vt supra celebrare, ita *Suarez. & Filliucciu. locis in principio quæstionis allegatis.*

Quæritur secundo, quibus mōdis
52 contingere possit tails obligatio? Respondent *Suarez. & Filluc. supra*, ad duo capita posse reduci hanc obligationē. Primum caput est, quando quis habet beneficium cum onere missas celebrandi. Secundum, quādo recepit elęemosinas manuales, seù stipendium ad hunc finem, vt per super citatos authores, sed rectiùs, & clariùs ex Decreto, & declarationibus Sacræ Congregationis Concilij desuper hanc materiam de celebratione missarum æditis authorit. S.D.N. Vrbani VIII. & præcipuè in responsione ad quartum, ibi. *Sacerdotes, quibus diebus tenentur missas celebrare ratione Beneficij, seù Cappellæ legati, aut salarij* Ad quatuor capita, talē obligationem reducimus. Primum caput est Beneficij. Secundum Capellaniæ. Tertium legati, seù relicti. Quartum, & vltimum Salarij, seù elęemosinæ manualis, quem ordinem, & nos seruabimus.

Quæres tertio, quomodo ratio-
53 ne Beneficij, Capellaniæ, Legati, vel Stipendii, oriatur in Sacerdote obligatio, ex iustitia celebrandi, cùm iustitia constituatur inter datum, & acceptum, & satis certum est, non posse dari temporale pro spirituali, vndè non videtur posse illā obligationem intercedere inter stipendium, & officium missæ? Huic quæsito latè respondebimus infra q. 6. sect. 1. Pro nūc videndus est *Vasquez. tom. 3. in tertiam par. disp. 234. nu. 25.* vbi ad nostrum propositum; ait Ideò dici Sacerdotē ex iustitia, ratione stipendij, vel beneficij obligari ad celebrandum, quia vt stipendium contra iustitiam non retineat, pro illo celebrare debet, ita *Vasquez.*

QVAESTIO SECVNDA:

Ratione beneficij quando teneatur Sacerdos celebrare pro alio.

VT præsenti quæstioni faciliter, & ordinatim satisfiat, illam diuidimus in plures sectiones.

SECTIO PRIMA.

Quid sit Beneficium, & quotuplex.

1 *Beneficij deffinitio. Vndè exordium sumpserunt beneficia. n. 2.*
2 *Beneficij capax, quis nam sit.*
3 *Beneficiũ dari pro officio quomodo intelligendum sit, vbi an pro quolibet beneficio recitandum sit officium.*
4 *Beneficium sæculare quotuplex sit.*
5 *Beneficium in dubio an præsumendum curatum, vel simplex.*
6 *Sepultura an arguat beneficiũ esse curatum.*
7 *Sepulturæ ius potest habere quælibet Ecclesia de concessione Episcopi, & tũc Parochus non potest contradicere. Declaratio Sacræ Congregat. Rituum, ibid.*
8 *Missa potest dici in Ecclesia erecta authoritate Episcopi etiã ante Missam Parochialẽ.*
9 *Parochus requisitus si interesse recusset exequijs, vel deneget licentiam sepeliendi, potest cadauer sepeliri sine ipsius interuentu & licentia. Declaratio Sac. Congreg. Rituum.*
10 *Aprobatus ad confessiones quãdo potest audire cõfessiones in Ecclesia intra Parochiã sita, etiam contradicente Parocho.*

PRima conclusio: Beneficiũ prout in præsẽti sumitur, communiter per Doctores ita
1 definitur. Est ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, Clerico propter diuinum officium competens. Ita post *Corrasium, & Toletum, Garsias de beneficijs p. 1. c. 2. in principio. sequitur post Reginal. P. Molfes. tract. 6. cap. 1. n. 14.* & alij passim probant.

Dicitur primò, *Ius percipiendi fructus*, pro genere, prædicatur enim de omni specie beneficij, vt infrà, quia præbet facultatem, & potestatem exigendi fructus, seù pecuniam, vel alia similia in substentationem necessariam; quomodo autem sit hoc ius spirituale, seù spirituali annexum, videte DD. supracitatos.

Dicitur secundò, *ex bonis Deo dicatis*; nã in principio nascentis Eccle-

Ecclesiæ, Christiani bona sua, aut magnam illorum partem offerre solebant Deo, in substentationem eorum, qui Ecclesiæ inseruiebant, & in præparationem eornm, quæ necessaria erãt cultui diuino, quę quantitas à Summis Pontificibus in quatuor partes distribuebatur, quarum vna Clericis Ecclesiæ obueniebat. Vide te *Rebuff. in prax. benef. tit de institut. beneficiorum à num.* 1. *Tuscum lit. B. conclus.* 53 *n.* 2.

Dicitur tertiò, *Clerico competens*, primò, quia sæculares non habere possunt hæc beneficia. Secundò, quia hic non loquimur de beneficijs regularibus, quæ conferuntur Religiosis: sed de beneficijs sæcularibus, quæ propriè Clericis conferri debent, saltem habentibus primam tonsurã, vt latè diximus *in* 2. *par. nostri tract. de off. & potestat. Confessarij Recoll. p. nu.* 138. Neque loquimur de pensionibus, quæ aliquando possunt à Summo Pontifice cõ ferri laicis, vt per *Azor. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 7. *quæst.* 3. De ista pẽsione laicali videte *Bonacin. de simonia quæst.* 4. *punc.* 13. *in principio*.

Dicitur quarto, *propter diuinum officium*, quod consistit non solum in laudibus, seù horis canonicis, sed etiam in Sacrificio Missæ, Sacramentorum administratione, & alijs, de quibus 3 infrà in diuisione. Vndè merito alij, loco horum verborũ, ponunt ista alia, *ob sacrum, & Ecclesiasticum ministerium*. Videte *Azorium loco supracitato. lib.* 3. *c.* 1. Nota tamen, quod isti redditus dantur propter officium, hoc sensu, non scilicet in prætium, sed in substentationem tm̃ Clericorũ, vt à cura sibi aliavia prouidendi, liberi, Deo opt. maximo meliùs vacare possint, etiam in populi vtilitatem, vt Doctores communiter docent, & nos etiã infrà latiùs dicemus. Vide pro nunc *Comitul. lib.* 1. *Resp. q.* 57. *n.* 5. *& q.* 73. *etiam num.* 5. qui ibid. *q.* 69. *n.* 3. docet, quod si beneficiũ redditur sterile, cessaret etiam onus persoluendi diuinum officium, sicuti diminutis facultatibus Monasterii, diminuuntur onera, *Roman. cons.* 269. *num.* 25. *&* 30. intellige tamen, si etiam nulla sit spes percipiendi fructus ampliores in futurum. vt per *Bonacinam de Horis canonicis disp.* 1. *q.* 2. *par.* 4. *nu.* 25. quia tunc compesari debet sterile pro sterili, ad notata per *Illepbon. Perez. de Anniuersarijs, & Capellanis lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 15. *& seq.* Qui *Bonacin. nu.* 17. testatur communiorem, & veriorẽ opinionem Doctorum esse, vt beneficiarius teneatur recitare officium, etiam si beneficium, sit tenue, & non sufficiens ad

sub-

substentandum, vbi refert alias opiniones, de quibus etiam *P. Diana resol. 9. sub tract. de horis canonicis*, quibus ab eo allegatis pro benigniori opinione quod hoc casu, quis non teneatur recitare officium, adde *Ricc. in Praxi decis. 387. nu. 3.*

Secunda conclusio. Beneficium
4 sæculare, de quo loquimur, aliud dicitur duplex, vt voeat *Filluc. tract. 41. de benef. nu. 1. & seq.* vel vt alii, quos sequitur *P. Molfesius tract. 6. cap. 2.* dicunt, Curatũ, & aliud simplex Beneficium duplex, vel curatũ est illud, quod habet annexam dignitatem, vel iurisdictionẽ, siuè in foro interno tantum, siuè in foro externo, vel etiam in vtroque; Beneficiũ simplex est illud, quod nec dignitatem, nec iurisdictionem, aut administrationem habet, sed tantũ institutũ est ad aliquas præces Deo soluendas. Scio aliquos distinguere Beneficium curatũ, seù duplex in maius, & minus; Vndè Episcopatum, Archiepiscopatum, Cardinalatũ, & Papatum, vocant Beneficiũ curatum maius; Parochiam, & similes beneficium curatum minus. Sed melius ab alijs distinguitur in illud, quod habet tantum dignitatem, vt est personatus, &c. vel tantum iurisdictionem, vt est Parochia, &c. vel dignitatem, & iurisdictionẽ simul, vt Episcopatus, & sim. Videte *P. Molfes. & Filliuccium locis supra citatis*, & ante eos latè de hac materia post *Seluam & alios, Azor. loco supradicto, cap. 1. quæst. 4.* breuiter, & faciliter discurrit; Quæ differẽtia autem sit inter Ecclesiam Parochialem & Curatam, habetis apud *Riccium in Prax. par. 1 decis. 2. ommissarum*.

Quæres in dubio, quomodo præ-
5 sumendum sit Beneficium Curatum, vel sine cura, & sic simplex. Respondetur, præsumi debere simplex, nisi probetur contrarium, vt post *Bellamer. & Garziam*, docet *P. Molfes. d. cap. 2. num. 20. in fin. Rota Romana apud Farinacium decis. 73. num. 4. in primis centurijs, Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 43. numer. 69.* Quæ autem sint signa, & coniecturæ quod bene-
6 ficium sit curatũ, habetur *per Rotam p. 2. in nouiss decis. 52. vbi num. 27.* post *Gonzales in regula de idiomate, q. 11. num. 5.* firmat in specie sepulturam non arguere Ecclesiam Curatam, de qua re, *Riccius par. 1. praxis decis. 660.* cum quelibet Ecclesia ex cõcessione Episcopi possit habere sepulturã, & cœmeterium, *Mascardus de probationib. conclus. 469. n. 10.*

7 Adde Parochum neq; posse cõ tradicere, vt fuit declaratum *à Sacra Congregatione Rituum in illa Casapullæ Capuanæ diœcesis*

cessis die 31. *Martij & 22. Decembris* 1629. vbi cum Alicordius de Natale exposuisset se ædificasse quandam Cappellã ob distantiã suæ domus ab Ecclesia Parochiali, & augmentũ cultus diuini, cũ authoritate, & consensu Episcopi, in qua reseruauit etiam sibi, & suis successoribus ius sepulturæ, (aliàs enim illud non haberet ex sola edificatione *Riccius decis.* 42. *num.* 7. *in par.* 1. *praxis*, *Cauallerius decis.* 15. & si vt quis acquirat ius sepeliendi in Ecclesia subiecta Episcopo, verbi gratia, in Ecclesia Monialium, sufficiat, si nõ dissentiat Episcopus. *Rota par.* 1. *nouiss. decis.* 223.) Cum pacto etiam, vt ibi ob maiorem commoditatem populi, celebrarentur Missæ in diebus festiuis de præcepto, & quòd Parochus dicti Casalis nunc prætendat in dicta Ecclesia non posse sepeliri, nec celebrari Missam dictis diebus, nisi post Missam celebratam in Parochia *Sacra Congregatio* respondit ad relationem Eminentissimi Pij, his verbis, *Curatiũ Casalis Casapullæ Capuanæ diœcesis non posse prohibere Alicordio Natalis eiusdem terræ ius sepulturæ pro se, & successoribus in Ecclesia per ipsum ædificata, reseruata tamen quarta funerali proprio Parocho, nec minus* 8 *quod non celebretur Missa in dicta Ecclesia Alicordij diebus Festiuis ante Missam Parochialem die* 31. *Martij* 1629. *Fr. Fulgent. Benig. Secret.* Cumq. post emanatum dictum decretum fuisset, in eadem causa dubitatum, an eueniente casu, liceat sepeliri mortuos in dicta Ecclesia sine præsentia dicti Parochi, si vocatus venire nolit, & an idem fieri possit absq; ipsius licentia, si petita illã dare recuset. Responsum fuit per eãdem Sacram Cõgregationẽ die 22. Decembris 1629. referente eodem Eminentissimo 9 Pio, his verbis, *si Curatus requisitus, interesse recusset, vel petitam licentiam deneget, posse in dicta Ecclesia tradi sepulturæ supradictorum defunctorũ corpora sine ipsius interuentu, & licẽtia Teg. Tigrinius Congreg. Sec.* & Nota quod cum Parochus prætenderet, vt in dicta Ecclesia non possint Confessarij approbati: maximè Sacerdotes Seculares, audire Cõfessiones, & habitus fuisset recursus ad Sacram Congregationem, eadem Sacr. Congreg. id remisit Illustriss. Archiepisc. Capuan. 10 qui declarauit *licere approbatis, vt supra ibi audire Confessiones absq. licentia Parochi* iuxta ea, quæ nos annotauimus *p.* 2. *nostri tractat. communium conclus. de potestate Confessarij recoll.* 5. *nu.* 98. vbi dicimus, sufficere licentiam Episcopi, vt quis audiat Confessiones etiã con-

contradicente Parocho, extra tamē Ecclesiam Parochialem, quia quilibet admissus ad confessiones æquiparatur quo ad hoc munus ipsi Parocho, vt per *D. Antonin. 3. par. suæ summæ, tit. 17. cap. 5. in fin.* qui ait, de hoc extare Bullatam concessionem Alexandri, & Clementis, post cuius Bullationem, nullus Parisius dixit contrarium. Sed quid vbi designantur certe Ecclesiæ in quibus tales cōfessarij, seculares approbati possunt audire confessiones, prout seruatur Neapoli? Respondetur, tunc nō posse extra illas audire; alias non solum peccaret, sed esset inualida cōfessio, cùm limitata sit iurisdictio delegata prædictis locis, & limitata causa, limitatos producit effectus vulgatis iuribus.

SECTIO SECVNDA.

De Differentijs inter Beneficium curatum, & simplex.

11 *Beneficium curatum requirit residentiam, non autem simplex, residentia de quo iure præcipiatur ibid. remissiuè, limita num. seq.*

13 *Dimissorias denegare quando possit Episcopus Sacerdotibus discedere volentibus à diœcesi, vel illos, si sunt absentes, reuocare.*

14 *Beneficia curata sunt incompatibilia, secus de beneficijs simplicibus, quomodo id intelligendum sit num. seq.*

16 *Illegitimus dispensatus ad beneficia, ad quæ censeatur dispensatus.*

17 *Presbyteratus ordo quomodo requiratur in beneficio curato.*

18 *Narratiua falsa de qualitate Sacerdotij, quando non vitiet gratiam factam de beneficio curato.*

19 *Beneficium simplex, quando requirat ordinem Sacerdotij.*

20 *Beneficium recipiens, quale propositū habere debeat circa susceptionem ordinum sacrorū. Qui l si neque habeat intentionem clericaliter viuendi, numer. seq. vbi an teneatur ad restitutionem fructuum.*

22 *Ordines Minores recipiens intentione tantum gaudendi priuilegijs, & exemptione, non autem ascendendi ad alios ordines an peccet mortaliter.*

23 *Gabellas imponere an possint Principes Seculares super bona clericorum, qui habitum, & tonsuram assumpserunt sine intentione clericaliter viuendi.*

24 *Dignis, prætermissis dignioribus, quæ beneficia possint, vel non possint conferri.*

25 *Curatum beneficium confertur per concursum, non autem simplex.*

Concursus quando fieri non debeat

debeat pro Ecclesiæ curatæ collatione, ibidem.

26 *Examen requiritur, etiam pro actu Parocho, qui concurrit ad aliam Parochialem Quãdo requiratur dictum examẽ in Ecclesia patronata, nu.27. & sub num. 29.*

28 *Parochus concurrens ad aliam Parochialem, quando debeat resignare prædictã Ecclesiã.*

30 *Examinatoris Synodalis electio quomodo probetur, & n.32. & seq. Concursus, vbi interuenit aliquis examinator, qui non sit Synodalis, est nullus, ibid. & n. 34.*

32 *Scrutatores pro electione quales debeant esse.*

33 *Probatio æquiuoca non est bona probatio, & quę nã sit illa.*

34 *Descriptionis omissio an noceat parti, An illa sit de substantia pro Examinatoribus Synodalibus, num. 4.*

35 *Examinatorum Synodalium confirmatio generaliter an possit fieri in Synodo, An tunc debeant iterum iurare, nu.41. in fin.*

37 *Attestatio quando debet esse cũ iuramento.*

38 *Negatiua quomodo probanda, & seq.*

Iuramentum semel datum ab examinatoribus Synodalibus, si fuerint iterum confirmati in Synodo, an sufficiat, ibid. in fin.

PRima, & principalis differentia est quòd beneficiũ curatum requirit residentiam, nõ autem beneficium simplex. Colligunt DD. ex Sacro Conc. Tridentin. communiter, *vt per Molsef tr. 6. c. 11. n. 17. & seq.* vbi refert ità declarasse Sacrã Congregationem Eminentiss. Cardinalium Sac. Concilij Interpetrum, & decisum fuisse pluries per Rotam Romanam: Adde etiam eandem Rotam apud *Farinac. post võl. 2. Respons. decis. 213. Paulum Layman. tr. 2. de benef. c. 6. Bonac. opusc. de onere beneficiatorum ad residendum. Barbos. alleg. 21. n. 7.* Quod dicitur de beneficio curato procedit, etiam si habeat sub se paucos Parochianos. *Riccius par. 1. prax. decis. 739.* Quo iure autẽ dicti Curati teneãtur residere, non est hic locus id explicandi. Lector de hac re curiosus adeat, *Thomam Campegium, & Ambrosium Catherinum in eorum tractatibus de Residentia, & Vasq. opusc. de benefic c. 4. §. 2. ar. 2. dub. 1.* qui refert *Cordub.* docentem, eam esse de iure diuino, non tacto, sed largo modo, tum quia non est ex professum planè, tum etiã quia ex rationabili causa Summus Pontifex potest in ea dispensare: ipse tamen concludere videtur, quòd licet non sit præceptum istud

residendi diuinum positiuum, sit tamen diuinum naturale, & ideo, Summum Pontificem solum interpretari ius diuinum in aliquo casu, ratione alicuius circunstantiæ, non obligare, vbi *dub. seq. agit* de causis, ex quib⁹ & si curatus sit absens à beneficio, possit tamen recipere fructus illius beneficij, adsunt aliquæ declarationes Sac. Cõgregationis, quas post *Gallettum, refert Riccius in praxi decis. 59.* vt scilicet ex causa adiuuandi visitationem, possit ab Episcopo dispensari Parochus ad bimestre tantum singulis annis, & ex causa aeris, vel infimitatis, quæ in loco residentiæ curari non potest, vsque ad qua-
12 tuor menses. Intellige doctrinam principalem, si talis beneficiarius simplex nõ habeat onus persoluendi in Ecclesia diuinũ officium, præter obligationem Missas celebrandi; ita procedunt declarationes, & decisiones, vt per *Bonac. d. suo opusc. p. 3. sub n. 11.* & fuit nuper decisum *per Rotam Rom. in illa Aquilana Cappellanię 26. Mar. 1629. coram Merlino*, quam habes infra *q. 4. sectione 1. in fin.*

Vnde sequitur alia differentia,
13 quia Episcopi, alijq. Ordinarij possunt dimissorias denegare subditis Sacerdotibus discedere volẽtibus, vel illas absẽtes & alibi degentes reuocare, si habent beneficium curatũ, secus si habent beneficium simplex, vt ex Sac. Congregatione, & Rota Romana probat *Nouarius in suis singularibus conclus. 96.* quam etiã secundam partem intellige, vt supra *n. 12.* dictum est.

Secunda differentia, nam benefi-
14 cia curata inter se sunt incompatibilia, secus est de beneficijs simplicibus, pro declaratione huius differentiæ plura essent subijcienda, quæ tanquam ad nostrum institutũ minimè pertinẽtia, consultò omittimus, remittendo lectorem, ad *D. Thomam, Sotum, & alios* ex professo de hac re tractantes, quos habes in libro, cui titulus est, *Grauissimorum authorum complurium opuscula de Residentia Pastorum, ac de beneficiorum pluralitate Venetijs impresso de anno 1562. & Oiedum* qui de incompatibilitate beneficiorũ tractatum integrum edidit *ad Canonistas in cap. cum te 4. de ætate, & qualit. ordinandorum, extra Molsesius d. tr. 6. cap. 9. Layman. loco supra c. 8. Lessium lib. 2. de iust. c. 34. dub. 27. Barbosam de officio, & potestate episcopi alleg. 62. Vasq. d. opusc. de benef. c. 4. §. 2. dub. 5. adest quoq. decretum Sac. Conc. Trid.*
15 *sess. 24. de reform. cap. 7.* Ex eo tamen quia beneficia simplicia non sunt inter se incompatibilia, nõ sequitur posse plura obtineri ab eodem absque Pon-

tificis

tificis dispensatione, etiam si sint insufficiētia, vt habetur in præcitato decreto Sacri Conc. Trid. & tradit post alios *Nouarius in suis singularibus concl* 48. vbi *concl. sequen.* agit de pœnis, in quas incurrit retinēs plura beneficia absque dispensatione, & si antiquitùs pro beneficijs simplicibus, dummodo nō essent eiusdem rationis, vel sub eodem tecto posita, etiā Episcopi dispensabant. Videte *Casasquez opusc. de benefic. c.* 4. §. 2. *ar.* 1. *dub.* 10. *in fin.* circa materiam incompatibilitatis duarum curatarum videte *infra nu.* 27.

16 Tertia differentia, nam dispensatus simpliciter illegitimus ad beneficia, & si intelligatur dispēsatus ad beneficia simplicia, non tamen intelligitur dispensatus ad beneficia curata, vel cathedralia, *vt Rota censuit decis.* 2. *vers. si verò dispensat. de filijs presbyterorum in nouis, ap probata per eamdem* Rotam *Romanam coram Lancellotto apud Farinac. post vol.* 2. *responsorū decis.* 70. *&* 293. *tradit Paulus Layman. tr.* 2. *de benef. c.* 14. *nu.* 4. de forma harum dispensationum, vide *Rebuff. in practica beneficiorum, cum de dispensatione super defectu natalium*.

17 Quarta differentia, nam impetrans beneficium curatum debet esse Sacerdos, vel in ea ętate cōstitutus, vt possit infra annum ascendere ad ordinē prædictum; non autem impetrans beneficium simplex, vt *per Rotam coram Sacrato apud Farinac. loco supracit. decis.* 270. vbi ēt habes, quòd nā beneficium dicatur curatum, & quando & si sit parochiale, non tamen est tale actu, sed habitu tantū,

18 tunc ēt narratiua falsa de qualitate Sacerdotij nō vitiat gratiam de prædicto beneficio, vt decisum fuisse, per *Rotam*, habetur inter collectas à *Farinac. decis.* 270. Intellige hoc dictū de beneficio simplici non habēte annexum ordinem sacrum, secus si habeat annexum dictū ordinem, vt sunt Capellaniæ Sacerdotales, de quib⁹ *inf. q.* 4. *sect. p. n.* 92. & habetur *per Paulū de Layman. d. tra.* 2. *de benef. cap.* 14. *nu.* 2. vbi *num.* 9. agit

20 de proposito, & intentione, quam debet habere ascendendi ad Sacros ordines, qui suscipit beneficia, & culpa, ac pœna restitutionis fructuum, quam possunt incurrere contrafaciētes, de qua re *Comitulus lib.* 1. *responsorum moralium q.* 97. vbi testatur, veriorem, & communiorem opinionem doctorum esse, quòd carens dicto proposito, & intentione, nec

21 beneficium etiā simplex, neque fructus possit retinere, cuius contrarium in terminis de beneficio simplici, non teneri sci-

licet ad restitutionem, quando suo muneri, dum illud retinet, satisfacit, docet *Lessius lib. 2. de iust. c. 34. n. 131.* quem sequitur *Laym. in d. c 14. in fin.* videte *Lessium supra*, quia ponit plures casus practicabiles in hac materia, tam pro beneficijs simplicibus, quàm curatis, & tam ratione peccati, quàm restitutionis. Circa verò beneficia curata, quòd etiam illa recipiens animo dubio ascendendi ad ordines sacros, teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum, post *Sot. & Azor.* cõtra *Nauar.* docet *Malderus de iust. tract. 9. cap. 2. dub. 18.* vbi hanc ait esse accomodatiorem sententiam, textui *in c. commiss. de elect. in 6.* & declarat, in quibus casibus posse esse vera opinio *Naua.* Placet tamen, quod subdit *Sanchez. lib. 6. summæ c. 7. nu. 17.* scilicet acceptãtem beneficiũ Parochiale firmo animo intra annum assumendi Sacerdotiũ, sub ea tamẽ cõditione, nisi felicius eo tempore &c quod quãdo contigerit, non esse alicuius culpæ reum, neque ad aliquã fructuum restitutionẽ obligatum. An autem recipiens tonsuram, vel ordines minores in
22 tentione tantum gaudendi, & fruendi priuilegijs, & exemptione, non autem ascendendi ad ordines sacros, peccet mortaliter? affirmat post *Bannez*, *Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg. 11.* Sed negant *Sanchez. Comin. & Villalob. apud P. Diananm. 2. miscellaneo, resol. 2. Qui tr. 2. de immunitate Ecclesiæ resol. 43.* probat, contra *Coriolanum, & Prosperum*
23 *de Augustinis*, non posse Principes seculares imponere Gabellas super bona Clericorum, qui habitũ clericalem assumpserunt sine intentione clericandi; sed tantum in fraudem Gabellarum, vel vt non hospitio recipiant milites. Quid de legatario, cum conditione quod efficiatur clericus, an illud consequi possit si efficiatur Clericus: nolit tamen ascendere ad Sacerdotium, pro negatiua respõdet *Nonarius prima par. suarum practicarum q q. quæst. 1.* qui *quæst. 107.* etiam probat, quod tale legatum & si fiat simpliciter nullo adiecto tempore, obliget legatarium, quam primum habitum assumere, & ascendere ad Sacerdotium, ipsum videte.

Quintam differentiam addunt *P. Nauar. Ledesma, Guttier. & Garzias*, quos sequitur *Antonius Diana tr. 1. Miscellaneo resol. 38. & 40.* scilicet beneficia curata absque peccato mortali non posse conferri digno, prætermisso digniori, sicuti ita possunt conferri beneficia simplicia, adde *Lessium lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 14.*

aliàs

aliàs enim, vt inquit *Guttier. lib. 2. Canonic. qq. c. 11. nu. 12.* omnes Prælati essent in statu damnationis. Contrarium docent plerique authores, quos habes apud *Riccium p. 1. praxi. decis. 230.* vbi loquitur de casu, quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, vbi habes, quando à collatione facta detur appellatio, & quis dicatur dignior. Quid de laicis, qui habent præsentare, an teneantur præsentare digniores. *Lambert.* cui multùm debetur in hac materia *tr. de iurepatr. p. 1. secundi lib. q. 10. art. 3. & 17.* alijq. quos sequitur *Diana sup. resol. 37.* negant. Cõfirmat rigidiorẽ sententiam, contrà *Sotum, Gabriel.* & alios, *Vasq. d. opusc. de benefic. c. 2. §. 3. dub. 8.* docens expræsè, non solùm in conferendis beneficijs curatis, sed etiam non curatis, & simplicibus committi peccatum mortale eligendo dignum, prætermisso digniore. Sed de hac re iterum redibit sermo *q. quarta sect. vltima*, cum in specie de requisitis in Capellano.

Sexta differentia est, quia curatũ
25 beneficium confertur per cõcursum, non autem simplex beneficium *ex Conc. Trid.* & post alios authores tradit *Barbosa de off. & potest. Episc. alleg. 60. nu. 36.* vbi reperies omnes casus, in quibus Parochialis Ecclesia potest conferri absq. cõcursu, Sicut ẽt eos enumerat *Viuianus in sua Praxi iurispatronat. lib. 10. c. 1. nu. 12.* vbi de forma, & modo concursus, latè de hac re integrum tractatum edidit *Massobrius sub tit. praxis concursus, & Ricc. 1. par. praxis dec. 415.* quoq. plures casus practicabiles ponit in sequẽtibus decisionibus pro ista materia; Est ita vera prædicta do-
26 ctrina, quòd etiam admissus aliàs ad Parochialem, & actu illam possidens, si vult adipisci aliam Parochialem, debet denuò examinari, vt est praxis cõmunis, fauet decisio *Rota Romanæ Cracouien. Parochialis 22. Maij 1628. coram Merlino*, ibi, *Non obstat quòd Martinus non fuit examinatus, & ei non suffragetur, quòd olim ad alias Parochiales fuerit admissus, & modò habeat etiam Parochialem, ex eo enim, quòd quis approbatus est ad vnam Parochialem, non resultat approbatio ad aliam* ex latè deductis per *Garziam de benefic. p. 6. c. 2. nu. 253. & 266.* & fuit dictum in *Calaguritana Beneficij de Orniles 12. Octob. 1587. coram Card. Pamph.* & in *Pistorien. Parochial. 6. Februa-*
27 *rij 1623. coram me. Quoniam antequam immittatur in possessionem, & relaxentur executoriales, ipse Martinus poterit se subijcere examini, nec*

cum

cum effectu assequetur Parochialem, nisi prius fuerit in examine approbatus. Subdit ēt Rota non esse necessarium, vt concurrens Parochus in alia
28 Parochiali, resignet Beneficiū his verbis, *Nec obstat quòd habeat aliam parochialem, & intret incompatibilitas, quoniam omisso, quòd Martinus habet dispensationem Apostolicam retinendi vtramque Parochialem, quæ fuit exhibita, & in actis postmodum producta, quatenus etiam illa non suffragaretur, incompatibilitas est respectu primæ, per assequutionem enim secundæ, vacati primæ, Gabriel. conf. 193. n. 6. & seq. lib. 1. Mobed. decis. 14. de præbend. & Seraphin. dec. 773. nu. 2.* & in *Calaguritana Beneficij de Arnedo* 20. *Ianuarij* 1622. *coram me, Nec impeditur*
29 *assequi secundam, sed solum retinere vtrāque prohibitū est, Cassad. dec. 9. n. 2. de caus. possess. & propriet. Gabr. d. conf. 193. n. 8. & 9. & fuit dictū in prædicta Calaguritana Beneficij de Arnedo* 20. *Ian.* 1622. *coram me,* Nota in hac decisione tractari de collatione Parochialis, quæ est de iurepatronatu, vbi non requiritur concursus, sed simplex examē, vt per *Riccium loco supracit. decis.* 220. vbi habes limitationes. Amplia tamen, etiam in iure patron. mixto, scilicet laicorum & ecclesiasticorum, vt declaratum fuisse per Sacram Congregationem, refert *Viuianus in Apendice ad suam praxim de iure patr. ad c.* 1. *lib.* 10. *n.* 34.

Pro alio casu notabili, qui potest occurrere in concursu, scilicet circa Examinatoris Synodalis defectū emanarunt infrascriptæ decisiones *in illa Parochialis Nicien. corā Eminentissimo Virili vnà sub* 25. *Iunij* 1629. *ibi Non obstat nouum motiuum, quòd in concursu, de quo agitur interuenerunt quatuor examinatores, quorum tres verè erant examinatores Synodales, sed quartus, qui fuit frater Petrus Paulus Passeronus Theologus, & Prior non esset examinator synodalis, sed fuerit electus per Vicarium Capituli, sede vacante, & consequenter*
30 *concursus sit nullus, vbi enim cum examinatoribus synodalibus interuenit alter, qui non sit examinator synodalis, concursus est nullus, vt sæpiùs declarauit Sacra Congregatio in causa Toletana, & Sasenaten.* & in *Messanen. Parochialis*, quas refert *Garzia de benefic. par. 9. c. 2. nu. 83. & n. 324. & n. 341. vbi referuntur decisiones Ro-*
31 *tales, prout electio est nulla, quando cum Scrutatoribus de Collegio, adhibentur alij, qui non sunt de Collegio, vt fuit dictum in Treueren. Sancti Maximi* 20. *Nouembris* 1624. *coram*

ram Reuerendiſs. D. meo Cocci-
32 no Decano, Quia iſta negatiua, quòd habet Frater Petrus Paulus Paſſeronus non eſſet examinator ſynodalis eſt plenè, & concludenter probanda, vti fundamentum intentionis, gloſ. in l. 2. ff. de probationibus, Bart. in l. illa, nu. 3. ff. de verb. obligat. Gabriel. concl. 6. de probation.
33 nec ſufficit, quod probatio ſit æquiuoca, & non concludens, C. in præſentia, de probationibus l. non hoc, C. vnde legitimi, l. neq. natales, C. de probationibus, imò quòd probabile ſit quòd fuerit deputatus examinator ſynoda-
34 lis ab Epiſcopo in ſynodo, & non fuerit deſcriptus. Rota deciſ. 323. nu. 4. verſ. vltra quod
35 videbatur, p.r. 2. recent. Nam omiſſio, & negligentia deſcriptionis non nocet parti, l. imperator, ff. de ſtatu hominum, Surdus conſ. 535. nu. 9. in fine. Aymon. conſ. 182. nu. 7. Achill. deciſ. 1. nu. 7. de fide inſtrumentor. Probatio autem quæ datur non videtur concludens, licèt enim in Synodo 24. Aprilis 1613. iſte Frater Petrus P. non reperiatur deſcriptus inter examinatores ſynodales, tamen potuit in aliqua ſynodo poſtea facta ab Epiſcopo deputari imò
36 cum in ſynodo 17. Aprilis 1619. confirmentur examinatores ſynodales in genere, ſine expreſſione nominum, & ſine reſtrictione ad aliquam ſynodum, vtique iſta confirmatio poteſt verificari in Fratre Petro P. qui in aliqua ſynodo poſt annum 1613. facta potuit eſſe deputatus, vltra quod vt iſta negatiua remaneret probata, deberet exhiberi tota ſynodus anni 1619. in qua cum vltrà confirmationem examinatorum ſynodalium, potuerit eſſe, quòd Epiſcopus iſtum Fratrem Petrum P. examinatorem ſynodalem deputarit, vtique ex actu confirmationis ſine integrâ totius ſynodi negatiua non remanet iuſtificata. Non obſtat quòd Notarius Epiſcopalis atteſtetur, quòd in Regiſtris Curiæ Epiſcopalis non reperiatur alia nominatio examinatorum ſynodalium, niſi illa, quæ fuit facta in ſynodo ſub die 24. A-
37 prilis 1613. Tum quia iſta atteſtatio eſt abſque Iuramento Verall. deciſ. 265. 1. p. Rota deciſ. 323. num. 4. p. 2. recent. Tum etiam quia ad faciendam iſtam diligentiã coarctandi negatiuam in Regeſtis requirebatur partis citatio, Verall. dict. deciſ. 265. 1. par. Rota d. deciſ. 323. nu. 4. p. 2. recent. Tum item, quia iſta atteſtatio videtur defectiua, nam vltra electionem examinatorum in ſynodo ſub die 14. April. 1613. reperitur, quòd Epiſcopus in ſynodo 17. Aprilis 1619. confirmauit examinatores ſynodales ſine expreſſione nominum, & ſine

bus, nu sequenti quid de Episcopo, Papa, &c. nu. 22.

46 *Beneficium possidens cum onere celebrandi Missas, an etiã censeatur obligatus ad applicandum sacrificium.*

47 *Summus Pontifex Sixtus V. fundauit beneficia Cappellaniæ Sanctæ Mariæ ad Præsepe in Ecclesia S. Mariæ Maioris de Vrbe.*

CONclusio: Nullius beneficij ratione ex se tenetur
42 Sacerdos pro alio missas celebrare, nisi expressè tale onus reperiatur impositum. Probatur ex supradictis *sect. præced.* vbi firmauimus, beneficium duplex, esse illud, quod habet dignitatem, iurisdictionẽ vel administrationem. Beneficiũ simplex verò, quod tantũ obligat ad præces Deo offerẽdas, quæ omnia sunt valdè diuersa à missarum celebratione pro alio. Confirmatur, nam obligatio & iustitia non resultat, nisi pcsito pacto, & conuẽtione, aliàs neque naturaliter quis remanet obligatus de ista enim obligatione hic loquimur non autem de obli-
43 gatione anthidorali, quæ est satis diuersa, & ipsa enim quilibet beneficiarius remanet obligatus ex gratitudine fundatori beneficij, & tanto magis, quantò minus oneris in eo imposuit; sed hæc obligatio anthidoralis non est obligatio ex iustitia, sed ex honestate morali, & sicnõ sub mortali, vt supra dictum est, *q. 1. sect. 3. in fin.* & latè per *DD. in l. sed & si §. consuluit. ff. de petit. hæreditatis, Bart. in l. ex hoc iure ff. de iustitia, & iure, Canonistas & præcipuè Felinum, & Antonium de Butrio, in c. ad nostrã*
44 *de probationibus*, Quod autẽ ex se ingratitudinis vitium, nõ inducat ex suo genere peccatũ mortale, notat post alios *Rebell. 2. p. de obligat. iustitiæ, q. 9. n. 1. & 2.* Tantum igitur authores de Parocho loquẽdo, quærunt An teneatur aliquoties Missas celebrare in sua ecclesia, secluſa obligatione expræssa in tabulis ecclesiæ, & sic obligatus existat etiã aliquoties, missas aliquas pro
45 quibus applicare. Qui licet in primæ partis resolutione consetiãt nempè, quòd Parochus teneatur quibusdam diebus maximè festiuis, in quibus tenetur populus ex præcepto au-
46 dire missã, illã per se, vel per aliũ celebrare, *vt per Vasq. & Fill. infra cit.* tñ discordant in responsione ad secundam partem, nam *Posseuinus de offic. Curat. c. 2. n. 4. Fraxinellus in suo tract. de sacerd. obligat. ad missas ex iustitia pro alio celebrandas, sect. 3. præcet. 2. nu. 4.* docent, Parrochum, seu habẽtem beneficium curatum,

num-

nũqnã teneri ex iustitia applicare sacrificiũ pro ouibus suis, neque in communi, neque in particulari, nisi expræssè ex tabulis ecclesiæ, ad hoc obligatus existeret; & ampliant primo etiam ad Sacerdotem curatum diuitem; secundo ẽt stante consuetudine in contrarium. Sequi videtur hanc opinionem tanquam benigniorẽ iuxta nostrum institutum *P. Diana resolut. 25. sub tract. de celebrat. missarum, & post Vasquez, P. Naldus verbo Parochus sub n. 15. Sotus verò lib. 9. de iust. & q. 3. art. 1. §. nihilominus*, censet Parochum quotidie offerre debere per se, vel per alios, applicando sacrificiũ pro ouib⁹, si fructus beneficij, ad substentationem sufficiant, sin minus, pro quantitate fructuum, ter, vel quater in hebdomada, arbitrio Episcopi, vel prudẽtis viri. Sequitur eũ *Nugnus* apud *P. Dian. alle, Filliuc.* Tandem *Suarez post Nau. Maiorem, & alios*; & si fateatur, nunquam teneri habentem beneficium curatum ex primaria institutione talis beneficij ad id esse obligatum: nam sunt alij fines, & munera, ad quæ sunt instituta dicta beneficia, tamen concludunt, in hoc standum esse consuetudini, & statutis synodalibus cuiuscumque Diœcesis. Ita *Layman. tract. 5. de sacrificio missæ, cap. 3. nu. 3. Vasquez d. disput. 234. n. 27. vbi ait, oppositum, nempè opinionem Soti*, nulla ratione, aut iure probari posse. *Filliuc. tract. 4. nu. 174.* vbi testatur de communi. Quæ & si sint verissima, tamen semper cum *Barbosa in suo tract. de offic. & potestate Episc. allegat. 24. nu. 23. in fin.* existimaui, etiam præcisa obligatione & consuetudine, vel lege synodali, teneri Parochum, & quẽlibet alium habentem beneficium curatum, seu duplex, vt est Episcopus, de quo facit mẽtionem *Filliucc. d. num. 174.* Papa, Superior Religiosorum, & similes, aliquando applicare pro suis ouibus ad arbitrium bonⁱ viri, *ex Concil. Trid. sess. 23. de reformat. c. 1.* quam opinionem Parochi diuites maximè sequi deberent; intelligit tñ, non de obligatione ex iustitia, sed ex charitate, & æquitate, *Layman. loc. sup. cit. in fin.* vbi facit mentionem de Episcopo, de Summo Pontifice, & Prælato Religiosorũ; sed idem dicendum de omnibus alijs habẽtibus beneficium curatum, quia omnes veniũt appellatione Parochi. Non placet tamẽ, quod ipse *Layman.* ait, hanc obligationem esse ex charitate, cum obligatio, quæ prouenit ratione officij sæpe sit ex iustitia, vt patet in materia de restitutione, & Parochus ad

contradicente Parocho, extra tamē Ecclesiam Parochialem, quia quilibet admissus ad confessiones æquiparatur quo ad hoc munus ipsi Parocho, vt per *D. Antonin. 3. par. suæ summæ, tit. 17. cap. 5. in fin.* qui ait, de hoc extare Bullatam concessionem Alexandri, & Clementis, post cuius Bullationem, nullus Parisius dixit contrarium. Sed quid vbi designantur certe Ecclesiæ in quibus tales cōfessarij seculares approbati possunt audire confessiones, prout seruatur Neapoli? Respondetur, tunc nō posse extra illas audire; aliàs non solum peccaret, sed esset inualida cōfessio, cùm limitata fit iurisdictio delegata prædictis locis, & limitata causa, limitatos producit effectus vulgaris iuribus.

SECTIO SECVNDA.

De Differentijs inter Beneficium curatum, & simplex.

11 *Beneficium curatum requirit residentiam, non autem simplex, residentia de quo iure præcipiatur ibid. remissiuè, limita num. seq.*

13 *Dimissorias denegare quando possit Episcopus Sacerdotibus discedere volentibus à diœcesi, vel illos, si sunt absentes, reuocare.*

14 *Beneficia curata sunt incompatibilia, secus de beneficijs simplicibus, quomodo id intelligendum sit num. seq.*

16 *Illegitimus dispensatus ad beneficia, ad quæ censeatur dispensatus.*

17 *Presbyteratus ordo quomodo requiratur in beneficio curato.*

18 *Narratiua falsa de qualitate Sacerdotij, quando non vitiet gratiam factam de beneficio curato.*

19 *Beneficium simplex, quando requirat ordinem Sacerdotij.*

20 *Beneficium recipiens, quale propositū habere debeat circa susceptionem ordinum sacrorū. Quid si neque habeat intentionem clericaliter viuendi, numer. seq. vbi an teneatur ad restitutionem fructuum.*

22 *Ordines Minores recipiens intentione tantum gaudendi priuilegijs, & exemptione, non autem ascendendi ad alios ordines an peccet mortaliter.*

23 *Gabellas imponere an possint Principes Seculares super bona clericorum, qui habitum, & tonsuram assumpserunt sine intentione clericaliter viuendi.*

24 *Dignis, prætermissis dignioribus, quæ beneficia possint, vel non possint conferri.*

25 *Curatum beneficium confertur per concursum, non autem simplex.*

Concursus quando fieri non debeat

debeat pro Ecclesiæ curatæ collatione, ibidem.

26 *Examen requiritur, etiam pro actu Parocho, qui concurrit ad aliam Parochialem Quãdo requiratur dictum examẽ in Ecclesia patronata, nu. 27. & sub num. 29.*

28 *Parochus concurrens ad aliam Parochialem, quando debeat resignare prædictã Ecclesiã.*

30 *Examinatoris Synodalis electio quomodo probetur, & n. 32. & seq. Concursus, vbi interuenit aliquis examinator, qui non sit Synodalis, est nullus ibid. & n. 34.*

32 *Scrutatores pro electione quales debeant esse.*

33 *Probatio æquiuoca non est bona probatio, & quę nã sit illa.*

34 *Descriptionis omissio an noceat parti, An illa sit de substantia pro Examinatoribus Synodalibus, num. 4.*

35 *Examinatorum Synodalium confirmatio generaliter an possit fieri in Synodo, An tunc debeant iterum iurare, nu. 41. in fin.*

37 *Attestatio quando debet esse cũ iuramento.*

38 *Negatiua quomodo probanda, & seq.*

Iuramentum semel datum ab examinatoribus Synodalibus, si fuerint iterum confirmati in Synodo, an sufficiat, ibid. in fin.

PRima, & principalis differentia est quòd beneficiũ curatum requirit residentiam, nõ autem beneficium simplex. Colligunt DD. ex Sacro Conc. Tridentin. communiter, *vt per Molsef tr. 6. c. 11. n. 17. & seq.* vbi refert ità declarasse Sacrã Congregationem Eminentiss. Cardinalium Sac. Concilij Interpetrum, & decisum fuisse pluries per Rotam Romanam: Adde etiam eandem Rotam apud *Farinac. post võl. 2. Respons. decis. 213. Paulum Layman. tr. 2. de benef. c. 6. Bonac. opusc. de onere beneficiatorum ad residendum. Barbos. alleg. 21. n. 7.* Quod dicitur de beneficio curato procedit, etiam si habeat sub se paucos Parochianos. *Riccius par. 1. prax. decis. 739.* Quo iure autẽ dicti Curati teneãtur residere, non est hic locus id explicandi. Lector de hac re curiosus adeat, *Thomam Campegium, & Ambrosium Catherinum in eorum tractatibus de Residentia, & Vasq. opusc. de benefic c. 4. §. 2. ar. 2. dub. 1.* qui refert *Cordub.* docentem, eam esse de iure diuino, non sic dicto, sed largo modo, tum quia non est expressum planè, tum etiã quia ex rationabili causa Summus Pontifex potest in ea dispensare: ipse tamen concludere videtur, quòd licet non sit præceptum istud

residendi diuinum positiuum, sit tamen diuinum naturale, & ideo, Summum Pontificem solum interpretari ius diuinum in aliquo casu, ratione alicuius circunstantiæ, non obligare, vbi *dub. seq. agit* de causis, ex quib⁹ & si curatus sit absens à beneficio, possit tamen recipere fructus illius beneficij, adsunt aliquæ declarationes Sac. Cõgregationis, quas post *Gallettum, refert Riccius in praxi decis. 59.* vt scilicet ex causa adiuuandi visitationem, possit ab Episcopo dispensari Parochus ad bimestre tantum singulis annis, & ex causa aeris, vel infimitatis, quæ in loco residentiæ curari non potest, vsque ad qua-
12 tuor menses. Intellige doctrinam principalem, si talis beneficiarius simplex nõ habeat onus persoluendi in Ecclesia diuinũ officium, præter obligationem Missas celebrandi; ita procedunt declarationes, & decisiones, vt per *Bonac. d. suo opusc. p. 3. sub n. 11.* & fuit nuper decisum *per Rotam Rom. in illa Aquilana Cappellanię 26. Mar. 1629. coram Merlino*, quam habes infra *q. 4. sectione 1. in fin.*

Vnde sequitur alia differentia,
13 quia Episcopi, alijq. Ordinarij possunt dimissorias denegare subditis Sacerdotibus discedere volẽtibus, vel illas absẽtes & alibi degentes reuocare, si habent beneficium curatũ, secus si habent beneficium simplex, vt ex Sac. Congregatione, & Rota Romana probat *Nouarius in suis singularibus concluf. 96.* quam etiã secundam partem intellige, vt supra *n. 12.* dictum est.

Secunda differentia, nam benefi-
14 cia curata inter se sunt incompatibilia, secus est de beneficijs simplicibus, pro declaratione huius differentiæ plura essent subijcienda, quæ tamquam ad nostrum institutũ minimè pertinẽtia, consultò omittimus, remittendo lectorem, ad *D. Thomam, Sotum, & alios* ex professo de hac re tractantes, quos habes in libro, cui titulus est, *Grauissimorum authorum complurium opuscula de Residentia Pastorum, ac de beneficiorum pluralitate Venetijs impresso. de anno 1562. & Oiedum* qui de incompatibilitate beneficiorũ tractatum integrum edidit *ad Canonistas in cap. cum te 4. de ætate, & qualit. ordinandorum, extra Molfes. d. tr. 6. cap. 9. Laymann. loco supra c. 8. Lessium lib. 2. de iust. c. 34. dub. 27. Barbosam de officio, & potestate episcopi alleg. 62. Vasq. d. opusc. de benef. c. 4. §. 2. dub. 5. adest quoq. decretum Sac. Conc. Trid.*
15 *sess. 24. de reform. cap. 7.* Ex eo tamen quia beneficia simplicia non sunt inter se incompatibilia, nõ sequitur posse plura obtineri ab eodem absque Pon-

tificis

tificis dispensatione, etiam si sint insufficientia, vt habetur in præcitato decreto Sacri Conc. Trid. & tradit post alios *Nouarius in suis singularibus concl* 48. vbi *concl. sequen.* agit de pœnis, in quas incurrit retinés plura beneficia absque dispensatione, & si antiquitùs pro beneficijs simplicibus, dummodo nõ essent eiusdem rationis, vel sub eodem tecto posita, etiã Episcopi dispensabant. Videte *Casasquez opusc. de benefic. c.* 4. §. 2. *ar.* 1. *dub.* 10. *in fin.* circa materiam incompatibilitatis duarum curatarum videte *infra nu.* 27.

Tertia differentia, nam dispensa-
16 tus simpliciter illegitimus ad beneficia, & si intelligatur dispẽsatus ad beneficia simplicia, non tamen intelligitur dispensatus ad beneficia curata, vel cathedralia, *vt Rota censuit decis.* 2. *vers. si verò dispensat. de filijs presbyterorum in nouis, & probata per eamdem* Rotam *Romanam coram Lancellotto apud Farinac. post vol.* 2. *responsorũ decis.* 70. & 293. *tradit Paulus Layman. tr.* 2. *de benef. c.* 14. *nu.* 4. de forma harum dispensationum, vide *Rebuff. in practica beneficiorum, cum de dispensatione super defectu natalium*.

Quarta differentia, nam impe-
17 trans beneficium curatum debet esse Sacerdos, vel in ea ętate cõstitutus, vt possit infra annum ascendere ad ordinẽ prædictum; non autem impetrans beneficium simplex, vt *per Rotam coram Sacrato apud Farinac. loco supracit. decis.* 270. vbi ẽt habes, quòd nã beneficium dicatur curatum, & quando & si sit parochiale, non tamen est tale actu, sed habitu tantũ,
18 tunc ẽt narratiua falsa de qualitate Sacerdotij nõ vitiat gratiam de prædicto beneficio, vt decisum fuisse, per *Rotam*, habetur inter collectas à *Farinac. decis.* 270. Intellige hoc dictũ de beneficio simplici non habẽte annexum ordinem sacrum, secus si habeat annexum dictũ ordinem, vt sunt Capellaniæ Sacerdotales, de quib⁹ *inf. q.* 4. *sect. p. n.* 92. & habetur *per Paulũ de Layman. d. tra.* 2. *de benef. cap.* 14. *nu.* 2. vbi *num.* 9. agit
20 de proposito, & intentione, quam debet habere ascendendi ad Sacros ordines, qui suscipit beneficia, & culpa, ac pœna restitutionis fructuum, quam possunt incurrere contrafaciẽtes, de qua re *Comitulus lib.* 1. *responsorum moralium q.* 97. vbi testatur, veriorem, & communiorem opinionem docto-
21 rum esse, quòd carens dicto proposito, & intentione, nec beneficium etiã simplex, neque fructus possit retinere, cuius contrarium in terminis de beneficio simplici, non teneri scilicet

licet ad restitutionem, quando suo muneri, dum illud retinet, satisfacit, docet *Lessius lib. 2. de iust. c. 34. n. 131.* quem sequitur *Layman. d. c. 14. in fin.* videte *Lessium supra*, quia ponit plures casus practicabiles in hac materia, tam pro beneficijs simplicibus, quàm curatis, & tam ratione peccati, quàm restitutionis. Circa verò beneficia curata, quòd etiam illa recipiens animo dubio ascendendi ad ordines sacros, teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum, post *Sot. & Azor.* cõtra *Nauar.* docet *Malderus de iust. tract. 9. cap. 2. dub. 18.* vbi hanc ait esse accomodatiorem sententiam, textui *in c. commiss. de elect. in 6.* & declarat, in quibus casibus possit esse vera opinio *Naua.* Placet tamen, quod subdit *Sanchez. lib. 6. summæ c. 7. nu. 17.* scilicet acceptãtem beneficiũ Parochiale firmo animo intra annum assumendi Sacerdotiũ, sub ea tamẽ cõditione, nisi felicius eo tempore &c quod quãdo contigerit, non esse alicuius culpæ reum, neque ad aliquã fructuum restitutionẽ obligatum. An autem recipiens tonsuram, vel ordines minores intentione tantum gaudendi, & fruendi priuilegijs, & exemptionẽ, non autem ascendendi ad ordines sacros, peccet mortaliter? affirmat post *Bannez*, *Barbos. de Offic. & potest. Episcopi allegat. 11.* Sed negant *Sanchez-Conink. & Villalob. apud P. Diana tr. 2. miscellaneo, resol. 2. Quæ tr. 2. de immunitate Ecclesiæ resol. 43.* probat, contra *Coriolanum, & Prosperum de Augustinis*, non posse Principes seculares imponere Gabellas super bona Clericorum, qui habitũ clericalem assumpserunt sine intentione clericandi; sed tantum in fraudem Gabellarum, vel vt non hospitio recipiant milites. Quid de legatario, cum conditione quod efficiatur clericus, an illud consequi possit si efficiatur Clericus: nolit tamen ascendere ad Sacerdotium, pro negatiua respõdet *Nonarius prima par. suarum practicarum q. q. quæst. 1.* qui *quæst. 107.* etiam probat, quod tale legatum & si fiat simpliciter nullo adiecto tempore, obliget legatarium, quam primum habitum assumere, & ascendere ad Sacerdotium, ipsum videte.

Quintam differentiam addunt *P. Nauar. Ledesma, Guttier. & Garzias*, quos sequitur *Antoninus Diana tr. 1. Miscellaneo resol. 38. & 40.* scilicet beneficia curata absque peccato mortali non posse conferri digno, prætermisso digniori, sicuti ita possunt conferri beneficia simplicia, adde *Lessium lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 14.*

aliàs

aliàs enim, vt inquit *Guttier. lib. 2. Canonic. qq. c. 11. nu. 12.* omnes Prælati essent in statu damnationis. Contrarium docent plerique authores, quos habes apud *Riccium p. 1. praxi. decis. 230.* vbi loquitur de casu, quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, vbi habes, quando à collatione facta detur appellatio, & quis dicatur dignior. Quid de laicis, qui habent præsentare, an teneantur præsentare digniores. *Lambert.* cui multùm debetur in hac materia *tr. de iurepatr. p. 1. secundi lib. q. 10. art. 3. &* 17. alijq. quos sequitur *Diana sup. resol. 37.* negant. Cõfirmat rigidiorẽ sententiam, contrà *Sotum, Gabriel.* & alios, *Vasq. d. opusc. de benefic. c. 2. §. 3. dub. 8.* docens expræsse, non solùm in conferendis beneficijs curatis, sed etiam non curatis, & simplicibus committi peccatum mortale eligendo dignum, prætermisso digniore. Sed de hac re iterum redibit sermo *q. quarta sect. vltima*, cum in specie de requisitis in Capellano.

Sexta differentia est, quia curatũ beneficium confertur per cõcursum, non autem simplex beneficium *ex Conc. Trid.* & post alios authores tradit *Barbosa de off. & potest. Episc. alleg. 60. nu. 36.* vbi reperies omnes casus, in quibus Parochialis Ecclesia potest conferri absq. cõcursu, Sicut ẽt eos enumerat *Viuianus in sua Praxi iurispatronat. lib. 10. c. 1. nu. 12.* vbi de forma, & modo concursus, latè de hac re integrum tractatum edidit *Massobrius sub tit. praxis concursus, & Ricc. 1. par. praxis dec. 415.* quoq. plures casus practicabiles ponit in sequẽtibus decisionibus pro ista materia; Est ita vera prædicta doctrina, quòd etiam admissus aliàs ad Parochialem, & actu illam possidens, si vult adipisci aliam Parochialem, debet denuò examinari, vt est praxis cõmunis, fauet decisio *Rota Romanæ Cracouien. Parochialis 22. Maij 1628. coram Merlino*, ibi, *Non obstat quòd Martinus non fuit examinatus, & ei non suffragetur, quòd olim ad alias Parochiales fuerit admissus, & modò habeat etiam Parochialem, ex eo enim, quòd quis approbatus est ad vnam Parochialem, non resultat approbatio ad aliam* ex latè deductis per *Garziam de benefic. p. 6. c. 2. nu. 253. &* 266. & fuit dictum in *Calaguritana Beneficij de Orniles 12. Octob. 1587. coram Card. Pamph.* & in *Pistorien. Parochial. 6. Februarij 1623. coram me. Quoniam antequam immittatur in possessionem, & relaxentur executoriales, ipse Martinus poterit se subijcere examini, nec*

tum

cum effectu assequetur Parochialem, nisi prius fuerit in examine approbatus. Subdit ēt Rota non esse necessarium, vt concurrens Parochus in alia
28 Parochiali, resignet Beneficiū his verbis, *Nec obstat quòd habeat aliam parochialem, & intret incompatibilitas, quoniam omisso, quòd Martinus habet dispensationem Apostolicam retinendi vtramque Parochialem, quæ fuit exhibita, & in actis postmodum producta, quatenus etiam illa non suffragaretur, incompatibilitas est respectu prima, per assequutionem enim secundæ, vacati primæ, Gabriel. conf. 193. n. 6. & seq. lib. 1. Mohed. decis. 14. de præbend. & Seraphin. dec. 773. nu. 2.* & in *Calaguritana Beneficij de Arnedo 20. Ianuarij 1622. coram me, Nec impeditur*
29 *assequi secundam, sed solum retinere vtrāque prohibitū est, Cassad. dec. 9. n. 2. de cauſ. possess. & propriet. Gabr. d. conf. 193. n. 8. & 9. & fuit dictū in prædicta Calaguritana Beneficij de Arnedo 20. Ian. 1622. coram me,* Nota in hac decisione tractari de collatione Parochialis, quæ est de iurepatronatu, vbi non requiritur concursus, sed simplex examē, vt per *Riccium loco supracit. decis. 220.* vbi habes limitationes. Amplia tamen, etiam in iure patron. mixto, scilicet laicorum & ecclesiasticorum, vt declaratum fuisse per Sacram Congregationem, refert *Viuianus in Apendice ad suam praxim de iure patr. ad c. 1. lib. 10. n. 34.*

Pro alio casu notabili, qui potest occurrere in concursu, scilicet circa Examinatoris Synodalis defectū emanarunt infrascriptæ decisiones *in illa Parochialis Nicien. corā Eminentissimo Virili vnà sub 25. Iunij 1629. ibi Non obstat nouum motiuum, quòd in concursu, de quo agitur interuenerunt quatuor examinatores, quorum tres verè erant examinatores Synodales, sed quartus, qui fuit frater Petrus Paulus Passeronus Theologus, & Prior non esset examinator synodalis, sed fuerit electus per Vicarium Capituli, sede vacante, & consequenter*
30 *concursus sit nullus, vbi enim cum examinatoribus synodalibus interuenit alter, qui non fit examinator synodalis, concursus est nullus, vt sæpiùs declarauit Sacra Congregatio in causa Toletana, & Sasen. ten.* & in *Messanen. Parochialis*, quas refert *Garzia de benefic. par. 9. c. 2. nu. 83. & n. 324. & n. 341. vbi referuntur decisiones Ro-*
31 *tales, prout electio est nulla, quando cum Scrutatoribus de Collegio, adhibentur alij, qui non sunt de Collegio, vt fuit dictum in Trueren. Sancti Maximi 20. Nouembris 1624. coram*

ram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, Quia ista negatiua, quòd habet Frater Petrus Paulus Passeronus non esset examinator synodalis est plenè, & concludenter probanda, vti fundamentum intentionis, glos. in l. 2. ff. de probationibus, Bart. in l. illa, nu. 3. ff. de verb. obligat. Gabriel. concl. 6. de probation. nec sufficit, quod probatio sit aequiuoca, & non concludens, C. in præsentia, de probationibus l. non hoc, C. vnde legitimi, l. neq; natales, C. de probationibus, imò quòd probabile sit quòd fuerit deputatus examinator synodalis ab Episcopo in synodo, & non fuerit descriptus. Rota decis. 323. nu. 4. vers. vltra quod videbatur, p. tr. 2. recent. Nam omissio, & negligentia descriptionis non nocet parti, l. imperator, ff. de statu hominum, Surdus cons. 535. nu. 9. in fine. Aymon. cons. 112. nu. 7. Achill. decis. 1. nu. 7. de fide instrumentor. Probatio autem quæ datur non videtur concludens, licèt enim in Synodo 24. Aprilis 1613. iste Frater Petrus P. non reperiatur descriptus inter examinatores synodales, tamen potuit in aliqua synodo postea facta ab Episcopo deputari imò cum in synodo 17. Aprilis 1619. confirmentur examinatores synodales in genere, sine expressione nominum, & sine restrictione ad aliquam synodum, vtique ista confirmatio potest verificari in Fratre Petro P. qui in aliqua synodo post annum 1613. facta potuit esse deputatus, vltra quod vt ista negatiua remaneret probata, deberet exhiberi tota synodus anni 1619. in qua cum vltrà confirmationem examinatorum synodalium, potuerit esse, quòd Episcopus istum Fratrem Petrum P. examinatorem synodalem deputarit, vtique ex actu confirmationis sine integrâ totius synodi negatiua non remanet iustificata. Non obstat quòd Notarius Episcopalis attestetur, quòd in Registris Curiæ Episcopalis non reperiatur alia nominatio examinatorum synodalium, nisi illa, quæ fuit facta in synodo sub die 24. Aprilis 1613. Tum quia ista attestatio est absque Iuramento Verall. decis. 265. 1. p. Rota decis. 323. num. 4. p. 2. recent. Tum etiam quia ad faciendam istam diligentiâ correctanai negatiuam in Regestis requirebatur partis citatio, Verall. dict. decis. 265. 1. par. Rota d. decis. 323. nu. 4. p. 2. recent. Tum item, quia ista attestatio videtur defectiua, nam vltra electionem examinatorum in synodo sub die 14. April. 1613. reperitur, quòd Episcopus in synodo 17. Aprilis 1619. confirmauit examinatores synodales sine expressione nominum, & sine

& sine restrictiua alicuius synodus. Vnde cum supradicta attestatio nullam fecit expressionem de ista confirmatione, quæ in substantia importat electionem, dignoscitur defectiua, & quod non sit facta attestatio fidelis de omnibus ijs, quæ reperiuntur in Regestis respicientibus electionem, & nominationem examinatorum synodalium. Tùm etiam quia ob incuriam Notarij potuit euenire omissio descriptionis in Regestis, cum iste Frater Petrus P. esset Theologus, & Prior, & vti examinator Synodalis esset intimatus ad interessendum, vtiq. intrat maxima præsumptio, quòd præcesserit nominatio ab Episcopo in aliqua synodo, alias verisimiliter, nec ipse vti examinator synodalis interuenisset, nec vti talis fuisset intimatus ad interessendum, nec vti talis in examine facienda, fuisset receptus.

Ac iterum in eadem causa coram eod. sub die 16. Nouemb. 1629. persisterunt Domini in decisis. Quia Ioannes Andreas qui impetrauit hanc Parochialem ob non seruatam formam Constitut. Pij V. de conferendis Parochialibus, non probat negatiuã, quòd Frater Petrus P. Passeronus Theologus, & Prior Conuentus Sancti Dominici, nõ esset examinator synodalis de tempore electionis Horatij, in qua Passeronus vti examinator

38 interuenit, & tamen istam negatiuã concludenter, & perneccssè probare debet, Bart in l. actor. num. 6. C. de probat. Innocen. in c. super his num. 2. de accusat. Bellar. decis. 76. Rota decis. 323. num. 4 p. 2. recent.

Hanc autem negatiuam non pu-

39 tarunt Domini esse probatam ex eo quod parte citata per Notarium Serram. fuerint compulsata omnes Synodi ab anno 1613. vsque ad annũ 1631. in quibus, cum inter examinatores descriptos non reperiatur Passeronus, remaneat probata negatiua, quòd non esset examinator synodalis, Afflict. decis. 107. num. 5. in fin. & 6. Rota decis 64. num. 2. in 1. par. diuersorum.

Quia responderunt Domini quòd

40 inspecta dispositione Concilij de putatio Episcopi, & approbatio synodi est de forma, non autem quòd descriptio examinatorum debeat registrari in actis. Vnde per reuolutionem actorum non remanet probata negatiua, Abb. in cap. bonæ memoriæ el 1. num. 14. vers. fallunt prædicta, extra de elect. Potuit enim Passeronus esse in synodo examinator deputatus, &

41 tamen non fuerit descriptus in actis ob negligentiam Notarij, Castrens. cons. 19. num. 1. vers. & qui negat actum lib. 1. Qua probabilitas deputationis suffraga-

fragatur ad excludendam probationem negativam, Rota decis. 321. n. 4. p. 2. recent. Accedentibus præsertim infrascriptis, nempè quòd idem Ioannes Andreas produxit attestationē ab eodem Passerono subscriptam, tamquā ab Examinatore synodali: concurrunt attestationes de publica voce, & fama, quòd Passeronus esset Examinator synodalis, nec non datur fides Petri Rayberti Canonici Cathedralis, qui deponit, in omnibus synodis, ipsiem publicasse Cathalogum examinatorū, & signanter publicasse dictum Passeronum, nec visum fuit verisimile quòd Passeronus Theologus, & Prior toties se Examinatorem synodalem subscripsisset, nisi veritas ita fuisset, vltra quod non exhibentur Synodi annorū 1616. 1618. 1620. quæ potuerunt fieri per acta alterius Notarij, quam Serræ, qui exhibuit Synodos, cū Episcopus nō teneatur semper eundem Notarium assumere, & consequenter negativa non coarctatur, cū alia Synodi coram diuersis Notarijs potuerint fieri, & tunc deputatio, & descriptio Passeroni Examinatoris fuerit facta, & ista possibilitas excludit negatiuæ probationem, & ita vtraque parte &c. Ex his, quæ dicuntur in decisione n. 36. Nota quòd neque est de forma Concilij, vt iuramentum debeat præstari in qualibet confirmatione, sed sufficit si semel sit præstitū de bene administrando; ad notata per Garziam de benef. 1. p. c. 2. n. 35. quod benè comprobat Felinus in c. cōsuluisti n. 9. vers. fallit 5. de prob. t. & Bald. in l. hac edictali, §. his illud. n. 5. C. de secundis nuptijs, cum tale iuramentū sit generale, ideo qualificat quoslibet actus, & supplet defectus illorum, Seraph. decis. 1184. nu 15. Non existentibus Examinatoribus Synodalibus, potest per seipsum Episcopus deputare extra Synodum, sicut poterat ante Concil. Riccius in 1. p. praxis decis. 418. Vide circa hanc materiam P. Naldum verbo examinatores.

SECTIO TERTIA

Cuius beneficij ratione Sacerdos obligetur ad Missas pro alio celebrandas.

42 *Missæ celebrandæ onus non præsumitur iniunctum alicui beneficio, nisi expressè reperiatur impositum in fundatione.*

43 *Obligatio anthidoralis, quæ nā sit, & quomodo obliget.*

44 *Ingratitudo quando sit peccatum mortale.*

45 *Parochus quando teneatur celebrare in sua parochia, & an teneatur aliquoties applicare sacrificium pro suis oui-*

bus, nu sequenti quid de Episcopo, Papa, &c. nu. 22.

46 *Beneficium possidens cum onere celebrandi Missas, an etiã censeatur obligatus ad applicandum sacrificium.*

47 *Summus Pontifex Sixtus V. fundauit beneficia Cappellania Sanctæ Mariæ ad Præsepe in Ecclesia S. Mariæ Maioris de Vrbe.*

CONclusio : Nullius beneficij ratione ex se tenetur
42 Sacerdos pro alio missas celebrare, nisi expressè tale onus reperiatur impositum. Probatur ex supradictis *sect. præced.* vbi firmauimus, beneficium duplex, esse illud, quod habet dignitatem, iurisdictionẽ vel administrationem. Beneficiũ simplex verò, quod tantũ obligat ad præces Deo offerẽdas, quæ omnia sunt valdè diuersa à missarum celebratione pro alio. Confirmatur, nam obligatio & iustitia non resultat, nisi posito pacto, & conuẽtione, aliàs neque naturaliter quis remanet obligatus de ista enim obligatione hic loquimur non autem de obli-
43 gatione anthidorali, quæ est satis diuersa, & ipsa enim quilibet beneficiarius remanet obligatus ex gratitudine fundatori beneficij, & tanto magis, quantò minus oneris in eo imposuit; sed hæc obligatio anthidoralis non est obligatio ex iustitia, sed ex honestate morali, & sicnõ sub mortali, vt supra dictum est, *q. 1 sect. 3. in fin.* & latè per *DD. in l. sed & si §. consuluit. ff. de petit. hæreditatis, Bart. in l. ex hoc iure ff. de iustitia, & iure, Canonistas & præcipuè Felinum, & Antonium de Butrio, in c. ad nostrã*
44 *de probationibus*, Quòd autẽ ex se ingratitudinis vitium, nõ inducat ex suo genere peccatũ mortale, notat post alios *Rebell. 2. p. de obligat. iustitiæ, q. 9. n. 1. & 2.* Tantum igitur authores de Parocho loquẽdo, quærunt An teneatur aliquoties Missas celebrare in sua ecclesia, secluſa obligatione expressa in tabulis ecclesiæ, & sic obligatus existat etiã aliquoties, missas aliquas pro
45 quibus applicaret. Qui licet in primæ partis resolutione consetiãt nempè, quòd Parochus teneatur quibusdam diebus maximè festiuis, in quibus tenetur populus ex præcepto au-
46 dire missã, illã per se, vel per aliũ celebrare, *vt per Vasq. & Fill. infra cit.* tñ discordant in responsione ad secundam partem, nam *Posseuinus de offic. Curat. c. 2. n. 4. Fraxinellus in suo tract. de sacerd. obligat. ad missas ex iustitia pro alio celebrandas, sect. 3. præcet. 2. nu. 4.* docent, Parrochum, seu habẽtem beneficium curatum,

num-

nũqnã teneri ex iustitia applicare sacrificiũ pro ouibus suis, neque in communi, neque in particulari, nisi expræssè ex tabulis ecclesiæ, ad hoc obligatus existeret; & ampliant primo etiam ad Sacerdotem curatum diuitem; secundo ẽt stante consuetudine in contrarium. Sequi videtur hanc opinionem tanquam benigniorẽ iuxta nostrum institutum *P. Diana resolut. 25. sub tract. de celebrat. missarum, & post Vasquez, P. Naldus verbo Parochus sub. n. 15. Sotus verò lib. 9. de iust. & q. 3. art. 1. §. nihilominus*, censet Parochum quotidie offerre debere per se, vel per alios, applicando sacrificiũ pro ouib', si fructus beneficij, ad substentationem sufficiant, sin minus, pro quantitate fructuum, ter, vel quater in hebdomada, arbitrio Episcopi, vel prudẽtis viri. Sequitur eũ *Nugnus* apud *P. Dian. alle, Tandem Suarez post Nauarr. Maiorem, & alios*; & si fateatur, nunquam teneri habentem beneficium curatum ex primaria institutione talis beneficij ad id esse obligatum: nam sunt alij fines, & munera, ad quæ sunt instituta dicta beneficia, tamen concludunt, in hoc standum esse consuetudini, & statutis synodalibus cuiuscumque Diœcesis. Ita *Layman. tract. 5. de sacrificio missæ, cap. 3. nu. 3. Vasquez d. disput. 234. n. 27. vbi ait, oppositum, nempè opinionem Soti*, nulla ratione, aut iure probari posse. *Filliuc. tract. 4. nu. 174.* vbi testatur de communi. Quæ & si sint verissima, tamen semper cum *Barbosa in suo tract. de offic. & potestate Episc. allegat. 24. nu. 23. in fin.* existimaui, etiam præcisa obligatione & consuetudine, vel lege synodali, teneri Parochum, & quẽlibet alium habentem beneficium curatum, seu duplex, vt est Episcopus, de quo facit mẽtionem *Filliuc. d. num. 174.* Papa, Superior Religiosorum, & similes, aliquando applicare pro suis ouibus ad arbitrium boni viri, *ex Concil. Trid. sess. 23. de reformat. c. 1.* quam opinionem Parochi diuites maximè sequi deberent; intelligit tñ, non de obligatione ex iustitia, sed ex charitate, & æquitate, *Layman. loc. sup. cit. in fin.* vbi facit mentionem de Episcopo, de Summo Pontifice, & Prælato Religiosorũ; sed idem dicendum de omnibus alijs habẽtibus beneficium curatum, quia omnes veniũt appellatione Parochi. Non placet tamẽ, quod ipse *Layman.* ait, hanc obligationem esse ex charitate, cum obligatio, quæ prouenit ratione officij sẽper sit ex iustitia, vt patet in materia de restitutione, & Parochus ad

hoc tenetur ratione officij, vt Patet in loco S. Concilij supra allegato, vbi hanc obligationē enumerat inter alias obligationes officij Parochi.

Dixi, *tantū de Paroco &c.* quia nemo dubitat, (vt vtar verbis *Vasquez d. disp. 234. sub n. 25.*) alios beneficiarios, qui curam animarum non habeāt, ad celebrandum pro aliquo ratione beneficij, ad id nunquā teneri: nā quamuis aliqua eiusmodi beneficia sint instituta pro administratione sacramentorū, atque aliorum diuinorum celebratione in populi vtilitatē; tamen nullum eorum institutum est ad celebrandum pro aliquo, & fructum sacrificij ei applicandum: Hactenus *Vasquez*. Ex quibus verbis potest inferri, quod quando in institutione beneficij est iniunctum beneficiario onus celebrandi missas, nō ideò censetur ei iuncta obligatio etiā applicandi sacrificium, nisi expressè, vel tacitè ex coniecturis constet. De qua re, infra ex professo agendum. Sicq. fuit declaratum, vt audiui à fide dignis, dum tale dubium oriretur inter Beneficiatos Capellę S. Mariæ ad Præsepe institu-
49 tos à S. Pont. Sixto V. in Ecclesia S. Mariæ Maioris in Vrbe, quibus iniunxit onus missarum, vt apparet ex Constitutione eiusdem S. Pont. 78. in ordine, scilicet eos non censeri obligatos applicare sacrificium, sed illud remanere sibi liberum.

SECTIO QVARTA

Nullo existente onere celebrandi pro alio in fundatione beneficij, an postea possit induci.

50 *Fundatio est, quæ præscribit legem in beneficio.*

51 *Episcopus an possit cogere Beneficiatum ad onera, præter fundationem imposita.*

52 *Obligatio an inducatur per decennalem præstationem, cum allegatione tituli.*

53 *Consuetudo, an possit inducere onus missas celebrandi in beneficio in quo à principio nō fuit tale onus impositum.*

54 *Præscriptiones contra desides, & negligentes sunt inductæ.*

55 *Tempus quantum requiratur ad inducendam consuetudinem celebrandi in beneficio, vbi non aderat tale onus.*

56 *Decennium est longū tempus.*

57 *Missarum onus in beneficio, an præsumi possit ex eo quod illud sit valdè pingue.*

58 *Simonia quādo cōmittatur ab eo, qui confert beneficiū, quod nō habet onus celebrandi missas, vel ad illud præsentat, imponendo onus missas aliquas celebrandi quid de obligatione*

ne impoſita defendendi iura eccleſiæ ibid.

59 *Beneficiati moderni quando teneãtur ad onus miſſarum receptum per prædeceſſores ſuos.*

GEneraliter loquẽdo. Reſpondendum eſt negatiuè, nam beneficiatus, non tenetur deſeruire in beneficio obtento præter onus impoſitũ in fundatione, quæ præſcribere dicitur legem pro ipſo beneficio *c. cum in cunctis §. inferiora de elect in. c. cui de non ſacerdotali iuncta gloſ de præb. in 6.* cum alijs allegatis per *Panormitanum in conſ. 96. verſ. ad 3. vol. 2.* vbi dicit; quod quãdo beneficium nõ habet onus celebrandi in alijs altaribus, vel ad faciendam hebdomadam, non poteſt ad hoc per Epiſcopum, vel Capitulum cogi beneficiatus, & ſubdit, quod licet aliqui beneficiati ita ſeruierint, non per hoc dicitur inducta conſuetudo, quia hoc fecerunt per extorſionem Prælati, vel Capituli, & addit, ad conſuetudinem prædictã, ceſſante extorſione, vt ſupra, requiri tempus quadraginta annorum.

Deueniendo nunc ad particularia; quæri poteſt primò de veritate deciſionis, quam affert *Marcus Antonius Genuenſis in ſuis Practicabilibus eccleſiaſticis q. 390.* de Capellano, qui per decennium celebrauit bis, aut ſemel in hebdomada, in quadam eccleſia, vel altari, nõ cõſtando de tali onere in Bullis Capellaniæ; an poterat ab Epiſcopo in viſitatione compelli ad continuãdum in ſimili celebratione pro tempore futuro; & concludit affirmatiuè ex regula, *tex. in l. ſi certis an-*
32 *nis. ff. de pactis*, vbi habetur, quod per præſtationem decẽnalem cum allegatione tituli, inducitur obligatio in futurũ, donec contrarium probetur, quæ regula (inquit ipſe) habet locum in caſu noſtro, ex eo quia non tractatur de ſeruitute, ſed de onere miſſarum
53 quod ex conſuetudine ſolet capellanijs, & beneficiis impoſi; quæ deciſio eſt de directo contra doctrinam *Panormitani ſupra relatam*, vbi requirit in hac materia cõſuetudinem quadraginta annorũ; ex qua, ẽt ruit fundamentum ipſius *Genuenſis*. Cõfirmatur, quia, vel hic talis celebrauit hoc tempore ex deuotione, vel commoditate, & tunc non poteſt induci conſuetudo celebrandi ex obligatione: vel ex ignorantia, quia credebat eſſe obligatum, q̃ ratione forſitan põderauit ipſe *Genuenſis*, cũ ſe fundet in allegatione tituli, & tũc procedit eius doctrina, nã ſibi imputatur, qui fuit negligens in perquirendo onus

ip-

54 ipsius capellaniæ; præscriptiones enim contra desides, & negligētes sunt inductæ, *l. fin. Cod. de ann. except.* quem textum ad hoc allegat *Isernia in titul. de inuestitura de re alien. facta nu.* 7. Intellige nisi contrarium appareat expressè de non obligatione ex titulo vitioso; nam quando constat de titulo vitioso, vel inualido, ēt longissima præstatio nihil proficeret. *Perez de Aniuers. & Capellan. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 10. Quo vero ad tempus requisitū pro tali consuetudine inducenda, seu præscribenda, vidē dus est, *Menoch. de arbitr. centur.* 1. *lib.* 2. *c.* 83. *nu.* 1. *vsq. ad* 6. vbi refert varias opiniones, & tandem adheret opinioni, quæ dicit, Iudicis arbitrio relinqui debere, allegans *Coratium in l. de quibus. ff. de legib. nu.* 8. & mouetur hac ratione, quia inquit, se non reperire in iure scripto hanc tēporis præfinitionem, atq. ideò indigere Iudicis prudentia, & circumspectione, vnde subdit, in rebus non magni momenti tempus istud poterit arbitra-

55 ri esse decennium, quia leges, quæ longum tempus requirūt decennio saltem firmantur, *Grauett. de antiquit. temp.* 4. *p. principal. nu.* 7. fauet tex. *in l.* 1. *in fin. ff. de aqua pluu quotid. arcend. & C. quæ sit longa consuetud.* faciunt notata *per Perez d. c.* 12. In grauioribus autem negotijs maius tempus requiritur, nam si de consuetudine inducenda, vel inducta contra Eccles. agatur, quadraginta annorum tempus saltē requiritur, vt habetur per eūdem *Panormit. in c. fin. n.* 11. *de consuet. Iason. in d. l. de quibus nu.* 48. *de legibus.* in rebus vero maximi momenti, requiritur tempus centum annorū, vel immemorabilis initij. *Panor. supra. & Iason. num.* 45. Ex quibus patet, *Panormit. in d. cons.* 96. casum nostrum reputare negociū grauioris momenti, cum & si non sit contra ecclesiam, sit tamen contra Capellaniam. Quando autem cogitur capellanus, vt supra, celebrare, non censetur cogi ad applicationē sacrificij, vt supra n. 49. Qui autē in certa Ecclesia diuturno tempore celebrare fecit Anniuersarium missarū pro defunctis, non potest mutare inuita prima Ecclesia; vnde cogi potest, vt ibid. in futurum illud celebrare faciat, vt per *Perez loco supracit.*

Quæri potest secūdo, de quæstione, quam proponit *Riccius in praxi variarum decis.* 408. *in*

56 *prim. impressione*, An in capella, in qua adest pinguis redditus præsumatur, quod adsit onus celebrationis missarum, & proinde possit beneficiatus in visitatione cogi ab Episcopo

po ad aliquas missas celebrandas pro quantitate redditu, qui *Riccius* ex multis, quæ adducit, concludit pro negatiua, nempè non præsumi onus missarū, nisi euidenter appareat, & consequenter Episcopum non posse compellere beneficiatum ad missas celebrandas, quæ decisio est certa, vt etiam patet ex supradictis.

57 Quæri potest tertio, & vltimo de casu proposito, & decisō in *Rota Romana in illa Romana Iurispatronatus 10. Nouembris 1600. coram Mellino*, quam refert *Farinacc. post vol. 1. resp. forum criminal. in ordine 137.* nempè non induci Simoniā ex præsentatione, seu collatione beneficij, quod non habebat onus celebrat. Missarū si imponatur tale onus, siue ante collationē, siue in ipsa collatione, nā onus istud est quid spirituale; ita intelligendo, *te. in c. significatū de præben.* dum modo ex illo pacto non consequatur releuationem ab aliquo onere missarum, quas tenetur forsan medio stipendio celebrare facere ipse præsentans; vel conferens, vt in dicta decisione, in qua habes etiam, neque esse præsentationem simoniacā, si imponatur onus defendendi iura Ecclesiæ, aut recuperandi bona, vel congerendi in vnum scripturas spectantes ad ipsum beneficium; Posito igitur valere tale pactū, intelligitur quod possit talem obligare non solum ad celebrationem pro cultu Ecclesiæ, sed etiam ad applicationem sacrificij pro deuotione ipsius paciscentis. De ista materia Simoniæ, quæ potest committi in præsentatione, vide *Viuianum lib. 5. Praxis c. 5. in fin & Riccium in Praxi decisione 225.* vbi habes, quando præsentatio Simoniaca facta ab vno ex cōpatronis noceat alijs, de qua re nos etiam infra suo loco.

Tandem ad hoc notanda est decisio alia eiusdem Rotæ Romanæ, quā refert, & laudat *Marcus Antonius Genuensis in sua praxi Archiepiscopali Neapolitanæ, c. 48. n. 4.* vbi fuit decisum beneficiatos modernos teneri ad celebrationem missarum, quarum legatū acceptauerūt beneficiati prædecessores, nisi legatum cessisset solum in commodum illorum beneficiatorū, quod quidem non euenit, quotiescunque tali legato fuerunt soluta debita capellæ, ad quæ successores etiam sunt obligati.

QVAE-

QVAESTIO TERTIA.

Capellaniæ causa, quando, & quomodo teneatur Sacerdos pro alio celebrare.

Requirit hic locus, vt priùs explicemus quid sit Capella. Secundo loco, quæ nam dicatur Capellania, vnde discere poterimus quis nam dicatur Capellanus, & deinde alia ad Capellaniarum materiam concernentia, pertractemus.

SECTIO PRIMA,

Quid sit Capella, & quotuplex.

1 *Capella, & Capellania an differant, eius ethymologia, nu. seq. an differat ab Ecclesia, & oratorio. n. 3. & 14. in fine.*

4 *Ecclesiam habere, & beneficium in Ecclesia, an sit diuersum.*

5 *Confraternitatem laicorum esse in Ecclesia, & Ecclesiam esse collatiuam nõ repugnat.*

6 *Relatum potiùs, quàm referẽs attendi debet.*

7 *Prouisio facta de Capella, quãdo etiam intelligatur facta de Ecclesia.*

8 *Prouisiones declarantur ex erectione, & reseruatione, ac etiam ab alijs prouisionibus.*

9 *Rectorem esse Capellæ fundatæ in altari maiori, & esse Rectorẽ ecclesiæ idem est, n. 5.*

10 *Ecclesiam esse, & non Oratorium priuatum, quomodo cognoscatur.*

11 *Capella quibus modis in iure accipiatur, an possit vendi, nu. seq. Illa concessa, an censeatur concessum ius sepulturæ; qui in ea & in iure sepulcrorum præeidant ibid. vbi de probatione etiam proprietatis istarum capellarũ.*

13 *Capellam construere an quis possit sine consensu Ordinarij, & in illa constructa cum consensu Ordinarij, an possit ibi celebrari missa.*

14 *Vendere quando quis teneatur domum vicinã pro ampliatione Ecclesiæ, vbi refertur decisio Rotæ quid pro atrio ecclesiæ faciendo, vel infirmaria in Monasterio ibi. vbi etiam quid si domus sit subiecta maioratui, vel emphiteotica & an hoc casu de tali alienatione, debeat solui laudemium.*

15 Offi-

15 *Officium Iudicis vbi datur, & non actio, quomodo Iudex dè bat procedere.*
16 *Habitatio antiqua multũ confert ad honorem familiarum.*
17 *Præiudicium afferre magis, vel minus aliquid, quomodo iudicandum.*
18 *Fraudum occasio euitanda.*

CApella propriè, est locus priuatus in Ecclesia, vel extra Ecclesiam positus, & sacratus. ita *Fuscus lib 1. de visitatione, & regimine eccles. c. 11. nu. 6. post* Lambertinũ ab eo citatũ,
1 & si aliqui constituant discrimen inter Capellam, & Capellaniam, quia Capellam vocãt, quando est corpus per se, & Ecclesia per se ab alia separata, & diuisa; Capellaniam verò quando altare est in aliqua Ecclesia, quia (inquiũt ipsi) quãdo Capella est de per se distincta, litteræ Apostolicæ dirigũtur *N. Rectori Capellæ, &c.* quãdo verò coniuncta, & inclusa Ecclesiæ, litteræ Apostolicæ diriguntur *N. perpetuo Capellano in Ecclesia, &c.* vt per *Rebuff. in practica benef. tit. seculare beneficium quotuplex, nu.* 14. qui tamen subdit hoc discrimen esse notandum, sed non exactè seruandum, cùm etiam in iure passim vnum pro alio accipiatur, sequitur ex nostris tribus, *Azor. tom. 2. suæ instit. moral lib. 3. cap. 1. in fine*
2 *vbi cap. 8. q. 2.* latè agit, de etymologia huius vocabuli, & prosequitur *Molsis. tr. 6. c. 2. n. 22. Iatius Petrus de Gregorio p. 2. Sintagmat. iuris lib. 13. c. 29*
3 Ad nostrum propositum, dicitur Capella ad differentiam Ecclesiæ, vt per *Rotam decis. 508. 1 par. diuersor.* Vnde legatum factum Capellæ, debetur Rectori Capellæ, non Ecclesiæ, quando illa est collatiua, vt per *Cauallerium decis. 369.* Sed aliquando idem est Ecclesia, & Capella in prouisionibus Apostolicis vt patet ex infrascripta decisione Rotæ Romanæ corã Virili Ciuitatis Castelli Beneficij 16. Iunij 1628. ibi, *Nec visa fuerunt obstare tria, quæ ex aduerso opponuntur. Primum quod cum aliud sit habere ipsam Ecclesiam aliud beneficiũ in Ecclesia, c. final. de præbend. Abb. in c. final. nu. 4. de conc. præbendæ, ideo gratia Galeotti non capiat ipsam Ecclesiã, quæ est sub administratione Confratrum, qui expendunt eleemosynas in fabrica. Secundum, quod cùm duæ prouisiones Lancellotti, & Petri loquantur de Capella, constituant vltimum statum attendendum ad effectũ iustificationis.* Rota p. 2. recent. *decis. 737. & 1. par. decis. 578. Tertium, quòd cùm Galeottus veniat ex resignatione Petri prouisi de Capella, ius resignatarij metiendum sit à iure resignantis.*

iuxta confessionē eiusdem Petri resignantis, & Christophori, quòd non habuerunt possessionē, nisi Capellæ. Quia pro responsione fuit firmatum, quod erectio beneficij, & reseruatio Iurispatronatus est super tota Ecclesia uam Episcopus Capellam, seu Oratorium, & Ecclesiam in simplicem beneficium erigit, & ius præsentandi ad Ecclesiā concedit, vt expræssè legitur in Instrumento erectionis, & reseruationis, cuius effectuatio probatur quoque ex tribus prouisionibus immediatè subsequentibus, quæ loquuntur de ipsa Ecclesia, & habuerunt effectum non solum ex adeptione possessionis Ecclesiæ, sed etiam ex prouisione subsecuta per mortem, & resignationem illorum, iuxta Oldraduin cons. 229 Vnde non obstat primum, quia erectio, & reseruatio Iurispatronatus est de ipsa Ecclesia, non de Capella, & existentia Cō fraternitatis in Ecclesia, non re
4 pugnat cum possit adesse Confraternitas, & tamen Ecclesia sit collatiua de Iurepatronatus ex dotatione, & constructione, nec probatur quòd Confraternitas administret bona, & redditus Ecclesiæ. Non obstat secundum, nam licèt duæ prouisiones Lancellotti, & Petri loquantur de Capella, tamen præsentatio patronorum fuit de Ecclesia, & licet institutiones videantur loquiæ Capellæ, hoc euenit, quia ipsamet erectio loquitur de Capellā, seù Oratorio, & Ecclesia, vnde mentio Capellæ Sanctissimæ Virginis, videtur facta tanquam
5 de capite principali, ex quo Capella est in Altari maiori, prout in simili fuit consideratum de Sacello in Ecclesia Lauretana, vt in Lauretana iurisdictionis 23. Ianuarij, & 21. Aprilis 1617. coram bo. mem. Card. Sacrato, idq. indicant illa verba subsequuta post mentionem Capellæ, nempè cum omnibus iuribus, & pertinentijs vniuersis, & iuramento præstito de seruanda lege in donatione appositā cū expressa relatione ad instrumentum erectionis, & donationis,
6 & cum potiùs relatum, quàm referens attendi debeat. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstrat. Surd. cons. 313. num. 50. Gregor. decis. 439. n. 1. Cùm ipsa erectio, & reseruatio loquitur de Capella, et Ecclesia, & quòd priùs fuit cæpta parua Capella, seu Oratorium, deinde au-
7 cta, & in formam Ecclesiæ redacta; sequitur quòd prouisiones Lancellotti, & Petri virtualiter loquantur de ipsa Ecclesia, & propterea non constituant vltimum statum diuersum ab erectione, & reseruatione; & prouisionibus anterioribus, vel sal-
8 tem debeant cedere veritati, & declarari ex lectura, et inspectione erectionis, & aliarum prouisionum antecedentium. c. cum

de

de beneficio, de præben. in 6. Dec. cons. 126. nu. 3. in fin. Rota in recent. decis. 515. nu. 2 p. 2. Gregor. decis. 77. n. 12. & ibi additio vers. prædictis. Non obstat Tertium, quia ex supradictis patet, quòd ius Petri resignantis erat super ipsa Ecclesia non super Capella tantum, vndè non obstat fides Christophori, & Petri tum quia fides non facit fidē,

9 *tum quia dum dicunt se fuisse Rectores Capellæ fundatæ in Altari maiori, satis videntur innuere fuisse Rectores Ecclesiæ, cū Christophorus possessionem Ecclesiæ acceperit, & Petrus se referat ad instrumentum erectionis, & dotationis, quæ loquitur de ipsa Ecclesia, & ideo tanquā fides æquiuoca non sunt attendendæ.*

Quòd sit Ecclesia, & non Oratorium priuatum, cognoscitur si habeat dotem, campanile, vel percipiat decimas, aut primitias, *Rota* 1. *par. recent. decis.* 508. vbi quòd ex hoc non infertur, quòd sit beneficium Ecclesiasticum, cum Ecclesia, & beneficium Ecclesiasticum differant; debet igitur habere alia requisita, de quibus infra. In specie, quod si talis Ecclesia habens campanile &c. vt supra, reperiatur patronata, significet esse beneficium ecclesiasticum, notat *Nicolaus Del finus in suo tractatu de iurepatron. nu. 111. versus finem*, Sicut etiam, quando adsunt dicta signa, censetur concedi in beneficium ecclesiasticum, *Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus nu.* 82. & si non constet de consensu Ordinarij expresso, præsumitur tacitus cū dicta habita fuit pro Ecclesia, vt per *Viuianum lib.* 2. *suæ praxis iurispatron. cap.* 1. *nu.* 10. vbi refert ad hoc propositum, decisionem Rotæ in Auximana Iurispatronatus 26. Aprilis 1613. coram Card. Sacrato.

Et sic nota Capellam tribus mo-
11 dis sic appellari; primò quando Altare est in Ecclesia, etiā si sit Altare maius, vt supra dictum est, *num.* 5. & 9. siue sit Ecclesia secularis, siue regularis, vt in toto titulo *extra de Capellis Monachorum.* Secundò quando est ædificatum Altare in aliquo loco separato ab Ecclesia, ita vt habeat ianuam in via publica, vt fieri solet in villis, & alijs locis ob commoditatem populi, de qua per *Riccium in* 1. *par. praxis decis.* 696. & vocari solet Sacellum; seu Ecclesia parua. Tertiò, quando est constructū Altare in aliqua domo priuati alicuius in loco remoto ejusdem domus ita vt sit pars domus, de quibus per *Fuscum in suo tr. de visitatione, lib.* 2. *c.* 11. & *c seq.*

Quò ad Capellas primò modo ac-
12 ceptas, possūt plura occurrere

dubia, maximè circa venditionem earũ quomodò fieri possit absque assensu Apostolico, de qua re agit *Riccius* 1. *par. praxis decis.* 42. vbi etiam aperit, quòd concessa Capella, nõ censeatur etiã concessum ius sepeliẽdi, nisi id fuerit expressum in instrumento, vel fuisset extructum sepulchrum scienti bus ijs, qui Capellam concesserunt. & antea docuit *Genuensis in sua praxi Archiepiscopali Neapolitana c.* 40. *in prima editione, &* 34. *in* 2. *num.* 17. Vbi habes, an Magistri laici Ecclesiarum, possint dictas Capellas cum sepulchris concedere, *&* *nu.* 18. agit de venditione sepulchrorum, sicuti etiam agit *Ant. Nald. verbo sepultura, &* *Riccius* loquendo de venditione iuris sepeliendi, discurrit *loco suprac. dec.* 661. de venditione Capellarũ, & successione in eis, ẽt agit *Molin. lib.* 1. *de primogenijs c.* 24. *n.* 40. *&* 41. *Riccius in* 4. *p. praxis* vbi ponit praxim particularem circa hanc materiam: An autem ius patronat. cadat in sepulturis? tractat *Lambertin. de iurepat. art.* 13. *q.* 11. *princip.* 1. *p. libri primi, post Roccũ de Curte eod. tract. verb. in ecclesia, nu.* 13. vbi concludit, non haberi ius patronatus in eis; nisi ratione similitudinis, quam habet ius sepulcri cum iure patron. An etiam cadat in Capellis Religiosorum, notat *Fuscus de visitatione lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 24. *& nos infra dicemus suo loco.*

Circa successionẽ, nota, in eis succedere descendentes, etsi non sunt hæredes, vt docuit *Rocc. de Curte in tr. de iurepatr. verb. in ecclesia sub nu.* 15. Sed an extincta linea, ac familia, transeat Capella ad hæredes extraneos, sicut dicitur de Iurepatron. & patet in illa Pistoriensi Iurispatr. 31. Maij 1628. coram Merlino ibi; *Nec veritati consona est illa ratio præiudicij, & facilioris libertatis in ecclesia, si ad hæredes sanguinis tantùm transiret Iuspatronatus. quoniam quando est iuspatronatus gentilitiam. deficiente gentilitate, seu descendentia, nõ tamẽ ecclesia efficitur libera. sed iuspatronatus assumit qualitatẽ hæreditariã, & efficitur transitorium ad extraneos hæredes, iuxta consi.* 4. *Calderini de iurepatr. Ancharan. consi.* 81. *n.* 2. *& seq. Roccum de iurepatr. in verbo ipse, n.* 19. *Pariss. cons.* 48. *n.* 11. 21. *& 22. lib.* 4. *Ferrett. conf.* 131. *nu* 10. *& seq. & sequuta est Rota in Cremonen. iurispatron.* 18. *&* 21. *Maij* 1576. *coram Robustelio, quæ est decis.* 385. 1. *p. diuers. vbi fuit dictum hanc esse communem, & veriorem opinionem, & in eadem* 6. *Iunij &* 21. *Nouembris* 1578. *coram Cardinal. Seraphin. decis.* 364. *&* 378. *et in Cremonen. Capellan.*

lan. 14. *Ianuarij* 1594. *corã Cardinal. Millino, et in Vrbinat. Beneficij* 14. *Iunij* 1594. *coram Vbaldo, imò fauet Ecclesiæ quod fundatorum voluntates non possint immutari?* Videtur affirmatiuè respondẽdum, quia à materia Iurispatronatus valet argumentum ad casum nostrum, *Roccus de curte in tract. de iure patron. verbo in ecclesia nu.* 13. maximè cum etiam hæc sepulchra distinguãtur in familiaria, & hæreditaria, sicut Iuspatronatus in gentilitium, & hæreditarium *l. familiaria. ff. de relig. & sumpt. Molin. loco supra.* Sed cõtrarium expressè docuit *Lambert. art* 11 *supra cit. nu.* 3. Et ideo *Genuensis in sua praxi Archiepiscopali Neapolitana c.* 34. *nu.* 23. ait, non posse ab Ecclesia sepulchrum vnius familiæ, illa extincta, alteri illud concedi, & *c.* 92. Vbi *nu.* 3. docet, non licere Rectori, vel fratribus minoribus, alijsque Religiosis abradere arma, seu insignia fundatorum Capellæ, & ponere alterius insignia, vel nomina & videtur idem cũ eo ꝙ docuit *Rota p.* 1. *recent. dec.* 550 *nu.* 1. *Capellam vnius non posse alteri tribui, can monasterium* 16. *q.* 7. *Et n.* 4. *idem Genuen.* subdit, quod hæres extraneus non potest affigere arma sua in Capella, in qua sunt arma testatoris, nisi fortè ab hærede remoueretur Capella diruta, vel vetustate collapsa, tunc enim etsi posset apponere arma sua, debent tamen etiã remanere arma fundatoris, & fieri scriptura ibi, ex qua appareat, illa esse arma fundatoris, ista instauratoris, videte ipsũ quia loquitur, in casu, quo hæredes non sint omnino extranei, sed ex linea fœminina, qui sunt de sanguine testatoris, quod sufficit, vt loquitur *Lambertin. d. ar.* 11. *nu.* 3. Quando ex ipsis armis probetur dominium ipsius Capellę, vel sepulchri, habes per *Riccium supra decis.* 692. qui etiam *dec.* 667. refert casum particularem, quando hæres, vel consanguineus possit affigere arma in Capella à testatore, vel consanguineo constructa, de quo nos alibi *inf. sect.* 6. vbi etiam reperies casũ, in quo debet Capella necessariò alienari.

Quò ad secũdi generis Capellas: 13 publicas separatas ab ecclesia: Nota, teneri fundatores earũ, illas in fundatione, seu constructione dotare, hæc enim est vna ex differentijs, inter istas Capellas, & primi generis, vt per *Genuensem d c.* 94. *in principio*, aliàs si construxerunt, possunt cogi, vt dotent. ita *Rocc. de curte, loco citat.* scilicet dote, quæ sufficiat pro Sacerdote, ministro, & alijs necessarijs ad Missam aliquoties cele

brau-

brandam, vt per eundem *Rocc. verbo & dotauit sub n. 11. clarius per Nicolaum delfinum eod. tract. nu. 110.* qui subdit, quod si minus sufficienter dotata fuit, non posse institutum mouere in ea querelam, sed aliunde sibi de necessarijs debet prouidere artificio honesto. Quòd si Capella habeat Rectorem, tùc dos, & sic reddit⁹ debent esse sufficientes pro Rectore, & satisfaciendis oneribus, & pro reparatione Ecclesiæ, *Viuian. in praxi iurisp. lib. 2. c. 4. n. 36.* item tenetur fundator in earū constructione requirere consensum Episcopi quem ipse debet præstare, ad hoc vt augeatur diuinus cultus, & populi deuotio, vt per *Fusc. lib. 2. de visitatione, c. 12.* vbi habes non sufficere licentiam Episcopi Ecclesiam construendi, vt ibi possit celebrari Missa, sed requiritur expressa licentia, & specialis, & quòd talis Capella gaudeat immunitate Ecclesiæ, ita etiam *Genuē sis supra*: vide eumdem *Genuē. sim ibi l. n. 13. ad medium.* Intellige tamē primum dictum, existente causa, propter quā nouæ Ecclesiæ possint construi, quando scilicet non tractatur de præiuditio aliarū antiquarum, quæ causæ sunt tres, temporum qualitas, incremē tum populi, & distantia, *Goffredus in sūma de eccles. ædific. n. 4.* His enim casib⁹ potest Capella fundari inuito plebano, de cōsensu tamen Diocesani, post *Lambertin. Viuianus lib. 2. praxis iurispatron. c. 2. num. 14.* Quòd autem dicta Capella ædificata patiente Episcopo per decenniū, censeatur ipsius authoritate constructa, notat *Riccius 1. p. praxis decis. 681.* Addit *Fusc. loco supracit cap. 11. nu. 7.* Capellam, vt supra ædificatam absque authoritate Episcopi, posse per Episcopum demoliri facere, non autem per ipsum construentem, cùm sit effectum ius spirituale; secus tamen est de Oratorio priuato, vt idem author docet *d. c. 12. sub nu. 1.* vbi quando Capella possit habere campanam, & de differentia inter locum, qui potest habere cāpanā, & cāpanile, vel nō. Ecclesiā qui ædificare incæpit, potest cogi, vt perficiat *Goffred. in sūma de ædific. eccles. nu. 6.* & de hæredibus eius, qui incepit, habes *Paulum de Citadinis in tract. de iure patronat. 3. p. nu. 46. & seq.* qui ait, posse cogi actione in factum, In istis Capellis quando etiam contradicente Parocho, possit quis sepeliri, vel celebrari missa ante missam parochialem, vel audiri confessiones sacramentales, dictum est supra *q. 2. sect. 1. n. 7. & sequent.* Capellæ forma mutari non potest inuito domino

mino, & patrono; etiam si Episcopus consentiret, *Rota decis. 550. 1. par. recent.* vbi *nu. 4.* habes, quod Capella iussa à testatore construi in aliquo loco, si ibi, nõ possit fieri, debeat
14 fieri in alio loco. Quia tamen aliquando Capella parua augeri solet, & fieri Ecclesiam, vt habetur supra *sub n. 7.* ideò non pigebit hic referre decisionem Rotæ Romanæ in illa Palatij de Comitibus 16. Ianuarij 1622. coram Sacraro, quæ in hac materia est insignis, nisi fallor,

Moniales S. Catherinæ de Senis
14 *agentes pro ampliatione Monasterij prætendebant posse cogere D. Ducem Camillum de Comitibus habentem Palatiũ contiguũ, in quo etiam inhabitat, ad illud sibi vendendum; Fundamentũ prætensionis erat in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. et sumpt. fun. quæ lex licèt loquatur de sepulchro, et via ad illud, ex identitate, et maioritate rationis, habet locum in Ecclesijs et Monasterijs, et illorum necessaria ampliatione, vt post Ias in l 2. n 4. ff. solut. matrim. Florian in d. l. si quis sepulchrum. nu. 1. Soccin. in reg, vendere rem suam, nu. 8. et 9. Cepoll. de seruit vrban. præd. c. 82. n. 5. Afflict. in proœm. Constit. Neapolit. q. 3. n. 10. Grammat. decis. 75. nu, 1. et 2. Vinc. de Franeb. dec. 223. n. 5. et 6. tenuit Rota in causa Neapolitana Monasterij 29. Aprilis 1602. coram Illustriss. Card. Lancellotto. et in causa Romana Demolitionis domus 29 Feb. 1608. coram R.P.D. Mãzanedo; Verum in proposito casu Rota censuit, Ducem minime esse cogendum.*

Et pro resolutione, fuit in primis consideratum remedium, d. l. esse multum extraordinarium, vt adnotauerũt ibi glos. in ver. sed extra, & alij scribentes, etenim regulariter nemo cogitur vendere. l. inuitum. & l. dudum. C. de contrb. empt. cũ concord. vn de prædicta lex si quis sepulchrũ minimè dedit actionem, sed officii Iudicis implorationem, vt p. tet ex d. lege, in vers. non tamẽ.

15 *Illud autem in exorbitantibus à regulis iuris, & quæ iudicis officio veniunt expediendæ, iure cautum reperitur, vt strictè, & cum magna æquitate procedatur iuxta traditi per Bald. in l. 2. n. 10. vers. & ideo. C. de rescin. vendit. & in l fi. §. sed eum n. 1. C. de pact. Anan. in c. 2. in fin. Felin. col. 2. vers. sed Iudex Abb n. 8. de offic Iud. Bar. in l. cum postulassem, nu. 1. Angel. in princ. ff. de damn. infect. late Alban. in lucubr. ad Bar. super l. 1. nu. 8. & ibi Ias pariter n. 8. ff de iurisd. omn. iud idem Ias. in §. superest. n 64. & seq. inst. de actio. Angel. Aret in §. actio nu. 5. inst. eo. tit. Alex. cons. 7. nu. 10. & seq. lib. 2. Signorol. cons.*

conſ. 100. nu. 13. ad fin. Surd. tract. de alim. q. 1. tit. 3. n. 17. præcipuè dùm agit Eccleſia quæ eſt cultrix iuſtitiæ, & mater æquitatis. c unico. verſ. ſed diuerſum, de alien. feud. Anchar. conſ. 49 nu. 4. verſ. quinto dicit, Roman, conſ. 298. n. 2. in fin. Dec. conſ. 281. n. 4. Neuiz. conſ. 11. n. 11. Menoch. conſ. 322. nu 52. Surd. conſ 222. nu. 22. & deciſ. 110. in fin. quam diſcretionem, reducendo materiam ad iudicis arbitrium in iſtis terminis, commendat, Couar. var. reſol. lib. 3 c. 14. in fin.

In arbitrando autem & proprium officium in propoſita facti ſpecie impartiẽdo, iudex illud ante omnia proſpicere debet, ne vicinus, qui cogitur vendere, magnũ patiatur detrimentum, vt ſunt verba, tex. in d. l ſi quis ſepulchrũ in verſ. præſes etiam, & notarũt ibi Alberic. n. 2. Florian. nu. 4. Couar d c. 14 in fin. & ante illos. gloſſ. in l. reſcripta, verb. non lædat. in fin. C. de præcib. imper. offer.

Quod quidem magnum detrimẽtum debet intelligi de illo, quod contigit ſoluto iuſto pretio, nã quod vicinus non ledatur in prætio, fuiſſet diſpoſitio ſuper in dubitabili, & circa illud lex iã prouiderat, ibi: Præſes compellere debet, iuſto prætio, iter ei præſtari.

Sicut etiam nõ videbatur ſubſiſtere intellectus, quod ſcilicet lex habuerit rationem magni detrimenti vicini circa modum exequendi, vt namque detur via ſepulchro per eam partem fundi, quæ ſit cum minori diſpendio vicini, vt colligitur ex textu, ibi de opportunitate loci &c. non autẽ voluerit, quod ſub prætextu detrimenti vicini, ſepulchrum careat via, & inde Eccleſia, ſiue Monaſterium neceſſaria amplia tione, nam pro reſponſione dicebatur, quod ſi lex habuit rationem magni detrimenti vicini circa partem fundi, ergo multò magis circa totum, quia facilius tollitur ius tertij in parte, quam in totum. l. binas. ff. de ſeruit. vrban. præd. Calder conſ. 2. de arbitr. Alex. conſil. 34. n. 33. & 41. in fin. lib. 6. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, n. 19. de conſtit. Cagnol. in l. tura ſanguinis. numer. 19. ff. de reg. iur. Rot. deciſ. 1 de conſuet. in nou. Surd. deciſ. 30. num. 25. & 26.

In propoſito verò caſu Domini arbitrati ſunt, Ducem ſi compelleretur vendere, ſuiſſe paſſurum nimis magnum detrimentum, quia vt notum eſt, familia de Comitibus eſt de nobilioribus Italiæ, propter multos Fontifices maximos. S. R. E. Cardinales, & alios inſignes viros, quos habuit, de quibus ſunt plenæ hiſtoriæ, & Palatium, de quo agitur, eſt illorum antiqua habitatio et præſefert magnam antiquitatem, & nobilitatem, maxime propter inſigne

signe ædificium Turris militiarum, quæ cum illo incorporata existit, & de præsenti à prædicto Duce possidetur, vnde negari nõ potest, quin si familia de Comitibus, tali habitatione priuaretur, non esset passura maximũ dam-
16 *num, quia huiusmodi antiquæ habitationes multum conferunt ad honorem familiarum, & ad conseruandam earum nobilitatem, vt patet ex traditis per Tiraq. de nobilit. c. 37. nu. 23. Otalor. de nobilit. c. 4. nu. 8. cum duobus seqq. par. 2. Garz. pariter de nobilit. gloss. 18. num. 28. cum seq. Et videmus in simili, quod si tutor, etiam iusto precio, & ad dissoluendum es alienum pupilli, vendat ipsius domũ paternam, pupillus dicitur læsus. l. lex quæ Tutores, vers. nec domũ, & ibi Salyc. vers. Item not. C. de administr. tut. Alex. consil. 67. nu. 3. lib. 5. Soccin. Iun. cons. 45. n. 8. lib. 4. Dec. consil. 403. n. 22. vers. primo quia domus, Natt. cons. 162. n. 10. Tiraquel. de retract. in præfatione n. 34. et ob id sola prohibitio alienationis de similibus domibus sufficit absque vestimento alterius rationis, de quo per gloss. in l. quoties ab omnibus. C. de fidei com. vbi Bal. nu. 8. cum alijs per Petr. de fideicom. q. 1. num. 85. & seq. & circa similes domos semper præsumitur affectio, & desiderium conseruationis, Tiraq. tract. de nobilit. c. 37. n. 23.*

Et in terminis minus fortibus, nempè de Vinea, adest exemplũ, lib. 3. Regum c. 21. vbi Nabot, ne priuaretur Vinea paterna (ibi propitius sit mihi Dominus ne dem hæreditatem patrũ meorum tibi) elegit displicere Acab Regi suo, eam deposcenti pro vsu proprio, & offerenti vineam meliorem in alio loco, Acab verò Rex minimè censuit posse illum iure regio cogere, sed vt vineam haberet, cõfugit ad calumnias cõtra Nabot, procurando illius iniustam mortem.

Nec mouit Dominos, quod secundum istum intellectum. l. si quis sepulcrhum, & priuilegium Ecclesiarum in hac materia multũ restringeretur, quia vt plurimũ, maximè in partibus, domus cõtiguæ Ecclesijs, & Monasterijs erunt antiquæ ipsorum habitantium, & plerumq; etiam Nobilium, quia Domini non intendebant pro nunc firmare, quod quælibet familia nobilis posset euitare dispositionem, l. si quis sepulchrum. sed concurrente insigni, & extraordinaria nobilitate, qualitate ædificij, et alijs de qui-
17 *bus infra, etenim ex qualitate personæ, vel familiæ eadem res dicitur magis, vel minus praiudicialis, ad l. nouerint cum ibi not. per Salyc. nu. 1. & alios, C. vt intra certum temp. §. atrox, vbi Aret. in princ. Instit. de iniur. gloss. in c. 1. verb. officio, & ibi Abb. in fin. de cler. venat. Bal.*

cons. 116. *nu.* 2. *lib.* 3. *Imol. in c. cum quidam nu.* 3. *Felyn. n.* 5. *de iur. iuran. Tiraq. tract. de pœnis, causa* 31. *nu.* 28. *& seq.*

Altera circunstantia ponderata per Dominos fuit, quod istæ Moniales habent ab alio latere multa ædificia priuata, cũ quibus possunt ampliare eorum Monasterium, & licèt asserant, illa non esse sibi ita oportuna, sicut Palatium de Comitibus, & quod regulariter sit in electione Ecclesiæ, vel Monasterij conuertere se ad partẽ sibi beneuisam, aliàs quilibet vicinus posset dicere, Ecclesia conuerte te ad alium vicinum, & sic priuilegiũ redderetur eluforiũ; attamen in proposito casu, Domini arbitrati sunt, æquitatẽ velle, vt Moniales cũ aliquo eorum incommodo potius se conuertãt ad illas priuatas domos, quàm quod expellatur familia tantæ nobilitatis ab antiqua habitatione, quicquid dicendum foret, si aliter non posset consuli indigentiæ Monasterij.

Fuit etiam per Dominos consideratum, quod istæ Moniales sunt per multa sæcula posteriores in hoc loco familiæ de Comitibus, quod in simili fuit deductum in prædicta Neapolitana coram Illustrissimo Lancellotto die 28. *Nouembr.* 1601. *& 29. Aprilis* 1602. *vnde ante accessum debuerunt cauere, An locus esset capax, aliàs si ista materia ità indistinctè practicaretur, daretur occasio fraudibus, si quidem possent isti agentes pro locis pijs, qui aliquando habent proprios affectus, emere domunculam propè aliquam bonam familiã, & incontinenti velle retrahere illius habitationem, quod certè esset nimis durum.*

Vnde omnibus simul iũctis, & nullum caput singulariter pro sufficienti approbando fuit conclusũ, Ducem de Comitibus in hoc casu minimè esse cogendum, vendere propriam habitationem Monialibus.

An autem pro faciendo atrio ecclesiæ possit quis cogi ad vẽdendum suam domum? habes *decisionem Ricc. p.* 3. *decis.* 129. Quid de Monasterio, & vult facere infirmariam an etiam potuit cogere vicinum ad vẽdendam domum contiguam, idem *Ricc. d. p.* 3. *dec.* 159. Domus quæ est subiecta maioratui, & sic prohibita hoc casu alienari; An etiam hoc casu nõ solum possit, sed debeat vendi pro ampliatione Ecclesiæ latè Hieronymus de Leone inter suas decisiones Regni Valentiæ. Pro tali alienatione si domus est redditicia, quod nõ soluatur laudemium; si fuit venditio coacta, *Ricc. in praxi decis.* 626.

uoad Cappellas tertijgeneris, præter ea, quæ notat *Fuscus loco supracit.* nos etiam infra agemus quæstione 7. sect. 2.

28

Nota

Nota tamen, Capellam quę est in atrio, seu cortili alicuius ruris, vel massariæ nõ esse oratorium huius generis, & sic priuatum, sed secundi generis, & sic publicum *Rice. decis. 78. p. 2.*

SECTIO SECVNDA.

Quid sit Capellania, & quotuplex.

19 *Capellania, quæ nam sit, & n. 24. & quotuplex n. seq. & de differentia inter ipsam, & Anniuersar. Quis sit Capellanus, n. 21.*

22 *Rectoria, quæ nam sit, & quod nam sit officium Rectoris, n. seq. & n. 28. Capellani an, & quomodo sint curati, ibid.*

25 *Cura animarum quomodo possit residere apud plures.*

26 *Genitiuum quid importat.*

27 *Oblationes recipere pertinet ad Curatum.*

30 *Capellani coadiutores curati ad quid teneãtur. & suspensa approbatione confessariorum, ipsi capellani an censeãtur suspensi ab audiendis confessionibus, ibid.*

31 *Rector, & Capellanus potest quis esse in eadem Ecclesia.*

INdubitatum est, vt vtar verbis *Vasquez to. 3. in 3. p. D. Tho. disp. 234. sub n. 25.* 19 quòd institutio Capellanię ad hoc præsertim fiat, vt quis pro alijs missam celebret, ideò benè post *Zerolam*, sic eam describit *Perez de Anniuersarijs & Capellanijs lib. 2. c. 1. n. 2.* Capellania, est *onus* celebrãdi annuatim Missam in Capella, vel Altari. Dicitur, *onus*, pro genere, prędicatur. n. de alijs omnibus diuinis officijs, & etiam temporalibus. Dicitur, *celebrandi*, ad differentiam aliorũ onerum beneficiatorum. Dicitur, *annuatim*, ad differentiam Sacerdotis obligati ad celebrandum ob quotidianum salarium. Adderem aliam particulam, *pluries*, ad differentiã Anniuersarij, quod differt à Capellania, quia illud cõtinet onus, semel tantum in anno Missam celebrãdi, scilicet vertente die mortis defuncti, vt per eundẽ *Perez loco supracit. cap. 1. n. 21.* Capellania verò, habet onus pluries missas celebrandi singulis annis.

Duplex autẽ est Capellania quò 20 ad propositum nostrum, vna dicitur collatiua, seù vt alij vocant, ecclesiastica, vel spiritualis: alia non collatiua seù prophana, & temporalis, vt habetur *per glosam in Clemen. 2. de decimis, verbo, si ad beneficiatorum ad finem; Petrum de Gregorio parte 2. sintagmatium iuris vniuersi, lib. 13. c. 29. n. 1. & alios infracitandos*, communiter. Collatiua, seù ecclesiastica dicitur illa quæ est fun-

data, cum Episcopi, vel alterius superioris ordinarij ecclesiastici authoritate; Non collatiua seu prophana, vel secularis est illa, quæ per authoritatem Ordinarij non est spiritualizata; ita DD. supracitati, & infracitādi passim. Nos hic agimus de prima Capellania, nempè collatiua, seù ecclesiastica: hanc enim intendere Sacram Congregationem in supracitata declaratione, per illa verba, *ratione Capellaniæ*, fit clarum ex subsequentibus, de quibus nos infra quæstione 5. *aut legati*, per quæ significatur capellania non collatiua, quæ venit apellatione legati pro Missis celebrandis.

Ex dictis facilè apparet, qui nam
21 dicatur Capellanus; dicitur .n. is, qui habet onus pluries celebrandi annuatim Missam in Ecclesia, vel Altari aliquo, & licèt *Fuscus lib. 2. de visitatione, & regimine ecclesiæ, cap. 11. n. 5.* Dicat, Rectorem ecclesię, seù Parochiæ dici Capellanū, in rigore est impropria loqu-
22 tio, cùm nomen Rectoriæ sonet beneficium Parochiale; nomen verò Capellaniæ significet beneficium simplex, vt patet ex decis. Rotæ in illa Capuana 1613. coram Cardinali Sacrato, in qua dubitabatur, An impetratio facta de Rectoria, quam quidam impetrauit, vt simplex beneficium, ex quo antiquitus Capuæ, Rectoriæ possidebātur, vt beneficia simplicia, & cura animarū residebat apud Capellanos, quæ cō suetudo, seu vt rectius loquar, corruptela fuit ablata per Synodū Prouincialem Anni 1567 quæ declarauit, vt infra *Capellanos earundem Parochialiū non curatos, sed ipsius Rectoris curati adiutores esse debere, si tamen prius ab Ordinario examinati, reperti fuerint habiles ad eum, in exercenda cura animarum, adiuuandum; & proindè Rectores tamquam veros Parochos, teneri ad suscipiendos sacros ordines, & ad residendum, curamq. animarum personaliter in dictis Ecclesijs exercendā,*
23 Quæ cōstitutio Cōsiliarijs est valdè cōformis dispositioni iuris cōmunis, nam Rector est ille, qui tenetur suum custodire populum, *c. 1. 13. q. 1. Rot. decis. 52. n. 107. par. 2.* Et ipse est caput, cuius proprium officium est, populum arguere verbo, & exemplo, *can. sicut Rector 40. distinct.* Item quia Capellani non faciunt collegium, neque, Capitulum, apud quos possit insolidum pertinere cura, iuxtā *decis. Cassad. 11. sub n. finali de prabendis, & Campanilem in suo diuersorio iuris Canonici rubrica 7. cap. 6. sub n. 30.* Adest etiam declaratio Sacrę Cōgregationis Cōcilij, quam refert *Garzia p. 11.*

de

de benefic. c.2. n.9. quæ in Parochialibus vnitis Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum, censuit his verbis. *Si cura animarum incumbit certæ personæ per illam exercenda est, si imminet toti Capitulo, vt per singulos per vices exerceatur cogẽdi sunt ad illam exercendam ex notatis in c. statutum de elect. in 6.* Adest alia declaratio quoq. in hac materia, quã refert *Paris. in suo opere de resignation. beneficiorum libro 8. quæst. 9. n.93.* vbi dicitur, *Quod quando ecclesia ex prima sua institutione, & origine est Parochialis, & postea erigitur in Collegiatam cum retentione curę animarum, illius curæ exercitium singulis de collegio incumbit, vt ab ipsis Canonicis per turnum administretur, & tunc fructus, qui ex cura procedunt debent diuidi equaliter inter Canonicos, & dignitates, sicut onera fuerunt cõmunia*, & habetur per *Rotam in illa Tarentina administrationis 161 1. coram Pirouano.* imò eadem Sacra Congregatio Declarauit, *excusari à præsentia in choro eum, qui exercet curam animarum imminentem Cathedrali vel Collegiatæ, dum tamen est in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercet, quæ spectant ad ipsam curam.*

Dixi non faciunt Capitulum, neq; collegium: quia quando cura Ecclesiæ Parochialis spectat ad Collegiatam, vel Cathedralem non spectat ad Canonicos, vt Canonicos singulos in particulari, sed vt Capitulum, cũ plures non possint esse sponsi vnius sponsæ, vt infrà in decis. referenda, & notat post alios, *Viuian. in Praxi Iurispatron. lib.2. c.7. n.31.* qui subdit, quod hoc casu totum Capitulũ potest mandare curã alicui Vicario approbato, de qua re extat declaratio S. Congr. apud *Garz. p. 1. c. 2. n.94. in addit.* ideoq. non potuit, nec potest trasferri cura in Capellanos, & liberari Rector etiã ab immemorabili tempore, sed benè & debeant adiuuare, vt declarauit Synodus supra relata.

Verba decisionis supra allegatæ, 26 sunt ista *Difficultas est, an cura resideat penès Rectorem, & penès Capellanos in eadem Ecclesia. Et Domini exstimarunt, curam esse apud Rectorem ex impetratione aduersarij, quæ contra illum plenè probat, l. cum præcum, C. de liberali causa. siquidem impetrauit Rectoriam Sancti N. vndè si cura spectat ad Ecclesiam, & Ecclesia ad Re-* 27 *ctoriam, vt denotat illud genitiuum Ecclesiæ, quod importat dominium illius, cui genitiuum adijcitur, l. seruum Titij ff. mãdati. l. si hæredes seruum. ff. de leg. 1. l. 2. §. in locum. ff. de religiosis domibus, Castr. cons. 171 n.1. lib.2. Alex. cons. 49. in fin. lib.*

lib. 5. sequitur, & cura sit apud Rectoriam, quod magis de plano procedit, quando in Ecclesia est vnica Rectoria, Card. *cons. 30. n. 5. vers. sed adhuc, & licèt Cardinalis ibidem exponat plebenatum Ecclesiæ, ideſt in ecclesia, attamen prima applicatio visa fuit aptior, et etiam Domini non cõsiderauerunt hoc fundamentum per se, sed tantum iunctis alijs, de quibus infra. Confirmatur, quia cura non potest esse penès prædictos duos Capellanos ad instar sponsæ, quæ non potest habere duos sponsos, c. cũ ignoret de præbend. c. sicut vna, 22. q. 2. Oldrad. cõs. 67. Rebuff. in praxi tit. de non promotis infra annũ, Rota decis. 62. n. 19. p. 2. diuers. sed debet esse singularis, Staphil. de litteris gratiæ, n. 38. de benef. qui Oldrad. vbi supra sub n. 2. dixit, id procedere etiam si Capellani actu exercent curã, quia per hoc non dicuntur habere curam, sed exercitium curæ, &* 28 *sic, quia nomen Rectoriæ sonat in beneficium curatum, vt est in C. de Rectoribus, de cler. ægrot. vel debilit. dicitur enim Rector, quasi populum regens, Roman. cons. 356. Io. Andr. in c. licèt canon. n. 1. de elect. in 6. Nomen autem Capellaniæ sonat beneficium simplex Lambert de Iurepatr. p. 2. lib. 2 q. 7. art. 3. n. 17. arguendo igitur à nomine, prout fieri potest, ex cumulatis per Euerard. de locis argumen. tit. ab ethymologia; suadetur; curam esse apud Rectorem, non autẽ apud Capellanos. Denique* 29 *fuit cõsideratum, quod oblationes percipiuntur per Rectorem, non autem per Capellanos, quod est signum, curam esse apud Rectorem, non autem apud ipsos Capellanos, Abb. in c. Pastoralis, n. 2. de his, qui fiunt à Prælat. sine maiore parte capituli, Feli. in c. dilectus, n. 1. & seq. de off. ordinarij*, Quatuor requisita ad hoc, vt Ecclesia dicatur Parochialis enumerat, *Rota in illa Rechanaten. Parochialis 20. Maij* 1577. *coram Cantuccio*, quam refert *Viuian. in praxi Iurispatr. lib. 2. c. 7. n. 22.* vbi latè idẽ author agit de hac materia, *& n. 32.* ait, quod eo ipso, quando Ecclesia est Parochialis, est etiam curata, non è contra, & ideò, quod melius sit exprimere, quod sit Ecclesia Parochialis, quàm quod sit beneficium curatum.

Quid autem importat id, quod 30 dicitur in Synodo *Capellanos esse adiutores Rectoris in cura*? patet ex supradictis, quia cum non sit cura apud ipsos, nec possit esse insolidũ, ex quo nõ faciunt Capitulum, neque Collegium; non tenentur per turnum illam exercere, sicut Canonici, de quibus supra, sed in defectum Rectoris, si est impeditus, ac etiam in Paschate, Natiuitate, alijsq; festis sollemniori-

nioribus adiuuare eum in Cõfessionibus audiendis, & communicando, si opus sit, & possunt audire, quando volunt, cõfessiones, & ministrare sacramentum Eucharistię in Ecclesia ipsa Parochiali, ac non solum possunt, sed etiam debent domi, si vocentur à Parochianis infirmis accedere ad eos audiendos in confessione, vel viaticum ministrandum & licèt non omnes admittantur ad ipsas capellanias per cõcursum, ex quo declaratũ fuit solùm illum adhibendum esse in ijs Capellanis qui aliàs cum concursu fuerunt admissi, vel etiam per Romanum Pontificem prouidentur, cum clausula, *dummodo approbentur ab Ordinario*, quando Archiepiscopus reprobat, aut suspendit approbationes, & licentias audiendi confessiones, non censentur etiam ipsis reuocatæ, ita seruari de cõsuetudine testatus est mihi Perillustris, & Reuerendiss. Mutius Vespasianus qui per multos annos exercuit, & nunc exercet Vicariatum in d. Metropol. Capuana, & ita limita, quæ dicta sunt à nobis *in tract. de Potestate Confess. recoll. 4. versus finem*. Vnde à fortiori nec cẽserẽtur suspensæ, & reuocatæ approbationes Canonicorum Ecclesiæ Parochialis erectæ in Collegiatam, apud quos residet cura in solidum, vt in facto pro Canonicis Ecclesię Collegiatæ S. Ioannis in Persiceto Diœcesis Bononien. scripsi, & probaui, cum verè illi sint curati, & obtineant in solidum beneficium Parochiale, quod iuxta Conc. Trid. & Constit. Pij V. sufficit, vt contradistinguãtur ab approbatis, quos includit reuocatio, & suspensio approbationis facta ab Ordinario. Quod autem vnus possit esse Rector, & Capellanus etiam in eadem Ecclesia, docet *post Felin. in c. ex parte, n. 3. de rescript. Fusc. d. c. 11. sub n. 5.* & sic practicatur Capuæ. Fuit quæsitum an Capellanus præfatus absque Rectoris delegatione assistendo matrimonio, validè, & licitè assistat? & stante d. declaratione, quod cura resideat apud Rectorem, ipsos verò esse coadiutores, vt supra, Respondi negatiuè, maximè, quia hoc Sacramentum non est necessarium, sicut confessionis, & communionis, sed voluntarium. vt in simili de extero distingunt DD. & ideo debet recurri ad Rectorem ipsũ vel ad coadiutorem assumptũ ab ipso Parocho, qui censeretur delegatus etiam ad assistẽdum, de quo loquitur *Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 31. n. 19.* vbi negat talem posse alteri ipsam assistentiam delegare; nisi habeat specialem hanc facultã-

culratem, vel sit delegatus ad assistendum omnibus matrimonijs contrahendis in Parochia; secus esset, si cura apud eos esset in solidum; vt de duobus Parochis, habetur per *Sanchez supra disput. 24. in fin.*

SECTIO TERTIA.

Ex quibus signis cognosci possit, Capellaniam non esse prophanam, sed Ecclesiasticam.

32 *Capellania quomodo cognosci possit, an sit collatiua, vel nõ.*
33 *Capellania collatiua est propriè, & verè beneficium.*
34 *Beneficiũ quomodo distinguatur ab officio ecclesiastico, vel alia pia dispositione.*
35 *Beneficij ecclesiastici signa, & coniecturæ.*
36 *Authoritas Ordinarij adhibita in fundatione, probat esse beneficium ecclesiasticum, non tamen vbi de ea non constat, eo ipso præsumitur in contrarium, n. seq.*
38 *Capellania in dubio an præsumatur ecclesiastica, vel prophana: Beneficium in dubio præsumitur liberum potius, quàm de Iurepatronatus.*
39 *Legatum factũ de quibusdam Missis celebrandis à Sacerdote eligendo ab hæredibus in ecclesia constructa, & dotata à testatore authoritate Episcopi est Capellania prophana, & non collatiua.*
40 *Capellania non collatiua per cursũ quãti temporis, & quas collationes factas ab Ordinario, fiat collatiua.*
41 *Beneficij vltimus status quomodo attendi debeat, & quando iuuet, n. seq.*
43 *Quasi possessio iurispatronatus quando suffragetur.*
44 *Vnio Ecclesiæ Patronorum nõ potest fieri absque consensu patronorum.*
45 *Iuspatronatus laicorum non cadit sub reseruatione.*
46 *Perpetuitas in collatione quãdo & quomodo distinguat Capellaniam ecclesiasticã à prophana.*
47 *Beneficium an & quando fundari possit ad tempus, & 49. & 50. & 52.*
48 *Personatus est beneficium ecclesiasticum.*
54 *Nullum à principio, non potest postea fieri validum.*
55 *Nominãdi facultas quando cõsumetur per nominationem nullam, & inualidam.*
56 *Capellanus amouibilis an morte patroni censeatur reuocatus, an possit amoueri sine causa ibid.*

QVia, vt supradictum est, Sectione præcedenti, in hac quæstione agẽdum est de Capellania collatiua, seù Ecclesiastica, meritò post explicationem nominum Capel-

læ

læ, & Capellaniæ, ac Capellani, subijcienda sunt signa, ex quibus possit colligi aliquam Capellaniam non esse prophanã, & non collatiuam, sed ecclesiasticam spiritualem, & collatiuam. Dicimus enim signa, & coniecturas Capellaniæ Ecclesiasticæ esse eadem, quàm beneficij Ecclesiastici, quia vt supra dictum est, ipsa Capellania est propriè, & verè beneficium Ecclesiasticum, & clariùs dicetur infra *Sect. Sequenti*, vbi agimus de differentijs inter ipsam Capellaniam Ecclesiasticam, & prophanã, ac probatur *in Clem. si beneficiorum de decimis, Clem si dispendiosam de iudicijs*. Ratio est, quia habet ista Capellania annexum spirituale, *Can. si quis obierit p. q. 3.* quæ spiritualitas non solùm consistit in celebratione Missæ, sed in alijs, per quæ ipsa spiritualizatur, de quibus infra; ideò dari potest in titulũ. *Can. præcepta 55. dist.* venit appellatione beneficij, ac illam possidens tenetur ad solita iura Episcopalia, eius mentio facienda est in impetratione alicuius Ecclesiæ, vel beneficij. *Fuscus de visitatione lib. 2. c. 11. n 2. & sequentibus*, non potest illam quis permutare absque authoritate, & decreto Ordinarij, vacat per ingressum Religionis, committitur in eo Simonia, & demùm obtineri nõ potest, nisi à persona Ecclesiastica, pro vt infra dicetur, quæ omnia distinguũt beneficiũ ab officio ecclesiastico, vel alia pia dispositione, seù Capellania prophana, per allegata *à Rota Romana in illa Gerunden. Personatus*, quam habes in fine huius sectionis. Restat igitur, vt aperiamus, quæ sint ista signa, & coniecturæ beneficij ecclesiastici. *Ricc. etenim 1. p. suæ praxis fori ecclesiastici decis. 300.* Sex signa, seù requisita, vel coniecturas beneficij, & per consequens Capellaniæ ecclesiasticæ, enumerat. Primũ est quòd sit fundata Episcopi, vel alterius Ordinarij authoritate. Secundũ quòd habeat quid spiritualitatis annexum, quod vt supra innui, non consistit in sola celebratione Missarum, sed etiã onere recitandi officium diuinum. Tertiũ quòd conferenda sit clerico, & non laico. Quartum quòd conferri non possit, nisi à persona ecclesiastica. Quintum quòd sit perpetua. ista ponuntur à *Gonzalez glos. 5. n. 17.* & ipse *Ricc.* tantum addit. Sextum, quòd conferens non possit illud conferre sibi ipsi, allegat principali loco, *Panormitan. cons. 47 vol. 2.* qui ponit quinque tantùm signa, scilicet 2. 3. 4. 5. & loco 6. assignat aliud requisitum, nempè modũ prouidendi, scilicèt absque cõ-

ditione, & pacto, nec pro comodo temporali, aliàs committeretur, vt ipse ait, Simonia. Fauet *Rota Roman. 1. p. recent. decis.* 508. quæ tantum assignat quattuor requisita, excludendo expræsè quintum de perpetuitate, hæc requisita considerata à Rota, supra, sunt ista. Primum, personæ conferentis. Secundum personę, cui confertur. Tertium modi cõferendi. Quartum oneris annexi. Vnde nunc remanet examinandum à nobis primum requisitum illud authoritatis Episcopi, & quintum perpetuitatis, an, & quomodo sint necessaria signa ad ostendendum, quod Capellania sit ecclesiastica, & collatiua.

Quò ad primum signum datum à
36 *Riccio supra*, ad ostẽdendum, quòd Capellania sit Ecclesiastica, vt scilicet sit erecta, & fundata authoritate Ordinarij, dicimus, quòd etsi negari non possit, quin quandò cõstat expræsè de authoritate Ordinarij adhibita in erectione, & fundatione, esse signum manifestum, quòd sit beneficiũ, ac Capellaniam esse ecclesiasticã. *Rota 1. p. recent. decis.* 509. vbi hoc ampliat, etiam si non sit probata collatio aliqua facta ab ipso Ordinario, quia inquit, sufficit, vt non possit cõferri laico, sicuti è contrario sine authoritate prædicta beneficium ecclesiasticum suum esse non habet, *glos. in in clem. 2. in verbo beneficiorum in fin. vers. tu dic, de decimis. Nauar. cons. 5. & 7. de præbend. cum alijs, qua probat Rota Romana in illa Melphiten. legati pij coram Dunozetto* 24. *Ianuarij* 1629. *quam habes transcriptã inf. q. quinta sect. 1. Et Roccus de Curte in tract. de Iurepatr. verbo pro eo quod, in principio*, dixit expræsè, non esse beneficium Ecclesiam, vel Capellã, nisi sequuta approbatione Episcopi, vbi allegat *Dominos de Rota decis.* 10 *de Iurepatr. &* 17. *de præbend. in antiquior.*

37 Tamẽ nõ sequitur, quòd quãdo non constat de ea authoritate præstita in fundatione, semper debeat iudicari Capellania prophana, vel aliud opus
38 pium, quia non solùm quãdo sumus in dubio, an fuerit adhibita dicta authoritas, vel nõ aliqui volunt, præsumi esse Capellaniam ecclesiasticam, & nõ prophanam, iuxta *Menochium cons. 99. nu. 122. vol. 1.* Sicut quando expræsè constat non esse fundatã authoritate Episcopi, licèt habeat aliquod signum, per quod videatur erecta de eius authoritate, erit iudicãda prophana *Valasc. cons. 105. n. 10. Paris. cons. 34. n. 15. vol. 4.* quos in vtraque parte probat *Perez de Anniuers. & Capell. lib. 2. c. 1. in fin. sequutus*

Re-

Rebuff. in practic. benefic. tit. quid sit, & quot modis dicatur beneficium n. 8. in fin. quia inquit ipse, in dubio præsumi debet Capellania fundata cum Episcopi approbatione, cũ sit ad seruiendum Deo; & si hoc dictum *Rebuff.* & per consequens doctrinam *Perez* impugnet *Ricc. 1. p. praxis decis. 383.* dicens, quòd non sit tenẽdum, ac etiam ante eum *Marescottus lib. 2. variar. c. 3. n. 4.* docẽtes, quòd in tali dubio non præsumatur beneficium ecclesiasticum, nisi appareat de approbatione superioris, cũ semper in dubio libertas præsumatur. fauet id, quod docent doctores vnanimiter, & eadem Rota resoluit pluries, vt habetis infra sect. 7. in dubio beneficium præsumi liberum, potius, quã iurispatronatus, de qua re nos infra, sicuti quoq; in dubio beneficium non præsumitur curatum, sed simplex *Rebuff in prax. benefic. titulo quotuplex sit beneficium n. 11. Rota decis. 17. par. 1. diuersar.* Vndè in facto dixi, non ex eo, quia quis legatũ fecit de quibusdam Missis celebrandis à Sacerdote eligendo ab hæredibus in Ecclesia à se constructa, & dotata authoritate Episcopi, esse Capellaniam Ecclesiasticam. fauet *Ricc. 1. p. praxis decis. 406.*

39

Sed etiam, quia vbi constat Capellaniã non fuisse fundatã authoritate Episcopi, putà quia fundator cauit in instrumẽto, vel testamẽto, vt celebrarẽtur Missæ per Sacerdotẽ eligẽdum per eius hæredes, vt fieri, & institui solet, similis Capellania prophana ex infra dicendis, poterit fieri Capellania Eccle-
40 siastica, si v.g. per tempus 40. annorum ter, quaterque, & etiam bis legatum prædictum, vt Capellaniã ordinarius conferat oblato, & præsentato per patronum *Azor. par. 2. instit. moral. c. 3. vers. hoc vt clariùs in fin.* imò *Perez de Anniuers. & Capell. lib. 2. c. 1. n. 50.* docet, sufficere tempus ordinarium, quia inquit ipse, dictum tempus 40. annorum desideratur in rebus Ecclesiæ præscribendis, & sic in iure eligẽdi circa beneficia Ecclesiastica: At dum legatum, seù Capellania, quæ sua origine, & institutione nõ erat beneficiũ, est res prophana, & sic ad modum rei prophanę, sufficit præscriptio temporis ordinarij, vt in beneficium possit trãsferri; per tẽpus autẽ ordinariũ intelligitur tempus 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, vt *per Rebuff. in practica benefic. cum de dispensatione ætatis, nu. 6. & clarius per Roccum de curte in tr. de Iurepatr. verb. ipse, vel is, à quo causam habuit sub n. 86.* vbi de

præscriptione contra compatronū, de qua re nos infra suo loco q. seq. Qui *Perez d. c. 1. nu. 74.* docet, quòd vbi non constat de dicta authoritate non præstita, sed tantùm est dubium de ea, iuxta casum præcedentem, & ter aut bis Ordinarius contulerit, sufficere etiam minus spatium quàm decem annorum, Vbi etiam
41 *nu. præcedenti*, declarat, quomodo intelligendum sit illud proloquium in ista materia, quod attendi debet vltimus status beneficij, intelligi enim debet, inquit ipse, cum suprà dicta distinctione, aut constat non fuisse adhibitam authoritatē in eius fundatione, & sic sua origine fuisse non collatiuā, & requiritur, quòd dictus vltimus status sit præscriptus, vt supra, vel non constat, & sic sumus in dubio, & requiritur, quòd ter, aut bis Ordinarius contulerit, & si ex vnica collatione acquirat quasi possessionem conferendi, si collatio habuit effectum, & contulerit bona fide, & sciente contradictore, qui ius habet; imò *Rota in illa Melphiten. Legat pij 24. Ianuarij 1629. coram Dunozetto*, expræssè tenuit, quod in iudicanda qualitate beneficij tantum attendi debeat erectio, ac fundatio, & vltimum statum attendendum esse in re dubia, non autem quando constat clarè de anteriori statu profanitatis, quam decisionem infra referam quæstione quinta vbi de Capellania prophana agimus. Adde ex *Caualerio decis. 639. n. 8.* quòd vltimus status non attenditur si incontinēti de statu, contrario ex fundatione docetur. Cętera ad hanc materiam vide apud *Ricc. in fin. 4. partis suæ Praxis*, vbi ponit praxim particularē de hac Capellania; de qua re, etiam iterum q. sequēti redibit sermo, & erit opportunior locus, ibi lectorem remittimus. Nota tamē pro nūc, quòd quasi possessio ratione vltimi status sufficit pro possessorio, non autem pro petitorio. Fauet decisio Rotæ in illa Aliphana Iurispatronatus 4. Iulij 1629. coram Chisle-
42 rio ibi. *Non obstat primò quòd ex quo agitur contra prouisum Apostolicum sola possessio non sufficiat ad effectum manutentionis, nisi pariter doceatur de legitimo titulo ex fundatione, & dotatione, tenuit Rota in Compsana Iurispatronatus 23. Iunij 1604. corā Litta, & coram Paleotto decis. 519. lib. 3. p. 3. nā supradictæ decisiones procedunt quando agitur in petitorio ad iustificandum titulum; secùs autem in summario possessorio manutentionis, cum tunc sufficiat, & attēdatur vltimus status beneficiorum, etiam contra prouisum*

sum apostolicum. Seraph. decis. 499. *n.* 3. *vltra quod supradicta procedunt in prouiso apostolico vigore Reg.* 8. *contra quam non suffragatur quasi possessio præsentandi, tenuit Seraph. alleg. decis.* 499. *Reuerendis. D. meus Decanus decis.* 469. *nu.* 4. *& 5. Caputaq. decis.* 29 *& 326. lib.* 1. *in manuscript. Rota recen.* 1. *p. decis.* 224. *n.* 3. *Non autem in prouiso vigore alterius reseruationis, maximè quia in hoc casu nullam adesse reseruationem, censuerunt Domini. Primò, quia beneficium vacauit mẽ se Decembris, nec ea potest desumi ob nõ seruatam formã Conc. Trid. c.* 6. *sess.* 7. *ex quo fuerit facta de beneficio, tamquam libero ob lineam finitam fundatoris, non vocatis haeredibus vl-*

43 *timis de familia, quia Cõcilium* 44 *nõ præscribit certam formã omnibus, sed solùm disponit quòd vniones factæ à* 40. *annis infra possint examinari ab Ordinarijs, tamquam à Sede Apostolica delegatis, atq. ita non applicatur, & dum consulit patronis, non debet contra eos retorqueri, ita vt quasi possessionem præsentandi sublatam velit, cum patro-*

45 *natus laicorum sub reseruatione non cadant. glos. quam omnes sequuntur in c.* 2. *verb collatio, de præbend. in* 6. *Cardinal. in Clem.* 1. *q.* 7. *in fin. de Iurepatr. Simonett. de reseru. q.* 9. *per tot. Cassad. decis.* 6. *n.* 3. *de iurepatr.*

Quò ad quintum signum perpe-

46 tuitatis sciendum, hoc signũ non esse generale, neque certũ, nisi vel quando beneficiũ in dubio præsumi debeat perpetuũ *Rota* 1. *p. Nouiss. decis.* 798. *sub n.* 4. vel ratione reseruationũ, & quòd quis non possit ordinari in titulum beneficij, ita intelligendi sunt doctores allegati per *Ricc. supra nu.* 35. & videtur fateri *idem Ricc. decis.* 396. *& clariùs decis.* 383. *Caualerius decis.* 639. *n.* 8. sic etiã nõ includitur in regulis de annali, & triennali, maximè contra patronum, quia talis Capellanus amouibilis non possidet. *Mobedanus decis.* 169. *aliàs* 340 *Flamin. de resignatione beneficiorum lib.* 11. *q.* 3. *n.* 84. *&* 85. *Perez de anniuers. & Capell. lib.* 2. *c.* 6. *n* 21. Qui in princip. dicti capituli, & clariùs *n.* 9. *& sequent.* contra *Nauar. & alios allegatos per Riccium*. Probat, Capellaniam amouibilem, modo talis cõditio non sit ad tẽpus certum, & in limine fundationis approbetur ab Ordinario, esse collatiuã, ideoq; posse conferri in titulum, ac in ea habere locum Regulam de publicandis, & posse resignari, permutari, vt beneficium, itẽ teneri talem Capellanum facere de ea mentionem, cum impetrat secundum beneficium, soluere subsidia solita, recitare horas canonicas, & c. Addit rationem,

tionē, quia licèt dicatur amouibilis, tamen est perpetua aptitudine, & ita *Rota pluries cē- fuit, vt apparet in d. 1. p. diuers. d. 772. n. 8. & 1 p. rec. dec. 208.* vbi clarissimè *n. 5.* habetur, nō esse necessarium ad rationem beneficij si non cōferatur perpetuò, quia sufficit si committatur personæ Ecclesiasticæ. Concedit etiam *Fuscus tr. de visitatione, & regimine Ecclesiæ c. 11. n. 4. vbi allegat Thomam de Fastolis in decis. Rotæ Rom. causa 26. dub. 56.* Episcopum posse Capellanum amouibilem positum à testatore, facere perpetuum, post *Rotā Roman. dixit Gomes. in Regula de triennali q. 32.* quod quomodo intelligendum sit, infra suo loco dicemus, & demum hoc patet ex decis. emanata in eadem Rota Romana in illā Gerunden. Personatus, & causæ piæ 17. Maij 1630. coram Verospio vbi habes, non solùm non esse necessarium ad rationem beneficij, vt cōferatur perpetuò, sed nec etiam quòd ipsæ res destinatæ sint perpetuò pro beneficio, quando talis est consuetudo immemorabilis erigendi similia beneficia. Verba decisionis sunt ista.

Ex pacto & lege fundationis in hoc personatu de quo hodie quæritur, poterat Beneficiatus vsq; ad tertiam nominationem Successorem sibi nominare, post quā nominationem succedere debe-
47 *bat causa pia, iuxta Sinodalem Constitutionem Prouinciæ Tarraconen. quæ similium beneficiorum erectionem ex consuetudine immemorabili introductam confirmauit. Cum autem idem Personatus de persona Iacobi Rossel fundatoris ex causa permutationis transierit ad Petrū Margaraù, qui successorem sibi nominauit Michaelem Clos, & quo casu ille vel acceptare nollet vel esset ad hoc beneficium inhabilis, Monserratum Picò, & Iacobum Dander aquis portionibus: Dubitaui An esset factus locus successioni causæ piæ, vel consisteret nominatio Monserrati, qui recusāte Michaele Clos, solus fuit institutus, & Domini ad fauorem causæ piæ responderunt, vt illa fundaret intentionem in successione huius personatus.*

Neque enim dubitarunt, quin Per-
48 *sonatus huiusmodi esset beneficium ecclesiasticum, licet perpetuo durare non deberet, sed ad vitam eorum qui iuxta formā fundationis nominari debebant, cùm habeat omnia requisita beneficij cum authoritate, & decreto Ordinarij sit permutabile cum alio beneficio ecclesiastico, vacet per ingressum Religionis, committatur in eo Simonia, & demum obtineri non possit nisi à persona ecclesiastica, quæ omnia distingunt beneficium ab officio*

eccle-

ecclesiastico, vel alia pia dispositione Fel. in cap. in nostra.n.9. de rescript. Selua de benefic. q. 2. p. 1. nu. 75. Garz. de benefic. p.1.c.2. nu. 61. & ead. latè examinat sublatis contrarijs argumentis Nauar.cons.8. de Iurepatron.

Comprobat hoc idē Collatio, quæ de hoc personatu semel atque iterū
49 facta fuit per ordinarium, quæ sola satis esse potest, vt Capellania etiam manualis, & amouibilis reputari, & iudicari debeat ecclesiasticum beneficium, vt defendit Garz. de benefic. p. 1. cap. 1. §. 1. n. 313. & seq. Rebuff. de pacific. possessor.n.349. Guidop.q.187.n.1. Neque obesse potest sola temporalitas ad excludendum statum, & qualitatē beneficij, c. sanctissimarum 70. distinctione cap. penult.de Cler. egrot. Acchill. decis. 1.n.4 de
50 offic.Vicarij, non tamen repugnat, vt speciali iure, & priuil. aliqua beneficia possint non esse perpetua, cap. si gratiosè, & ibi glos. de rescript. lib. 6. Lap. alleg. 9. Cassad. decis 12. n.9. de præbend. Garz de benefic. p. 1. c.2. n. 75. Cuius priuilegij vim habet immemorabilis consuetudo, ex qua in prouincia Tarraconen. bi personatus inducti sūt, vt etiam defendit idem Nauarr. cons. 8. de iurepatr. n. 17.

His ita constitutis negari non poterat, quin factus esset locus successioni causæ piæ, dum illa vocabatur deficientibus nominationibus, quas permiserat fundatio: ita vt deberet ex eo casu extingui personatus & dos fauore eiusdē causæ piæ applicari. Defectus enim nominationum con-
51 trouerti nō poterat, cùm nec valeret nominatio Michaelis tanquam inhabilis, & qua effectū sortita non fuit ex renunciatione ab eo facta, neque sustineretur secunda nominatio in defectum primæ tanquam facta de duobus diuiso inter eos equaliter beneficio contra expressam iuris dispositionē, de qua in c maioribus vbi glos. in verb. diuisionem, c. tuæ fraternitatis, & c. dilecto de præbend. Lambert. de Iurepatr. lib. 2.p.3 q. 5. ar. 21. Atque ita cessante nominatione (cum perinde haberi debeat nominatio nulla, & inualida, ac si facta non fuisset, cap. quæ contra ius de reg. iur. lib 6. l. non dubium C.de legib.) deuoluta fuit successio ad piam causam ex pacto expresso fundationis.

Quòd vero testator voluerit durare
52 personatū ad quatuor vitas, vel quod hæc sit consuetudo illarum partium, vt non ante quam post successionem quatuor personarum terminetur, negarunt Domini obesse, quia consuetudo induxit quidem erectionem horum personatuum ad tres, siue quatuor nominationes, verùm indeterminatè, & secūdum dispositionem fundatorum, quorum

vo-

voluntati legem non imposuit; fundatoris autem voluntas non fuit in hoc casu præcisè determinata, vt personatus finiri non deberet, nisi post quatuor nominationes, sed id voluit esse in facultate eorum, qui succedere debebant, quibus non aliter quã sub conditione facultatiua permisit, vt successorem sibi nominare possent.

53 *Non etiam dici poterat vt posterior nominatio quam Petrus fecerat de duobus sustineretur saltem ab effectu, & quia dum eorum alter acceptauit haberi deberet, ac si nominatus non fuisset. & sustineretur nominatio de persona alterius, & quia idem Petrus qui nominauit mandauerat, vt vno deficiente, alteri eius portio accresceret, arg. l. vnic. §. vbi autem legatarij, vers. si verò nõ omnes, C de cad. toll. Cum enim hæc causa nominationis tanquã indiuidua non possit ex parte valere, l. 1. §. item quæret. ff de aqua quotid. æstiu. l. grecè, §. illud & ibi Bartholus nu. 3 et 4. ff. de fideiuss Rot. decis. 135. n. 9. decis. 552. nu. 10. p. 1. & decis. 631. n. 7. p. 2. rec. data nu-*

54 *lita-te nominationis à principio, non potuit ab euentu fieri valida. l. 1. ff. de his quæ pro non scripto habẽtur, l. vnic. §. in primo. ff. de cad. toll. Imò ratione incertitudinis, neque nominatio de duobus æqualiter facta sustineri posset, ac si in solidum facta fuisset, l. si ista. ff. de reb. dub. l. cum ex plurib ff. de manumiss. testam. glos. in c. quoniam Abbas in*

55 *verb. substitutũ, de offic. deleg. Et ita licèt per nominationem nullam non consumetur facultas nominandi, & potuisset Petrus etiam tertio nominare eumdem Monserratum, quia tamẽ id non fecit, & nominationem quam expræssit, facere non potuit, succedit regula tex. quod potuit noluit de qua in l. multũ interest c. si quis alteri, vel sibi, cap. cum super 23 in fin. de offic. deleg. & mortuo Petro vltimo possessore, fuit extincta hæc facultas nominandi, & successit deuolutio fauore piæ causæ.*

An autẽ Capellanus amouibilis

56 morte patroni censeatur reuocatus, quærit *Perez de anniuers. & Capell. l. 2. c 6. n. 19.* & Respondet negatiuè, vbi declarat, quomodo intelligi debeat proloquium illud *l. 4. ff. de locat.* quòd voluntas alicuius finitur morte, scilicet quãdo quis, vt persona particularis aliquod concedit ad sui nutum; secus si vt habens officiũ, ius, aut dignitatem, sicut habet patronus, Episcopus, &c. potest tamen à successore reuocari, vt ibid. author discurrit, item quòd Capellanum amouibilem ad nutum possit patronus amouere, etiã absq; causa, nõ solùm semel, sed plu-

ries,

ries,& si fuerit constitutus authoritate Episcopi,notat post alios *Garsias. p. 1. de beneficijs, c.2.n.85. & seq. Guttier. lib.3. pract.qq.q. 11.per tot.* & quòd non possit de hoc conquæri *Perez. loco supracit.* intelligè autem supradicta,vbi aliud nó apparet ex institutione,& fundatione Capellaniæ,in qua sæpè non datur facultas amouẽdi Capellanum,nisi ex aliqua causa,vide etiam *Riccium 1.p. praxis resol.* 396. vbi expræssè firmat esse contra naturam beneficij temporalitatem.

SECTIO QVARTA.

Capellania collatiua in quibus differat à beneficio simplici.

57 *Ordinari an possit quis ad titulũ Capellaniæ,etiã collatiuę.*

58 *Ordinari an, & quis possit ad titulum seruitij alicuius Ecclesiæ.*

59 *Capellania quando possit deseruire pro titulo ordinandi. Quid de Capellania amouibili, num. 61.*

60 *Consuetudo habet vim concessionis.*

61 *Capellaniam obtinẽs in Capell. Papæ, & si sit amouibilis, potest deseruire pro titulo ordinandi.*

SÆpè dictum fuit supra *Sectionibus præcedentibus* Capellaniam collatiuam esse beneficium ecclesiasticum, & quia solet institui ad Missas celebrandas tantum, absque alia administratione, æquiparari beneficio simplici,illiusque appellatione comprehendi. Antequam igitur vlteriùs procedatur, explicandum est ne in ambiguo ambulemus, an sit aliqua differentia inter ipsam Capellaniam collatiuam, & beneficium simplex,& quæ nam sint istæ differentiæ.

Dicimus,differre in hoc præcipuè, nam ad titulum beneficij simplicis sufficientis ad honestum victum, potest quis ordinari, *ex Sacro Conc. Triden. sess. 21.*

57 *c.2.* Ad titulum autem Capellaniæ non collatiuæ regulariter,etiam si sit perpetua non debet quis ordinari, si illius redditus valdè non excedant suam substentationem. Ratio affertur à nostro *A. Molf. tr.6. suæ summæ c.1.n.77.* nam Sacerdos posset infirmari, & sic vel non celebraret Missas, & fraudaretur voluntas testatoris, qui instituit Capellaniam pro celebratione Missarũ, vel si celebraret Missas per alios, ipse cogeretur mendicare in dedecus ordinis clericalis, & hoc est quod dixit *Garzias de*

58 *benefic.p.2.c.5.* quòd quis nõ debet ordinari ad titulum seruitij & antea meminerat *Quaranta in summa Bull. verb. ordo*, vbi refert quoddam Breue

Sixti V. directum Patriarchæ Venetiarũ, in quo cõcedit posse ibi ordinare clericos suos ad titulum seruitij, de quo mẽtionem etiã facit *Molfes. tr. 2. de sacram ordinis c. 15. n. 3. & latiùs Vgolinus in suo tr. de offic. & potestate Episcopi, c. 25. n. 5. in fine*, vbi reperies circunstantias, quæ in huiusmodi negotio pro exequutione dicti Breuis concurrere debeant.

Dixi, *etiam collatiuæ*, quia idem dicendum de non collatiua, excepto quòd tunc non adest idẽ titulus beneficij, sed potiùs patrimonij titulus potest appellari.

Dixi, *Regulariter*, quia si in spe-
59 cie relinquatur à testatore, vel donetur à fundatore consanguineis, vel amicis pauperibus, vt possint ad ecclesiasticos ordines promoueri, vti fieri solet, teste *Azor. p. 2. lib. 3. c. 8. quæsito 3.* & habui sæpiùs in facto, tũc poterit talis absque scrupulo ad titulum talis Capellanię, siuè collatiuę, sine nõ, vt supra, ordinari, quia dũ voluit quòd deseruiret talis Capellania in titulum beneficij, vel pro patrimonio ipsis ordinandis, censetur contentus de cessatione in celebrando, stante legitimo impedimento. ita *P. Nau. lib. 2. de restit. cap. . .*
60 *nu. . .* Secundò etiam limitatur vbi esset antiqua consuetudo, vt quis possit ordinari ad titulum talis Capellaniæ, prout Surrenti adesse, testatur *A. Molfes. d. c. 1. eod. nu. 77.* nam consuetudo habet vim concessionis *l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua; c. super quibusdam §. præterea de verb. signif.* ergo sicut possunt sub hoc titulo clerici ordinari Venetijs ob cõcessionem, de qua supra, ita per hãc consuetudinem, & in casu infirmitatis omnes isti censentur exempti à dicto onere celebrandi, sicut etiam in alijs casibus iusti impedimenti.

Dixi, *etsi sit perpetua &c.* quia cer-
61 tum est Capellaniam temporalem, & amouibilẽ dato quod per hoc non desinat esse beneficium, si est collatiua, vt supra dictum est *Sectione præcedenti*, tamen non potest deseruire pro titulo ordinandi, testatur de communi opinione contra *Garziam, Sebast. Cæsar. in sua Hyerarchia eccles. disp. 14. §. 3. n. 4.* cùm titulus debeat esse perpetuus, *A. Molfes. d. tr. 6. c. 2. n. 25.* ideòq. quando conceditur à Sixto V. facultas Patriarchæ Venetiarum ordinãdi ad similem titulum, ponitur hæc clausula, *vt vllo vnquam modo amoueri, vel ipsi ab eo seruitio recedere possint, & debeãt, nisi illis de competenti beneficio, aut pensione super iuribus ecclesiasticis assignanda, prouisum fuerit*, vt est videre apud *Quaran-*

rãtam *supra*, qui refert dictam concessionem de verbo ad ver
62 bum, limitat tamen *Ricc. post Nau. & Sayrum 1. p. praxis decis. 396. in fin.* in obtinentibus talem Capellaniam in Capella Papæ. Fallitur autem *Sebastianus Cæsar* quatenus allegat *Garziam* pro contraria opinione quia *p. 1. de benef. c. 2. n. 81. & 91.* non solum docet, non posse quem ad sacros ordines promoueri, ad titulũ Capellaniæ ad nutum ammouibilis, sed etiam subdit, quòd aliàs de facto promotus sine cõsensu patroni; illa Capellaniæ qualitas minime mutetur, cõtra *Pascium & n. 92.* idem dicit de Capellania, quæ alia ex causa, vi fundationis sit amouibilis, v. g. si nõ benè seruiat, vel, vt vidi iussum in quibusdã, si per tot tẽpus continuò Missas desierit celebrare &c. vbi habes bonam additionem eiusdem auctoris *Garziæ in fine libri*. Circa istam materiam Patrimonij, & tituli, sub quo debeat quis ordinari, plura occurrerent explicare, de quibus tãquam in loco opportuniori, agimus in nostro Apparatu, pro nunc videte *Riccium in sua 4. p. praxis vbi in specie ponit praxim circa hanc materiam*.

SECTIO QVINTA.

De differentijs inter Capellaniam collatiuam, & non collatiuam.

63 *Capellania quando sit beneficium ecclesiasticum*.

64 *Officium diuinum quando teneatur recitare obtinens Capellaniam*.

65 *Capellanus soluens omnes fructus, vt celebrentur Missæ iniunctæ per alios, quando teneatur ad recitandum diuinum officium*.

67 *Capellaniam obtinens, quando gaudeat priuilegio fori, sicut beneficiatus*.

68 *Fratantia an sit beneficium*.

69 *Capellaniæ ratione, quãdo quis ita efficiatur subditus Episcopo, vt ab eo possit ordinari, cuius valoris hoc casu debeat esse beneficium n. seq. An hoc casu sufficiat collatio absque possessione, n. 11.*

71 *Negotiatio illicita, quibus Capellanis sit prohibita*.

Capellaniæ bona quando possint alienari absque assensu Sum. Pontificis eod. n. 71. in fin.

72 *Capellania à quo debeat conferri*.

73 *Capellanias duas quando possit quis obtinere sub eodem tecto.*

74 *Pater & filius an possint obtinere Capellanias in eadem ecclesia*.

75 *Capellani qui sint domini fructuum Capellaniæ, & possint de eis ad suum libitum disponere, & n.* 80.

76 *Capellania quando conferri debeat clerico ordinato, & in qua ætate, ibid.*

77 *Clericalis habitus delatio, an sufficiat ad quasi possessionem beneficij.*

78 *Laico potest conferri beneficiū per Papam, vel in tempus, quo erit clericus.*

79 *Clericatus quomodo probetur remissiuè.*

80 *Capellanus, qui teneatur concurrere in reparatione Ecclesiæ, vel trūslatione altaris.*

81 *Paramenta, & alia necessaria pro Missa celebranda, quis debeat præstare Capellano remissiuè.*

PRima differētia principalis est, quia Capellania erecta, 63 & fundata authoritate Sum. Pontificis, vel Ordinarij verè est beneficium ecclesiasticum; Duplex enim, si habet annexā administrationē rerum ecclesiasticarum, vel clerum, aut populum subiectum: simplex, si non habeat aliquem clerū subiectum, vel administrationē, vt est vna omniū opinio, teste eo. *Azor. vbi sup. iunctо quæsito 4. prosequuntur Garzia, Vasquez, & alij citati à P. Molf. tr. 6. c. 2. n. 23. & sequentibus.* Alia verò non collatiua, seù prophana, non est beneficium ecclesiasticum. Quid si non appareat de dicta authoritate Ordinarij, an sit in dubio præsumēda sit, collatiua, & sic beneficium ecclesiasticum, dictum est quæst. præcedenti Sectio 3. vbi vniuersaliter egimus de signis, & coniecturis, ex quibus beneficium ecclesiasticū esse dignoscatur, ex quibus è contrario percipi potest, quando Capellania sit prophana.

Secunda differentia, nam habens Capellaniam primo modo, scilicet authoritate Summi Pontificis, vel Ordinarij erectam, & per consequens collatiuam, cum illa verè sit beneficium ecclesiasticum, tenetur recita- 64 re horas canonicas; non autē habens Capellaniam non erectam, vt supra, sed tantum vt sæpè contingit, & habui in facto, quando ex donatione inter viuos, vel testamento certa bona relinquuntur certæ personæ, vel alteri eligendo, p[illegible] suos hæredes, qui debeat celebrare tot Missas in hebdomada, vel mense in suffragium defunctorū, vel cultum ecclesiæ, aut vtilitatē populi, quia tunc non tenetur recitare ex vi talis capellanię horas canonicas: ita *Nauar. de oratione, & horis canonicis c. 20. n. 17.* quem videtur impugnare, *Fusc. de visitatione lib. 2. c. 16. n. 27.* Sequuntur tamen *Nauar. Felician. de cen-*

censibus, lib. 2. c. 6. n. 15. Garzia, & Vasquez, quos probat P. Molf. d. c. 2 n. 15. Ricc. p. 2. decis. 190. in fin. Bartolom. de S. Fausto post Suarez. & alios lib. 2. de hor. canonic. c 21. & alij, quos habes apud citatos authores. Ampliat Molf. sup. nu. 25. primã partem etiã si Capellania sit temporalis, & ad nutum amouibilis, quia si fuit erecta authoritate Ecclesiastica, adhuc illam obtinẽs pro illo tẽpore, quo possidet, tenetur recitare horas canonicas expresè docet post Azor. Perez de Capell. & Anniuers. lib. 2. c. 6. n. 15. est cõclusio principalis cõmunis, vt alijs pluribus allegatis testatur. Bonacc. de hor. can. disp. 1. q. 2. p. 4. n. 6. vbi aduertit, non per hoc, quia Capellania confertur ab Episcopo, dici collatiuam, & ecclesiasticã, quia si confertur, vt à priuata persona; scilicet, vel vt fundator, vel vt exequutor testamẽti cum tali conditione, &c. nõ est collatiua, sicut habui in facto de quodam legato promissis, relicto cum hac cõditione, vt detur Sacerdoti, cum licentia Episcopi consanguinei. Doctores docentes, Capellaniam amouibilem non esse verũ beneficium non sunt contra Ampliationem, quam supra posuimus; sed intelligi debẽt quò ad reseruationem beneficiorum, & alia, quæ diximus supra sectione 3.

Sed hac occasione quæres, an vt
65 teneatur Capellanus existẽte ipsa Capellania collatiua ad horas canonicas, & non possit excusari ratione redditus tenuis, & parui momenti, iuxta varias opiniones, de quibus remisiuè supra diximus q. 2. sub nu. 3. dicta summa computari debeat deductis stipẽdijs, quæ soluit pro Missis, ad quas Capellania est obligata celebrandis, vel nõ? & quidem pro parte affirmatiua videtur facere: nam illa summa, quæ supereſt, demptis stipendijs, dicitur beneficium, cùm in eius beneficium ipsa tantum cedat, pro illius substentatione, & bona ei conferat, vt alijs allegatis pro etymologia beneficij, docet Gonzalez in Regula de triẽnali q. 47. n. 3. sed hoc arbitror verum, vbi Capellanus non sit Sacerdos, quia aliàs sibi imputari debet, dum volũtariè tribuit alteri stipendia, sibi assignata pro propria substentatione, & sic intelligo Bonacin. disp. 1. de horis canonic. q. 2. p. 4. n. 19. & 20. ex ratione, quam adduxit, quæ supponit vel esse spem in futurum percipiendi fructus, vel per ipsum stare, quin illos ipse non percipiat.

66 Quod verò beneficij redditus debeant intelligi deductis expensis, & oneribus, dixit Rota in nouiss. decis. 548. n 1. p. 1.

Tertia differentia, nã primo modo,

67 do, scilicet per collationem ab Episcopo, vel alio Superiore, habens Capellaniam, potitur priuilegio fori, sicut clericus beneficiatus, iuxta *S. Conc. Trid. sess. 23. c. 6 de reform.* vbi habetur, quod clericus in minoribus constitutus non gaudeat priuilegio fori, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tōsuram deferens, alicui ecclesię ex mādato Episcopi inseruiat, &c. De qua re latè *Barbosa allegatione* 12. *Bellettus in disquisitionib. clericalib. tit. de fauore cleric. personali* §. 8 *n.* 2. *Ricc. decis.* 388. *p.* 1. *praxis. Viuia. in prax. iurispatr. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 167. vbi quid de habente pensionē *P. Diana p.* 1. *resol. moral. tr.* 2. *resol.* 28. *Nauar. concl.* 91. & in terminis de Capellano, loquitur *P. Diana sup. resol.* 31. ante hos omnes *Marc. Ant. Genuen. in sua prax. Archiepiscopali c.* 7.

68 *in* 1. *editione*, vbi habes, quod fratantia sit beneficium ecclesiasticum; item etiam & pensio solita cōcedi clerico; Secus est autem de habente Capellaniā nō collatiuam secundo modo, quia non gaudet priuilegio fori sicut beneficiatus quando non defert habitum, & tonsuram, nec ecclesiæ deseruiat, vt supra, & post *Ricc. tradit Paulus Squillantes in suo tract. de priuilegijs clericorum c.* 7. *n.* 18. vbi latè de hac materia videre poteris.

Quarta differentia similis est, nā

69 qui possidet Capellaniā primo modo, efficitur subditus ratione beneficij illi Episcopo, vbi habet Capellaniam, & poterit per consequens ab eo ordinari, vt per *Ricc. p.* 2. *dec.* 190.

70 intellige, dummodo non habeat valdè tenues redditus, quia requiritur, vt beneficij fructus ascendant ad minus ad summam, non quattuor aureorum, vt post *Pasecium*, concordando opiniones contrarias, videtur tenere *Nouarius in suis singularibus concl.* 102. vbi de hac materia ordinationis ratione beneficij latè, cum suis ampliationibus, & limitationibus; sed 8. ducatorum, ad hoc vt quis hac ratione possit ab alieno Episcopo ordinari: ita *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 4. *nu.* 45. & si *Quaranta* requirat, vt dicti redditus debeant sufficere arbitrio boni viri ad honestam substentationē ipsius ordinandi, aliàs enim faciliter posset in hac re, quæ quidem magni momēti est, intercedere fraus. hanc opinionē *Quarāta* vidi in aliquibus Diœcesibus obseruari, & aliàs ordinati nunquā fuerunt admissi in loco originis ad celebrandum, tanquam suspensi ab exequutione ordinis. Quòd autē hoc casu sola collatio beneficij absque possessione ad hoc

suffi-

sufficiat, refert decisum *Ricc. p. 2. decis.* 189. cum alijs, quæ habes apud *Nouarium* supra.

Ex hoc sequitur, quòd habenti
71 Capellaniam collatiuam prohibeatur negotiatio, quæ est illicita clericis in minoribus, si habeant beneficia; secùs si tãtum habẽt Capellaniam non collatiuam, ad notata *per Praxim Archiepiscopalem Neapolitan Genuen. c.* 63. & nos latè egimus *in* 1. *p. nostri tr. de off. & potest. Confess. recol.* 11. *à n.* 736. licèt non desint DD. docentes, habentem beneficiùm ecclesiasticum, si non est ordinatus in sacris, non peccare mortaliter, negotiando, apud *P. Dianã de contractib. resol.* 73. Quòd autem bona Capellaniæ collatiuæ prohibeãtur alienari absque assensu, non autem nó collatiuæ *Ricc. p.* 1. *praxis resol.* 82.

Quinta differentia; nam Capel-
72 lania primo modo, confertur regulariter ab Episcopo, quãuis ad laicos spectet, clericum ab Episcopo instituendum nominare, & præsentare. Dixi, regulariter, quia ex dispensatione Sum. Pontificis potest spectare ad laicos, *vt diximus p. 2. nostri tr. de potest. Confess. recoll. 1. n.* 154. accedit *Rebuff. de congrua portione n.* 120. qui optimè se declarat *tr. nominat. q.* 15. *sub. nu.* 10. & iterum *tr. de pacificis possessorib. n.* 58. & 60. quòd per talem collationem ex priuilegio, factam per laicum, ius spirituale non acquiritur ei, cui collatum est, donec per Episcopũ, vel aliũ ecclesiasticũ ministrũ, fuerit cõfirmatus, vel institutus; Imò ꝙ etiã de licentia Episcopi in limine fundationis, id concedi possit, post *Abb.* non videtur repugnare *Perez. de anniuers. & Capell. lib. 2. c.* 1. *n.* 48. loquens de ea cõditione, quòd Episcopus non se intromittat, de qua nos infra. Et nõ solùm quò ad laicos masculos, sed ét ad fœminas, idẽ cõcedi posse, vide *Ricc. 2. p. praxis ref.* 367. vbi refert *decis. Rot.* ex qua deducitur, quòd per ampliſſimam exemptionem à iurisdictione Ordinarij cõcessã Monialibus cuiusdam Monasterij, non cẽseatur data hæc facultas conferendi Capellanias, nisi sit expressa à Summo Pontifice in dicta exemptione, item potest introduci ex consuetudine, vt conferatur à laicis, vt de Capellanijs, quæ sunt in subcorpore Ecclesiæ Metropolitanæ Neapolis, testatur *Fusc. lib. 2. de visit. & regim. eccles. c.* 11. *n.* 12. Quomodò hoc intelligi debeat, vide *Rebuff. d. tr. de pacificis possessorib. n.* 59. *& decis. Rotæ in Aquitan. monast.* 26. *Maj* 1601. *coram Seraph. quã refert Ricc. p. 4. praxis ref.* 137. Quid de patrono ecclesiastico

Colle-

Collegiatæ, & an ex pacto in fundatione, vel per immemorabilem possint habere ius eligendi, & nominandi Rectorē, aut Prælatum *Molin. lib. 1. de iust. disp. 75. vers. porrò communis &c.* fauet doctrina aliàs à nobis tradita post *P. Molf. cons. 23.* quod sustineatur cōditio apposita in fundatione, vt Rector beneficij nominet sibi successorem, quam nouissimè confirmat *Ricc. p. 4. praxis resol. 470.* Capellania verò secundo modo confertur à laicis absque authoritate Ordinarij, vel approbatione ipsius *Petrus de Gregor. p. 2. sintagm. iuris, num. 11. Molf. d. tr. 6. cap. 1. num. 76. Fusc. de visitation. lib. 2. cap. 11. numer. 12. Ricc. 1. pvr. prax. decis. 406. Azor. p. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 8. quæst. 3. in fin. post Guidonem Papam decis. 187.* cum alijs infra citandis *q. seq.* & diximus *d. recoll. 1. nu. 153.* post *Rot. 1. p. diuers. decis. 182. n. 2. & 2. p. decis. 264. n. 1. & decis. 265. & nouissime in Melfit. legati pij 24. Ianuarij 1629. coram Dunozetto*, quam habes infra *q. 5.*

Sexta differentia, quia Capella-
73 nias duas collatiuas in eadem ecclesia, seu vt dicitur, sub eodem tecto, non potest quis habere tanquam beneficia vniformia, vt cōtra *Nauar. Mandos.* & alios pluries, fuisse decisum per *Rotam*, testatur *Ricc. d. 1. p. praxis decis. 401.* intellige absque dispensatione Sum. Pontificis, quia Episcopus in hoc nō potest dispensare *Ricc. supra Molf. tract. 6. suæ summæ cap. 9. numer. 46.* quod limitat *Perez. de anniuers. & capellan. lib. 2. capit. 17. numer. 13.* si sint dictæ Capellaniæ insufficientes, & non requirentes residentiam, qui nititur authoritate *Zerolæ.* Consētit post *Azor. & Reginal. Viuianus lib. 7. praxi c. 10. nu. 13.* Contrarium tamen videtur tutius ex allegatis, *sup. q. 2. n. 15.* quibus adde *Fusc lib. 2. de visit. cap. 11. num. 10.* Qui ait, hoc procedere tàm in foro externo, quàm in foro conscientiæ, contra aliquos, qui putabant, vacationē hoc casu primæ Capellaniæ ob nō ipsius mētionē factam in impetratione, procedere tantum in foro fori, non autem in foro conscientiæ, & sic intellige, *Nauar. cons 22. de præbend.* secus est autem in Capell. non collatiuis, vt innuit *Perez loco supracit. n. 11. & clariùs lib. 2. c. 1. n. 42.* & antea docuit *Fuscus* etiam supra, sub *n. 9.* limita tàmen vbi à fundatore fuit apposita conditio, ne illam habens, possit aliam obtinere, de qua re *Perez lib. 2. c. 7. Rebuff. in pract. benef. de dispens. ratione ætatis verb. incompatibilia. n. 6.* & si

loqua-

loquatur de Capell. collatiua, & non collatiua, dum facit mẽtionem locorum Collegialium Magalonæ, & nos *infra dicemus clarius q. 5. sect. 2.* ex qua
74 differentia colligo, quòd etsi pater, & filius non possint simul obtinere duas Capellanias collatiuas in eadem Ecclesia, de qua re *Azor. to. 2. lib. 6. c. 4. q. 17. Ricc. p. 2. praxis resol. 369.* secus tamen erit, si alter obtineat Capellaniam collatiuam, & alter non collatiuam, vt post *Campanil. in suo diuersorio iuris Canonici rubric. 11. c. 13. n. 67.* & alios, *Nouar. in suis singul. conclus. 5. n. 4.* qui *ibid n. 7.* firmat, nõ prohiberi filium clerici habere Capellaniam amouibilem, in qua etiã pater fuit Capellanus amouibilis. videte etiam *Ricc. 4. p. praxis resol. 373.* vbi resol. seq. adducit, decisum per Rotam, nepotes nõ venire appellatione filiorum in hac materia.

Septima differentia, nam qui possidet Capellaniam collatiuam
75 non est dominus fructuum, qui proueniunt ex possessionibus annexis ratione illarum, sed vsufructuarius, & dispensator, vt distribuat, vnde quod supereſt eius decenti victui, tenetur erogare pauperibus, & fabricæ Ecclesiæ, sicut de beneficijs habetur per *Rebuff. in pract. benef. cum dispensat. ratione etatis, vers. nec non debitis n. 6. & seq.* quem sequitur *Ricc. p. 1. decis. 410. & p. 4. praxis resol. 345.* secus tamen est in possidente Capellaniam nõ collatiuam. ita *Bonacc. in opus. de largit. munerum disp. 4. p. 2. n. 19. fauet Perez lib. 2. de anniuers. & capell. c. 1. nu. 35.* & de talibus Capellanijs intelligo *Sotum lib. 10. de iust. q. 3. ar. 3. concl. 3.* ibi, *nempè anniuersarij*, vt infra in nona differentia, etiam dicemus.

Octaua differentia est, nam Ca-
76 pellania collatiua non potest conferri regulariter clerico tãtum destinatione, siue sit laicus, siue quia tantum incedit in habitu, non tamen fuit ordinatus, vt latè per *Viuian lib. 6. praxis c. 5. n. 136. & seq. Ricc. p. 1. praxis decis. 385. & nos infra quæst. 4. praxi 6.* Vnde si ita obtineretur, vacaret *Fusc. de visit. lib. 2. c. 21. post n. 13. Azor. to. 2. lib. 2. c. 2. quæs. 5.* vbi hoc ampliat, etiam ad vitiosè ordinatum *Ricc. 4. p. praxis resol. 133.* vbi ampliat etiãsi statim post illam, clericus efficiatur; secus tamẽ est de Capell. non collatiua, quia cùm non sit beneficium Ecclesiasticum, sequitur, quòd non sit necesse, vt conferatur clerico, secluſa alia dispositione fundatoris. *Ricc. in praxi decis. 82. nu. 5.* & clarius nouissimè, *in 4. p. praxis resol 135.* vbi quod neque in eã requiratur ætas 14. annorum

norum, nec cõmittatur in illa simonia..

77 Quòd autem sufficiat habitus clericalis delatio ad quasi possessionem beneficij, & aliquãdo non sit beneficiarius obligatus ad ostendendum titulũ clericatus *Perez* loco infra proximè citando, de qua re ẽt videatis *Rebuff. in tr. nominat. q.22. et 23.n.13.* vbi firmat, q̃ non sufficit esse in possessione clericatus ad ipsius iustificationẽ, & benè declarat *tex. in c. iudex laicus, de sent. excom. in 6.* quòd loquatur non isto casu, sed in foro sortiendo, latiùs *Viuian. in praxi Iurispatron. lib. 6. c 1. & c. 7. à nu.* 18. vbi qualis sit habitus clericalis, latè *Ricc. 4. p. praxis resol.* 132. *& seq.* Dixi *regulariter* quia

78 per Papam potest cõferri beneficium in tempus, quo quis erit clericus, ac etiam laico *Flamin. Pariſ. de resignat benef. lib. 4. q. 2. nu.* 32. *&* 38. & nos diximus in nostro *tr. de potest. Conſeſſ. recoll. 1. n. 76. in fin.* Clericatus autẽ quomodo probetur, infr. dicetur *q. 4. praxi 6.* pro nunc videre poteris *Seraphin. deciſ.* 713. *&* 741. Dixi 2. *non potest conferri*, quia in beneficio de iurepatronat. posset præsentari clericus destinatione, quando breui interiecto tempore ordine clericali insignjretur, & sic ante institutionem, vt dixit *Rota in Imolen. Iurispatron. 29. Nouembr. 1594. coram Orano*, & refert *Viuian. in praxi Iurispatr. lib. 6. c. 7. n. 49. & seq.* latè *Ricc.*

79 de hac materia loco supracit. *deciſ.* 157. adest alia *deciſ.* quæ est 42. *inter recoll. à Viuiano item agit de hac eadem re Perez lib. 2. de anniuerſ. & capell. c. 5. n. 3. & Viuian. eod. c. 7. nu. 18. & seq* vbi *n.* 21. *in fin.* etiam putat, quòd quando sunt plures præsentati, ex eo quia neuter habeat hoc casu ius ad rẽ, nullum teneri incedere in habitu, & tonsura. Quid de clerico coniugato *Viuian. lib. 6. praxis Iurispatr. c. 1. nu.* 27. & nos diximus latè *p. 2. tr. recoll. 1. à n. 119.* Accedit *Ricc. p. 3. prax. reſ.* 114. vbi, quòd talis nõ potest habere beneficium Ecclesiasticum, sed benè seculare sine dispensatione, in quo conueniat, vel differat cum clerico saluatico, explicat idẽ *Ricc. p. 4. praxis reſol.* 224. vbi format praxim particularem de his clericis saluaticis.

Nona differentia, quia habens

80 Capellaniam Ecclesiasticam, si deductis necessarijs pro eo, supersunt ei de redditibus, tenetur, ad reparationem Capellæ iuxta ea, quæ generaliter de bebeficijs, habẽtur *in c. 1. & c. de his extra de eccleſ. ædiſ.* vbi notant DD. quia ipse æquiparatur vsufructuario, qui tenetur ad reparationem,

nem, vt conseruet in bono statu rem sibi datam ad vsufructum, *Genuen. in praxi Archiepisc. Neapolit. c. 92. n. 13.* cum alijs adductis à nobis supra *n. 75.* Est enim necessarium quòd supersint redditus Capellaniæ deductis necessarijs pro Capellano, vt *per Capellã Tolosanã decis. 400.* quã probat *Ricc. p. 1. praxis decis. 410.* & latiùs *p. 4. resol. 353.* qui loquitur in proprijs terminis Capellani. dicuntur autem non supersse necessaria pro Capellano, quando non posset Capellanus percipere ex Capellania, nisi alimenta, vt benè *Genuen. loc. supracit.* cùm qui altari seruit, de altari viuere debeat. Quid autem hoc casu faciendũ, quando aliquid non supersset, DD. supracit. distinguũt, aut Capella est patr. & tunc onus erit Patroni, quia debebat dotare sufficienter, vt vltra victum, remaneret portio Capellano pro reficienda, & reparanda Capella, *c. nobis, vbi communiter DD. de Iurepatr Ricc. 4. p. praxis resol. 341. Ioannes Nicolaus Delphinus in tr. de iurepatr. n. 128.* de qua re agitur in *S. Conc. Trid. sess. 21. cap. 7. de reformatione.* Aut non est patronata, & tũc vel reperitur Capella in Ecclesia Parochiali, vel est separata, si reperiatur in Ecclesia Parochiali, debet reparari ab ipso Rectore, quia tunc tractatur de reparatione suæ Ecclesiæ, vt in terminis contributionis pro translatione altaris docet, *Ricc. in praxi decis 410. p. 1.* Præsuppono enim, Rectori etiam supersse redditus Parochiæ, deductis necessarijs, quod contigere, *Ricc. putat, p. 1. praxis decis. 741.* Quando redditus excedunt summam centum ducatorum, quia in *S. Conc. Trid.* ipsi reseruantur liberi sine onere, quod displicet ex eo, quia Sacrum Conc. dum determinauit, vt remanerent centum pro Rectore, & mille pro Episcopis habuisse respectum, *saluo meliori iudicio*, videtur ad onera intrinseca, vt ita dixerim, beneficij, nempè eleemosynæ, ac reparationis Ecclesiæ, cum præter ea remanеãt sibi etiam lucra incerta, & excluſit onera extrinseca, nempè pensionem, vel aliam impositionem. Vnde si ex dictis centum cum incertis, sibi supersit de victu honesto, tenetur ad reparationem &c. Si autem Capella est separata ab Ecclesia Parochiali, & tunc in visitatione poterit Episcopus transferre dictã Capellaniam in Ecclesiam matricem, vel conuertere fructus vnius anni pro reparatione Ecclesiæ, interim cessando à celebrandis Missis impositis sicuti dictos redditus ita conuerti

posse in emptionem paramentorum habetur *per Ricc. dicta p. 4. praxis resol. 342.* vbi ait, idem obseruandum quãdo Ecclesia esset patronata, sed patronatus est pauper, & nos infra dicemus, cum *de causis, ex quibus cessat obligatio Sacerdotis celebrandi q. 7.* & sic patet quomodo fit verum id, quod docere videtur *D. Ricc. loco supracit. resol. 341.* vt scilicet, vbi Capella non est patronata, nec Rector percipit ex ea fructus sufficientes pro victu suo, & fabrica, si indiget reparatione, vel paramentis, obligari Rectorem eam reparare, & instruere, etiam expẽdendo omnes fructus, ne tantus vir videatur sibi cõtrarius cum his, quę sæpiùs aliàs dixit *in 1. p. praxis*, & proximè *in cad. 4. p. resol. 343. qua est 2. post illam*, explicandus erit, vt ait *Genuen. d.c. 92. nu. 13. qui allegat Abbatẽ, & Hostien. in d. c. de his extra, de eccles. ædific.* vbi Rector vel Capellanus non resideret, & sic. 51. *sub n. 4.* eandem doctrinam simpliciter, vt posuit *Ricc.* idẽ *Genuensis, docuerit in 1. editione allegando Abb. eod. c. de his* vbi neutrum asserit, sicut etiã neque *Hostien.* sed omnes docent, beneficiatum non teneri ad reparationem Ecclesiæ, nisi quatenus ei superest detractis necessarijs, prout disponit *text. ille & Abb. n. 4.* contra *innocẽtij*, subdit q̃ talis non teneatur pro tali reparatione impartiri de proprio; certũ autẽ est quando talis Capellanus esset ordinatus sub titulo Capellaniæ non esse eũ obligatũ de ipsius redditibus reparare; neque quãdo, & si ordinatus alio titulo; si hic & nunc non habeat vnde viuere, nisi de Capellania. Quãdo autem parochiani, seu habitantes in Parochia, ipsi, & non Rector, vel Rectore impotente, teneãtur de suo reparare Ecclesiam, tangit *Genuen. loc. supracit. & prosequitur Ricc. dicta 4. p. praxis resol. 347. & seq.* qui expresse *resol. 350.* etiam subdit, tale onus pertinere ad Dominos domorum intrà Parochiam, non autem ad conductores domorum, sed in hoc etiam, meo iudicio, attẽdenda erit cõsuetudo, vt post *Rotam in Pampilonen. de Varidano 22. Aprilis 1602. corã Litta*, in simili casu dei ure præsentandi, vel eligendi Rectorẽ, dixit *Viuian. lib. 8. praxis iurispatr. c. 2. n. 17. in fin.*

Secus tamen dicendum est de Capellania non collatiua, quia est certum non esse obligatũ, illam obtinentem, ad reparationem Ecclesiæ, cùm ipse nõ sit beneficiatus, vt requiritur *in supracit. c. 1. de eccles. ædific.* item quia in illis dos constitui solet, habito tantum respectu

ad

ad eleemosynam solitam dari pro quãtitate Missarum, quas celebrare debet in hebdomada, & sic non supersunt regulariter de fructibus, qui etiam sufficiant ad reparationem supradictam, qua ratione, vt benè *Genuen. ait d. c. 92. praxis n. 13. versus fin.* neque habentes Capellaniam collatiuã ad id obligantur. Non intendo hìc examinare, an etiam teneatur ipse præstare candelas, paramenta, & alia neteſſaria pro celebratione Missarum, cum adsit locus proprius *infra q. 6.* videte pro nũc *Ricc. d. p. 4. praxis loc. supracit.* ac etiam *resol. 97.*

Decima differentia, nam Capel-
81 lania nõ collatiua non potest resignari, & renunciari absque authoritate Superioris, & requisitis ad resignationes, de quibus per *Quaran. verb. beneficiorum resignat. & Paris. latiùs in suo tr. de resignat. benef.* Capellania verò non collatiua potest renũciari absque dicta licentia, & cõditionibus, argumento eorum, quæ notat *Ricc. in praxi variar. resol. seu p. 2. suæ praxis resol. 482.*

Vndecima differentia, quia de Capellanijs collatiuis fit spolium, non autẽ non collatiuis *Ricc. 2. p. praxis resol. 200.*

SECTIO SEXTA.

De his, qui possunt instituere Capellanias Ecclesiasticas.

82 *Capellanias potest fundare regulariter omnis christianus.*

83 *Masculinum comprehendit fœmininum.*

84 *Meretrix non prohibetur fundare Capellaniam. An possit præsentare sub nu. 88.*

85 *Excõmunicatus quomodo possit fundare Capellaniam. An etiam possit præsentare ibid.*

86 *Ecclesia constructa de pecunia illicita, cui acquiratur Ius patronatus.*

87 *Vsurarius quando licitè potest fundare Capellaniam, & nu. 90. vsurarius cuius rei transferat in alium dominium, nu. 88. & seq.*

91 *Hypotheca quomodo differat ab actione personali. Contractus initis cum vsurarijs, quomodo sint validi, ibid.*

92 *Capellanus institutus ab vsurario, quãdo teneatur aliquod pro præterito restituere.*

96 *Capellania quando vendi possit pro debitis conflruentis. Quid de Iurepatr. Capell. ibi.*

94 *Religiosus an possit fundare Capellaniam, & hoc casu, cui acquiratur Iuspatr. ipsius consanguineis, vel Monasterio, nu. 96.*

95 *Monialis, quæ possit instituere Capellanias, & ponere in*

Ca-

Capella sua insignia.

97 *Infidelis, Hæreticus, Schismaticus, Apostata à Fide nõ possunt fundare Capell. de Iure patr. Quid de Simoniaco ibi. & n. 85. De spurio ibid.*

98 *Capellania pro quibus possit instituì, remissiuè. An de legato distribuendo inter pauperes possit quis fundare Capellaniam, ibid.*

EXplicitis iam ijs, quæ pertinent ad generalem cognitionem terminorum, & differentiarum circa hanc materiam Capellaniarum, congruũ est, vt descendamus ad particularia, prius tamen declarare cõhabimur ea, quæ sunt generalia pro vtraque Capellania, & deinde quæ specialiter pertinent ad Capellaniam Ecclesiasticã, cuius hic est propriùs locus, quoniam verò causa efficiens inter aliàs cæteras causas, præcipuũ locum obtinet, meritò in hac Sectione de instituente, seu fundante Capellanias, agendum fuit.

Dicimus igit concluſiuè procedẽ
82 do, quòd quilibet Christianus potest instituere, seu fundare Capellanias, sicut quilibet etiã Christianus potest Ecclesiam ædificare, vt habetur in *c. pia mentis, in fin.* ibi, orante Christiano &c. *& in c. fulgentius in fin.* ibi, *Christianis orantibus, &c. &* 17. *q.* 7. cum alijs allegatis per *Goffred. in summa de eccles. ædif. n.* 4. *in fin.* Et *Anton. de Butrio in c. nobis el* 2. *de Iurepatr.* ait, quòd ille, qui potest audire in Ecclesia verbum Dei, & orare, potest etiam Ecclesiam construere, ergo etiã quilibet Christianus potest fũdare Capellanias, adnotata per *DD. in d. c. nobis*, vbi inspecie *Ioan. Andr.* dicit quòd ille, qui profitetur religionem, & matrimoniũ potest contrahere, potest etiã esse patronus, quæ intelligi debent tã de masculo, quàm de fœmina, nã hic
83 masculinum comprehendit fœmininum, vt diximus 2. *par. nostri tr. comm. concluſ. de potest. Confess. recoll.* 1. *nu.* 151. & habetur latè per *Rocc. de curte in tr. de Iurepatr. verb. competens in princip. qui n.* 3. *& seq.* hoc ampliat, etiam ad mulierẽ meretricem, & personam excommunicatam, quia vt ipse ait, *n.* 5. *in fin.* ex quo Iurispatron. introductum sit fauore Ecclesiarum, non curandum est, an persona, quæ Ecclesiam
84 construit, vel dotauit, sit meretrix, vel excommunicata, sequitur *Ricc. p.* 1. *praxis decis.* 166. vbi testatur ita tenuisse *Rot. in vna Bononien. Iurispat.* 3. *Ianuarij* 1589. *coram Pamphilio.* Nota tamen quod etsi excommunicatus, & meretrix possit fundare Capellanias, & in eis acquirere Iuspatr. vt

supra,

supra, non tamen potest præsentare *Rota dec. 2. de Iurepatr. in antiq quam refert Ricc. in notabilibus post praxim, verb. Iurispatr. 1. par.* vnde bene ait *Paul. de Cittad. in tr. de Iurepatr. p. 3. n. 27. & seq.* quod excommunicati, etsi possint construendo, vel dotando acquirere Iuspatr. non tamen possunt, dum sunt excommunicati illud exercere præsentando, sequitur *Lamber. eod. tr. ar. 11. 7. q. princ. 1. partis lib. 1.* Quòd autem dicitur de excommunicato, exclude hæreticum, vel schismaticũ, vt inf. *in fin. sect.* In specie quòd Ecclesia etiam constructa de pecunia illicitè acquisita, putà per simoniam, vsuram, &c. nõ debeat destrui, habetur per *glos. in c. non est putanda, in verb. ex illicitis, 1. q. 1.* cui tamen hoc casu acquiritur Iuspatr. videte *Paul. de Cittad. tr. de Iurepatr. 3. p. n. 57. Delphin. eod tr. n. 108. & Lamber. ar. 9. 7. q. princ. & ar. 14. 8 q. p. 1. lib. 1.* & clariùs patebit eius resolutio ex casu subsequenti de vsurario. Quem articulum tractant *Paul de Cittad. in suo tr. de Iurepatr. p. 3. causa principali nu. 56. & 61.* & clariùs *Nicol. Delph. eod. tr. n. 106. ac Lamber. ar. 11. 8. q. princ. 1. par. lib. 1. Salon. to. 2. in 2. 2. D. Thom. q. 78. ar. 3. concl. 3.* Qui concludit, vsurarium non posse validè instituere beneficia, sacella, legata pia facere ex re vsu consumptibili vsuratiè accepta, & restitutioni obnoxia, si non habet alia bona, præter ea, quæ per vsuram acquisiuit, sed benè quando habet alia bona præter vsuraria, & per talem constructionem non redditur impotens ad restituendas vsuras, quia vt contractus, per quem res aliqua in alium trãsfertur, validus sit, debet trãsferens in illa habere aliquod dominium, vel saltem aliquem vsum circa illam rem, sed vsu rarius quando non habet alia bona, præter illicita, vel si habet, tamen transferendo fit impotens &c. nõ transfert dominium, ergo; vnde *Paul. de Cittad. supra, & Delph. n. 196.* hanc assignant rationem differentiæ inter meretricem, & vsurarium, simoniacum &c. fundantes Capellanias, quia etsi bona acquisita à meretrice sint malè, vel illicitè acquisita, tamen earum dominium in eisdem meretricibus transfertur. Addas etsi durante meretricio, vt dictum est de excommunicato, non possit præsentare tãquã infamis, *post Lãber. Viuian. in praxi Iurispatr. lib. 2. c. 7. n. 57.* & sic intelligas *Ricc. in sua nouissima praxi resol. 205. in fin.* docentem simpliciter, transire in meretricẽ ius præsentandi. Dixit *Salon*

supra

supra. Primò *validè*, quia certũ est in ea fũdanda peccasse mortaliter, vel venialiter, vsurariũ iuxta grauitatẽ damni, & molestiæ, quã per talem translationẽ infert ei, cui debetur restitutio talium rerum translatarum, *Salon. ibid. concl. 2. fauet Nauar. conſ 3 n. 1. de vſur.* vbi probat, quòd vsuras exercere ad facienda opera pia non liceat, allegando bona iura. Dixit. Secundò *ex re vſu conſumptibili*, quia si instituit ex re non vsu consumptibili, vt domo,
89 possessione &c. per vsurã tamen accepta, non est valida institutio, quia in illa vsurarius non acquisiuit aliquod dominium, sicut in re vsu consumptibili, ratio diuersitatis est, quia quando agitur de re non vsu consumptibili, tenetur eãdẽ numero restituere, & ideo semper est restitutioni obnoxia, penès quemcũque illa sit; quãdo verò de re vsu cõsumptibili, sufficit, si restituat eamdem in specie, vt præsupponimus *ex materia de reſtitutionibus*. Dixit tertiò *vſurariè ac-*
90 *cepta*, quia de his est difficultas, nam si res, ex qua fundata fuit Cappellania, erat propria ipsius vsurarij, puta iustè lucrata, vel titulo alio iusto, illam possidebat, etiam si empta ex pecunia vsuraria, illius dominium, absque dubio transfertur in alium, maximè quando non ideò tunc redditur impotens ad restituendas vsuras, etiam si postea fuit factus impotens, quia iuxtà sententiam communem, de qua testatur *Azor. p. 3. inſtit. moral. lib. 5. c. 13.* etsi bona ista vsurarij. nõ sint tacitè hypotecata pro restitutione vsurarum, tamen quandiù apud ipsum sunt, debent restitui his, à quibus vsu-
91 ras accepit obligatione personali, quæ obligatio personalis differt ab hypoteca, quæ dicit obligationem realem. Hæc enim sũt iuxta communẽ doctrinam, quam tradunt DD. circa quæst. de contractibus initis cum vsurario, quãdo sint validi, vel non, de qua per *Rebell. 2. p. de obligat. iuſt. lib. 8. q. 16. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 20. nu. 156. & ſeq. Mol. diſp. 330. Bonac. diſp. 3. de contractib. q. 3. p. 14* qui DD. nempè *Leſſ. ſup. n. 176. & Bonac. p. 15. n. 15.* addunt, quòd vbi hæredes vsurarij habent bona sufficientia pro restituendis acceptis per vsuram; legatarij, & donatarij, prout sunt Capellani, &c. non tenentur ad aliquam restitutionem Et sic nota pro pra-
92 xi, Capellanũ, vt supra, qui accepit redditus Cappellaniæ institutæ à dicto vsurario, tunc peccare, ac etiam teneri ad restitutionẽ, quando sciuerit illũ fundasse eam ex bonis ex vsura acceptis, & non habere alia

bona,

ona, vnde satisfaciat eis, qui-
us debet reddere vsuras ac-
eptas, cum distinctione com-
uni adhibita à DD. & rela-
à nobis 1. p. tr. recoll. 26. nu.
51. inter restitutionē facien-
am à bonæ fidei, vel malæ fi-
ei possessore, & loquendo in
erminis nostris dixit *Salon. lo*
supracit. num. 8. in fin. Sicuti
iam dicūt in simili, supracit.
D. quòd Ecclesia constructa,
el dotata de male acquisitis,
uæ sunt obnoxia restitutioni,
on per hoc debet destrui; sed
scopum, qui eam cōsecra-
it, teneri *Dominis* restitue-
estimationem, quando aliō
odo nō potest haberi recur-
s ad bona fundatoris, vel do
ntis non obnoxia restitutio-
& nouissimè notauit *Viuia.*
praxi lib. 7. c. 7. n. 55. & seq.
ndo autem dicitur, *obnoxia*
stitutioni, intellige restitutio
certæ, vel certis personis,
ia si omnino incertis debe-
fieri restitutio, non solùm
lidè, sed etiam licitè potest
eis malè ablatis, fundari
pellania, vt posse expendi pe
niā restituendā incertis, pro
cendis Missis defunctorum,
expressè *Bonac. disp. 1. de*
lit. q. 2. punct. 5. nu. 5. in fin.
rtolomeus de S. Fausto in suo
eculo Confess. disp. 1. de restis.
genere q. 171. & ante hos
nnes, *Rebell. p. 1. lib. 12. q. 12.*
13. qui testatur de cōmuni,
& de legato facto pauper bus
posse conuerti in dotē Capelle
pro celebrandis missis pro ani
mabus purgatorij, dixit *Meg.*
conf. 79. nā licèt in *c. cū sit de v-*
sur. habeatur, hoc casu debere
talem restitutionē fieri pauper-
ibus, tamen vt DD. ibid. notant, appellatione pauperum non solùm veniunt pauperes ostiatim mendicantes, & secūdum proprium statū egentes, sed etiā loca pia, ita etiam animæ Purgatorij, nā & ipse etiā clamant, *miseremini mei, &c.* vt diximus *p. 1. nostri tr. recoll. 11. n. 656. post Bonac.* & alios quibus adde *Sayr. lib. 10. Clauis Regiæ tr. 5 c. 2. nu. 10.* affirmantem, venire omnia opera pia. Amplia etiam si dictæ Capellaniæ reseruetur Iuspatron. quia adhuc non definit illa esse opus pium, vt in terminis legati pto simili causa, quòd sit pium, notat *Molf. tr. 13. sue summæ c. 5. sub n. 16.* nō enim ideo cessat, quòd talis Capellania non sit opus pium. Dixi, *omnino incertis*, quia si deberetur restitutio alicui loco vel communitati iuxta communē sententiam, & secundum aliquos authores, etiam quando esset faciēda in certis personis de certo loco; tunc quia restitutio esset faciēda pauperibus illius loci in particulari non diceretur omnino incerta restitutio, & ideo non possent fatis-

de consilio in 2. casu conuerti in Capellaniam, cùm de consilio etiam eod. 2. casu fieri debeat restitutio pauperibus illius loci, vt sic possit peruenire saltem pars ad damnificatos, vel eorum hęredes, videte pro nunc *Syl. verb. restit.* 8. *sub n.* 10. *& Bartolom. de S. Fausto* loco supracitato *q.* 170. *nu.* 5. *& seq.* & latiùs dicemus inter nostras consultationes morales, in responso pro simili negotio, vbi firmamus, dicta debita incerta non solum posse conuerti in beneficium Ecclesiasticum ab ipso principali, sed etiam ab hærede, vel exequutore simpliciter relicto ad distribuēda dicta mala ablata, vel exonerandam suā conscientiam absque alia determinatione operis pij, cùm etiam semper erectio talis beneficij sit opus pium, & causa, quæ venit appellatione pauperū, vt præter allegatos, dicit *Syl. restit.* 8. *n.* 3. *in princ. & nos infra in fine Sectionis.*

Nota ēt casū, qui in facto accidit 13 de quodā, qui in quadā Ecclesia Regularium, Capellam construxit magnis sumptibus, quia cum decessisset multis relictis debitis, fuit decretum, vt venderetur Capella prædicta, & creditoribus satisfieret, sicut fuit exequutum, etsi intercessisset pactum inter ipsum ædificantem, & præfatos Regulares, nūquam illam alienandi, quia tale pactum non potest præiudicare creditoribus suis, & Capella illa est alienabilis, vt diximus *sup. sect.* 1. *n.* 12. *in fin.* & ita intelligas *P. Molf. to.* 2. *summæ tr.* 13. *c.* 8 *n.* 35. vbi allegat *Gratian. discept. forens. c.* 210. *nu.* 7. *quos vidas*. Secùs autem dicas de Iurepatr. Capellæ, quia cū nullam recipiat extimationem ideò neque de per se debitor potest illud cedere creditoribus, neque dare insolutum. Dixi, *per se*, quia cum vniuersitate dari potest *c. de iure* vbi *DD. de Iurepatr. Vivian. lib.* 4. *praxis c.* 5. *n* 17. Ex quo patet, esse verū id, q̄ *loco supracit.* diximus, aliud esse habere Capellam, seu ius sepulchri in Capella, & habere Iuspatron. in Capella, & infra etiam dicetur suo loco. In casu autem, in quo venditur Capella modo explicato, non potest nouus emptor dictæ Capellæ, pacta apponere alia, in præiudicium dictorum Regularū absque ipsorum consensu, cum nemo ex facto alieno debeat damnum pati, & si possit ipse nouus emptor affigere arma sua, & abradere insignia creditoris per ea, quæ aliàs diximus loco supra allegato, & fauent adducta per *Ricc.* 1. *p. praxis decis.* 667. Qui *p.* 4. *eiusdem praxis resol.* 454. adducit decis. Rotæ, in qua fuit determina-

natũ, quòd quando Eccle-
renouatur, vel rædificatur,
ignia Capellarum esse trãs-
enda in nouis Capellis.
DD. etiam dubitatur, an
eligiosus possit (et de licen-
Superioris instituere Capel
iam, quando multa secum
nstulit, vel comparauit arte
, *Nauar. & Lopez* affirmãt,
gant tamen *Mol. & Sanch.*
os sequitur *Bonac. in opusc.*
largitione munerum p. 6. disp.
.10. ex eo quòd huiusmodi
cultas trãscendere videatur
igiosi statum; Quod nota
n Monialibus, quæ solent
iles Capellanias instituere,
n earum nominum inscrip-
ne, & insignijs, quia vt benè
uit *Molin. loc. supracit. à Bo*
. meliùs facerent, si dicta
a conuerterent in vtilita-
Monasterij, intellige tamen
de Monialibus, quæ emi-
unt votũ paupertatis, aliàs
m illis, id non esset illicitũ,
in dictis Capellis à Monia
s, quæ non emiserunt votũ
pertatis constructis, si ipsę
posuerunt insignia, vel in-
ptionem, possunt id facere
sanguinei, vt resoluit *Ricc.*
ua praxi 1 p. decis. 667. nam
fata Monialis cum sit bene
rix, potest habere arma, *An*
r. cons. 113. igitur & hære-
iptijs possunt ibi affigere
a sua, vide *Ricc. supra.* De
Monialibus, quæ nõ emit-
tunt votum paupertatis, &
viuũt simul in eod. loco aliqua
notabilia ponit *Genuensis in*
sua praxi Archiepiscopali Nea-
politana c. 47. & *nos 2. p. nostri*
tract. de potestate confess. recol. 4.
n. 100. probamus, subesse quo
96 ad Sacramenta Parochis; Si
autem emiserunt votum pau-
pertatis, & de facto construc-
rent, vel dotarent, Iuspatron.
non acquireretur suis, sed Mo
nasterio, vt benè post *Lamber.*
notat. Sanch. lib. 7. summæ c. 14.
n. 4. & antea docuit exemplo
Iurispat. fundati à seruo, vel fi-
lio. *Nicolaus Delph. tr. de Iu-*
repatr. nu. 102. in fin. cum seq.
Sed meliùs, meo iudicio, quòd
remaneat Capella libera, do-
cuit *Viuian. lib. 2. praxis c. 7.*
in fine.

Dixi in principio, *quòd quilibet*
97 *Christianus &c.* quia secùs est
de infideli, imò etiam de hæ-
retico, vt per *Rocc. de curte in*
tr. de Iurepatr. verb. competens
nu. 25. & sequentib. & clariùs
de hæretico, schimatico, apo-
stata à fide, *Paul. de Cittadin. in*
tr. de iurepatr. p. 3. causa 1. &
Lamber. ar. 3. 7. q. princip. 1.
par. 1. libri Viuian. lib. 2. cap. 6.
Quid de hæretico reuerso *idẽ*
Paul. de Cittad. supra p. 7. in
princip. & Viuian. d. c. 6. vbi de
simoniaco &c. & de infideli cõ
uerso, clariùs *Azor to. 2. lib. 6.*
c. 21. quæst. 7. & seq. vbi *quæst.*
15. *& sequentib.* agit de spu-

rio, an possit fundare Iuspatr. & concludit affirmatiuè, sicut etiam posse ipsum acquirere ius præsẽtandi, post alios scribit *Ricc. in praxi nouissima resol.* 205, de qua re nos infra *quæst. sequenti eum de success. in iurepatronatus*.

Esset nunc agendum de ijs, pro quibus Capellania possit instituj; sed cõmodiùs inf. q. 8. Quãdo autẽ executor, vel hæres de legato relicto inter pauperes distribuẽdo, possit dotare Capellã ad Missas celebrãdas, & aliã partem destribuere pauperibus *diximus sub nu.* 92. *P. Megal. cons.* 79. docet ẽt quod possit distribui consanguineis testatoris, qui secundùm cõditionẽ suã viuere nõ possunt, & dotandis puellis, ẽt consanguineis testatoris indigentibus; fauet decis. *Gamm.* 185. vbi testatur Senatũ Lusitanũ declarasse in casu, quo quis donauit bona sua sub reseruatione disponendi pro anima, quòd possit relinquere Prędium, vt ex eius redditu elemosyna daretur Monasterio ad sacrificia decẽ Missarum annuatim peragẽda pro anima sua, ꝙ dicit valdè notandũ *Perez lib.* 1. *de anniuers. & capell. c.* 10. *n.* 98.

SECTIO SEPTIMA.

Quibus modis institui possit Capellania Ecclesiastica.

99 *Capellania quæ libera, & quæ de Iurepatr.*

100 *Iurepatronat. seruitutem quamdiu inducit.*

101 *Capellania in dubio potiùs præsumenda libera, quam de Iurepatr.*

102 *Iuspatronat. qui prætendit in Capellania, debet id probare.*

103 *Iuspatronat. cadit in Capellania Ecclesiastica, non autem prophana.*

104 *Capellaniæ liberæ collatio, multoties non pertinet ad Episcopum.*

105 *Affectum beneficium, quod nam sit, & quod reseruatum n. seq. & clarius n.* 107

108 *Vacare in Curia quando dicatur Capellania.*

109 *Menses, in quibus possit Capellanias liberas conferre Episcopus.*

110 *Alternatiuam quando amittat Episcopus propter non residentiam. An illam habeant Prælati inferiores Episcopis Item, & Capitulum sede vacante. sub n. sequen.*

111 *Beneficia reseruata Sede Apostolica vacante quando possint conferre Episcopi.*

112 *Cardinalium Indultii circa beneficia vacantia in Diœcesibus, vbi fuerunt Episcopi ibid. vers. dixi, & n.* 115. *Motus proprius S. D. N. Vrbani VIII. de hac re n.* 114.

113 *Beneficia quæ nam spectant ad*

ad Sum. Pont. iure deuolutionis vel iure præuentionis.

Beneficia, quæ conferri solent ab Episcopo vnà cum Capitulo, an comprehendantur in Indultu Cardinalium.

Cardinales an comprehendantur in reseruationibus generalibus.

Vnio non potest fieri de beneficijs reseruatis declar. Sac. Congreg ibid.

Manutentio an danda sit prouiso ab Ordinario ad præsentationem patronorum Ecclesiasticorũ. vel prouiso à Papa, vti de Iurepatr.

Reseruationi subiacet Capellani de iure patronato ecclesiastico non autem laicali.

Pœna eorum qui conferunt beneficia affecta, vel reseruata, & eorum quibus collata sunt. quænam sit.

DVobus modis fundari, & institui potest Capellania Ecclesiastica liberè, & de Iure atron. seu vt ait *Rebuff. in pra tica beneficiorum de collat. n. 1.* quo excipio hanc responsiem, & clariùs *Petr. de Gregor. e benef c 39. n. 1.* vel est collationis liberæ, & voluntariæ, el necessariæ. Dicitur Capellania libera, quando eius collatio ad libitum, & voluntatẽ Episcopi, liberè fuit relicta. Dicitur, de Iurepatronat. seu collationis necessariæ, quando collatio, seù proprius loquendo, institutio, vel collatio fieri necessariò debet ad præsentationem, vel nominationẽ patroni, alias est nulla *Roland. cons. 47. n. 1.* cum alijs allegatis per *Ricc. 1. p. praxis decis. 171. n. 106.* vbi habes limitationes. Patet ex ipsis terminis, nam 100 cum Iuspatr. sit quædam seruitus, vt post *glos. in c. pia mẽtis 16. q. 7.* & alios docet *Rocc. de Curte in tr. de Iurepatr. verb. & dotauit n. 5.* imò expressit *Sac. Conc. Trid sess. 25. cap. 4.* ibi *vt hoc colore, beneficia ecclesiastica in seruitutem redigãtur* meritò, quæ Capellanæ non sunt tales, dicuntur liberæ, itẽ cũ in dubio pro libertate præ- 101 sumendum sit, ideò etiam in dubio Capellania præsumi debet potius libera, quam de Iurepatr *Can. omnes Basilicæ*, vbi *DD. 16. q. 7. Roland. a valle cons. 47. n 11. vol. 1. Ricc. decis. 190. 1. p. praxis, alias resol. 196. Perez de anniuers. & capell. lib 2. c. 10. n. 31.* & dixit Rota Romana nouissimè in illa Vercell. benef. 1. Martij 1630. coram Pirouano in princip. ibi *Dubitatum fuit an Capella Sancti Blasij, de qua agitur sit de Iurepatr. & pertineat ad Ioannem Antonium Vineam. Et Domini quòad vtramque partem responderunt negatiuè; quia beneficia semper præsumuntur libera. Cassad. decis. 1. n. 6. de dilat.*

lat. Put. decis. 186 *n.* 3. *correct. lib.* 1. *Abb. cons.* 59. *nu.* 3. *lib.* 2. *Dec. cons.* 117. *n.* 1. *Seraph. decis.* 1353. *n.* 2. *Mantica decis.* 360. imò etiã in dubio, etsi aliquis cõstruxerit, dotauerit, vel fundauit Capellam, censetur facere, vt benefactor potiùs, quàm vt acquisitor Iurispatr. in ea. *Ricc. in ead. prax. dec.* 140. *n.* 3. *vers. declaratur quintò*, & latiùs *in praxi nouissima resol.* 53. *Barbos* latè *de off.* & *potest Episcopi alleg.* 70. vndè *Rocc. de curte in d. tr. de Iurepatr. post alios verb. & dotauit sub nu.* 9. dat cautelã, vt dicatur expressè quãdo aliquid donatur, vel legatur Ecclesię, si velit acquirere Iuspatron. quod scilicet, donet, & leget expressè pro dote.

Ideoque vt Rota subdit in ead.
102 Vercell. *excipienti de Iurepatr. incumbit onus probandi, beneficium sub seruitute positũ esse, & ad se pertinere, & quidẽ concludenter, quia actio dirigitur contra libertatem Ecclesiæ. Cassad. decis.* 1. *nu.* 2. *de probat. Caputaq. decis.* 128. *n.* 4. *p.* 2. *Rota decis.* 265. *nu.* 2. *& decis.* 807. *n.* 4. *p.* 1. *diuers. Gonzal. ad reg.* 8. *glos.* 8. *n.* 59. quod est idem quàm probare existentiam iuspatronatus, de qua re agimus latè infr. *quæstion sequen. praxi secunda*.

Dixi in principio Sectionis *Capel-*
103 *lania Ecclesiastica* quia in ea propriè habetur Iuspatr. cum adsit spiritualitas, cui annectatur; in Capellania verò prophana licèt in ipsa relinquatur eius prouisio certæ personæ, tamen talis nõ potest dici propriè patronus, sed potius dominus, vt latius dicam loco supracitato, pro nunc videri potest *Rocc. de Curte in tr. de Iurepatr. verb. in Eccles. n.* 12. *vers. sũs fin.* ideo in ea, non exigitur forma à S. Conc. Trid. inducta ad probationem Iurispatr. vt *infra q. seq in principio*.

Quando etiam dixi supra, *Capel-*
104 *lania liberam dici, vbi eius collatio spectet liberè ad Episcopum*. Fallit nisi aliqua ex causa pertineat ad Summum Pontificẽ, quæ causæ quattuor sunt. Prima ratione reseruationis, Secũda ratione affectionis, Tertia ratione deuolutionis, Quarta ratione præuentionis, de qua re agunt *Ricc. in praxi decis.* 394. *Rebuff. in praxi benefic. Viuian. lib.* 14. *prax. Iurispatr. c.* 1. *à n.* 54. *clariùs, & facilius Franciscus de Quesada in suo tr. de benef. reseruatis, hispano sermone, adest etiam tractatus de beneficijs reseruatis Eneæ de Fal-*
105 *conibus, & aliorũ* Affectum enim beneficium parũ, aut nihil differt in re à beneficio reseruato, ita *Azor. p.* 2 *suar. instit. moral. lib.* 6. *c.* 39. *q.* 5. *in fin.* & si reseruatio facilius tollatur, quàm affectio. *Viuian. in*

pra-

axi lib. 14. c. 1. n. 61. Confir-
atur ex diuersis Constitutio
bus Summorum Pontificum,
i vt synonima hæc vocabula
onuntur, habes dictas Consti
tiones apud *Quarant. verb.*
nes. reseruatio & post verbum
quę Cancellarię ratio est, quia
riusque collatio pertinet ad
mdem Sum. Pontif. licet ex
ursa diuersa *c. vt nostri, vbi om*
s DD. de appellat. Mādos. ad
. Cancell. in rubr §. 5. n. 4.
riè tamen affectum dici-
r beneficium illud, supra
uod manus apposuit Sum-
us Pontifex illud conferen-
, quia tunc, & si collatio
vitiosa, nō potest conferri,
si à Summo Pontifice, item
iando iubet Sum. Pontifex,
aliquod beneficium proui-
atur, vel concedit alicui ex-
ctatiuam pro vacaturo be-
ficio. ita *Azor. d. q. 5. Tus-*
s littera B concl. 77. Rebuff.
pract benef cum de forma si-
aturæ n. 8. qui enumerat om
s casus, in quibus potest esse
l non esse affectum benefi-
i, prosequitur *Viuian cit. lib.*
4. c. 1. n. 63. & seq. Hæc au-
m affectio durat etiam si di-
a prouisio per manus apposi-
onem non habeat effectum
arz. de benef. p. 5. c. 1. n. 136.
ruatum beneficiū est illud,
cums collatio pertinet ad
m. Pontificem *Azor. d. c. 39.*
æsit. 1. & alij supracit. vbi
Azor. quæsit. 2. refert antiqui-
tatem talis reseruationis. Quo-
modo autem probetur reser-
uatio beneficij, docet *Mastar.*
de probat. tom 2. concl. 1276.
Quòd collatio beneficij reser-
uati facta ab Ordinario sit ipso
iure nulla, & prouisus ab eo te-
neatur ad restitutionem fru-
ctuum à die motę litis, resoluit
*Rota in vna Mediolan. Liqui-
dationis fructuum 2. Nouem-
bris 1602. apud Ricc. 3. p. prax-
xis resol. 382. & seq.* & quòd
possessor illius nō possit iuuari
aliquo remedio triennalis, vel
alio possessorio *idem Ricc p. 4.*
prax. resol. 7. Huiusmodi enim
beneficia reseruata omnia re-
ducuntur ad quinque causas
propter quas potest aliquod
beneficium esse reseruatum, vt
per bellè *per Franciscum Que
sadam in suo tract. de beneficijs
reseruatis Hispano sermone.*

Prima causa, est tempus, scilicet,
quando vacat in mensibus Pa-
pæ. Secunda causa est loci,
quando v.g. vacat in curia vel
apud Sedem Apostolicam.
Tertia causa est qualitas bene
ficij, vt quia est de maioribus
nempè Episcopatus, Archiepi-
scopatus, Abbatia, Dignitas in
Cathedrali, & Principalis in
Collegiata. Quarta causa est
delictum, vt quando beneficiū
vacat ratione alicuius crimi-
nis, scilicet ratione Simoniæ,
hæresis offēsionis eius, qui Ro-
mæ

mæ litigat., suppositionis pro alio ad obtinendum beneficiũ non delationis habitus clericalis, non publicationis resignationis, & aliorum criminũ de quibus latè *per Azor. loco supracit. Garz. Viuian. & alios infra citandos quæstion. sequenti praxi* 1. vbi de vacatione Capellaniæ quid de beneficio cõdemnati ad triremes *Ricc. 1. p. prax. dec.* 690. Quinta causa est familiaritas hęc sũt benef. quorumcumque familiarium, seu continuorum commensalium Sum. Pontificis, vel Cardinalium *Ricc. in sua 3. parte prax.* facit praxim particularem circa hanc materiam familiaritatis. Ad hanc subordinatur alia causa scilicet, officium apud Sum. Pontificem nempè collectoris, vel subcollectoris Prothonotariatus, Cubicularij Cursoris &c. vel alias per supracitatos authores.

Capellania dicitur vacare in Curia, quando Capellanus moritur in Vrbe, vel per duas dietas legales, *cap. ex præsenti de præben. in 6.* quod est verum etiam si talis Capellanus venerat in Vrbẽ, vt Legatus, vel Nuntius, *c. ex debito, de elect.* tandem Benedictus XII. in sua Extrauag. ad regimen, extendit etiam ad beneficia eorum, qui peregrinationis, infirmitatis, vel recreationis causa ad dictam Vrbem venerunt, quæ tamen reseruatio iuxtà *Reg. 8. Cancell.* extenditur etiã si obierit Capellanus in curia, possessione nondum capta, sufficit enim prouisio cum supplicatione registrata *Rota in Legionen. Canonicatus* 10. *Decembr.* 1627. *coram Dunozetto, & nouissime confirmauit in Cæsaraugustana Canonicatus* 10. *Iunij* 1631. *coram Duran quam habetis inf. in fine operis,* & si Curia Romana sit alibi quantocumque distet ab Vrbe, *Azor. supracit. c.* 39 *q.* 9. *vers. sciẽdum, Gomes. in reg. de trien q.* 31. *n.* 14 *& seq.* vbi habes, quæ beneficia dicantur vacare nõ in Curia, sed apud Sedẽ Apost. scilicet quę vacat per resignationẽ validam factam in manibus Summi Pontificis. D xi *validam*, quia secus erit si resignatio fuit inualida, puta si illa nõ subsistat ex defectu consensus, qui nullitet fuit præstitus resignationi per procuratorẽ excedendo fines mandati, de qua re videte infra in fine operis duas decisiones factas in Cremonen. Præpositurę corã Mormano. Dieta *Legalis* significat 10. milliaria, *Azor supra quæst. 8. ver. porro Legalis dieta,*

Circa Capellanias: aliaq. beneficia Iurispatr. laicorum in Curia vacantia, certum est, quòd si fuerint de Iurepatr. Regum, vel Imperatorũ, illa non remanere reseruata, vt per *Bebuff.*

in

in practica benef. 3. p. signatura verb. necnon In repatr. num. 64. Quò verò ad alia dubitare vi- etur ibid. *Rebuff. nu. 20. & la- ius in tr. nomination. q. 15. n. 1.* & 9. Hodie tamen obseruatur ræuentio, vt infra suo loco: & ideo semper derogatur illi, uando per Summum Ponti- cem conferuntur.

Menses Summi Pōtificis in his Diœcesibus, in quibus nō ræsunt S.R.E. Cardinales, sūt ex, Ianuarius, Martius, Maius, ulius, September, & Nouem- er; habetur in Reg. Cancell. ij IV. quam de verbo ad ver- um refert *Gonzal. in reg. 8. et oſtea Garz. p. 5. de benef. c. 1. n.* 37. vbi latè agit de hac mate- a; intellige quādo Episcopus etit, & acceptat alternatiuā, iàs habet tantū quatuor mē- s, qui sunt Martius, Iunius, eptember, & December, & umm. Pont. habet octo alios ıenses, vt ex Bullis, & Reg. ācell. deducit *Zerola in prax. piſc. verb. benef. ad 2. verſ. 4. llit.* habetur per *Caualerium deciſ. 196.* Itē præter petitio em alternatiuæ, vt conferre oſſint in dictis duob. alijs mē ous Episcopi, qui vt supra ō sunt Cardinales, requiritur, t etiam tempore vacationis fideāt, ita habetur in *reg. 12. ancell. & poſt Gonzal. notant Molfeſ. ar. 6. de benef. c. 6. n. 8. et 3. Fuſc. latè lib. 2. de viſit. c. 26. n. 3. & ſeq. & per Caualerium deciſ. 363. n. 2.* vbi de probatione dictæ absentiæ, & acceptationis alternatiuæ. Et latius de ammissione alternatiuæ ab Episcopo, agit *Rieç. in praxi. p. 1. dec. 684. vbi refert deciſ. Rota Sulmon. Alternatiua 14. Maij 1610.* in specie, quòd Episcopus existens in loco exempto tēpore vacationis, quòd ad hūc effectum, dicatur esse in diœcesi, & residere, not. *Riec. par. 4. prax. ref. 108. n. 3. in fin. Garz. ſup. n. 461. & ſeq.*

Sede autem Apostolica va- III cante per mortem Sum. Pōt. an tunc Episcopus possit cōfer re in omnibus mensibus, latè agit *Garz. loc ſuprac. n.* 537. & nouissimè adest decisio *Rot. in illa Andrien. Archidiacon. 5. Decembris 1625. coram Merlino*, quam de verbo ad verbum habes relatam *per Viuian. in ſua praxi Iurispatr. lib. 2. c. 1. poſt n. 164.* vbi Rota distinguit inter reseruationem ratione temporis, & ratione personæ, aut beneficij; Reseruationem ratione tēporis dixit, cessare vacante Sede Apostolica, & omnes mēses esse Ordinariorū: Secus autem esse, si fit reseruatio ratione personæ, putà quia Beneficiarius mortuus, erat familiaris Cardinalis alicuius, vel Officialis Papę, vel ratione beneficii, quia scilicèt beneficium, quòd vacauit eo tempore, est

prima dignitas, Monasterium, &c. nam tunc etiam si vacaret Sede vacante, collatio spectaret ad Summ. Pōtificē futurū; Quid si vacaret dictum beneficium antè obitum Sūmi Pōtific. & deinde illo nō collato, obiret Sum. Pont. latè *Garz. loco supracit. Illelphos. Perez de Anniuers & Capell. lib. 2. c. 10. n. 9. & seq.* Ricc *p. 1. prax. decis.* 394. qui videtur indistinctè cōcludere, quòd si sit Ecclesia Parochialis illa, quæ isto modo vacauit, possit ab Episcopo cōferri. Nota etiam *Perez. in suo tract. de anniuers & Capell. lib. 2. c. 10. n. 9. & seq.* defendere eā sententiam, quæ docet, Episcopum in omnibus mensibus posse cōferre præbendā, vel beneficiū tenuissimū, videte ipsum.

Dixi *Episcopus, &c.* quia ipse est, qui habet alternatiuam, non autem alius inferior, & si habeat Episcopalē iurisdictionē, vt sunt Abbates, Præpositi, &c. *vt per Rotam in Beneuen. benef. 4. Decembris 1600. coram Coccino*, & refert de verbo ad verbum Ricc. *p. 3 praxis resol.* 1124. nec Capitulū Sede vacāte, *vt per Rot. in Salam. Alternat. 22. Decembris 1581. & Segol. Canonic. 24. Nouembris 1568.* quas refert de verbo ad verbū Ricc. *supra resol. 5. & 6.* quibus addo aliam decis. *in Regien. benef. 20. Februarij 1619. coram Pirouano, quę inter recoll. à Viuiano post suā prax. Iurisp. est dec. 89.* Ratio est clara, quia Capitulum non succedit Episcopo in potestate conferendi beneficia. *Barbos. alleg. 72. n. 4.* Quod an procedat vbi beneficiū fit simultaneæ collationis, tàm Episcopi, quàm Capituli, videte Garz. *p. 5. c. 1. de benef. n. 223. & c. 4. nu. 29.* et *Caualer. dec. 238.* vbi quod ex consuetudine possit introduci, vt etiam dignitates cōferantur ab Episcopo sicuti *dec. 252* refert, fuisse decisum, sufficere ad effectū reseruationis Dignitatis in Cathedrali, & principalis in Collegiata, docere de vltima collatione tāquam de Dignitate, vel principali, de qua materia etiam agitur in *decis. 44.* apud *praxim Viuiani*. Quando Papa concedit facultatem alicui Capitulo conferendi beneficia in quibusdam mensibus, non cēsetur præiudicare suis reseruationibus, vt in Cæsaraugustana Canonicatus 10. Iunij, & 1. Iulij 1630. coram Durano quas habetis infra in fine operis. Indiscordia Canonicorum de Capitulo, quomodo Papa prouideat de beneficio, cuius collatio spectat ad ipsum Capitulum, habetur per Rotam in Illerd. Canonicatus 14. Iunij 1630. & 31. corā Durano, quas etiam habetis loco suprad.

Subdidi illa alia verba *in quibus non pasunt Cardinales.*

Nam

Nam in Diœcesibus vbi Cardinales sunt actu Episcopi, vel Archiepiscopi, &c. conferunt, tàm præsentes, quàm absentes in omnibus mensibus, & vbi iã fuerunt Episcopi, vel Archiepiscopi, seruata forma motus proprij Sanctissimi D.N. Vrbani VIII. desuper hoc editi, quẽ infra habes de verbo ad verbũ transcriptum n. 114. conferunt in sex mensibus Papæ, & alijs duobus si Episcopus actualis non petijt alternatiuam, ob indultum, quod eis conceditur, de quo integrum tractatum edidit *Anastasius Germonius de indulto Cardinalitũ, agit etiã Garz. p. 1. c. 1. de benef. n. 630. & seq.* Vbi reperies, quòd in indultis modernis ponuntur sex limitationes, & casus, in quib. Card. virtute ipsius *indulti* nõ possunt conferre. Primus est de beneficijs vacantibus in Cur. Ro. vel apud Sedem. Secundus de dignitatibus maiorib. post Pontificalem in Cathedrali, & principalibus in Collegiatis. Tertius de beneficijs Regularibus consistorialibus, & Cõmentum habentibus, quorum fructus in libris Cameræ taxati reperiuntur. Quartus de beneficijs, quæ vacauerunt per seros, & actuales familiares, & continuos cõmensales Papæ, qui tàm tempore Põtificatus, quàm Cardinalatus, priusquã ad apicẽ Pontificatus assumerentur, fuerunt. Quintus de co mendis cessantibus in dignitatibus, seu officijs claustralibus. Sextus, & vltimus de beneficijs vacantibus, tàm in Curia, quã extra illam per obitum familiarium S.R.E. Cardinalium, iuxtà formam Constit. seu regulæ Gregor. XIV. de anno 1591. æditæ, moderatorię indultorũ eisdem Cardinalibus concessorum, & tandem post *Gonzal.* benè concludit, quòd eò, quia aliquando talia indulta reperiuntur ampliora, aliquando restrictiora, ideò semper illorũ tenor diligẽter sit inspiciẽdus.

Neq; pro praxi prætereũda est differentia inter collationẽ factam ab Eminentiss. Cardin. quando actu sunt Episcopi, vel quando tantum olim fuerunt, quæ est ista: nam in primo casu in mensibus Papæ conferũt simpliciter, & prouisi nõ egent aliqua expeditione in Dataria, quando ob aliam rationẽ, scilicèt pensionis impositæ, illa non erit necessaria; Secũdo verò casu; si beneficium ab eis, vt suprà collatum, excedat sũmã 24. ducat. de Camera, tenetur is, cui collatũ fuit tale beneficiũ intra sex mẽses si beneficiũ nõ sit Parochiale; sin aũt Parochiale, iter quatuor mẽses accipere Bullas in Dataria, & soluere iura spectãtia ad ipsã, vt patet ex reg. Cancell. Vide *Garz. d. c. 1. n. 37. & seq. Viuia-*

*num lib.*10 *suæ prax. iurisp atr. cnap. 1. nu. 57.*

Quædam autem sunt bene-
113 ficia, quorũ collatio spectat ad Sum. Põtif. ratione deuolutionis potius, quã reseruationis, vt per *Rebuff. in pract. benef. cùm de forma Signaturæ n. 5. & alibi sæpè*: huiusmodi sunt, vbi Episcopus nouerit vacare beneficium, & conferre potuit intra sex menses, & noluit. *cap. quia diuersitatem, in fin. de concess. præben.* item beneficia Parochialia collata non seruata forma Cõcilij. Vide *Ricc. d dec. 344. Rebuff. & alios supracit. authores, præcipuè Franciscum Quæsadam loco etiam supra relato, & Garz loco cit.* circa deuolutionẽ ex præsentatione nõ facta infra tẽpus cõcessũ habetis *dec. 39.* apud *Viuian.* itẽ si resignatio nõ fuit publicata, &c.

Quædam alia sunt, quæ ipsi Sum. Pontif. spectant iure præuentionis, quia spectat prouisio ad Ordinarium, tamen prænenit Sum. Pont. antequam Ordinarius prouideat, vnde solet apponi dies eadem obitus, vt per *Franciscum Quæsad. loc. supracit. vide Viuian. d. lib. 14. c. 1. n. 66.* Quia eius prouisio in dubio semper est præferẽda, vbi non constat de anteriori prouisione ordinarij *Caualer. dec. 184.* vbi habetis quando nõ sit necesse derogare iuri alteri quæsito. Papa enim dicitur nõ solum Ordinarius Ordinariorum, sed eius sunt omnia beneficia Mundi, vt latè per *Ricc. 3. p. praxis resol. 8.* vbi probat posse Sum. Pontif. conferre beneficia competẽtia Ordinarijs iure alternatiuæ, qui *resol. præced.* idem dicit de Nũtio habẽte facultatem à Sum. Pontif. conferendi beneficia. Circa quam materiã notabilia verba habes *in decis. Illerden. Canonicatus 14. Iunij 1631. coram Durano*, quam habetis in fine operis, *s.* in ordine, vbi in specie reperietis quomodo percipi possit, Summũ Pontif. voluisse in collatione concurrere cum Ordinario, & quando sit necessaria derogatio iuriũ collatoris inferioris. Quid si Ordinarius, qui cõtulit sit Cardinalis, *Garz. d. cap. 1. nu. 32. & 40.*

Declaratio, quòd S. R. E. Car-
114 *dinales, Ecclesiarũ Præsules, Indulto conferendi beneficia Ecclesiastica ratione Ecclesiarũ, in quibus, vel quarum regimini vltimo loco cesserũt dumtaxat, vti possit.*

Vrbanus Papa VIII.

Motu proprio, &c. Licèt nullus Episcoporum postquam regimini Ecclesiæ, vbi præerat, cesserit, in beneficiorum Ecclesiasticorum dispositione, ratione eiusdem Ecclesiæ sibi antea competentis, ingerere se valeat, attamen

en nonnulli ex Venerab. Fra-
ibus nostris S.R.E. Cardina-
bus sub prætextu Indultorum
postolicorum, eis pro tempore
ncessorum, beneficia nedum
nius, sed etiam plurium Eccle-
arum, quarum regimini cessi-
nt, vel à quarum vinculo ad
as translati, absoluti reperiũ-
r, e[illegible]mplatione, aliàs ad se
ctantia conferre persuerãt.
uare motu simili, &c. Decla-
mus de cetero non licere cui
s personæ, etiam si Cardinala-
s honore præfulgeat, prætextu
iusuis Indulti Apostolici con-
ti, seù concedendi, facultatem
iusmodi, etiam expressè con-
entis, conferre, vel quouis mo
disponere de quibusuis bene-
jis Ecclesiasticis, quorum col-
io, præsentatio, nominatio, vel
auis alia dispositio separatim
coniunctim cũ aljs ad eum
ctabat ratione cuiuscunque
clesiæ Cathedralis etiam Me-
politanæ, Primatialis, vel Pa
archalis, cuius regimini cessi-
; siquidem ad aliam Episco-
em, Archiepiscopalem, Pri-
ialem, vel Patriarchalem, Ec
iam translatus, vel postmodũ
emptus fuerit, sed indulto
tũ ratione Ecclesiæ, cui actu
sit, vel cuius regimini vltimo
cesserit, sibi cõcesso, vti pos-
r debere, ac irritum, &c.
en. & Velitern. inuicem
etuò vnitis, & Portuen. &
inen. necnon Tusculanen.

Prænestin. et Albanen. Ecclesijs,
dũtaxat exceptis, quò ad quas,
Cardinalibus, illarum pro tem-
pore Præsulibus, facultate dispo-
nendi de beneficijs huiusmodi,
etiam vna cum Indulto sibi ra-
tione aliarum Ecclesiarum, qui-
bus actu præsunt, vel antea no-
uissimè præfuerint, vt præfer-
tur, frui licere, decernimus. Sta-
tuentes, præsentium etiam absq;
eo, quòd registrentur, aut illis
data apponatur, solam Signatu-
ram nostram sufficere, vt vbiq;
in iudicio, & extra (regula con-
traria non obstante) fidem face-
re, ac insuper illas in Cancell.
Apostolica describi debere, &
deinceps omnes, & singulos Car
dinales etiã absentes, præsentes,
& futuros, & alios quoscumq;
quorum interest, vel interesse
fuerit quomodolibet, in futurũ
afficere, & ligare, nullamq. earũ
ignorantiã prætendere posse, nõ
secus, ac si ei personaliter inti-
mata forent, statuto, & ordina-
tione, decreto, & declaratione, eb
per Nos in crastinũ assumptio-
nis nostræ ad Summi Apostola-
tus Apicem editis, quòd Cardi-
nales in Constitutionibus, &
Regulis per nos post priorum no
strarum Constitutionum, &
Regularum editionem, & pu-
blicationem in posterum faciẽ-
dis non inoludantur, nisi illa
eorumdem Cardinalium fauorẽ
concernant; vel ipsæ edendæ Cõ-
stitutiones de illorum, seu ma-
ioris

ioris partis eorum consilio, adita fuerint, necnon prædictis, & quibuscumq. aliis Regulis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrariis quibuscunque nequaquam obstantibus.

Notà tamen illa verba posita, ibi, ad medium *separatim, vel coniunctim*, quia per ea re-
115 manet decisa quæstio inter thores graues prius dubia, vtrũ Indulto fruerẽtur Cardinales, vt sup. ẽt in beneficijs, quæ Episcopus vnà cum Capitulo conferre consueuerunt, &c. vt *per Garz. d. cap. 1. n. 35. p. 5.* ad de decis. Salaman. Pẽsionis 25. Iunij 1599. coram Card. Millino, quæ inter recoll. à Viuia. post suam praxim est 58. vbi quod quando est collatio simultanea Episcopi, & Capituli, non habeat locum alternatiua, ac etiam quando spectat solùm ad Capitulum, licèt adsit concordia inter Episcopũ, & Capitulum, vt conferat turnatim, videte eam, idem habetis in *dec 359 apud Caualeriũ num. 7.* Quomodo arguatur, an beneficium sit simultaneæ collationis habetur apud eundem *Caualerium decis. 390.*

Adest expressa declaratio eiusdem S D. N. Vrbani VIII. publicata sub die 10. mẽsis Septembris *1626.* vt sequitur.

Declaratio, quòd Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S.R.E. Cardinales præsunt, ex indultis conferendi beneficia Ecclesiastica reseruata, vel affecta eisdẽ Cardinalibus concessis, nullum ius prætẽdere possint.

Sanctiss. in Christo Pater, & D. N. Vrbanus diuina prouidentia PP. VIII. accepto quod S.R.E. Cardinales supernominatis, & facultatibus disponendi de beneficijs Ecclesiasticis Sedi Apostolicæ reseruatis, & affectis à Sede prædicta sibi concessis, per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, quibus illi ex concessione, & dispensatione Apostolica præsunt, impediũtur sub prætextu, quòd ipsi Capitula, & Canonici, ius nominandi, vel præsentãdi, aut aliàs quomodolibet disponendi de beneficijs in mensibus nõ reseruatis pro tempore vacantibus cum prædictis Cardinalibus, locorũ Ordinarijs coniunctim, vel diuisim habentes tanquam membra capiti adhærentia, à Cãcellariæ Apostolicæ Regula, mensium reseruatoria, à qua Cardinales præseruantur, etiam excipi, & facultates, & indulta, quæ certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari debere prætendunt. Et attendens priuilegium, quòd Cardinales in prædicta regula præseruẽtur, eis intuitu Cardinalatus concessum esse, neque rationi consonum fore, vt Capitula, & Canonici

nici dum sui Præsules Cardi
latus honore prefulgent, plus
ris in praiudicium Sedis Apo
lica, seu ipsorum Cardinalitũ
æsulum ius, & indultũ con
endi ab ipsa Sede habentium,
tineant, quàm si ipsi Cardi-
les non forent; Motuproprio
b die 29. Decembris anni ab
arnatione Domini 1625. de-
rauit; intentionis; & volun-
is sua esse, quòd Cardinales
asules de omnibus, & singu-
beneficijs Ecclesiasticis quo-
dolibet nũcupatis, & quali
atis, ad eorum etiam cũ alio,
l alijs collationem, prouisio-
n, præsentationem, electionẽ,
quamuis aliam similem, vel
similem dispositionem ratio-
Ecclesiarum, quibus ipsi Car-
nales præsunt coniunctim,
diuisim spectan. non tamen
libris Camera Apostolica de-
iptis, nec ex personis familia-
m suę Sanctitatis, vel Cõcla
iarum, aut vacationis apud
lem prædictam reseruatis, vel
ctis, quæ omnia Sanctitas
sibi, & successoribus suis pro
pore existentibus, specialiter,
expresse reseruauit, ad præsẽs
antibus, & in futurum va-
turis soli per se ipsũ, vel alios
id deputãdos, absq. Capitulis,
Canonicis, alijsque quãcunq.
dinariam dispositionẽ cortãdi
eficiorum similium contun-
n, vel diuisim cum eisdem
rdinalibus, habentibus, dum-
modo aliàs sub indultis eis con-
cessis comprehendantur, liberè
prouideant, neque Capitula, aut
Canonici huiusmodi priuilegio,
quòd Cardinalibus Præsulibus,
nullo habito Capitulorum, &
Canonicorum respectu, concessũ
esse dignoscitur, gaudere, frui,
aut ius aliquod indè prætendere
possint. Decernens declarationẽ
prædictam à dicta die 29. Decem
bris, robur obtinere debere, etiã
si nec dum publicata fuisset: Ac
irritum, &c.

116 Item per alia verba ad finẽ ibi, *quod Cardinales in Constitutionibus, & Regulis*, Sublata videtur in hoc casu alia dubitatio, quæ est inter DD. an Cardinales comprehendantur in Constitutione generali, habẽte clausulas prægnantes, de qua re *Gomes. in reg. de valore, q. 1. n. 6. & in reg. de benef. resignat. q. 12.* vide in Firmanæ pẽuonis 23. Ianuarij 1626. coram Remboldo, quæ est 92. apud Viuianum.

117 Quòd beneficia reseruata nequeant vniri ab Episcopo, declarauit Sac. Congr. Concilij & refert declarationẽ *Viuian. post decis. 481. inter ab eo recoll. post suam prax.*

Sicut etiam hæc vnio non potest fieri per Episcopum de beneficio iuris patrõ. Laicalis sine consensu patroni, & quomodo possit fieri à S. Pontif. *Sanchez in suis Consilijs moralibus*

libus lib.1.cap.2.dub 3. vbi latè de beneficijs, quæ possunt vniri ab Episcopo, & quibus, & ob quam causam.

118 Fuit dubitatum in Rota, An manutentio sit danda prouiso ab Ordinario ad præsētationē Patronorū in mense reseruato de Iurepatron. Ecclesiastico, vel prouiso à Sede Apostolica vti de reseruato: & fuit resolutum, attendendam esse possessionem prouisi per Sedem Apostolicam vti de reseruato, & si posteriorem *in Anagnina benef.* 15. *Martij* 1627. *coram Vbaldo, qua inter recoll. à Vivian. est decis.* 83. ibi, *quia licèt ipse tam quam infitentus ab Ordinario Anagnino ad præsentationem Fratrum S. Francisci dicta Ciuitatis doceat de sua anteriori possessione, qua propterea videtur esse manutenibilis, vt in decis. de qua agitur; tamen cū Camillus aduersarius fuerit de hoc beneficio prouisus per Sedem Apost. vti de reseruato per reg.* 8. *tanquā vacante in dicto mense Augusti, & vigore istius prouisionis acceperit etiam possessionem, sequitur quòd ista possessio Claudij, quātumuis anterior, cùm remaneat infecta ex decreto irritante apposita in dicta reg. reseruatiua mensīs etc.*

119 Dubium est, vt liquet ex verbis decis. quādo Iuspatron. est Ecclesiasticum, quia si Iuspatr. erit laicale, non est reseruatū, vt in decisione relata *sup. n.* 45 & in Aliphana 4. Iulij 1629. coram Ghislerio, ibi, *cū patronatus laicorū sub reseruatione non cadat, glos. quam omnes sequuntur in c.* 2. *verb. collatio de præbend. in* 6. Card. *in Clemen.* 1. *q.* 2. *in fin. de Iurepatr. Simonett. de reseruat. q.* 9. *per tot. Cass. sad. decis.* 7. *nu* 3. *de Iurepatr.* & aliàs latius dicetur suo loco à nobis infra *prax.* 5. *quæst.* 4.

120 Pœna Episcopi conferentis beneficia reseruata est suspensionis à diuinis, & interdicti ab ingressu Ecclesiæ: inferioris verò Prælati, excōmunicationis, & quòad vtrosque, priuationis facultatis cōferendi beneficium sibi competens, ita Pius IV. & alij Summi Pontifices apud *Riec. par.* 4. *praxis re-*

121 *sol.* 371. Quòad eos verò, quibus fuit facta collatio, est pœna præter nullitatem collationis, restitutionis fructuum perceptorum à die motæ litis, videte *Riec. d. p.* 3. *praxis resol.* 382. *ac duab. resol sequentib. & nos tetigimus sup. n.* 106. Limita quādo ex ignorantia id cōtingeret *Garz. p.* 5. *c.* 5. *n.* 24. *& seq.*

122 Vt verò ratione subcollectoratus sit beneficium reseruatū, non sufficit, quod fuerit ad recolligendas Decimas, vt declarauit *Rot.* apud *Canal. dec.* 8. ad effectū Regulę quarte, sed debet esse ad spolia, & hoc casu, debet fuisse vnicus subcollector in Ciuitate, & Diœcesi

per

per Regulam quintam Cancellariæ, nec requiritur, quòd sub collectoriam acceptauerit, vel exercuerit, sed sufficit sola deputatio, etiam quod illam nõ viderit, nec receperit, iuxta magis veram sententiam, vt habetur per Rotam in Cæsaraugustana Canonicatus 10. Iunij 1630. coram Durano, quam habetis inf. in fine operis, vbi et reperietis quomodo probetur acceptatio, quatenus requireretur: item quòd quis fuerit vnicus subcollector, vt supra.

QVAESTIO QVARTA.

Capellanijs, quæ sunt de Iurepatron. & quæ sint probanda pro earum adeptione.

QVi enim Capellanias istas collatiuas constituunt, solent vt plurimum committere nominationem Sacerdotum, & Capellanorum, seu præsentationem ipsorum certis perso quo casu dicuntur Capellaniæ de Iurepatr. ideò non actum e iudicauimus, etsi multi DD. antiqui, & moderni, de simili eria integros codices scripserunt; formare hìc quæst. partiem, in qua nostro stylo facili, & breui, lector inueniat prasingulorum requisitorum ad obtinendam Capellaniam de patr. iuxta Rotæ Romanæ decisiones, quæ in hac materia nõ m approbant opinionem, vt dixit *Io. Andr. in c. final. de uet. in 6.* & inducunt communem opinionem, vt post Zen, *dixit Perez de Anniuers. & Capell. lib. 1. c. 10. n. 42.* vbi obat quemdam Aduocatum Romanum, qui dicere solebat, d Rota rotabat; Ac præualent communi opinioni, vt ait *nott. responso 22. n. 3. Gratian. discept. forens. c. 104. n. 56.* etiam, quando sunt plures concordes, inducunt stylum, qui s facit ius nõ solùm pro statu Pontificio, sed omnibus alijs unalibus Ecclesiasticis, maximè in hac materia beneficiali, vt per *Garziam in præfatione ad suũ tract. de beneficijs* & post *r. q. 10. de blasphem. n. 12. diximus in 1. p. nostri tract. de onfess. recoll. 2. n. 64.* quibus illic allegatis à *Lazar.* adde

glos. magistralem in princip. extrauag. cum de vtilitate earum, verb. Rotæ decisiones. Rota enim in illa Lunen. Sarzanen. Benef. vltima Maij 1627. coram Durano, quattuor asserit esse requisita ad obtinendam institutionem Iuspatron. ibi, *Domini dixerũt, Hieronymum esse instituendum, quia iustificauit quatuor requisita ad obtinendam institutionem, de iure necessaria. nempè vacationem beneficij, existentiam Iurispatr. eius habilitatem, & præsentationem iuxta legitima tempora factam à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, vnde ei debetur institutio, cap. decernimus & c. monasterium 16. q. 7. Abb. in c. cum Bertoldus n. 12. de re iudicata Rota decis. 337. n. 1. p. 2. recent.* Eadem requisita repetit Rota in Pistorien. Archidiacon. 15. Ianuarij 1629. coram Pirouano, & si sub alijs verbis, ibi, *Probat enim vacationem, patronatum, pertinentiam, & se à vero patrono præsentatum. c. monaster. & c. Rota in Lucana Iurispatr. 21. Aprilis 1621. coram D. Decano, in Burgi S. Sepulchri benef. 4. Iulij 1625. coram D. meo Merlino, & Barchinonen. benef. 4. Februarij, & Gerunden. benefic. 21. Februarij 1628. coram me.* Vnde primò quis debet probare vacationem. Secũdò existentiam Iurispatr. Tertiò pertinentiam. Quartò quasi possessionem præsentandi in eis qui præsentauerunt. Quintò, præsentationem in tempore corã habẽte potestatem instituẽdi. Sextò, quòd ipse præsentans habeat qualitates requisitas in fundatione, de his omnibus agemus hìc, quæ vt faciliùs percipiantur, in primis, & ante omnia declarabimus quibus modis Capellania possit esse de Iurepatr. ac postea subijcemus praxim particularem circa singula supradicta requisita.

Dixi, *istas Capellanias collatiuas*, nam in illis cadit Iuspatron. propriè dictum, non autẽ in non collatiuis, vndę bene post alios concludit *Ricc. in praxi nouiss. probat. Iuspatr. resol. 133.* in patronatibus non collatiuarum Capellaniarum non habere locum dispositionem Sacri Concilij Trid. de qua re infra *praxi 2.* cùm de probatione ipsius existentiæ, & dixi *q. præced. n. 103.*

Ca-

Capellania quotupliciter possit habere annexum Ius patronatus.

Iuspatr. est duplex, & non vnicum.

2 *Capellania, quænam sit de Iurepatr. Ecclesiastico, & quæ laicali.*

3 *Iuspatron. fundatum à Clerico, an sit semper Ecclesiasticũ.*

4 *Laicus fundans Iuspatronatus de bonis Eccles. quo iure illud possideat. Quid de Magistris, vel Præsidentibus Ecclesiarum, extauritis &c.*

6 *Episcopus fundans Capellaniam, quomodo in ea acquirere possit Iuspatron. Quid de Episcopo Regulari eodem nu. 69. An renuntiatio ab eo facta in professione irritetur, & quomodo disponat de suis bonis, & redditibus Ecclesiæ, ibid. n. 60.*

7 *Episcopus dotans Capellam de bonis Ecclesiasticis, cui acquirat Iuspatr.*

8 *Capellania fundata à Cardinali, an sit Ecclesiastica, vel laicalis.*

9 *Confraternitas, quo iure possideat Capellan. de Iurepatr. et n. 18. Decisio circa hanc materiam n. 14. Eius bona quãdo sint Ecclesiastica, & in earum alienatione an requiratur assensus n. 18. earum obligatio, & præcedentia in processionibus n. 23.*

10 *Beguinarum Iuspatr. seu Tertiariorum, est Ecclesiasticum, non laicale, & n. 17.*

11 *Confraternitatum causæ corã quo Iudice debeant iudicari, & n. 15. Quid de confratribus, n. 13.*

15 *Patronus laicus, pro patronatu vbi conueniri debeat.*

16 *Iuspatr. Ecclesiasticum si trãseat ad laicos efficitur laicale, sicut laicale si transeat ad Ecclesiam, sit Ecclesiasticum.*

19 *Iuspatr. cuius præsentatio relinquitur secularibus præsidentibus alicui Ecclesiæ, an sit laicale, vel eccles. Quid de Extrauritis n. 22.*

20 *Iuspatr. Capellan. quando dicatur fundari.*

21 *Hospitale, Collegium, aliaque loca pia quomodo possideant Capellaniam.*

24 *Iuspatr. relictum Ecclesiæ, an semper sit Ecclesiasticum.*

23 *Laicus quando possit relinquere Ecclesiæ Iuspatr. cum conditione, vt illud possideat iure laicali: & an hæc cõditio sit à iure improbata n. 40.*

26 *Conditiones quæ possint apponi à fundatore in limine fundationis capellaniæ de Iurepatr.*

27 *Fœminæ an succedant in Iurepatr.*

28 *Donare an possit laicus fundũ donare Ecclesiæ cum conditione, vt soluat collectas solui solitas per laicos.*

29 *Falcidia, vt de legatis pijs de-*

trahatur; potest iubere testator.

30 *Emphyteusim, quis donare potest Ecclesiæ cum conditione, vt ideo non assumat naturam Ecclesiasticam.*

31 *Feudum dare Ecclesiæ, ita vt recognoscat Dominum laicũ, an quis possit.*

32 *Ordinarius tenetur cõsentire cõditionibus appositis in limine fundationis, declaratur ibid.*

33 *Consensus Ordinarij in fundatione an sit necesse, vt expressè præseruetur.*

34 *Conditio quòd Ecclesia possideat Iuspatr. laicale, non est turpis, nec impossibilis, neque cõtra substantiã ipsius. An autẽ sit improbata à iure n. 45.*

35 *Turpis conditio, quæ nam sit in materia Iurispatr.*

37 *Conditio, vt Iuspatr. non cadat sub regulis reseruatorijs, an sit turpis.*

38 *Iuspatr. Ecclesiasticum quare cadat sub reseruationib. & non laicale.*

39 *Conditio contra substantiam Iurispatr. & beneficij, quæ nam sit.*

41 *Iuspatr. relictum fratrib. incapacib. an et cui acquiratur.*

42 *Præsentare an possit solus Superior in Iurepatr. Monasterij.*

Differentiæ inter Iuspatr. Eccles. & laicale eod. n. 43. remissiuè.

REspondetur ex communi DD. senten. dupliciter posse Capellaniam esse de Iurepatr. nempè de iure Ecclesiastico, & de iure Laicali, sicut communiter DD. distinguũt Iuspatr. in Ecclesiasticũ, & laicale, quidquid *Lamber. ar 5. 9. quæst. princip. 1. p. lib. 1.* velit vnicum esse Iuspatr. & duo esse genera possessorum illius, quod dictum *Lamber.* est mera speculatio, vt testatur post alios *Paris. de resign. benef. lib. 2. q. 4. n. 37. Molf. tr. 6. c. 5. n. 43.* quibus illic allegatis adde *Azor. to. 2. lib. 2. c. 9. quæst. 3. Layman. to. 2. de ben. cap. 13. n. 45.* qui sequuntur *Rocc. de curte in eod. tr. de Iurepatr. verbo, ius,* scilicet, quòd sint duæ species Iurispatr. distinctę, recipientes distinctionem non à persona, sed à conditionibus, & differentijs, quæ inter Iuspatron. Eccles. & laicale in iure assignantur. Adde tertium membrum huic diuisioni, scilicet Iuspatr. mixtum quod est quando fundatur ex bonis Eccles. & laicalib. vel possidetur partim ab Ecclesia, & partim à laicis, vt etiã infra patebit, Quomodo autẽ cognoscatur tale Iuspatr. mixtum, habes *decis. Rotæ post praxim Viuian. primam in ordine.*

Dicitur Capellania de Iurepatr.

2 Eccles. quando vel fundata fuit de bonis Ecclesiæ, vel possi-

de-

fidetur simpliciter ab Ecclesia. Dicitur verò, Capellania de Iurepatr. laicali, quando reperitur fundata de bonis laicalibus, vel possidetur à laicis, vt per citatos authores, quib. addè *Rebuff. in pract. benef. 3. p. signaturæ verb. necnon Iurepar. n. 7. & seq.* & sic non sufficit, quòd sit fundata à persona Ecclesiastica, vt sit Capellania de iurepat. Ecclesiastico, sed necesse est, vt sit fundata de bonis Ecclesiasticis; Vnde Iuspatron. fundatum à clerico de bonis patrimonialibus nō erit Ecclesiasticum, sed laicale. *Glo. in clem. 2. verb. presbiteratus de Iurepatr. Panorm. in c. cum dilectus n. 4. & 5. eod. tit. Couar. pract. q. 36. n. 3. Ioa. Guttier. plures citans de iuramento p. 3. c. 15. n. 12. Cabedus de patronat. Regiæ coronæ c. 1. n. 13. Achil decis. 1. de Iurepatr. Cresc. dec. 9.* cum alijs adductis *per Ricc. in praxi p. 1. dec. 169.* vbi probat è contrario, Iuspatr. erectum à laicis de bonis Ecclesiasticis, esse Iuspatr. Eccles. non laicale, & loquitur de Magistris laicis Ecclesiarum fundantibus Capellanias de bonis Ecclesiæ, & si quando sunt fundatę Capellaniæ de bonis laicalibus, & tamen demandata præsentatio dictis Magistris Iuspatr. erit laicale, & sic resolvitur difficultas, de qua infr. nu. 10. an Iuspatr. Confraternitatum, Extauritarū, & similium personarum, sit Ecclesiasticum, vel laicale.

Quòad id autem, q̃ diximus de clerico fundante Iuspatr. de bonis patrimonialibus, illud esse laicale, Nota quia si partim fundauit ex bonis patrimonialibus, & partim Ecclesiæ, fiet diuisio Iurispatr. inter Ecclesiam, & hæredes clerici, & sic erit mixtum *Viuia. in prax. Iurispatr. lib. 2. c. 6. n. 51.* vbi quòd in dubio acquisita per beneficiarium, censeantur acquisita de bonis Ecclesiæ, idē
6 est in Episcopo, *Nauar. consil. 7. de præbend. in nouiss. Gonzal. glos. 5. n. 21. latè Viuian. lib. 1. praxis c. 3. à n. 12.* An autem hoc sit verum in Episcopo assumpto ex ordine Regulariū, quia, & si ipse possit tutò amplè disponere inter viuos de sui Episcopatus redditibus, sicut potest Episcopus secularis, vt latè *Sanch. lib. 6. summ. moralis c. 6. n. 14.* vbi inter alia allegat *Rotam Roman. in nouiss. decis. 216. n. 13. p. 2. & nos diximus 1. p. tr. de off. & potest cōfess. recoll. 11. n. 178.* nec includitur in Constit. Clem. VIII. de largitione munerum. *Ricc. p. 4. praxis resol 84. n. 5.* tamen quidquid acquirit, etiam si acquirat hereditatem paternam, veniendo contra renunciationem, etiā si iam mortuus erat pater, vel alius cui renūciauit,

quan-

quando fuit assumptus ad Episcopatum, in quo casu fistit difficultas, prout posse euenire probat *P. Molf. conf. 1. post to. 1. & conf. 39. post to. 2. in consuetudines*, quæ consilia sunt directè contra cõsilium insignis Iurisconsulti Fabij de Anna inter consilia ipsius impressa, quam opinionem probat *Rice. 2. praxis resol.* 152. Non sibi acquirit, vt Episcopus secularis, sed Ecclesię, vt latè per eumdem *Sanch.* post innumeros, quos allegat loc. supracit. n. 18. & sic semper dotat de bonis Ecclesiæ, & per consequens erit Iuspatr. Ecclesiasti; cũ, nisi obtinuerit licentiã testandi, quam tenetur impetrare, etiã si velit testari ad opera pia, explicando duplex impedimentum quod habet, scilicet quia Episcopus, & quia Religiosus Episcopus, vt ibidem per *Sanch. n.* 11.

7 Quærit vtiliter *Rocc. de Curte in tr. de Iurepatr. verb. & dotauit nu.* 26. in casu, quo Episcopus dotat de bonis Ecclesiæ suæ aliam Ecclesiam, quis acquirat Iuspatronatum, Ecclesia, an successor Episcopus? Et respondet, acquiri Iuspatron. Ecclesiæ, non Episcopo successori, vbi etiam subdit, quòd si Episcopi vassallus dotauit Ecclesiam de bonis feudi Eccles. Iuspatr. non transiret ad suos hæredes, sed ad eos, ad quos transibit feudum, non tamen decidit, an hoc debeat regulari iuxta regulas Iurispatr. Eccles. vel laicalis, sed dicerem esse regulandum tanquam Ecclesiasticum, prout supra dictũ est de laicis Magistris fundan-

8 tibus Iuspatr. de bonis Eccles. Quod dictum est de Episcopo, idem dicendum est de Cardinalibus, vt supponitur in illa *Floren. Canon. 14. Maij* 1619. *& 16. Ianuarij* 1630. *coram Eminentiss. Verospio, & clariùs habetur in Ianuen. Iurispatron.* 20. *Decembris* 1604. *coram Litta apud Viuian. lib. 4. c. 2. n.* 81. Et sic dicendum de Summo Pontifice tanto magis. vide *Viuian. d. lib. 1. 1. c. 7. p.* 12. vbi habes, in dubio circa bona, de quibus fundatum sit ab istis personis, Capellania, quomodo sit iudicanda, Eccles. an laicalis, & *Naldum verb. Iurispatr. n.* 19. vbi concludit iudicari debere laicale, si laicus sit in quasi possessione præsentandi: & eccleſiasticum si clericus sit in quasi possessione.

9 Primum dubium in hac materia solet contingere in Iurib. patronatib. earum Capellaniarũ, quarũ præsentatio spectat ad Confraternitates laicorum, & secularium, an debeant iudicari vt laicalia, vel Eccles. de quo olim erat magna difficultas, vt per *Couar. cap. 36 pract. qq. nu.* 8. qui tamen concludit

esse

esse iudicanda, vt laicalia, *Lessius lib. 2. de iust. c. 34. num. 21. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 14. n. 12. versùs finem*, vbi latè de hac materia Confraternitatũ quòad earum visitationem, & gubernationem *Rota. 1. p. diuers. decis. 574. n. 7. & alibi.* sæpè fuit solita resoluere quòd debeant iudicari vt de patronatu laicali, etiam si dictæ Cõfraternitates sint sub nomine alicuius Sãcti, nisi sint fundatæ dictæ Capellaniæ de bonis Eccles. vbi sub n. 8. Ampliat procedere etiam si in tali Confraternitate sint aliquę personæ Eccles. dummodo non sit contemplata earum persona: qui articulus diligenter etiam reperitur examinatus in Romana Benef. S. Laurentij in Damaso 22. Maii 1623. coram Reuerendissimo Coccino, ibi, *Tertia difficultas fuit excitata, & super ea discussum fuit, nihil tamen firmatum, quia gratia Nicolai Antonij non est iustificata, an scilicet quatenus iustificaret suam gratiam, posset obtinere, & ratio huius difficultatis consistit in eo, an huiusmodi Ius patr. quod spectat ad Custodes huius Confraternitatis Sanctiss. Saluatoris sit laicale, vel Eccles. quia Papa fecit gratiã Nicolao Antonio cum derogatione Iurispatr. quatenus esset Eccles. in quo articulo est notandum, quòd*
10 *tunc est extra controuersiam Iuspatr. esse Ecclesiasticũ, quãdo personæ distinguũtur aliquo signo Religionis, quamuis sint laicæ, vt ae Iurepatr. Beguinarum es, decis. Rotæ 8. de Iurepatr. in antiq. Felin. in tr. quando litteræ Apostolicæ n. 11. limit. 4. vers. induxit etiam, Gambar. de off. leg. lib. 3. n. 412. & seq. Lamber. de Iurepatr. lib. 1. p. 1. ar. 10. n. 4. Aldobr. cons. 3. n. 5. & seq. lib. 1. Sed quando spectet ad Confraternitatem laicorum, vel ad illarũ Superiores duæ opiniones sunt inter se pugnantes. Prima est quòd sit laicale, quam tenent Felin. & Gamb. loc. supracit. Rosc. de Iurepatr. in verb. ius n. 17. mouentur ea ratione, quia si Confratres sunt laici, nec habent habitum religiosorum, nec gaudent priuilegio fori, & Canonis, nõ possunt dici personæ Ecclesiasticæ, sed seculares, & vti tales conuenũ-*
11 *tur coram Iudice laico. Bar. in l. cum senatum, n. 4. ff. de reb. dub. Felin. in cap. 2. ad fin. de foro compet. Sed ratio ista non videtur vera ex his quæ notat Garz. de benef. p. 5. c. 1. n. 606. Mar. Mut. decis. 58. n. 9. vsque ad finem, vbi refert magna Regiam Curiam sæpe remisisse causas harum Confraternitatũ ad Iudices Ecclesiasticos, & omnis hodie videtur cessare difficultas, stante dispositione Conc. Trid. sess. 22. c. 8. & 9. de reform. & præsertim in hoc casu, quia hæc*

Con-

Confraternitas est deputata ad Custodiã Sanctiss. Saluatoris ad Scalas Sãctas, & habet hospitale annexum, & sic est locus pius, et religiosus, & de foro Eccles. Specul. tit. de edit. instrum. §. nũc verò aliqua, n. 62. vers. scias, Gabriel. de pia causa cõcl. 2. Tiraq. de priuileg. pię causæ in præfat. vers. item relictum. Bal. in l. si aquã, C. de seruit et aqua. n. 46. Ludou. decis. 30. n. 6. & 7. & decis. 93. n. 36. & 45. Rodoan. de reb. eccles. non alien. rubr. 27. & 33. cas. 12. Verall. conf. 105. n. 28. Solis de censib. lib. 2. c. 3. n. 11. Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 22. Gutier. canon. qq. lib. 1. c. 35. n. 29. Mant. de tacit. & ambig. lib. 25. tit 6. n. 69. Rocc. de visitat. vers. hospitalia, Zerola in praxi episcop. p. 1. verb. hospit. §. 3. dub. 2. Azeued. p. 1. n. 28 tit. 1. lib. 4. & l. 1. n. 4. tit. 18. lib. 9. recopilat. Ceuall. commun. contra commun. to. 4. q. 846. & 982. Aegid. in repet. p. 1. in prine. n. 54. c. de sacrof. eccles. Florel. var. lib. 2. q. 21. n. 179. Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiep. Cur. Neap. c. 27. Garz. de benef. loc. cit. n. 601. & sequen. & propterea Couar. pract. q. 9. c. 36. n. 8. vers. nam etiam, qui eamdem sententiam cum Felin. & alijs tenet. Mouetur alia ratione videlicet quòd

12 *Confraternitates laicorum; etiã quod soleant causa pietatis Collegia quadam cõstituere, & sint affixa alicui Ecclesiæ, constitutæ tamen Iuspatr. laicale, non Ecclesiasticum, quia illi, ex quibus vniuersitas constat, & ad quorũ voces, & præsentatio fit, sunt omnino laici, & ad hanc vniuersitatem laicorum præsentatio pertinet, nõ ad Ecclesiam, nec ad aliquam Ecclesiasticam dignitatẽ, & hoc dictum Couar. simpliciter refert Fuscus de visitat. lib. 2. c. 14. n. 12. ante fin. vers item Iuspatr. & hanc opinionem ad effectum excludendi reseruationem, aquiorem esse dicit. Garz. loc. supracit. n. 608. pro qua etiam allegatur Rota decis. 574. n. 7. p. 1. quæ tamen n. 8. non videtur figere pedes, & eam allegat Camill. Borrel. in Summ. decis. tit. 32. n. 166. alia etiam decis. 68. n. 2. p. 1. solet allegari, ista verò procedit quando agitur de meris laicis nõ affixis alicui Ecclesiæ, quod patet, quia refert Lãber. qui hoc expresè dicit, vt mox trademus, & ideò debet intelligi, secundum doctrinam, quam allegat Bar. in l. non solùm, §. liberationis. ff de liberatione legata, & Ratio Couar. est eadem cum ratione Bald. quam ad aliud propositum adducit in l. si quis ad declinandam §. in omnibus. n. 9. C. de epis. & cleric. Imol. in c. officij n. 20. vers. circa secundum, de testam. Capra conf. 20. n. 13. in fin.*

Contrariam verò sententiam tenẽt alij, scilicet quòd Iuspatr. Confra-

fraternitatem laicorum authoritate Ordinarij erectarum, præsertim si habeant Ecclesiam, sit Ecclesiasticum, est primò Hieronymi Pauli in praxi Cãcell in tit. declaratoria super proponẽte, seu vertente ingredi col. 39. vers. in causa mea Maiorcen. fol. mihi 444. post pract. Rebuff. impressi Lugduni apud Roryl. anno 1609. Lamber. de Iurepatr. lib. 1. p. 1. ar. 10. n. 4. vbi distinguit, quòd si istæ Confraternitates faciunt solùm Collegium, & non sunt affixæ alicui Ecclesiæ, Iuspatro est laicale: si verò sint alicui Ecclesiæ annexæ, Iuspatr. est Ecclesiasticum. Guttier. can. quæst. lib. 1. c. 35. n. 30. Aldobr. cons. 30. n. 5. et seq. ar. 9. vt aduertit. Hieronym. Paul. et Aldobr. loc. prædictis; Opinionẽ istam in rigore iuris veriorem esse dicit Garz. loc. supra cit. nu. 607. Quare resolutio pendet ex veritate rationis, Couar. cui respondet Hieronym. Paul. loc. prædicto inquirens, quòd hic nulla datur prouisio laicalis, nec minus fuit considerata, sed fuit tantummodo habita ratio personæ officialium, vel patronorum, aut custodum ratione officij pÿ, ergo Iuspatr. non debet dici laicale, sed ecclesiasticum, cum illi Priores quamuis laici quòad administrationem, & curam habeantur pro personis ecclesiasti-
13 cis; cùm possint trahere, & trahi super dictis bonis, & eorum administratione coram Iudice Ecclesiastico, tamquam persona Ecclesiastica, & subdit quòd Cancellaria quotidie dat litteras Magistris fabricæ, etiam contra eos, quamuis laicos, dummodo agatur, vel cõueniantur ratione officÿ, nec immeritò, quia in illa cura, & administratione vepræsentant personas eorum, qui de iure habent curam fabricæ, vel bonorum illi destinatorum, quæ quidem administratio pertinet ad Episcopum, Capitulli, & Rectorem Ecclesiæ, vt probat dictus Hieronymus Paul. quæ conclusio benè applicatur ad Custodes Sanctiss. Saluatoris ad Sancta sanctorum, quam Sanctiss. Imaginis custodiam, certum est spectare de iure ad Ordinarium. Hinc ait Lamber. quòd isti non præsentant ex eorum persona, neque ex persona Collegij secularis, sed ex persona Collegÿ, quod tãquam adhærens dicitur Ecclesiasticũ, subdens quod ideo videmus istos cõfratres cõueniri coram Iudice Ecclesiastico, licet pro rebus particularibus coram Iudice laico conueniantur.

Vlterius possunt considerari duo notabilia Cancellariæ, quæ, cui parti faueant, postea si opus erit, considerabimus; alterum fol. mihi 712. alterum vero fol. 209. in 1. p. sic habetur, in beneficÿs Iurispatron. Rectoris hospitalis fuit dictum per L. Pucium, et A. de S. Seuerino, non esse opus de-

rogare Iuspatr. Ioa Horteca dixit quòd aliàs in quadam causa, quia in Bulla prouisionis erat ommissa derogatio, oportuit expedire, Perinde valere, quia Rota aliter sentiebat in beneficio operariorũ fabricę Ecclesiæ, consentiunt. quod sit necessaria derogatio, & D. F. de Parma expediuit cũ derogatione in benef. Iurispatr. Rectoris hospitalis, & operariorum fabricæ.

In secundo verò casu habetur. Nota, quòd Iuspatr. competens operarijs fabricæ alicuius Ecclesiæ iudicatur secundum Cancell. Iurispatr. laicorum, & consequenter debet fieri mentio de eo, & derogari, vel dari, clausulam, dummodo, etc. sicut in alijs Iuspatr. laicorum, & ita mihi dixit N. Ole, factã fuisse diebus elapsis expeditionem in Cancellaria, dando clausulam prædictã, dum modo prædictorum operariorũ accedat consensus, & ita inclinauit Ioa. Ferretto dicens se vidisse expedire. N. & ego aliqualiter dubitamus, imò quod censeatur Ecclesiasticũ Iuspatr. & sic non debeat fieri mentio de illo; nam istis operarijs non competit Iuspatr. & non potest negari, quin ratione Ecclesiæ, ideſt fabricæ Ecclesiæ competat Iuspatron. Ecclesiasticum, non autem laicorum, vide Pelin. in tr. de Iurepatr. vbi ponit quæst. & videtur inclinare, quod sit laicorum, ex eo, quia officium prædictum laicorum est, & ratione dicti officij competit Iuspatr. & operarij laici sunt, & vt laici viuunt, & habitum portant laicorum, igitur & c. sed profectò per hoc non videtur omnino responderi ad id, quod facit in contrarium Sup. ideo cogita, quia pulchra difficultas, & aliàs fortasse pleniùs examinabimus. Vide in præct. Cancell. Hieronym. Paul. vbi latè.

Ex quibus, si gratia Apostolica esset iustificata in reliquis videndum esset super hoc articulo, an Iuspatr. esset laicorum, vel non, in quo nihil firmarunt Domini, sed prædicta dixerũt per modum discursus, responderunt tamen pro præsentato, ex quo gratia prouisi Apostolici non est iustificata, vt patet ex prædictis.

Et tandem decisa fuit præsens difficultas pro ea parte, quod esset Iuspatr. laicale in eadem Romana Beneficiatus S. Lau-
14 rentij in Damaso 7. Februarij 1628. coram Durano, tenoris sequentis, *Fuit pronuntiatum per duas sententias Rotales, Fraciscũ præsentatum à Custodibus Cõfraternitatis Sanctiss. Saluatoris ad Sancta Sanctorum esse instituendum ad beneficium, de quo agitur, sed quia præcipua difficultas, quæ in illis duab. instantijs ex aduerso fiebat per Petrum Gentilem prouisum Apostolicum, & Nicolaum Antonitũ, à dicto Gentili causam habente*

bente, stat in eo, an Iuspatron. dictorum Custodum sit Ecclesiasticum, vel laicale, & super hoc acriter contenderetur, fuit propterea ordinatū, vt omnes DD viderent. Vtde proposui hodie causam, & fuit resolutum, dictū Iuspatr. esse laicale. Ratio resolutionis fuit, quia dicta Confraternitas, est confraternitas laicorum, & Confratres non induuntur, aut distinguntur aliquo signo religionis, & beneficium fuit à laico fundatum, ac de bonis prophanis, cuius propterea Iuspatr. iuxta magis communē, & receptam opinionem, est laicale. Felin. in tr. quando liber. Apostol. præiud. Patron. col. 7. circa med. limit. 4. vers. induxerit etiam dictam decisionē Rocc. de Iurepatr. verb. ius n. 18. q. 3. Couar. pract. c. 36. n. 8. Gamb. de pote. leg. in confer. nu. 414. Fus. de visit. lib. 2. c. 14. n. 12. ad fin. Zerola in praxi archiepisc. p. 1. §. Iuspatr. vers. 33. Azeued. lib. 1. tit 4 n. 6. Garz. de benef. p. 5. c. 1. n. 604. circa fin. Rice. in praxi for. eccles. p. 1. c. 152. n. 3. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 5. c. 28. col. 2. vers item iuspatr. est profan. Cened lib. 1. q. can. q 22. n. 11. circa fin. vers. eam tamen, elegantissimè probat Massobr. in tr. de concursu, & de elect. dign. requisit. 8. lib. 5.

Et quidquid in contrarium sit de rigore iuris, prout tenēt Lamber. Hieronym. Paul. & alij plures, rationibus non contemnendis, & egregiè examinauit Illustriss. D. meus Decanus in decis. in prima instantia in hac causa facta 22. Maij 1623. tamen Domini vltra quòd etiā hæc opinio in iure fundatur optimis rationibus, ex tribus alijs dicebāt non esse ab ea recedendum. Primò quia non solùm est communior, sed etiā æquior, vt aduertit Garz. vbi sup. n. 8. & 9. & est etiam Ecclesiæ magis fauorabilis, vt in puncto fuit optima ratione consideratum in Volaterrana Capell. 7. Maij 1604. coram bo. me. Card. Lancell. Secundò quia Rot. semper in his terminis illam sequuta fuit, vt in decis. 574. p. 1. diuers. vbi quod fuit bis decisum in una Pistorien. coram bo. me Sarmiento; idem in fortioribus terminis resoluit in dicta Volaterrana, & tandem in Neostren. Capell. coram eod. Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est decisio 680. n. 2. p. 2. recent. Tertiò tandem, quia cū opinione Rotæ concurrit etiā obseruantia Cancellariæ Apostolicæ, vt constat Dominis ex notabilibus Cancell. datis.

Præterea fuit animaduersum, multo minus in casu nostro recedendum non esse ab opinione Rotæ, ex quo iuspatr. non fuit relictū Confraternitati, in quibus terminis regulariter loquuntur ferè omnes vtriusque opinionis sequaces, sed fuit relictum Custo-

dibus Confraternitatis, ita quod ipsi soli Custodes sine Confraternitate præsentiant, in quibus etiã terminis loquuntur prædicta de cis. 574. p. 1. diuers. & dicta dec. Volaterranen. Capell. vndè solùm habenda est ratio Custodum, qui sunt laici, non autem Confraternitatis, vt benè aduertit Rot in ead. decis. 574. n. 8. prout nec est habẽda ratio loci, quia non locus, sed Custodes principaliter seorsum fuerunt considerati, eorumq. legalitas contemplata, vt benè Bald. in l. si quis 36. §. in omnibus, numer. 19 c. de episc. audi.

Ex quibus facili negotio tolluntur rationes contrariæ opinionis. nam ad illam præcipuam, quòd hæc Cõfraternitas est addita loco pio, & quòd ille locus fuit contemplatus, illiusq. intuitu Iuspatr. Custodibus relictum, l. annua, §. titia. ff. ele. ann. leg. l. 2. ff. de reb. dub. & Menoch. lib. 4. præsumpt. 502. & n. 21. respõdet Rot. in d. decis. 574. dicto nu. 8. & plenius in d. Volater. Capell. quòd imò in hoc, & simi libus casibus, Iuspatr. relinquitur Prioribus, aut Custodibus Confraternitatũ intuitu officij, aut dignitatis, prout illa laicis conueniunt, & dari solent, & sic non intuitu Ecclesiæ, & sic non est verum quòd beneficium fundatum sit intuitu ecclesiæ, quæ sunt diuersa. & præterea, respondetur, quòd quidquid sit de prædictis non tollitur, quin testator esset laicus, Iuspatr. fundatum de bonis secularibus, & relictum Custodibus, qui sunt laici, prout etiam Confraternitas est laicorum, & quòd testator principaliter ad hæc respectum habuerit, quamuis etiam concurrat aliqualis respectus ad Ecclesiam, quæ ideo ad discernendum, an Iuspatr. sit laicale, vel Ecclesiasticum, sunt potius attendenda. Felin. vbi supra, Mohed. decis. 9 de Iurepatr. & Cresc. decis. 9. eod. tit.

Neque obstat tex. in d. l. annua. §. titia, quia ibi ex mente testatoris, legatum factũ ministris templi, fuit simul relictum, etiam templo inseparabiliter, prout colligitur ex verbis tex. in quibus legitur, quòd legatum fuit factum copulatiuè Sacerdoti, & Hierophylaco, qui erat Præpositus rebus sacris, & quasi Princeps sacrorum, Alex. de Alex. lib. 5. dier. genial. c. 17. & ibi Alciat. Vnde quia illi totum templum repræsentabant, propterea legatum eis factum, templo factum censetur, prout etiam legatum factũ Episcopo, censetur Ecclesiæ factũ. C. requisisti de testam. & ibi Abb. & Couar. In casu autem nostro, Custodes, vt ad sensum patet, non repræsentant locum, quinimmo, nec etiã Confraternitatem, & propterea legatũ eis relictum non censetur Ecclesiæ factũ, vt in simili Couar.

de

de legato Canonicis facto loco supra cit. nu. 10. Vnde non intrat etiam dispositio tex. in d. l. 2. ff. de reb. dub. quia vt benè Couar. ibid. idcirco legatum ibi factum ciuibus, censetur factum Ciuitati, quia in Ciuibus tota Ciuitas repræsentatur.

Minùs facit quòd Confraternitas
15 *sit de foro Ecclesiastico, & quòd Custodes debeant in eo conueniri, quia non facit, quòd Iuspatr. Custodibus competens sit Ecclesiasticum, alioquin non esset dare in beneficijs Ecclesiasticis aliquod Iuspatr. laicale quia etiam quilibet patronus laicus solùm, vt notum est coram Iudice Ecclesiastico potest conueniri pro*
16 *patronatu laicali. Vndè non obstat etiam quod hoc Iuspatr. spectaret antea ad Capitulum S. Laurentij, quia eo ipso quod per concordiã fuit legitimè translatum Custodibus secularibus, qui etiã existunt in quasi possessione præsentandi, fuit effectum laicale ex Mohed. & Cresc. vbi supra, prout etiam vice versa si Iuspatr. est penès laicorum, cum primùm transit ad Ecclesiam, efficitur Ecclesiasticum.*

Non etiam releuat decis. 8. de Iu-
17 *repatr. in antiq. vbi quod Iuspatr. Beguinarum est Ecclesiasticum, quia ex quo Beguinæ illa, licèt seculares, religiosè viuebant, & habitu religioso induta incedebant, potiùs decisio illa retorquetur, Felin. in d. tract. quando litter. Apostol. vbi supra. Alia verò difficultas excitata super prætensa incapacitate Franciscí, reiecta fuit ad aliam disputationem.*

Dixi, *nisi sint fundata dicta Capel. de bonis Ecclesiasticis*, quia dictæ Confraternitates quando Episcopi authoritate sunt erectæ, verè sunt loca pia, & proinde quoties bona in dicta Confraternitate ita sunt cõgesta, vt ad opera Ecclesiæ, vel Oratorij, alioq. pius vsus expendantur, ipsa bona sunt Ec-
18 clesiastica, vnde non possunt alienari absq. sollemnitatibus Paulinę, vt latè post alios *Rice. 1. p. praxi decis. 48. & 2. p. resol. 372.* item legatum non solùm factum ipsis Confraternitatibus est legatum pium, sed etiam quando eis fit ad finem distribuendi inter pauperes, vt post *Leonard. Duardum prosequitur Molf. to. 2. summæ tr. 13 c. 5. n. 171. Nouar. de priuileg. miserabilium personarum priuileg. 97. n. 3.* & per consequens si fundaretur Capell. de bonis ipsius Confraternitatis esset de Iurepat. Ecclesiastico, vt dictum est supra nu. 4. & 5. Casus autem vbi in eis erit Ius patr. laicale iuxta decis. supra relatam, esse potest, quando à laico fundatur Capell. & concederetur, aut relinqueretur Ius præsentandi, vel nominãdi dictis Confratribus. Quid

au-

autem, quando non Confraternitati sed Superioribus electis ab aliqua communitate ad regenda bona temporalia alicuius Ecclesiæ, habetur in Bergomen. Capell. 18. Maij 1629. ibi. *Quòd ad primum moti sunt Domini, quia missa quæstione, an, & quando Iuspatr. spectãs ad Confraternitatem laicorum, dicatur laicale, quasi desumat qualitatem ab ipsis personis, ex quibus Confraternitas cõflatur, & qui nullo habitu cæteris laicis distinguntur, seu potiùs censendum sit Ecclesiasticum, quasi quod spectetur Ecclesia, cui hæret Confraternitas, & in qua Confratres conueniunt, & opera pietatis exercent, qui articulus diligenter examinatus fuit in Rota Benef. S. Laurentij in Damaso 21. Maij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in eod. 7. Februarij 1628. corã R. P. D. meo Durano. In præsenti casu facilior videbatur resolutio, quia hoc Iuspatr. non spectat ad ipsam Confraternitatem S. Mariæ de Misericordia, nec ad illius Confratres, sed solũ ad Præsidentes, qui semper laici sunt, nec à Confraternitate deputantur, sed à laicis, nempè à Communitate loci de Albino, ipsique Præsidentes præsentant ad hanc Capellaniam, nulla facta participatione cum eadem Confraternitate, vnde his omnibus concurrentibus, apparet, quòd hìc spectatur persona ipsorum Præsidentium, & sic laicalitas, non autem locus, cui præsunt, & proinde esse Iuspatr. laicale, vt idem etiam videtur attigisse, Rota decis. 574. n. 7. & 8. p. 1. diuers. & in Volaterr. Capell. 7. Maij 1607. coram Lancell. & in d. Romana benef. S. Laurentij in Damaso, tam coram Reuerendiss. D. meo Decano, quàm R. P. D. meo Durano; & in hoc casu ex pluribus deprehenditur, quòd fundator consulens sæ Capellæ, dum voluit Rectores eligi à personis probis, & prudentibus, sci retq. Confraternitati S. Mariæ per Vniuersitatem in Præsidentes deputari viros integritate, & prudentia insignes, sequutus est testimoniũ eiusdem Vniuersitatis, & ideò ius præsentandi ad hanc Capellam demandauit Præsidentibus, non contẽplatione illius dignitatis, & Congregationis, cui præsunt, sed intuitu eorum probitatis, & industriæ, de quorum virtutibus Fundator certiorabatur eo ipso, quòd ab vniuersitate eligebãtur Præsidentes Confraternitati, & sic qualitas Præsidentiæ in Confraternitate stat tantùm hìc demonstratiuè, & c.* Sicut esse Ecclesiasticum, quando relinquitur Capellanis alicuius Cõgregationis laicorũ, habetur per Caualer. decis. 278.

Sed quid dicendum, vbi relinquerentur bona à laico Confra-

fraternitati, vt erigat Capellanias cum Iurepatr. *Dicerem* etiã hoc casu esse Iuspatr. laicale, quia verè dotatio fuit facta per eumdem testatorem laicum, & sic de bonis laicalibus, & licèt ipsi Confratres dici possunt fundatores, quia requirere debẽt assensũ, *Lamber. art. 12. 2. q princ. 1. p. primi libri n. 6.* & sic dant esse formale dicto Iuripatr. scilicet adhibendo consensum Ordinarij, & sint primi patroni, testatur *Lamber. ibid. art. 11. n. 2.* non tamen per hoc dicendũ est; ita dicta bona fuisse trãslata in dictam Confraternitatẽ. vt sint effecta bona ipsius, & sic Ecclesiastica, fauet *Rocc. de Curt. in d tr. de Iurepatr. verbo pro eo quod dicęsani in princip.* dùm ait, quòd Iuspatron. tali modo fundatum ab hęrede nõ dicatur in hæreditate defuncti, adeo vt licèt hæres priuetur dicta hęreditate, non tamẽ priuetur Iurepatr. quia semper manent dicta bona affecta dicto onere. Patet in d. decis. benef. S. Laurentij in Damaso 7. Februarij 1628. coram Durano, ibi *praterea fuit animaduersum multò minùs in casu nostro recedendum non esse ab opinione Rotæ, ex quo Iuspatr. non fuit relictum Confraternitati, in quibus terminis regulariter loquuntur omnes vtriusque opinionis sequaces*, & magis clarè patebit in Romana iurispatr. infra refer. ratio est, quia testator est qui fundat, hæres autem solum erigit, vt infra latius. Idem dicendum de Col-

21 legijs, Hospitalibus, alijsque locis pijs, quæ gubernantur à personis ex identitate rationis, *Lamber. artic. 13 prima quæst. principal. 2. p. libri primi*, quæ procedunt etiam quòad reseruationes, vt dicitur in 2. decis. supra relata, & per DD. ac præcipuè per *Abb.*

22 *in c. dilectus, de offic. leg.* Hinc patet quomodo sit verum id, quòd firmat *Ricc. p. 4. praxis resol. 320.* dum probare nititur, quòd Iuspatr. Extauritarũ sit iudicãdum, vt Ecclesiasticum, cũ Extauritæ vt etiam ipse fatetur regantur per Confratres seculares, intelligitur quando fuit erectũ de bonis extauritę, cui præsũt extauritarij, vt fuit dictum *supra n. 5. & 10.*

Dixi, *quando Episcopi auctoritate sunt erecta*, quia aliàs nullum versatur dubiũ, vide *Perez lib. 2. de Anniuers. & capell. c. 1. n. 5* vbi idem dicit de Hospitali fundato sine auctoritate Episcopi. latè *Rebuff. in pract. nominat. q. 15. n. 12. & seq.* qui *Perez loco supra c. lib. 1. c. 26. n. 16.*

23 agit de obligatione Cõfraternitatum accedendi ad Processiones, & præcedentia ipsarum in eis, & iudice earum in hac materia, post *Gratia. dec. Marchiæ*

chia 232. & alios ab eo citatos, quibus adde ex nostris *Annam. singu. 90. De franchis de eis. 213. Riec. 3. p. praxis in praxi particulari de hac materia.*

Secus tamen est, vbi Iuspatr. est relictum, aut translatum Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis, quia etsi dari potest casus, etiam præter eos, quos supra tetigimus, in quo Iuspatr. potest esse in persona Ecclesiastica, vel loco pio, & tamen sit
24 laicale, nempè si clerico, vel religioso fuerit relictum, aut donatum iure proprio, & non intuitu Ecclesiæ. Est communis opinio DD. *in d. c. vnico, de iure patron. in 6.* & testatur *Paris. de resignat. benef. lib. 2. q. 40. n. 41.* de qua re, An sit relictũ contemplatione personæ, vel Ecclesiæ, quando est dubium, recurrere debemus ad coniecturas *Lamber. ar. 15. primæ q. princip. 2. p. primi lib.* tamen regulariter de iure ex *d. c. vnico de Iurepatr. in 6.* & pluries in Rota fuit decisũ, Iuspatr. etsi laicale eo ipso effici Ecclesiasticum, quando præsentatio pertinet ad Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas, habetur in specie in Anagnina Benef. 15. Martii 1627. corã Vbaldo ibi, *quòd verò dictum Iuspatr. esset effectum Ecclesiasticum, quamuis antea fuit laicale, deducebatur ex eo, quod pertinebat ad præsentationem dictorũ Fratrum, & Conuentus, &c.*

Dubitari tamen potest, An testa-
25 tor laicus fundans, & dotans ex proprijs bonis Capellanias Iurispatr. possit in fundatione illud relinquere Ecclesiæ, vel Monasterio cum hac conditione, vt possideatur, tamquam Iuspatr. laicale. Dixi, *in fundatione*, quia casus est minùs dubitabilis, quando iam est facta fundatio, vt posset relinqui, vel donari cum hac conditione Ecclesiæ, &c. vt infra patebit ex rationibus decisionis mox referendæ; intellige accedente consensu Episcopi tempore testamenti, vide *Vivium in Sylua comm. opin. 217.* De qua re, cùm in specie aliquid non reperiatur tactum à DD. & casus euenisset in facto inter meos Patres S. Andreæ Plateæ Senarum de Vrbe, & Reuerendiss. Datarium, occasione similis conditionis positę ab Illustrissima quondã Flaminia Cęsia in relicto facto dictæ Ecclesiæ pro fundatione decem Capellaniarum, fuit datum dubium in Rota, & resolutum, me tunc pro dicta nostra domo, instante, ac scribente, & decisum ad eius fauorem die 31. Maij 1613. coram tunc Reuerendiss. & postea Eminentissimo Sacrato, vt infra, &c.

Ex ordine Sanctiss. per Reuerendiss. D. Datarium mihi trasmiss-

missio, dubitaui in Rota, An laicus fundans de propriis bonis Iuspatr. possit in fundatione reseruare Iuspatron. Ecclesiæ, & Monasterio ea cõditione, vt in perpetuum ad Ecclesiam spectet tamquam laicale, & pro affirmatiua fuit tentum, quia vt colligitur ex latissimè cumulatis per Lamber. in tract. de Iurepatr. lib. 1. p. 1. ar. 1. q. 9. per totum
26 potest patronus apponere in fundatione quascumque cõditiones, etiam si sint contra illud, quod Ius regulariter disponit in materia Iurispatr. seu beneficiorũ, vt per plura exempla docet idem Lamber. ibid. sub nu. 52. cum multis seq. dummodo tamen conditiones, non sint natura impossibiles, seu turpes, vel contra substantiam Iurispatr. & beneficiorum, vel aliàs à iure improbatæ. Quia Sacri Canones adeò fauent pijs Ecclesiarum fundatoribus, vt si quãdo de nouo disponunt, soleant præsentare contrarias ordinationes, vt in Clem. quia contigit, §. vt autem de relig. domib. & in c. eleutherius, §. & igitur 18. q. 2. S. Concil. Trid. sess. 22. c. 9. de refor. & alibi. Quæ iuris indulgentia ex eo processisse videtur, ne scilicet laici retrahantur à fundatione Ecclesiarum, qua ratione, & ipsummet Iuspatr. maximè laicale conceditur, quòd est contra iuris regulas, Anchar cons. 113. nu. 2. Abb. in c. ... n. 4. de præbend. Gemin. cons. 48. & 50. in principio. Tum quia per illud auferetur libera collatio Ordinarijs, contrà notata in c. si quis Episcoporum 16. q. 5. in c. omnes basilicæ ead. 16. q. 7. Tum quia detur facultas laicis immiscendi de reb. spiritualibus, qua de iure sunt ineapaces, c. decernimus de iud. Calder. cons. 1. n. 1. de præbend. Roman. cõs. 299. n. 9. vers. laicus, enim, præcipuè fœmina Innoc. in c. cum nostris, n. 1. de conces. præben. Selu. de benef. p. 2. q. 5. n. 2. Lamber. d. tr. lib. 1. par. 1. q. 7. ar. 2. n. 2. 21. & seq.
27 quæ nihilominus succedunt in Iurepatr. Abb. in c. 1. n. 3. de Iurepatr. verb. ipse, vel is q. 5. n. 13. & non solùm in materia Iurispat. sed in alijs ius dispẽsat exercẽtibus liberalitatẽ erga Ecclesiã,
28 vnde potest laicus donare Prædium Ecclesiæ ea conditione, vt soluat collectas laicis, licèt aliàs de iure non fuisset obligata soluere, Anchar. cons. 217. per tot. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ
29 n. 77. de constit. Item potest legans velle, quòd ex legatis pijs, à se factis detrahatur falcidia, Socin. cõs. 48. n. 4. vers. pro hoc, lib. 1. licèt aliàs non fuisset de iure detrahenda; auth. similiter, C.
30 ad l. falcid. Item potest donare Ecclesiæ emphyteusim ea conditione, vt non reguletur, sicut Ecclesiastica, vt fuit dictum in causa Mediolanen. Bonorum 15. Decembris 1597. coram bo. me.

Orano. similiter potest Ecclesia retinere feudum laicale, recognoscendo pro illo Dominum laicũ, vt est tex. in cap. verum, vbi hoc not. Aret. n. 1. Butr nu. 5. Abb. n. 2. & 13. Imol. nu. 2. & alij scrib. de for. compet.

Et licèt DD. de quibus per Lamber. loc. supra in princip. allegat. dicant, quòd quando fundator apponit conditiones contra regulas iuris, debeat interuenire consensus Ordinarij, at tamen dicunt
32 etiam, quod si conditiones nõ patiũtur defectum impossibilitatis, & alios, de quibus supra in principio, quòd Ordinarius debet cõsentire. Lamber. post alios dicto loco n. 82. & 83. & meritò quia consensus in hoc casu non videtur requisitus pro libito voluntatis Ordinarij. sed tamquã Iudicis; vt scilicet possit videre, an conditiones sint de improbatis à iure, & propterea si non sunt tales, ex necessitate teneatur illas approbare, cùm sic loco Iudicis, auth. statuimus, vbi Bal. n. 2. C. de episc. & cler. Alex. cons. 11. n. 8. lib. 1. Boer. decis. 326. n. 2.

Nec est necesse, quòd consensus Or-
33 dinarij præseruetur in fundatione, quia Iuspatr. de sui natura præfert tamquam suã causam efficiẽtem consensũ Ordinarij, cũ nulla species Iurispatr. possit fundari sine illius consensu, & proinde nõ est necesse exprimere illud, quod ex sui natura tacitè inest, in specie, Lamber. d. tr. ar. 5. q. 2. n. 2. p. 1. lib. 1.

Difficultas igitur consistit in eo, an ista conditio, quòd Ecclesia seu Monasterium teneat Iuspatr. tã quam laicale, dicatur impossibilis natura, vel turpis, vel contra substantiam Iurispatr. & beneficiorũ, vel sit à iure improbata.

Et quantum ad impossibilitatẽ na-
34 turæ, qua videtur esse circa illud, quòd nullo modo fieri potest, prout exemplificant DD. in eo, qui dixit; si cœlum digito tetigeris, non videtur quòd ita sit talis, cùm possit Ecclesia non solũ de facto tenere aliquid, quod habet naturam laicalem, saltem quòad modum illud exercendi, sed imò etiam de iure, vt supra in princip. per plura exempla demonstratum fuit, & infra demonstrabitur, Vt non sit impos-
35 sibilitas naturæ, sufficit quod possit verificari de facto, §. si impossibilis cum ibi notat. instit. de inutili stipulatione, nec videtur subsistere, quòd implicet contrarietatem, esse Ecclesiæ, & esse laicale, ex eo quòd si est Ecclesiæ, ergo est ecclesiasticum, vnde erit dicere, quòd hoc Iuspatr. sit Ecclesiasticum, & non Ecclesiasticum, quæ contrarietas in eodem subiecto importat impossibilitatem naturæ, l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. possess. l. debitori. C. de pactis, Fulgos. cons. 99. n. 22. in c. ex litteris, n. 5. de probat. quia respondetur, importare cõtrarietatem, & inde impossibilita-

litatem quòd eodem respectu aliquid sit tale, & non tale, secus diuersis respectibus, l. si duo, vbi Bar n. 4. vers. si constaret. ff. vti possidetis, Oldrad. cons. 257. n. 41. Alex. cons 99. n. 9. vers. nã licèt lib. 5. & proindè respectu dominij seu pertinẽtiæ Iurispat. erit Ecclesiasticum, & nullo modo laicale, respectu verò modi exercendi erit laicale, & nullo modo Ecclesiasticum. Et licèt fundator non faciat hanc distinctionem, sed simpliciter dicat, quòd Iuspatron. licèt reseruatum Ecclesiæ, sit laicale, attamen illius verba sunt intelligẽda secundum sanum intellectũ, & eo modo, quo verificari possunt, vt benè ad propositum Rota decis. 10. n. 3. in fin. cũ duob. seq. de testam. in antiq.

Quòd ad turpitudinem, quæ consistit
36 in eo, qui læditur pietas, existimatio. verecundia, & generaliter aliquid sit, quòd sit contra bonos mores, vt in l. filius. ff. de condit. instit. et latius per Angel. tr. de testam. glos. 104. non videtur quòd adsit, aliqua turpitudo quod Ecclesia retineat aliquid habens naturam laicalem, saltem quòd ad mòdum exercẽdi, cùm hoc concedatur in alijs casibus, nempe bonorum collectis, & eorum subiectorũ, emphyteusis, & feudi, laicalem naturam retinentis, vt supra demonstratum est.

Et quod non sit turpe, vel indecorum personis Ecclesiasticis exercere Iuspatr. ad modum laicalẽ, expresse colligitur ex c. cum dilectus, ibi, prædictus Archidiaconus tãquam laicus præsentaret, de Iurepatr. vbi not. Abb. n. 4. & 5. Butr. pariter nu. 5. idem Abb. in c. cum nos n. 4. de offic. Ordin. Imol. in c. cum dilectus, n. 8. de offic. deleg. Felin in c. ecclesia S. Mariæ nu. 11. de constit. & in tr. quãdo litt. Apostol. noc. part. n. 5. Rebuff. tr. nominat. q 8. n. 22. Couar. pract. qq. c. 36. n. 3. vers. distinguitur autem in fin. & admittunt passim scribẽtes in c. dilectus filius il 3. de præben. vbi Anchar. Card. Hostien. & alij dum distinguũt, quando Iuspatr. dicatur esse in persona Ecclesiastica, tamquam laicale, vel tamquam Ecclesiasticum.

Et signanter fuit dictum, non continere aliquam turpitudinem illud, quod fuit expressum in fundatione, quondam Flaminiæ Cæsia, cuius occasione fit ista disputatio, nempe quod fuit Iuspatr. reseruatum RR. PP. Theatinis
37 tãquam laicale, minimè debeat cadere sub regulis reseruatorijs, quasi quòd ipsa voluerit derogare potestati S. Pontificis, quia fuit consideratum, quòd ista expressio non percutit potestatem S. Pontificis, sed voluntatem: etenim beneficia Iurispatr. laicalis nõ desinunt esse sub reseruationibus Apostolicis, quia

Papa non possit, sed quia non vult, Lap. alleg. 96. n. 3. Gemin. in c. 2. n. 11. de præben. in 6. Felin. in d. tr. Quando litt. apostol. noc. patr. in princip. & vers. solutio. Rot. in causa Toletana dimidiæ annatæ 15. & 27. Iunij 1594. coram Gipsio, vnde est ac si fundatrix rogasset S. Pontificem, vt sicut non solet derogare iurispatr, reseruato laicis, ita nec velit in hoc casu derogare reseruato personis Ecclesiasticis.

Petitio autem videtur digna exauditione, nam ideò Papa in reseruationibus comprehẽdit Iuspatr. reseruatum Ecclesiæ, quia videtur reseruatum intuitu, & contemplatione ipsius Ecclesiæ. Car. cons. 82. n. 1. vers. hic autẽ, Paris. cons. 35. n. 20. lib. 4. & proinde dum Papa reseruat sibi collationem beneficiorum, quæ sũt sub tali Iurepatr. non videtur facere contra præsumptam voluntatem fundatoris, cùm ipse sit Caput Ecclesiæ Vniuersalis, & eminenter contineat in se omnes dignitates, & officia particularis Ecclesiæ, cui Iuspatr. fuit reseruatum. c. ita Dominus 19. dist. Anchar. cons. 30. n. 2. Bal. cons. 23. n. 1. lib. 3. & cons. 328. n. 11. lib. 1. Archidiac. in c. si co tempore n. 1. de elect. in 6. Prob. ad Monach. in probem. sexti n. 55. & 59. Gemin. cons. 14. n. 1. cum plurib. seq.

38 *Et ita videtur vera ratio differentiæ, quare Iuspatr. reseruatum per laicum personis Ecclesiasticis cadat sub reseruationibus Apostolicis, plusquam si esset reseruatum personis laicis, non autem aliæ, nempè, vel quia Papa facilius præiudicet Iuripatr. Ecclesiastico, de qua per Mandos. in reg. 1. reseru. n. 5. quia est ratio defectiua, cum rursus sit quærendum, quare facilius præiudicet isti Iuripatr. quàm illi, sicut nec etiam aliquid videtur concludere alia, de qua per Gemin. in c. 2. n. 11. de præben. in 6. nempè quod ideo sit, quia in personis Ecclesiasticis præsentatio habeat vim electionis, quia non per hoc sequitur quòd Papa debeat tollere electionem contra voluntatẽ fundatoris, nec minus altera, de qua per aliòs, quòd scilicet cesset ratio, ne laici retrahantur à fundatione Ecclesiarum, quia si admitteremus, reseruationes esse cõtra mentem fundatorum, aquè retrahentur, quando Iuspatr. est reseruatum personis Ecclesiasticis, sicut quando esset reseruatũ laicis, cùm vtroque casu fiat cõtra eius voluntatem.*

Hoc stante, quòd reseruationes Iurispatronatus per laicum relicti personis Ecclesiasticis non sint contra fundatoris præsumptam voluntatem sequitur quòd quando contrarium est expressum in fundatione, non debet cadere sub reseruationibus Apostolicis, quia expressum facit cessare contrarium, quòd aliàs veriri solet ex tacito,

titio, & præsumpto, l. cum ex filio, §. filio, vbi Bar. in Summ. ff. de vulg. & pupill. Dec. cons. 416. nu. 10. Grauett. cons. 32. n. 2. Aliàs si diceremus fieri contra voluntatem fundatoris, in hoc casu esset peioris conditionis ille, qui exercet liberalitatem erga Ecclesiam, reseruãdo illi Ius patr. quàm ille, qui non exercet, sed reseruat laicis. Quin etiam esset peioris conditionis Ecclesia, quàm laicus, nam in materia Iurispatr. conceditur laico habere iura spiritualia, quorum de iure est incapax ex supra allegatis, et in ead. materia nõ concederetur Ecclesiæ habere iura laicalia, quorum de iure nõ est incapax, saltem quò ad modum exercendi, vt supra demonstratum est.

39 Quò verò ad tertium requisitum, quòd conditio non sit contra substantiam Iurispatr. & beneficij, fuit põderatum, quòd illud dicitur contra substantiam, quo adiecto, corrumpitur subiectum, l. cum præcario. ff. de præcario. Castr. cons. 312. n. 1. lib. 1. Abb. cons. 72. n. 2. lib. 1. Natt. cons. 52. n. 2. Qualitas autem; quòd Iuspatr. tentum per Ecclesiam exerceatur secũdum modum Iurispatr. laicalis; non modo non vitiat substantiam Iurispatr seu beneficij, sed imò nihil habet cõmune cum prædicta substantia, vt patet ex definitione Iurispat. de qua per Butr. & Anan in rubr. de Iurepatr. & Roec. de Curte in præfat. tr. de Iurepatr. n. 2. & 3. & in definitione beneficij, de qua per Selu. trat. de benef. q. 1. & Rebuff. in praxi benef. tit. quid sit, & quot mod. dic. in quibus locis nihil de hoc habetur, & nõ modo ista qualitas nihil habet commune circa substantiam Iurispatr. sed neq. diuersificat speciem. sed Iuspatr. Ecclesiasticum, & laicale vnũ, & idem sunt, vt animaduertit Lamber. d. tr. de Iurepatr. lib. 1. p. 1. ar. 5. q. 1. n. 4. cum seq.

Denique circa illud, quòd conditio 40 non sit à iure improbata, fuit dictum, nullo iure caueri, quòd fundator non possit ordinare, quòd Iuspatr. à se reseruatum Ecclesia, exerceatur secundùm modum laicalem, quod sufficit dicere, quia promissum cẽsetur, quod non reperitur prohibitum. c. inter corporalia de translat. Episcop. l. mutus. ff. de procurat. Oldrad. cons. 228. in princip. Anchar. cons. 243. n. 2. Soc. cons. 48. n. 3. in fin. lib. 1. Neque ex eo quod tex. in c. vnico de Iurepatr. in 6. & ibi DD. velint, quòd eo ipso, quò Iuspatr. peruenit ad Ecclesiam exerceatur ad modum Iurispatr. Ecclesiastici, resultat iuris improbatio, quia lex generaliter loquens, habet tacitam conditionem, nisi disponens de rebus suis, contrariam legem adiecerit. Est enim trita iuris conclusio, quòd prouisio hominis facit cessare pro-

uisio

uisionem legis. l. final. C. de pact. conuen. l. & habet. §. cum quis. ff. de præcar. l. maritus C. de procurat. Anchar. conf 217. n 2. & potest disponẽs de re sua adijcere quascumque conditiones, & pacta. l. legem. C. de pactis. l ea lege. C. de condit ob causam. l. 2. & 3. C. de donat quæ sub modo. l. 1. §. 1. ff. de reb. eorũ, Socc. conf. 48. n. 4. lib. 1. quod procedit etiam in dispositione facta ad fauorem Ecclesiæ. c. verum, de condit. appos. Anchar. conf. 217. n. 2. Imol. in c. cum dilecti, n. 4. vers. item potest notare. Felin. in c. Eccles. S. Mariæ n. 77. de constit. Socc d. conf. 48. n. 5 lib. 1.

Præsens decisio fuit confirmata ab eadem Rota, vt apparet ex decis. Caualer. 639. n. 5. Allegationes pro hac causa à me factas, habebitis Deo dante inter consultationes morales.

Si autem fuerit relictũ Iuspatr. Fratribus incapacibus, quales nõ sunt dicti Patres Theatini, vt per Vincen. de Franch. decis. 14. n. 16. P. Franc. de Ponte conf. 159. n. 1. lib. 2. Pascal. de virib. patriæ potestatis, p. 1. c. 3. n. 74. & supponit Rota in relata decis. Sed benè Patres Capuccini, & de obseruant. vt percipitur ex S. Conc. Trid Quòd tunc remaneat Capellania libera ad collationẽ Papæ, post Genuen. notat. Viuian. lib. 4. c. 3. n. 7.

Quoties autem Iuspatr. transit ad Monasterium, nequit solus Abbas præsentare, nisi hoc habeat ex præscripta consuetudine, vel priuilegio, sed dictũ ius pertinet ad totum Conuẽtũ, vnde maior pars cõsentire debet, vt præsentatio sit legitima, ita alijs allegatis Sanch. lib. 7. sua summ. moralis. c. 14. n. 7. vbi n. seq. firmat vt magis verum, præsentationẽ aliàs factam à solo Superiore ipso iure irritam esse; Rota in Gerũden. Canonicatus, seu iuris cõferendi 11. Martij 1630. & 24. Nouembris 1631. coram Queipo, quas habetis in fine operis vbi non solum fuit tentũ, quòd in Monasterijs Regularibus præsentatio, & electio sit simultanea inter Capitulũ, & Abbatem, sed etiam quando Monast. fuit sęcularizatum & effecta Ecclesia Collegiata d. præsentatio fit simultanea, cum principali Dignitate, & Canonicis. Esset nunc agendũ de differẽtijs inter dictos duos modos, quibus Capellania potest esse de Iurepatr. scilicet qualiter inter se differat Capellania de Iurepatr. laicali, ac Capellania de Iurepatr. Ecclesiastico, sed opportunior locus erit infra cum de præsentatione facienda in tempore legitimo, & coram habente legitimã facultatem instituendi, infra Sect. Quinta.

PRA-

PRAXIS PRIMA.

Probationis vacationis Capellaniæ.

43 *Ecclesia vnius, & non plurium esse debet.*

44 *Vacatio, quibus modis contingere potest. Ratione absentiæ quomodo vacet beneficium, ibid.*

45 *Vacatio de iure tantùm, quomodo differat à vacatione de iure, & de facto simul.*

46 *Ecclesia vacans ob crimen, dicitur vacare de iure tantùm.*

47 *Crimina, ob quæ vacat Ecclesia ipso iure remissiuè, & quæ post sententiam n. 49.*

48 *Causa, ob quas quis priuatur ipso iure beneficio absque crimine.*

50 *Impetratio beneficij ob crimen beneficiati quomodo facienda.*

51 *Beneficium resignare quando possit clericus criminosus; quid si fuerit condemnatus, ibidem.*

52 *Excommunicatus denunciatus an possit renuntiare beneficio ante sententiam.*

53 *Priuatus beneficio ob aliquod crimen ipso iure an faciat fructus suos in foro conscientiæ, & n. seq. Quid si non ob crimen, sed aliam causam, priuetur beneficio. ibid.*

CVm sit certum, quòd in Capellania, quis non possit instituj, nisi sit vacans, vt habetur in *c. 1. & per totum extra de* 43 *concess. præbend.* nam Ecclesia vnius, & non plurium esse debet, *c. Ecclesias 1. q. 1.* meritò Rota in primis, & ante omnia ab eo, qui petit institui in Capellania, requirit probationem vacationis.

Ad hoc autem, vt ista materia clarè pateat, breuiter est primò explicandum, quibus modis possit vacare Capellania, facilè enim, qui modos vacandi didicerit, poterit, & modos probandi ipsam vacationem percipere.

Licèt enim *Stephil. in suo tr. de* 44 *litter gratiæ titulo de modo vacationis fol. mihi* 109. eius videatur esse opinionis, quòd vacare possit dupliciter beneficium; primò de iure, & de facto, scilicet quando vacat de iure quòad titulum, & de facto quòadpossessionem, quando v. g. mortuus est Capellanus, & nemo in possessione reperitur. Secundò de iure tantùm, vt quãdo mortuo Capellano, aliquis reperitur in possessione, saltem coloratè, Tamen omnes alij DD. communiter, tres afferunt modos vacandi, addendo dictis duobus tertiũ modum, scilicet de facto tantùm, quæ opinio est recepta à Rota Romana, in Romana Beneficiatus S: Laurentij verbis infra referendis [post n. 53.] vbi videtur assentire, quòd tali

li

si modo vacet, quando confertur beneficiū non habenti qualitates requisitas; quia ibi præsupponitur, debuisse prouideri Romanum de ipso beneficio, sed magis communiter exemplificatur quando Capellanus per longum tempus fuit, & est absens, & ignoratur, vbi sit, ita *Rebuff. in pract. benef. cum de requisitis ad bonam collationem n.* 88. vbi impugnat aliquos, volentes, quòd tunc Capellania vacet de facto tantū, quando quis fuit suo beneficio spoliatus, probatque hoc casu vacare tam de iure, quàm de facto, prosequūtur post *Gonzal. Garz. & alios P. Molf. tr. 6. de benef. c.* 12. *Azor. to.* 2. *suarum instit. moral. lib.* 7. *c.* 16. *Viuian. lib* 1. *suæ praxis, c.* 5. *à nu.* 13. *qui latè tractant hanc materiam* De modo procedendi in priuatione beneficij propter absentiam, agit *Ricc. in* 2. *p. praxis resol.* 356. Quòd etiam beneficiati non habentes onus residentiæ propter solum delictū vagationis, & sic quando sunt vagabundi, possint priuari beneficijs, *notat* post *Abb. Genuens. in sua praxi. c.* 47. *nu.* 9. *in* 2. *edit.*

Et quia *Rebuff. loc. supra cit. n.* 60. adducit bonam differentiam inter vacationē de iure, & de facto simul, & de iure tantum, dicendo quòd licèt vtroque casu possit conferri, non obstante alterius detentione, & acquiratur ius illi, cui collatū est, etiam absenti, tamen quādo de iure tātùm vacat, oportet, quòd exprimatur Papæ, detentio alterius colorata, alioquin impetratio esset nulla; secus si detentio esset incolorata, nempè quia possessio fit sine iure, quod est clarum, quia hoc casu vacaret de iure, & de facto. Rectè dicit *Rebuff.* (oportet, quod exprimatur Papæ) quia etsi possit hoc casu etiam prouideri beneficiū ab Ordinario, non obstante possessione colorata, ex quo non datur surreptio, sicuti datur, & cadere potest in collatione facta à Papa, vel Legato, vt benè explicat *Ricc. p.* 2. *praxis resol.* 158. tamen in istis casibus vacationis de iure tantū recurri solet ad S. Pōtificem, quod fit quando impetratur ratione vacationis certo modo, vt se habet Praxis Datariæ, & aduertunt *Staphil. sup. n.* 8. *& Rebuff.* 3. *p. signatura verf. alia clausulan* 2. Ad istud caput vacationis de iure tantum reuocat, & optimè *Azor. c.* 16. *q.* 2. *verf. tunc verò, probat Molf. d. c.* 12. *n.* 4. omnes casus, ex quibus de iure communi, vel Cōstitutionibus SS. Pontificū ratione alicuius criminis priuatur quis ipso iure beneficijs, quæ crimina ipse *Azor. enumerat eruditissimè c. seq.* 17. post

ſt Rebuff. in 3. p. ſuæ pract. cū modis amittendi beneficia
ce. 3. p. praxis reſol. 455. qui umerat 52. caſus, & nos re-imus ſect. 7. n. 110. proſequi r alios addendo, Vivian. d. c. er totum. Qui n. 43. ad pro-ſitum noſtrum poſt Rotam, alios docet, quòd quoquo odo vacet Capella patrona poſſit patronus præſentare, i Capellanus ſit priuatus ex ſacto, quo erat inquinatus tē re præſentationis, quia tunc o illa vice, qua præſentauit dignum, priuatur iure præ-ntandi. Intellige etiam an-quā talis Capellanus fuerit ndemnatus de tali crimine, ſt ex illis criminibus, in quis priuatio procedit ipſo iu-vt per Rocc. de curte in tr. de repatr. verb honorificum nu. qui tamen ſubdit, quòd ta-nō debet amoueri, niſi pri-citetur, vt infra latius di-ur Praxi 6. vbi de habilita-us præſentati.

ratione alicuius criminis pri-tur ipſo iure Primo quia etiā quando priuatur quis bene-o ipſo iure, nō tamen ratio-alicuius criminis; hi ſunt ca s, quos DD. reducūt ad vaca nem de iure, & de facto, nē-reſignatio, ſeu renunciatio, rmutatio, profeſſio in Reli-one approbata, matrimoniū ntractum, non promotio ad ros ordines, iuxta id quod requirit beneficium, adeptio ſecundi beneficij incompatibi lis, de quibus ſingillatim agūt *Staphil. loc. ſupracit. cum de varijs modis vacationis Azor. latius d. cap. 16 quæſt. 4. Viuian. & alij ſupra cit. ſicut & nos infra etiam.*

Secundò, & ſi omnia crimina, in
49 quibus de iure imponitur pę-na depoſitionis habeant coniunctam pęnam priuationis beneficiorum vt per *Panormit. in c. at ſi clerici num. 34. de iudic.* in quo caſu, optimè admonet *Garz. p. 11. de benefic. c. 10. n. 4. poſt Duarenum*, non debere iudices multum attendere ad canones antiquos, qui de facili talem pęnam depoſitionis imponunt, niſi etiā ea in ipſis imponatur pro aliquo crimine graui. Tamen vt idem *Garzias* ſubdit *ibid. ſub n. 50.* nullum crimen depoſitione dignū inducit priuationē ipſo iure, niſi in eod. canone, id reperiatur expreſſum, ſed ſemper expectā da eſt ſententia. Differentias inter caſus, in quibus, quis priuatur beneficio ipſo iure, vel requiritur ſentētia, enumerat *Viuia. lib. 5 ſuæ praxis iuriſpat. c. 5. à num. 119.* inter quas, illa
50 valde facit ad propoſitum noſtrum; Quod ſcilicet quando beneficium ob aliquod crimen vacat ipſo iure, tunc poteſt tā quam vacans impetrari, & per conſequens poteſt cōferri ſta-

tim, nulla interposita mora, neque citato possessore vt per eundem *Viuian. sup. n.* 124. & 129. vbi subdit pro materia huius nostri instituti, quòd eadem ratione, si sit beneficium iurispatronatus, patronus potest præsentare, & latius *n* 143 declarat id procedere vbi Capellanus vel beneficiarius per sententiam fuit priuatus, quòd intelligas non solum pro casibus in quibus pœna priuationis est comminatoria, & requiritur sententia, sed etiam pro casibus vbi quis priuatus reperitur ipso iure beneficijs, nam ad istum effectum semper requiritur sententia, quæ saltem declaret, talem comisisse crimẽ quo ipso iure remanet priuatus &c. omnia enim iura mundi, vt ait *Gramat. decis.* 15. disponunt, pro aliquo crimine ipso iure pœnam impositam, intelligi dummodo fuerit sequuta sententia declaratoria, præcedente citatione, nisi tale crimẽ vt ibid. subdit, ita fuerit notorium quod nulla tergiuersatione possit celari, vbi iuxta terminos suos, priuationis feudi, dicit posse esse felloniam, fauẽt dicta à nobis in tractat. de potest. Confess. recoll. 11. à n. 215 & noster *P. Diana p.* 2. *suarum resolution. moralium tract.* 17. *seu* 3. *miscellaneo resol.* 67. vbi ponit hoc tamquam principiũ in materia de legibus, q̃ lex pœnalis quæ nõ potest exequutioni mandari absque facto hominis, etiam si ipso iure reperiatur imposita, ac quoque fuit additum, nulla opus esse declaratione; ante sententiam non obligare.

Dixi, *commisisse crimen, quo ipso iure remaneat priuatus etc.* quia secus est; si commisisset crimen, in quo requiratur pro priuatione sententia, tunc enim non sufficeret declaratio delicti dũtaxat; sed etiã priuationis beneficiorum, vt post Rotam in terminis homicidij loquendo, latè declarat *Garz. citata p.* 11. *c* 3. §. 1. *à num.* 98.

Tertio quia, vt inquit idẽ *Garz. loco suprac. c.* 1. *n.* 7. in gratia de beneficio vacãte requiritur de stylo, quòd exprimatur certus modus vacandi, & ex qua persona, nisi quando impetratur certo modo, quod cõtingit inquit ipse, quãdo vacatio fit per deuolutionẽ, ideo quando impetratur beneficium ob crimẽ cõmissum, impetrari debet per priuationem ita percipitur ex eod. *Garz. suprac. c.* 10. sed hoc iudicio peritorum in praxi vẽdicat sibi locũ, vbi iam sequuta fuit sententia priuationis, vt loquitur *Rota* in *Spalatren. Archidiaconatus* 5. Decembris 1608, coram Caualerio, quæ inter impressas ab eod. authore, est decis 36. ibi *Quibus stãtibus Domini nõ putauerunt obstare*

re prouisionē Georgij, cui Archidiaconatum tamquam vacan per priuationem contulerat anno 1605. *cū enim ex prædis constaret, Albertum fuisse solutum à sententia priuatio-, & Archidiaconatū, quo pritus fuerit possedisse vsque ad itum, non intrabat amplius vatio per priuationem sed per obim*, non autem vbi iam non it sequuta sententia priuaonis, vt excipitur ex verbis enuensis viri doctissimi c. 54 10. suę Praxis, ibi, *sed hic obir quæro de casu pulcro; pone uod aliquis impetrauit beneficium à Summo Pontifice [certo odo] ex quo, qui illud obtineat ante impetrationē commiserat homicidium, nec impetrauerat dispensationem, &c.* Vndè enę procedit in his terminis loctrina à nobis tradita supra n. 45. in fin. Regula illa, quod vno expresso vacationis modo, alij modi non veniant, & quomodo dictus modus vacationis debeat iustificari cū suis limitationibus, habentis apud *Garz. p. 6. de benefi. c. 2. à n.* 10. *p.* 11. *c.* 1. *à n* 8. vbi etiam repetietis, quando subsistineatur gratia non expresso certo modo vacationis per clausulam, *siue quouis alio modo*, vel simili, de qua re, ēt tractat latè *Genuensis in sua praxi Archiepisc. c.* 100. iota aliam differentiā inter cri- mina, ob quæ beneficium, seu Capella vacat ipso iure, & quę post sententiā, nam primo casu nō potest in fauorem alterius resignari, aut renunciari, secus vero secundo casu *c. quod autē in fi. de iure patron. cū alijs allegatis per Iuian. d. lib.* 5. *c* 5. *à n.* 122. *Rota in Cōchen. Archipres.* 23. *Martij* 1607. *coram Penia.* Qñ aūt dixi (posse criminosū q per sententiam potest priuari beneficio, renunciare in fauorem, intellige ante sententiam, quia id nō potest post sententiā maximè quæ transijt in rē iudicatam, vnde si tantū fuisset lata sententia, & ab ea tamen appellatum, quia tunc non trāsijt in rem iudicatam, valebit renunciatio, vel resignatio, vt esse indubitatum in Rota Romana, testatur *Genuensis in sua Praxi Archiepiscopali Neapolitana c.* 54. *num.* 9. *in* 2. *edit.* vbi hoc *Ampliat.* etiam eo casu quòd habetur notitia collationis factæ à S. Pontifice in casu priuationis, refertq; ad hoc dec. in vna Legionen. *Canonicatus* 15. *Februarij* 1593. coram Cardinali *Arigonio*.

Hinc succedit bona dubitatio: An excommunicatus denūciatus possit vt supra renunciare in fauorem Capellaniam, vel beneficiū, quod possidebat: in hoc enim est difficultas, cùm certū sit, hoc posse excommunicatū vel alias censuratū non denunciatum, seu tolleratū, *Suarez.*

tom.5. de cẽsuris disp.14 sect.2. n.35. quem suo more sequitur *Filliuccius tract 12. n.63.* qui testatur de cõmuni; respondet negatiuè; nempè non posse valide renunciare ad fauorem ea ratione, quòd talis resignatio sit quædã collatio, sed merito *Bonacina disput.2. de censur.q.2 puncto 5.§.2. nu.7.* recedit ab ista opinione, & docet affirmatiuam sententiam. Primò quia illa quæ cõstãt in facto super spiritual. licèt excomunicato *Abb.in c.veritatis fol.13. de dolo, & contumacia Ioannes de Selua in suo tract. de benefic. q.4. p.3. nu.22.* At resignatio non est quid iuris, sed quid facti, vt inquit ipse *Bonac.* quia est declaratio voluntatis resignantis de dimittendo beneficij possessionem, quæ possessio est quid facti. Secũdo quia Resignatarius iste habet ius à Papa & non à resignante *Cassad. decis.15 nu.5. de prabendis Mandosius reg.33. de resig. per fiat q.7. n.8.* Et alij omnes, vt testatur *Parisius de Confidentij beneficialibus q.28. nu.714.* fauet huic opinioni *Bonacina Garz. p.7 de benefic. c.13. §.1. n.90.* qui docet, talem excommunicatum non amittere titulum beneficiorum ante excommunicationem habitorũ etiam insordescentem, & si ipso iure priuetur fructibus ipsorum, qui *Garz. p.11. cap.10. n.47.* idem dicit de irregulari, quod neque priuetur ipso iure Beneficio, de qua re latè *Suar. tom.5. de cẽsuris disp.40. sect.2. à n.14.* ex qua doctrina recte consului cuidam Parrocho declarato excõmunicato à Rota Rom. donec solueret certam quantitatem debitã cuidã, qui etiam insorduerat per annum in dicta excommunicatione. Quod poterat renũciare dictã Parrochiam in fauorem cuiusdam sui consanguinei, quia cũ excommunicatio prædicta nõ fuerit lata ob causam Sanctæ fidei, sed ob causam ciuilẽ, & ideo regulariter nõ dici posset grauiter suspectus ipse de Hæresi, vt per *Borgn. Caualcanti decis.35. nu.61.* per consequẽs non remauet ipso ture priuatus beneficijs, sed venit priuãdus per sententiam, vt latè habetis inter meas cõsultationes morales.

Quæres forsan: An in tale resignatione, vel renunciatinne ad fauorem vt supra, facienda fiet mentio de crimine, vel accusatione, seu inquisitione, processu, & priuatione? Respondetur negatiuè, id nempe non esse necessariũ exprimere vide *Garz. d.p.11. de benefi c.2. §.1. n.120.* An vero si talis Capellania sit de iure patronatus possit resignari vel renunciari absq; cõsensu patroni patebit infra ead. Praxi cum de vacatione ra-

ationē permutationis, resi-
nationis, &c.

quia obiter ex *Garsia* supra
dixi, excommunicatum denū-
iatum ipso iure priuari fructi
us beneficiorum, (intellige
obtentorū ante excommunica
ionem, quia de his est difficul
as, & res non ita certa, vt di-
imus *in 3. p. nostri tractatus cū
de effectibus censurarum, pro
nunc videatis Auilam de censu-
is p. 2. c. 6. disp. 6.*) idcirco quæ-
ro hic generaliter an commit-
ens crimē, ob quod ipso iure
priuetur beneficijs, teneatur in
conscientia illa dimittere sta-
im ante sententiā, aliàs tenea-
ur restituere fructus percep-
os Istam quæst. latè tractat
Garz. d. p. 11. c. 10. à n 7. qui *n.*
10. videtur opinioni affirmati-
næ, adherere, ea ratione q bene
ficia sint bona cōmunia, quibus
Ecclesia possit statim fideles
priuare; ficuti statim priuat,
quando apponit clausulā ipso
iure, vel ipso facto. hanc opi-
nionem ex Theologis sequitur
Francisc. Suarez vt habes per
*Andream Molfesiū tract. 9. sua
summæ c. 9. n. 44.* qui docet cō-
trariam sententiam, quòd sci-
licet talis, & si remaneat pri-
uatus titulo beneficij, tamen
non amittat possessionem, &
proinde posse in conscientia
percipere fructus, donec per
sententiam declaretur priua-
tus, vt supra, cum hac limitatio
ne, nisi in eod. Canone vel Cō-
stitutione reperiatur expresse
priuatus fructibus, vt de Epis-
copo, qui post tres menses nō
curat, vt cōsecretur, disponitur
in *S. Concil Trid. sess. 23. de re-
formatione c. 2.* Quod idem vi-
detur cum alia limitatione
ad hoc propositum relata ab
*Antonino Diana p. 2. suarū re-
solut. moralium tract. 17. seu 3.
miscellaneo resolut. 67.* quando
scilicet in canone, vel consti-
tutione addatur, dictam pœnā
priuationis beneficiorū statim
in foro conscientiæ subeundā
esse, & si secus sit; si tātū addi-
ta sint alia verba, *nulla expecta-
ta declaratione* vt per *Molfes.
loco sup.* testatur esse probabi-
lem opinionem, *Bonacina de le-
gibus disp. 1. q. 1. p. 7. §. 2. n. 16.
Quarata verbo alienatio rerū
Eccles. in fin. loquens in termi-
nis extrauagantis ambitiosæ* vbi
reperiūtur addita dicta verba,
nulla expectata declaratione.

Ex quibus *Bonacina d. §. 2. n. 12.*
infert, Parochū, qui simile cri
men commisit, quod habeat
cōiunctam pœnam priuationis
beneficij ipso iure, interim si
absoluat, vel assistat matrimo-
nio, validè assistere, & absolu-
uere, ac cætera munia sui offi-
cij exercere.

Vacatio Capellaniæ per obitum quomodo probetur.

54 *Morte Capellani vacat Capellania etiam si miraculosè resuscitaret.*

55 *Mors seu obitus Capellani quomodo probetur. Quid de probatione mortis coniugis ad finem contrahendi secundum matrimonium.*

Mortuorum liber debet confici à Parocho, ibid.

56 *Vacare an dicatur Capellania per obitum præsentati tantũ ad finem vt patronus possit alium præsentare, vel Capella impetrari per obitum.*

PRæsuppositа regula certa, ex *c. susceptum de rescriptis*, quòd per mortem beneficiati vacet beneficium, de qua late *Garz. d. p. 11. de benefic. cap. 2.* vbi integrum caput expendit in tribus limitationibus ad dictam regulam, nempè vbi beneficium fuit suppressum, vel vnitum, aut Præbendatorum, vel Canonicorum non est certus numerus. Assignabimus aliquas declarationes dictæ regulæ, & postea deueniemus ad materiã probationis talis vacationis; 54 Prima declaratio est, quod illa sit vera etiam si Capellanus, vel beneficiatus resuscitaret miraculosè sicut Lazarus, ita in terminis *Henric. Boich. in c. tua nobis, extra de verborum significat. n. 12.* beneficiũ enim non est sicut character, qui imprimitur animæ, & ideo nihil mirũ si beneficiatus resuscitando, illud non recuperet: imò quia Ecclesia beneficij reputatur vt sponsa beneficiati sicut maritus resuscitando non recuperat sponsam, cum per mortem fit dissolutũ matrimonium, vt latè per *Panormitanum in c. fraternitatis, in fin. extal. de frigidis, & maleficiatis* vbi quod Religiosus professus si verè fuit mortuus, & deinde resuscitaretur non esset amplius obligatus Religioni, secus si credebatur mortuus; sed non erat, quia reperitur viuus in monumẽto ita &c. Secunda declaratio, & si apud Doctores sit dubium, an appellatione mortis, maximè ex dispositione legali, veniat non solum mors naturalis, sed etiam ciuilis, vt latè per *Panormitan. in c. cum sis à n. 5. de conuersione coniugatorum*, tamen certũ est apud omnes authores, hic pro vacatione ratione obitus, vel per obitum, intelligi tantũ de morte naturali, cùm & si aliquando etiam per mortem ciuilem beneficiati vacet beneficium, vt per professionem in Religione approbata, & simil. tamẽ tunc non dicitur vacatio per obitum, sed per ingressum Religionis per priuationẽ &c. de quibus infra suo loco.

Pro-

robatione autem non eget obi-
5 tus Capellani, quando constat ex confessione partis in sua prouisione, vt habetur in Nicien. Parochiali 20. Maij 1624 coram Pirouano, quæ est 46. apud Praxim *Viuian.* & clarius in Lunen. Sarzanen. 31. Maij 1627. corã eodem, quæ apud eundem *Viuianum* est 110. ibi *Vacatio beneficij per obitum Marci Antonij probatur ex fide obitus, & confessione aduersarij facta in sua gratia cuius vigore obtinuit manutentionẽ, qua nulla maior probatio l. precum C. de liberali causa*, clarius in Neocastr. Parochiali 16. Ianuarij 1630. coram Durano quã habetis *inf. Pra. 5. in fi.* ibi *Vacatio, & modus vacandi narrati per obitum Cæsaris de Nicotera probatur ex gratia Apostolica Lelij Pandolphi partis aduersæ dum venit ex eadem vacatione Greg. XV. decis. 37. n. 11. Card. Caual. decis. 572. n. 2. & Rota apud Reuerendiss. D. meum Decanum d. 305. n. 2.* talis probatio dicitur ab eadem Rota indubitata in Pistorien. Archidiacon. 15. Ianuarij 1628. corã Pirouano ibi *Vacatio beneficii est indubitata apud partes, quia vtraque pars venit ex ead. Vacatione per obitum clarentij, mense Octobris 1626.* & nouissimè in Alphana iuris patron. 14. Ianuarij 1630. corã Ghisletio, ibi *vacatio non controuertitur dum vtraque pars venit ex ead. vacatione, nã Capitulũ prætendit, hoc idem beneficium sibi fuisse vnitum vti vacans per obitũ quondam Iacobi Gargaglia, ex qua vacatione, & Alpherius fuit præsentatus.*

Adde, quod hoc modo, non solũ probatur obitus sed etiã possessio ipsius beneficiati mortui, vt per Rotam apud Caualerium decis. 551. n. 1. & in Mutinen. Plebis seu iuris patron. 21. Feb. 1625. coram Coccino quæ est 102. apud Viuianum ibi, *de obitu in possessione vltimi possessoris constat, ex quo per obitum fuit præsentatus Baltaxar, qui vtendo hac præsentatione, illam magnificat, & propterea fatetur, postremo loco defunctum, obijsse in possessione ex deductis coram me in causa Cæsaraugustana de Maello 21. Iunij 1621.* quam decisionẽ habetis apud eundem *Viuian. post suam Praxim 47. in ordine*, sauet ead. Rota apud Caualer. decis 382. n. 4 & 572. n. 3. & 608. n. 4. vbi habet, quòd probatio non requiritur in illis, in quibus vtraque pars se fundat.

Quando autem controuertitur obitus, tunc primus, & facilior modus probandi est per partitam libri mortuorum; illam enim probare mortẽ sepe Rota dixit vt per *Seraphinum decis. 1556. & Caualer. dec. 575. n. 3.* idem est enim partita libri quam

quàm fides obitus, de qua fit mentio in supra relatis verbis Lunen. Sarzanen. vocatur hoc modo à Rota vt denotet quomodo debeat esse formiter extracta d. fides, vt percipitur ex verbis eiusdem Rotæ in Romana Domus 22. Maij 1621. corã Caualerio, quæ inter impressas suo nomine, est decis. 558. ibi *neque prætẽsa fides mortis Petri videbatur attendenda, cùm regulariter fides non faciat fidem nec talis fides fuit extracta formiter ex libro Ecclesiæ in quo mortui describuntur* Maximè talis probatio proficit, & requiritur quãdo agitur de reseruatione, vel ratione temporis, vel loci, vt latè per *Garz. p. 6. de beneficijs c. 2. n. 228. & p. 11. c. 1. à num. 57.* & habetis per Rotam apud Caualerium decis. 33. ibi, *Quibus accedit fides Parochi attestãtis in suo libro reperiri annotatum, qualiter D. Castelluccius mortuus erat die 19. Augusti 1603. Sed neque in hoc particulari dicebant Domini requiri plenam probationẽ, quia non agitur ad probandam reseruationem, nullus enim adest pròuisus ab ordinario, sed lis est inter duos prouisos Apostolicos, vt aliàs Rota resoluit in vna Bergomen. de Pancoruo coram bon. mem. Gipsio, & in alia Placent. Canonic. 1. Martij 1599. coram bo. mem. Orano.* Nota dicta verba *attestãtis in suo libro &c.* quia indicãt modum, quo firmiter dicitur estracta partita, vt habetur in supra relatis alijs decisionibus, & clarius vtrumque in Cæsaragustana Canonicatus 10. Iunij 1630. in fin. quam referemus in fine operis, ibi *Et demum quòd Hieronymus de exea obierit in mense Septembris in Curia, probatur ex partita libri defunctorum per tenorẽ extracta, Imol. cons. 110. in fin. Rota decis. 605 n. 4. q. 2. recent. & decis. 72. apud Greg. XV. & fuit sepius firmatum.* De obligatione Parochi circa confectionem, & conseruationẽ dicti libri mortuorũ, agit *Possevinus de officio Curati cap. 12. à n. 43.* qui concludit, difficiliter posse Parochũ excusari à peccato mortali, illũ nõ conficiendo, & conseruãdo, maximè quando adest cõstitutio Episcopi, vel consuetudo, qui *n. 45.* subdit, teneri Parochum facere talẽ fidem, quando exigitur, pro qua potest accipere aliquid; si ita est consuetũ, aliàs debere illam extrahere gratis, idem dicas de Sacristis aliarũ Ecclesiarum, ẽt Regularium, quia etiã illi, & si non ita strictè debent habere librum, in quo eorum mortuorum nomina describant, qui in ea Ecclesia sepeliuntur, vt ex Rituali Romano excipit noster *P. Castaldus in sua Praxi cæremoniarum lib. 1. sect. 2. n. 24.*

Quan-

Quãdo autem obitus iste de certo tẽpore non potest constare ex partita libri, vt supra, probari potest per vnum testem de certa scientia, & duobus de publica voce, & fama: ita ead. Rota apud Caualerium decis. 145. ibi *Obitus verò Ludouici de mense Martij 1605. probatur per vnicum testem de certa scientia, & per duos alios de publica voce, & fama. Vnde ad hunc effectum resultat sufficiens probatio glos. in c. 1. vers. famã de appellat. Cæsar de Grasis de cis. 1. n. 2. de sponsal. cum cumulatis per Gabriel. de probat. concluf. 1. n. 8. & fuit nuper dictũ in Pampilonen. Præceptoriæ 21. Februar. præteriti, corã R.P.D. meo Decano. Accedit fides Secretarij Capituli Ecclesiæ Vallisoletanæ, qui attestatur, die 28. Martij 1605. vidisse Ludouicũ mortuum.* Circa quem modum probandi, nota decis. in vna Sutrina Parochialis 8. Iunij 1588. coram Plato, quam refert *Garz. p. 11. de beneficijs c. 1. num. 59.* vbi fuit resolutum, *quòd obitus licèt probetur per testes dicentes vidisse sepeliri, tamẽ nõ probatur obitus in mense Ianuarij, per testes qui deponunt vidisse sepelire die secũda Ianuarij, cum ex aliqua causa potuerit funus differri per duos dies, & ideo magis fuit data fides testibus, qui in isto casu deposuerunt, vidisse mortuum die S. Siluestri secũda hora noctis.* Apud quem *Garziam* reperies alias decis. & doctrinas quò ad hanc materiam probandi vacationem in mense reseruato per publicam vocem, & famam, præcipuè *à n. 62.*

Dixi supra, *maximè quando agitur de reseruatione &c.* quia vbi agitur de simplicis vacationis probatione, sufficit id probare per testes de publica voce, & fama vt per *Riccium p. 1. Praxis decis. 265. n. 2.* vbi etiam agit de probatione mortis alterius cõiugis ad effectum contrahendi secundum matrimoniũ, de qua re videte etiam nostrum *Antoninum Dianã 3 p. suar. resolut. moralium tractatu 4. resol. 214.* & interminis nostris habetis verba Rotæ apud Caualerium decis. 55. nu. 3. ibi, *Quod Capella vacauerit per obitum quõdam Pauli Tosii deponũt tres testes de publica voce, & fama, quæ probatio sufficit, Mobedan. decis. 1. n. 1. de probationib. fuit dictũ in vna Hispalen. & Corduben. præstim. 2. Iun. 1597. coram bon. mem. Gipsio* Quòd etiam obitus probetur per productionem testamenti cũ mãdato Iudicis: item ex eo, quod quis visus fuerit ingredi bellũ, & nõ exire habetur per eundem *Riccium loco sup.* si mors contigerit in Mari, quomodo sit probanda vacatio. *Viuianus lib. 7. Praxis c. 4. n. 26.* alle-

gans ad hoc *Rotam* decis.666. & 731.lib.1. p.3. diuers.

Tandem nota, quòd gratia obten
56 ta per obitum alicuius non iustificatur in Capellania de iure patron si is qui mortuus est, fuerat tantum præsentatus, & non habuit institutionem, & possessionem, vt per *Rotã* apud *Seraphinum* decis.1446. nu.1. & confirmatur in Bergom. Capellan. 23. Martij 1628. corã Buratto, quæ inter recollectas à *Viuiano*, est decis.59 de qua re nos infra Praxi 5 *Sicut* non excluditur vacatio per obitũ, ex eo quod quis habeat solum possessionem ciuilem, vt per *Rotam* apud Caualer. decis. 66 n.2. 3.& 5. Quod etiam in manualibus beneficijs possit dari vacatio per obitũ, nisi antea Cappellanus manualis fuerat remot°, habetur per *Rotã* apud eũdẽ *Caualerium dec.*389 *n.* 4. sicuti est certum, dari vacationem per obitum, & si facta sit resignatio, vbi illa ante obitum nõ fuit effectuata *Garz.d.p.*11. *c.* 1. *n.* 65. vel qñ mortuus fuit resignãs ante elapsum tempus xx.diẽ *Laymã li.*4.*t.*2.*c.*17.*in fi.*

Vacatio Capellaniæ per contractum Matrimonij quomodo probetur.

57 *Matrimonii contractu vacat beneficium, etiam si non fuerit consumatũ, quid si Matrimonium sit nullum an vacet ipso iure, numer seq. quis hoc casu dispensset ad illud retinẽdum, sub n.*63.

59 *Pensio extinguitur per matrimonii contractum, & n.*61.

60 *Sponsalia de futuro non sufficiunt ad vacationem beneficii vel extinctionis pensionis, an sit iusta causa dissoluendi spõsalia metus amittendi beneficium. sub n.*63.

61 *Matrimonium quomodo probetur ad effectum vacationis. Quid ad effectum legitimationis prolis, & successionis. nu. sequenti.*

63 *Parochus tenetur conficere librum matrimoniorum.*

*Resignatio vel permutatio beneficii facta ab eo, qui postea contraxit matrim quando sit valida eod. n.*63.

64 *Dispensare quis possit, & quando dicatur quis dispensatus ad retinenda beneficia vel pensiones, etiam si talis, matrimoniũ contraxerit.*

Est regula certa apud omnes authores, vacare Capellaniam eo ipso quod Capellanus vel alius beneficiatus cõtrahit matrimonium, vt habetur in *c.* 1. *& concordant: extra de Clericis coniugatis*, quia cithara cũ psalterio male concordat, idest vita actiua laicalis cum vita contemplatiua clericali, vt dicitur, & notatur in *c. diuersis fallaciis eod. tit.* vbi eleganter subdit, quia vir cogitat

tat quomodo placere possit vxori; ideo minus, quæ Dei sũt valet cogitare, ideo auferendũ est ab eo stipendium, ideſt beneficium, & prosequitur *Staphileus in suo tract. de literis gratiæ, cum de varijs modis vacationis, §. Quintus modus vacationis in principio.* Quæ regulã ampliatur à *Garzia citata p. 11. de benefic is capit. 8.*

57 Prmò etiam si matrimonium fuerit tantum ratum, & nõ ad huc consumatum; Secundò ẽt si vxor non consumato matrimonio Religionẽ profiteretur; Tertiò etiam si matrimonium sit nulliter contractum, puta cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito, & si apud

58 doctores sit controuersia, an hoc casu vacet ipso iure, vel requiratur sententia priuatoria, vti est videre apud *Garziam loco supracit. nu. 3. & sequent.* vbi inclinare videtur in eã sententiam, quæ distinguit an sciẽter cum dicta nullitate fuerit à Capellano, vel ignoranter, & bona fide contractum ipsum matrimonium, primo casu vacare ipso iure, secundo verò casu, non solũ minime esse priuatum ipso iure, sed nec etiam posse ptiuari Capellania & beneficio. Cõtra quem opinatur *Sanchez lib. 7. de matrimon. disput. 43. n. 3. & seq.* defendens opinionẽ, quæ simpliciter hoc casu, docet vacare post sententiam. Dixi, *puta cum consanguinea &c.* quia secus esset, quando matrimonium esset irritum ratione defectus consensus ipsius beneficiati contrahentis, vel etiam mulieris, quando defectus ipsius mulieris cõtingeret ex metu, vel vi illata ab ipso beneficiario contrahente. Sicut ipse *Garz. loco etiam supracitato, contra Rotam Roman.* defendit, neque vacationem ipso iure contingere, si irritum fuit matrimonium ex defectu formæ requisitæ à Sacro Concilio de præsentia Parochi, & testium, quam opinionem etiã tuentur *Sanchez loco supracit. num. 8. & A. Molfesius tract. 6. summæ c. 12. num. 15.* vbi hanc opinionem dicit veriorẽ, quidquid contrarium velit *Ricc. p. 1. Praxis decis. 140.* vbi allegat decisionem *Rotæ* in Lucana de Insula *Sancta 6. Ianuar. 1585.* quam refert de verbo ad verbum 3. parte eiusdem Praxis, resolut. 454. Item si esset nullum ratione ordinis sacri, in quo, reperiebatur initiatus talis beneficiarius contrahẽs, cũ quo, contra *Staphil. & Azoritẽ p. 1. suarum instit. moral. lib. 7. c. 16.* vbi latè de hac materia. ita sentiunt *Sanchez loco supr. Molfesius etiam ibid. num. 16. & Riccius 3 part. praxis resol. 36. & 4 par. sol. mihi 27.* quorum opinioni, & ego adhereo: Nã ratio quã adducunt, quod

isto tali casu illa mulier non sit vxor sed concubina, pace sua non concludit, cū equè militet in alijs casibus omnibus in quibus interuenit impedimē tum dirimens, ob quam rationem, existente quolibet ex ipsis impedimentis, nequaquam licet coniugi de tali impedimēto cōscio, non solum petere, sed nec etiam reddere debitū, vt latè probamus in nostra 3. *parte tractatus de officio, & potestate Confessarij circa pœnitentes matrimonio coniunctos*, vbi retulimus notabilem responsionem datam, vt audiui mus à fide digno per Clementem VIII. semper recolendæ memoriæ, Summum Pontificē, cuidam, qui pro Episcopatu examinabatur, & dixerat, hoc casu licere reddere, quia erat matrimonium putatiuum, Respō dit Sanctissimus Pontifex, si verum est quod fuit relatum est matrimonium non putatiū sed meretricium, quia semper quòd interuenit impedimē tum dirimens, vxor non est vxor, sed concubina vt supra diximus. Quando autē talis contrahens in sacris debeat denunciari sancto officio, diximus 1. *p. nostri tract. de officio, & potestate Confessarii recoll.* 22. *nu.* 12. *casu* 24. *post Nau. conf.* 1. *n.* 2. *de hæreticis*.

Amplia 4. etiam ad pensiones, 59 quia etiam illæ extinguūtur per contractū matrimonij Rota in Ferrar. Pēsionis 21. Martij 1627. corā Virili, quæ apud Viuian. est decis. 96. n. 13. vbi habes cum præcedenti decisione, quomodo intelligatur Pontifex dispensare, vt matrimonium iniens, & si sit bigamus retineat, vel in eum transferri possint pensiones, & infra nusequenti.

Limitat verò *Garzias*. qñ tātū es- 60 sent contracta sponsalia de futuro siuè verè, siuè iuris interpretatione; puta quia contraheret talis beneficiarius cum puella impubere minore 12. annorum, quidquid *Staphileus loco supr. num.* 9. contrarium videatur asserere, sed cum *Garzia, concordant Sanchez, & alii, locis supracitatis*; An autem sit peccatum mortale contrahere ante legitimam ætatē matrimoniū, & qñ compleatur dicta legitima ætas, latè explicat *A. Diana tract.* 4. *resolut.* 276. *& seq. tertiæ partis suarum resolutionum moralium*, quod talis ætas probetur ex libro Baptismi, quem Parochus tenetur etiā conficere, dixit *Rota apud Caualer. d.* 444. *num.* 4.

Quò igitur ad matrimonij proba tionem ad istum effectum vaca tionis Capellaniæ, vel beneficij, est indubitatum apud DD. quòd nō sufficiat quælibet probatio, sed debeat esse cōcludens Rota in Barchinonen. Pensio-

nis

nis 16. Ianuarij 1612. coram Caualerio, quæ inter impressas suo nomine, est decis. 180. ibi, *licet enim verum sit, per contractum matrimonii extingui pensionem, sicuti vacat beneficium Gigas de pension. q. 54. n. 4. Puteus decis. 11. de pensionibus, & decis. 459. lib. 2. cum beneficiū, & pensio regulentur iisdem terminis; Nihilominus hoc intelligi, dicebant, quando indubitanter constat de matrimonio, de quo in hoc casu Domini, non ita clarè, & indubitanter constare putauerunt, vt pensio possit dici extincta.* vbi habes quando probetur per sententiam latam pro validitate matrimonii, vel per assertionē ipsius Capellani &c. Ratio est, quia vbi tractatur de vacatione beneficii, vel pensionis; agitur principaliter de federe matrimonii, ideo exactiores probationes requiruntur, quàm vbi agitur tantum de legitimitate prolis, vt per Rotam in Vratislau. Matrim. apud Caualeriū decis. 142. ibi *Et in primis approbabant domini conclusionem illam, quod in hoc casu sufficiebant leuiores probationes, quia non agebatur principaliter de federe matrimonii,*

62 *sed de inducenda legitimatione, & successione filiorum, quo casu sequendo communem doctorum opinionem Rota contenta est leuioribus probationibus per præsumptiones, videlicet, & cōiecturas, vt vltra plura allegata in decis. est doctrina Innocentii in cap. ex parte de restit. spoliat. nu. 4. quem alii sequuntur &c.* vbi habes, sicut etiam in alia decis. desuper eandem causam facta, quæ est decis. 79. apud eundem Caualerium, vbique nam sint istæ, leues probationes &c.

Restat igitur, vt aperiamus, quæ nam sit ista exactior, & concludens probatio matrimonii in hoc casu vacationis, in quo agitur, ut supra dictum est, principaliter de federe matrimonij? *Ad* quod Respondeo ex eadem Rota apud eundem Caualeriū decis. 444. præcipuam esse, per partitam extractam ex libro Parochi, sicuti supra diximus §. præced. de probatione obitus, ibi *facta fuit resolutio pro Angelo informante, videlicet constare de legitimo matrimonio, cum in eo interuenerit Parochus, & testes, iuxta dispositionem Concil. Triden sess. 24. c. 1. de reform. matrim. Hoc autem satis videbatur probari ex libro Parochi, cui standum esse, domini censuerunt tanquam confecto à persona ex necessitate sui officii, vt in eod. c. 1. statuitur & in puncto de libro Parochi, tenuit Rota decis. 750. n. 10. p. 1. diuers. etiam quando agitur principaliter de federe matrimonii in quo exactiores probationes requiruntur vt in Romana Matrimonii 22. Iunii 1611. coram R. P. D. meo Pirouano* Nota illa uerba, *de necessitate*

63 tate sui officii, nam hūc librum, in quo scribere debet coniuiugū, & testium nomina, diem, ac locum contracti matrimonii, tenetur Parochus conficere, & cōseruare sub culpa mortali, quia ita S. Concilium iubet, & quia illius defectus cederet in magnum populi damnū *Posseu. de officio Curati cap.* 12. *nu.* 43. Vbi autem deficit talis liber quia v.g. incendio cōbustus, vel alio simili casu fortuito amissus, nō dubito, posse probari per testimoniū ipsius Parochi, vel testium qui interfuerunt dicto matrimonio, prout dictum est supra etiam de probatione obitus.

Quando diximus in principio huius §. vacare Capellaniam per contractum matrimonii, intelligitur nisi ante contractū matrimonii fuit resignatū alicui; ac eius resignationis supplicatio, ad validitatem ipsius, sufficit si fuerit signata die precedente ipsum contractum matrimonii coram Parocho, & testibus, vt habetur in Bonon. Capellan. apud *Caualer. dec.* 303. vbi quia erat Capellania de iure patron. interueniebat cōsensus medietatis patronorum sicuti de quadam permutatione fraudulenta cum alio beneficio valdè tenui ante cōtractū matrimonii facta, quod fuerit inualida; fuit tentum in Birchi nonen. beneficii 7. Iulii 1628. coram Durano referenda infra *sub num.* 12.

Etsi regulariter, qui sponsalia contrahit, debet etiam contrahere matrimonium per verba de præsenti, & ad hoc potest compelli, siue sponsalia sint iurata siue non *c. ex litteris c. requisiuit extra de sponsal.* licet quando non sunt iurata soleat Ecclesia abstinere à coactione p cēsuras *Rota apud Caualer. dec.* 468. Tū hoc intelligitur communiter; nisi subsit iusta causa disoluendi sponsalia, tunc enim Iudex debet supersedere in tali coactione, vt per Rotam apud *Caualer. d.* 421. 447. & 526. vbi etiam subdit, quòd remittitur arbitrio iudicis, quæ nā sit ista causa iusta; Ideo fuit annis elapsis dubitatum, vtrum causa non amittēdi beneficiū, sit iudicanda pro iusta ad hunc effectum, & quidem difficultas maior videbatur, quia quando cōtraxit sponsalia iste talis, possidebat beneficiū, & sic post modum ab eo nō fuit mutatus status, tamen dixi adesse in eo casu, causam iustam, quia beneficium erat magni redditus respectu illius generis personarum, sicut n. metus exheredationis, stante statuto permittente exheredari nubentem contra voluntatem parentum, qui etiā poterat præuideri, existimatus fuit à Rota, quod esset iusta causa sponsalia disoluendi, vt

in

in dictis dec. *Caual.* 421. 447. & 468. maximè quia in eod. casu neque sponsalia erant iurata, & magnum odium conceptũ f..erat à beneficiario erga spõsam, prout etiam considerabatur in citatis decisionibus, & latius habebitis inter nostras consultationes morales.

Retenta opinione *Sanchez supra*, quòd per matrimonium nulliter, contractum non vacet beneficium ipso iure, sed per sen-
64 tentiã eo possit priuari. Quæri potest, quis possit dispẽsare cũ tali qui nulliter cõtraxit, vt nõ possit Capell, amplius impetrari *Staphileus loc. sup. sub n.* 9. & si putet in omnibus casibus nullitatis matrimonij, excepto casu nullitatis consensus, beneficium vacare ipso iure, concedit tamen, quòd ad illud retinendum sufficiat dispẽsatio Episcopi, quæ facultas vt dixit *Azorius p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 16. *q.* 8. cõceditur de iure Episcopo; si Clericus longam pœnitentiam egerit, & laudabilem vitã duxerit; Vnde hodie iudicio nostro vix poterit dari casus, in quo possit talem saluare, sola dispẽsatio Episcopi; ideo est recurrendum ad Sũmum Pontificẽ pro dispensatione, quod maximè verum erit si iam sequuta fuit declaratio Episcopi, cuius est prima instantia circa talẽ priuationem, Quæ omnia saluarentur; si esset vera opinio *Garziæ* supra relata, distinquens inter eum qui scienter, vel ignoranter, nulliter contraxit, suo iuramento, vt infra dicetur §. seq. probando ignorantiam dictæ nullitatis, quia hoc casu, vt defendit ipse author, neq; per sententiã potest talis priuari beneficio &c. Certũ autẽ est, hũc talẽ donec priuetur posse beneficiũ resignare *Layman lib.* 4. *t.* 2. *c.* 14. *n.* 7.

Dixi *per matrimonium nulliter cõtractum &c.* quia dispensare, vt coniugatus Clericus retineat, vel acquirere possit pensiones, & beneficia, secundum omnes spectat ad Sũmum Pontificem, vt latè per *Sanchez d. lib.* 7. *de matrimon. disp.* 18. vbi *nu.* 14. *& seq.* late agit de incapacitate Clerici coniugati circa beneficia, sicut & nos prosequimur 2. *p. nostri tract. de officio, & potestate Cõfessarij, recoll.* 1. *n.* 118. & latius habetis in supracitatis decisio. Ferrar. Pensionis idest 95. & 96. apud Praxim *Viuiani*.

Per ingressum Religionis quando cõtingat vacatio Capellaniæ, & quomodo illa probetur.

65 *Religionis ingressu quomodo vacet Capellania Quid de Pensione n.* 67. *de emissione trium votorum simplicium in Societate Iesus n.* 68.

66 *Professio tacita, & si non sit sublata per S. Conc. Trid. rarissimè tamen accidit.*

Pro-

69 *Professione Equitum Militiarum an vacet beneficium, vel pensio, vbi an matrim. per tales Equites contractum dirimatur per talem professionē.*

70 *Professione sequuta inualida an vacet beneficium, & quomodo.*

71 *Religiosus prætendens professionem nullam post quinquennium, quomodo possit audiri.*

72 *Ignorantia iuris vel facti circa causas nullitatis professionis, an sit sufficiens ad petendam restitutionem in integrum Religioso volenti post quinquennium reclamare, quomodo probetur.*

74 *Professionem declarare nullam, quis possit, & ad instantiam cuius debeat fieri talis declaratio num. 79.*

75 *Metus reuerētialis an sufficiat ad inualiditatem professionis, & quomodo probetur.*

76 *Annus probationis quomodo computetur, & vnius diei defectus an sufficiat ad intualidandam professionem, quid de defectu aliquarum horarum nu. seq. in fin.*

77 *Computatio anni; vbi est in causa tam fauor, quam odium fit de momento ad momentū.*

78 *Habitus dimissio quando non impediat Religiosū volentē reclamare.*

80 *Nouitij beneficium non vacat nec potest conferri, ipseque percipit fructus, cum suis Ampliationibus.*

81 *Professionis tempus quousque possit nouitio prorogari.*

82 *Renunciare beneficium nouitius an valide possit ante duos menses proximos professioni, An procedat in nouitijs maioribus 16. annorum ibid. in fin.*

83 *Professione declarata irrita, an etiam euanescat renunciatio facta de beneficio.*

84 *Professio an sit facienda in scriptis.*

85 *Professio tacita vel expressa quomodo probetur ad effectū incapacitatis beneficij secularis seu Apostasiæ, quid ad finem probandæ vacationis, nu. sequenti.*

87 *Dispensare quis possit, vt beneficiatus profitendo non vacet beneficium, sed illud retinere possit.*

88 *Dispensare super voto paupertatis quomodo possit Papa.*

89 *Voto paupertatis non tam repugnat dominium, quàm vsus.*

SEquitur alius modus, similis præcedenti, vacandi Capellan. nempè per ingressum Religionis. Circa quam
65 materiā certum est, per ingressum Religionis hic intelligi professionem sollemnem, & validam trium uotorum in Religione approbata, ut habetur *in c. beneficium de Regularibus in 6.* vbi expressè habetur, beneficium ingressi religionem intra

intra annum probationis nō vacare,& pluries declarauit Sacra Congregatio teste nostro *And.Molfes.tract.6.Summa c.12. num. 18. & habetur per Rotam* in Nullius,seù Caputaq. Pensionis *18.Aprilis 1612.* coram Martino Andrea, quam refert *Viuianus lib.5.praxis c.5 in fine* in verbis infra referendis nu.68.& non solum hoc contingit in professione expressa,vt videtur se restringere *Graff. conf. 6. de Regularibus nu.* 13. ita *Garzias p.11. de benefic. c.9. Staphileus de litteris gratiæ cū de hoc modo vacandi, Molfesius loco supracitato,* & supponit Rota non solum in suprascripta decis.Nullius,seù Caputaqu. sed etiam in Brixien. Parochiali 20. Martij *1620.* coram Vbaldo, quæ est *60. apud praxim Viuiani.*Sed for
66 sitā *Graffius* id dicit, quia et si professio tacita nō sit sublata à Concilio Tridentino, vt declarauit Sacra Congregatio,teste *Garz. loc.sup. cit. nu.*8. tamē rarò accidit propter varias circumstantias, & conditiones ad eam requisitas,vt benè aduertit *Sāchez lib.5 summæ moralis c. 3. nu. 13.* fauet *P.Peregrinus in suis commentarijs ad nostras constitutiones p.2.c.5. lit.* C. *§. 6.* vbi ideò firmat,in nostra religione non dari aliquem professum tacitum,& ante eum latius probat *P. Molsest.2. in consuetudines* Neapoli *conf. 49.nu.45.*vbi latè de hac materia in terminis monialium,
67 Item non solum habet locū in benefic.vacatione,sed etiā in extinctione pensionis, vt per *Sanchez lib.7 summæ moralis c.29 nu.8.*& habetur in infrà mox referenda decis. Rotæ Romanæ.
68 Dixi primò *sollemnem*,quia ad hunc effectum non sufficit emissio trium votorum simpliciū prout fit in Societate Iesus post bienniū, quamuis per dicta vota efficiatur verè religionis, vt per *Sanchez lib. 7 summæ moralis c.27.nu.32. & c. 29.nu.*10. qui testatur, praxim eiusdem Societatis esse,vt retineant pensionē prædicti religiosi vsq; ad sollemnem professionem, vel vota coadiutorum formatorum, non autem beneficia,quę iubentur per quandam eorum congregationem,finito probationis biennio antequam emittantur dicta vota,dimitti, vt latius per Rotā in prę allegata Nullius seù Caputaquensis pensionis *18.* Aprilis *1616* coram Martino Andrea,ibi *quāuis enim adscripti huic Societati postquā emiserint tria vota simplicia,verè et propriè sint religiosi.vt diffinuit San. mem.Gregor. XIII.*

in sua constitutione Quanto fructuosius; *sub dat.* Romæ Kalēd. Februarij anno 1982. *& in alia incipiente*, Ascendente Domino *sub. Dat.* 8. Kalend. Iunij 1584 *et tradunt* Nau de Regular. comment p. nu. 19. Mandes. conf 13. nu. 3. *& seq*, Emanuel Rodriquez quæstion regular. t. 1. q. 1. a. 4. Carolus Tapia in authen. ingressi, verbo monasteria nu 8. C. de sacros. eccles. Garzia de benefic. p. 7. c. 10. nu. 53. vers. et clarius patet ex Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 25. nu. 15. Nihilominus secundum statuta dicta religionis authoritate apostolica confirmata, ante sollemnem professionē, possunt retinere beneficia quæ ante habebant appellatione beneficij; in hac materia larga, & favorabili, vt mox dicemus, venit pensio, Abbas in C. ad audientiam el 2. in pr. not. & ibi Felinus in princip. de reseriptis Gigas. de pension. q 28. nu p. & 18. Idem q. 57. nu. 5. in fine, & seq vbi propterea concludit quod sicut per professionē vacat beneficium, ita etiam extinguitur pensio: & idem tradit Gabriel conf. 187. nu 11. lib. 2. Nau. conf. 11 nu. 2 de tempore ordinat. Garzia vbi supra p. 1. c. 5. nu. 114. ergo si à pari procedunt vacare beneficium, & extingui pensionē, vbi sumus in causa vacationis beneficij: quādo è contra non vacat beneficiū, vt in casu nostro per emissionem trium simplicium votorum, nec dici potest extingui pensio, quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, l. etsi contra ff. de vulg. l. vltima §. fin. ff. de legatis 3. et vtrobique Bartolus, & paulò post. vni ex dominis placebat quod tex. in dicto cap. beneficium, quem extendunt DD. ad vacationem pensionis post emissam professionem, minimè applicetur casui nostro, quia loquitur de professione expressa, vel per susceptionem habitus professorum scienter, vt habetur in dict. tex. quem intelligunt DD. quando ex ipsa susceptione habitus professorū inducitur professio tacita, aliàs secus, qua professio siuè expressa siuè tacita non conuenit huic emissioni trium votorū, & proinde benè arguere licet ab eo quod nullibi cautum reperitur, quod per eam vacet beneficium, & per consequens nec dici possit extincta pensio & re quibus optimè conuenit, quod illi qui emiserunt dicta simplicia vota in hac societate, donec expressè in ea professi fuerint, semper dicantur esse in probatione.

69 Item, nec sufficit ad eundem effectum vacandi beneficium & extinguēdi pensiones profes-

fessio equitum militarium D. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, S. Stephani, Sancti Lazari, & similium, qui non solemnem professionem emittunt, ideoq; sunt capaces beneficij sæcularis acquirendi *Seraph. decis. 121. vbi loquitur de pensione*, & si secus sit de militibus Sancti Ioannis Hierosolimitani, cum illi solemnem professionem emittant, Ita *Sanchez d. lib. 7. sua summæ moralis c. 29. nu. 5. & 35.* quid quid contrarium videatur circa solemnitatem votorũ equitum primi ordinis asserere *P. Diana p. 3. resol. moralium tract. 2 resolut. 3. vers. 5. notandum est*, vbi asserit, non dirimi matrimonium contrahendum, nec dissolui matrimonium ratum dictorum equitum D. Iacobi &c. non quia votum solemne non fit, sed quia summus Pontifex præscripsit illi professioni formam & modum minuendo solemnitatẽ eius, quo ad hoc, scilicet, vt talem ordinem profitentibus, nubentibusq; matrimonium nõ fit cassum. Ex quibus intelligere potes, dictum M. *Megalij conf. 99 nu. 8.* asserentis simpliciter, ad concursum beneficij curati sęcularis non esse admittendum clericum professum in religione militari, vbi post Garziam refert declarationem S. Congregationis, & iussum summi Pont. circa hanc materiam.

70 Dixi secundo, *validam*, quia si professio fuit irrita (maximè si eum latuit vitium professionis) sicuti per talem professionem non remanet priuatus ipso iure beneficio nõ adhuc impetrato, & collato, nec potest illo priuari, argumento eorum quæ diximus §. præcedenti de beneficiario, qui contraxit matrimonium sed irritum, ita etiam si illud beneficium fuit impetratum, & collatũ ob hanc causam ingressus &c. illud non potest recuperare; quin alijs semper collatio esset in suspenso, & si declarata irrita professione, talis recuperaret bona ob eã causam in alium translata; de qua re latè per *Sanchez lib. 7. summ. moralis c. p. a. n. 25. Bartholomæum de Vecchis in sua praxi pro nouitijs, & nos infra*. Hic locus poscit, vt aliqua dicamus circa modum, quem debet tenere is qui prętendit, professionem declarari inualidam iuxta *Concilij Tridentini dispositionem sess. 25. de regul. c. 19.* certũ est, quod talis inualidè professus non debet audiri; nisi id fecerit intra quinquẽniũ à die professionis, idq; corã suo prælato, & ordinario, causas allegãdo.

Modo quęro primo ad propositum nostrum (relinquendo cætera ad hanc materiã pertinentia, quę facilè possunt videri post *Sanchez & alios, apud Ioannẽ Alexandrum Peregrinũ in commentarijs ad nostras constitutiones p. 2 c.p. Portellium in suis dubijs regularibus verbo professio nulla, Remigium Scrosam in suo Opusculo de inualiditate professionis*) Quomodo intelligatur id, quod dicitur, non debere talem audiri, nisi id fecerit intra quinquennium? Respondeo intelligi, vt nec Prælatus, nec Ordinarius possint post quinquennium à die professionis absq; rescripto summi Pontificis, seù Congregationis Eminentissimorum interpretum S. Concilij, vel Episcoporum, & Regularium, per quod rescriptũ summus Pontifex, vel Sacra Congregatio iuxta suas facultates, auditis causis, ex quibus fuit impeditus intra quinquenniũ reclamare, eum per viam restitutionis in integrum, habiliter ad proponendas causas nullitatis suę professionis. *Riccius p.p. Praxis decis. 656. sub n. 6. Scrosa allegato opusculo de inualiditate professionis dub. primo concl. 3. Portellius in suis dubijs regularibus verbo professio nulla reclamatio n. 42. Bartolomeus de Vecchis & alij*; nec videtur dissentire *Nouarius in suis singularibus concluſ. 116. sub n. 6.* & si antea conaretur defendere contra suum *Riccium*, & contra veritatem, quod detur casus, in quo possint Prælatus & ordinarius post quinquennium vt supra audire regulare reclamantem, nempè quando ætas minor, vel causa metus, etiam durauit intra quinquennium; quæ opinio est contra expressa verba *S.* Concilij loco supradicto, hę enim sunt causæ obtinendi restitutionem in integrum à Summo Pontifice, sicut alia impedimenta vt supra, non autem vt transacto quinquẽnio absq; dicta restitutione, sicut antea intra quinquennium Prælatus, & Ordinarius cognoscant de inualiditate professionis: ratio est manifesta, quia dictum quinquennium assignatur vt tempus, quo præscribatur ius reclamãdi quod facere potuit Cõc. Trident. ob pacem religionis, sicuti ius ciuile assignat triẽnium pro bonorum mobilium recuperatione, quo transacto ipsa vsu capiuntur, & decem annos inter præsẽtes, & viginti inter absentes pro bonis immobilibus; transacto tamen dicto tempore vsu capionis, vel præscriptionis

nis non prohibetur quis petere beneficium restitutionis in integrum, allegando causam, vel causas impedimenti, quare non potuit prius sua iura prosequi, vt DD. communiter docent, & est videre per *Sanchez citato lib. 7. de matrim. disput. 37. num. 19. quem etiam refert Scrofa in dicto opusculo de inualiditate professionis dub. 19. num. 9.* Concordant etiam DD. ad hanc restitutionem obtinendam, sufficere allega-
72 re ignorantiam dictæ inualiditatis intra quinquennium, scilicet quod professio fuerit emissa ante completum annum sextumdecimum ætatis, vel non dum expleto anno probationis, aut certis cõditionibus non seruatis sit inualida, quæ dicitur ignorantia facti. item ignorantiam iuris, quod scilicet professio ante dictum tempus emissa, vel metu, aut alio defectu, sit irrita, iuxta regulam communem, de qua post *Oddo de restit. in integrum p. p. q. 8. a. 9. n. 45. vers. Contrarium* testatur Rota apud *Caualer. decis. 141. nu. 3.* quod ignorantia sit iusta causa petendę restitutionis in integrum. Etsi discordent in eo, an ad probandam dictam ignorantiam
73 sufficiat iuramentum ipsius petentis restitutionẽ; Ita Rodriquez *in Addit. ad Summ. t. 4. c. 65. con. 1. 6. quem videtur sequi* Portellius *in suis dubijs regularibus verbo professio nulla n. 45. in fine*. Sed cõtrarium videtur firmare *nu. 51.* dum magnificat doctrinã illam *Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 37. nu. 28* docentis, in foro conscientię, qui sciuit nullitatem suæ professionis neq; vllo modo ratificauit in quinquennio, posse reclamare transacto quinquennio ratione iustæ ignorantiæ, & si rogetur sub iuramento, an ignorauit licentiam reclamandi, quã habebat in quinquẽnio, potest iurare se ignorasse, intelligens interius, se habuisse ignorantiam, & non habuisse scientiam, cum qua ratificauerit professionẽ præsumptam à Tridentino, ob quam præsumptionem iubet vt non audiatur; sic *Sanchez*, cuius doctrinam etiam refert *P. Diana, & laudat p. 3. resolut. moral. tract. 2. resolut. 53.* Nec dicas primo casu docuisse, non sufficere solum iuramentum, ipsius: secundo casu præsupponere ipsum iuramẽtum ignorantiæ, esse coniunctum cum alijs coniecturis, & adminiculis excludentibus scientiam dictæ inualiditatis, seù causæ illius; cum ignorãtia non sit iusta causa restitutionis in integrum quando adest

adest præsumptio scientiæ; Rota apud *Caualerium decis. 151.nu.7.* quia in hoc casu nostro, præsumptio scientiæ non inducit ratificationem professionis, quam præsupponit Concilium adfuisse intra quinquennium, *Portellius loco supra citato nu. 45. versus finem*, sicut præsumptio scientię in alienante bona prohibita alienari, inducit caducitatem, vt est casus dictæ decisionis, vnde si verè iste nō ratificauit, sicut potest iurare vt supra, ita etiā debet suum iuramentum sufficere ad probationem suæ ignorantiæ. Confirmatur: quia talis non potest cogi ad profitendum verè, & validè, & potest fugere, matrimonium contrahere si non sit in sacris, vt omnes DD fatentur, & post *Sanchez latè discurrit Portellius d. verbo professio nulla nu. 43. vbi nu. 46. ex Nau. & Rodriquez* docent, quod sciens clarè nullitatem suæ professionis, si absq; scandalo possit fugere, non teneatur allegare causas nullitatis coram Prælato, & Ordinario, neque esse Apostatam: ergo neq; tenetur petere restitutionem in integrum: Igitur si petit, tanto magis sufficit ei iuramentū ad probandam ignorantiam,

74 Quęro secundo (præsupposito pro certo, quod iudex in hac causa, quando agitur de inualiditate professionis regularium, non est Episcopus tantùm, nec superior tantū, sed superior, & Episcopus simul, vt per *Schrofam d. opusc. de inualiditate professionis dub. p. nu. 2. & 3.* & alij *communiter*) *quis intelligatur pro superiore, & Ordinario?* Respō detur intelligi pro superiore regulari illius monasterij superiorē, in quo qui vult reclamare emisit professionem, & Episcopū seu Vicariū Generalē illius loci vbi existit monasterium, in quo professus fuit; ita decisum testatur post *Armend. Nouarius in suis singularibus concluſ. 116. nu p. vers. qui quidem.* Dixi *regularium*, quia secus est de monialibus, pro quarum professione declaranda inualida inquit *Riccius p. p. Praxis decis, 656.* sufficit Episcopus, qui de meo iudicio intelligendus est de monialibus exemptis & sic subditis regularibus, nā de illis poterat esse dubitatio.

Quęro tertio circa causas inualiditatis proponendas coram superiore, & Ordinario, an metus reuerentialis

75 sit sufficiens? Duas opiniones sibi contrarias circa hanc difficultatem reperies apud *Portellium in suis dubijs regularibus, qui dicit vtramq; esse probabilem nu. 12.* & post

nu,

nū. 13. & apud *Dianam supra resolut. tract. 2. resolut 92.* qui affirmatiuæ opinioni adhæret, cōtra *Sanchez* & alios: pro quorum opinione negatiua vēriori accipe verba Decisionis Rotæ in illa Brixien. Parochiali 20. Martij 1620. coram Vbaldo, quæ apud *Vivianum est decisio 60. vbi* etiā habes modum probandi dictum metum reuerentialem, *Testes enim deponunt ipsum metu reuerentiali patris suscepisse habitum, & ex ipsius litteris ad patrem scriptis ante prętensam professionē apparet, quod potius volebat fieri miles, quam profiteri, & de suis litteris deponunt etiam testes, & alij addunt videlicet 9. & 11. se audiuisse ab eius patre, quod si Virginius exiuisset à religione, illum priuasset omnibus bonis suis, & alij deponunt de publica voce & fama, vt d. summario nu. 5. Ex quibus videtur satis probatus metus reuerentialis saltem, qui licet non sufficiat ad infirmādam expressam professionem, sufficit tamen ad elidendam præsumptionem tacitæ professionis resultantis ex gestatione habitus in religione, Abbas in C. perlatum n. 14. post Innoc. ibid. de his quæ vi, metusue causa fiunt,* & firmauit Rota *in d. decisione 579. nu. 5.* Hæc opinio mihi placet, nam si hæc porta aperiretur hodie maximè monialibus circa professionis expressæ nullitatem ob metum reuerentialē, lites innumeræ suboriri possent, dicit *Portelius loco supra nu. 12. in fine;* & ego addo quod paucę moniales remanerent in monasterijs, cum parum ob auaritiam curent parētes de excommunicatione lata in S. Concilio Trident. contra cogentes puellas ad ingrediēdū dicta monasteria.

Circa aliam causā inualiditatis professionis ob nō expletū annū probationis & 16. ætatis; dubium fit inter doctores

76 quomodo debeat computari dictus annus. Cōmunis doctorum opinio, qui de hac re tractant, est quod debeant computari de momento ad momentum, & sic cessent in casu isto regulæ illæ, quod parum pro nihilo debeat reputari, vel quod dies inceptus habeatur pro completo, *Rodriquez t 3. qq. regul. q. 13. a. 4 & in summa 2. p c 8 nu. 70. Graffius conf. 6. de regularibus nu. 6. Lessius lib 2. de iustitia & iure c. 41 nu. 59. in 4. notabili, Campanilis in suo diuersorio iuris canonici Rub. 12 c. 3. nu. 4. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 16. nu 4. & clarius lib. 2. disp. 24. nu. 22. & p. 2 summæ lib p. c 4. nu. 9. Miranda in suo manuali Prælatorum*

*torum reg.t.p.q. 22. a. 3.concluſ.2.*ideoq; non expectandus alius dies,vt benè *Portellius in ſuis dubÿs regularibus verbo,nouitÿ annus nu. 47. & verbo profeſsio nulla n. 14.* vbi,quod quando Annus eſt biſextus,duo illi dies computantur pro vno;proſequûtur *P. Peregrinus in ſuis cõmentarÿs ad noſtras conſtitutiones p.2. a.1. lit.C.§.6.& ante eum Riccius p.p.praxis deciſ. 656.nu. 5.* vbi expreſsè ait, quod ſi deficiat vnus dies ætati 16. annorum ; nulla eſſet profeſſio, quidquid alibi in eadem *praxi p.3.reſolut 322.* in cõtrariũ aſſerat in eo caſu vbi anno probationis deficiat vnus dies , contra quam opinionem,anno præterito fuit deciſum iuxta ſupradictam communem ſententiam , de qua poſt *Sanchez teſtatur P. Naldus in ſua ſumma, verbo profeſsio regularium nu.6.* &

77 ratio eſt,nã vbi eſt in cauſa tã fauor,quam odium,vt in caſu noſtro , ſemper annus debet computari de momento ad momentum,*Goffredus in ſumma titulo de ætate, & qualitate ordinand in principio*,ideoque rectè in noſtra religione, (vbi Nouitius poſt aliquot mẽſes, in quibus fuit hoſpes, induitur habitu poſt prandiũ) fuit decretum,vt profeſsio nõ recipiatur eodem die recurrentis anni , cum profeſsio emittatur ante prandium inter miſſarum ſollemnia. quod autem annus probationis incipiat à die receptionis habitus,& non à die ingreſſus, eſt certum,& diximus *p.1.noſtræ Recollect.de iubilæo num.* 234. quibus illic allegatis adde poſt *Sanchez*, vniuerſam hanc noſtram doctrinam , clarè, & expreſsè docentem , *Portellium in ſuis dubÿs regularibus verbo nouitÿ annus n.* 49. ex quibus verbis patet non ſolum vnius dei , ſed aliquarũ horarum defectum inualidare , vt ſupra profeſsionem . Quod iſte annus , & alia forma inducta à *Sac.Conc.Trid.* ſupra pro profeſſione regularium non habeat locum in profeſsione equitum ordinis militaris declarauit S. Congregatio , & dixit *Rota* apud *Seraph. deciſ.* 121.

Quoad illud tertium requiſitum Concilij Tridentini poſitum à *Nouario in ſuis ſingularibus concluſ. 16.ſub nu.* 2. pro eo qui vult dicere nullam profeſsionem, ſcilicet ne dimiſe-

78 rit habitum . Nota,quod dimiſsio habitus non impedit quin regularis audiatur ſuper nullitate profeſsionis, ſi poſtea eundem habitum reaſſumat,vt poſt *Riccium,Campanilem,Suarez,Mirandam,Barboſam,& alios probat Diana*

ſæpe

sæpe resolut. tract. 2. resolut. 13 in fine, imò *Portellius, verbo professio nulla, n. 49. in nouiss.* habet hæc verba, *& præterea quod si habitum dimisit ante reclamationem poterit adhuc audiri, cõcilium enim videtur soluu innuere, quod non audiatur absq; habitu, ideſt exutus habitu; depositio enim illa habitus si præcesit, non debet adeo præiudicare misero homini, vt teneatur inuitus tota vita subire iugum, tam difficile, maximè cum præiudicio ordinis, cui fortè est ineptus, id quod etiam uerius erit si dimisit habitum, quia non poterat commodè cum illo allegare causas suæ nullitatis, & cum tali habitu nõ poterat commodè Prælatum, & Episcopum adire*, ex qua doctrina defendi quendam regularem prætẽdentem dictam nullitatem, qui cum non posset obtinere obediẽtiam à suo superiore eundi in locum vbi professionem emisit, absq; licentia illum locum petijt, quæ õnia queso notes.

79 Quæres tandem, an intra quinquẽnium possit superior proponere causas nullitatis professionis coram ordinario vt à religione illum dimittat, sicut potest ipse religiosus. tãgunt hoc quæsitum *Scrofa in suo opusculo de inualiditate professionis dub. p. nu. 7. & Nauarius d. concluſ. 116.* & meritò respondẽt negatiuè, quia ibi Concil. Trident. ita disponendo pro regularibus inducit priuilegium personale, quod non trasgreditur personam ipsorũ, sed ipsam semper sequitur; & regula *correlatiuorum eadem debet esse dispositio*, nõ habet locum in dicto priuilegio personali, maximè vbi viget diuersa ratio, vt in casu nostro, & per authores superiores.

Quòd interim dum beneficiatus est nouitius non vacet beneficium, & faciat fructus suos, percipitur expressè ex textu in *c. beneficium de regulari-*
80 *bus in 6.* de qua re late habetur per *Garziam d. p. x 1. c. 9. a. nu. 27.* tum per Rotam in supradicta decis. Nullius, seù Caputaq. pensionis *18.* Aprilis *1616.* coram Martino Andrea relata à Viuiano *lib. 5. suæ praxis iuris patron. c. 5. uersus finem*, ibi, *qua ratio expressè legitur in d. constitutione Gregoriana, & est eadẽ, qua motus Bonifacius 8 in c. beneficium de regul. in 6. decreuit beneficium ingressi religionem non vacare: & ideo Archid. ibid. nu. fin vers. ad hoc dicas post Tancred. & Bart. Brixi tenet*, quod beneficiatus interim faciat fructus suos, quia potest ad sęculum reuerti sequitur *Tiraquell. de retract. lign. ager. §. p. glos. 8 nu. 34.*

in fine Siluest. *in verbo religio* 2. *nu.* 8. *ad medium verſ. reliquum verò*, Eman. Roder. *t. p. qq. regul. q. 37. n. 1. verſ. 3. nota*, quæ ratio militat etiam in penſione, latè *Sanchez lib. 7. ſui operis moralis c. 4. à nu. 8.* vbi, quod ſi conferatur, erit nulla collatio, nec reualidatur per ſequentem profeſſionem, ibique inuenies alias ampliationes, & in ſpecie *nu. 4.* ampliat etiam ſi in fundatione cappellæ cautum ſit, vt certo tempore abſente, vel non celebrante cappellano à ſimili, ipſa cappellania vacet, quia per hoc non vacat durante nouitiatu, vbi etiam reperies extenſionem ad eum caſum, in quo ex aliqua cauſa ipſa profeſſio prorogetur, de qua
81 prorogatione, ſcilicet quouſq; poſſit prorogari ad ſex menſes ob habilitatem nouitij, quando tamen eſt ſpes, quod euadet habilis, adeſt declaratio S. Cõgregationis, vt pluribus allegatis teſtatur *P. Peregrinus in Commentarijs ad noſtras conſtitutiones p. 2. c. 1. tit. c. §. 11.* & declarationẽ refert *Quaranta in ſumma Bullarij, verbo monaſteria, & conuentus*, quæ declaratio nõ habet locũ in nouitijs moniali ũ, quia forſan indigẽt maiori tẽpore ad addiſcẽdum legere officium diuinum, vt poſt Rodriquez, *refert Portell. verbo profeſsio nouitij nu. 1. & Sanchez lib. 5. ſummæ c. 4. nu. 21. in fine*, vbi bene aduertit, eandem declarationem obtinere ſibi locum, vbi prorogatio temporis profeſſionis vltra annum fit ex cauſa inhabilitatis, & ſic in odium nouitij, non autem quando fit ex alia cauſa iuſta in fauorem nouitij, puta renunciandi beneficium, vt habui in facto. Adde quod etiam vltra prorogata dicto tẽpore ſemper profeſſio quando indè fit durante nouitiatu, profeſſio eſt valida, vt poſt alios notat *Diana p. 3. reſolut. moral. trac. 2. reſol. 128.* ſicuti certum eſt, quod retinebit dictum beneficium ingrediens religionem, ſi nũquam profiteatur, vt de cõuerſis aſſerit *Staphileus de literis gratiæ cum de hoc modo vacandi nu. 15. & habetur per Sanchez lib. 7. Summ. c. 29. nu. 4.*

Si igitur non vacat beneficium tempore nouitiatus, & ipſe facit fructus ſuos vt ſupra, poterit etiam illud durante nouitiatu renunciare, vel reſignare in fauorem alicuius ſibi bene viſi; ita *Garzias p. 11. de benef. c 9. à nu. 10. Vinianus lib x. Praxis c. 10. nu. 54. Sanchz loco ſupra lib. 7. operis moralis c. 4 nu. 2.* vbi id probat ex verbis textus in dicto c. beneficium, quæ ſunt

iſta

ista, *beneficium illius qui religionem ingreditur non est infra probationis annum conferendum, nisi ad id ipsius assensus accedat, sed interim eidem beneficio per alium deseruiri debebit, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione*

82 Hinc oritur prima difficultas, an in renunciatione beneficij est seruanda à nouitio dispositio *Concilij Tridentini sess. 25. c. 16.* ita vt si non fiat infra duos menses proximos professioni, & cum conditionibus ibi præscriptis, quas examinat latè post alios *P Peregrinus in commentarijs ad nostras constitutiones p. 2. c. 1.* illa iudicari debeat irrita, & inualida, prout de renunciatione aliorũ bonorũ expressè ibi disponitur, *Garz. p. 11. de benef. c. 90. a nu. 12.* defendit opinionẽ negatiuã in tali renũciatione non locum sibi vindicare dispositionem Sacri Concilij, sed *Maiolus, Flaminius Parisius, quos sequitur, alijs allegatis Sanchez lib. 7. Summ. c. 5. nu. 38. Probat noster P. Peregrinus loco supracit. litera g. §. p.* eius sunt opinionis, quod etiam in renunciatione sint adhibendæ sollemnitates & attendendum tempus præfixum in dicto S. Concilio Tridentino, ac testantur ita pluries declarasse S. Congregationem, qui proinde docẽt consequenter, dictam renunciationem continere tacitam conditionem, si professio sequatur, & ideo non posse Episcopum illud cõferre, & aliàs collatum donec talis profiteretur, si non profiteatur, de facto esse reddendum nouitio egredienti; tam si beneficium illud sit cuius titulo fuerat ordinatus sacris ordinibus, quam si secus, vbi etiam *n. 40.* habes, cuius sint fructus huius medij temporis; certum est autem quod si talis renunciatio beneficij fuit facta ante ingressum religionis, etsi contemplatione ingressus, semper erit valida, etiam si egrederetur à religione, cũ in tali renuntiatione non habeat locum dispositio S. Cõcilij Tridentini, vt declarauit Sacra Congregatio, & referunt, ac probant *Sanchez loco supracit. c. 5. num. 27. Grazia d. c. 9. nu. 15. Riccius p. p. praxis decis. 651. Peregrinus loco supra cit. §. 2.* de ea opinione, quod dictæ conditiones renũciationis à Cõcilio præscriptæ obseruari debeant tantum à nouitijs minoribus *16.* annorum; vide *Sanchez lib. 7. Summ. c. 5. a nu. 6.*

Secunda difficultas, an declarata irrita, & inualida professione ex aliquibus causis, de quibus supra à *nu. 75.* etiam remaneat inualida renunciatio,

tio, & resignatio beneficij facta ab eo dum erat nouitius, sicut hoc casu euanescere renunciationem aliorum bonorum, probat & declarat *Sanchez d. lib. 7. Summ. cap. 5. à num. 15. prosequitur alijs allegatis Peregrinus loco supra cit. fauent adducta per P. Molfes. cons. p. nu. 26. & seq. & cons. 39. a. nu. 2.* quia dicta renunciatio sicut alij contractus intelliguntur initi cum illa clausula, *rebus sic stantibus*, etiam euanescat renunciatio beneficij ab eo facta, & iam collati per habentem potestatem; & respõdetur adhuc iuxta ea quæ diximus supra negatiuè, ipsum silicet nõ habere posse regressum ad dictum beneficium vel beneficia, quia resignatio, & renunciatio ipsorũ etsi fiat ex qualibet causa, tamẽ semper simpliciter censetur facta, ne collatio eorũ vt ibi dixi, maneat in suspenso, & ita seruat Praxis, & de facto fuit declaratũ talem nulliter professum, non posse obtinere mandatum de manutenendo aduersus eum qui à Papa fuit ex dicta causa prouisus, & in possessionem immissus per notata à *DD. in l. prædia ff. de acquirenda possess. & notata a Rota in Acerr. canonicatus 13. Maij 1600. corã Litta & Carpentorat. Archidiaconat. 19. Ianuarij 1596.* nec potest prætendere retinuisse ciuilem possessionem, cum implicet velle profiteri, & retinere beneficiũ. præter quã, & prouisus à Papa, & immissus in possessionem authoritate Iudicis, ita acquirit tam ciuilem quam naturalem possessionem, vt præcedens possessor vtraq; remaneat priuatus, *Mobed. dist. 4. de restit. spoliatorum, Rota p. 1. diuers. d. 461. nu. 7.*

Nunc verò aliqua sunt subijciẽda circa probationem ipsius professionis ad finem vt possit iustificari vacatio ipsa beneficij ob professionem, *Riccius p. 1. Praxis decis. 437.* loquendo in terminis exẽptionis, docet, professionem non solum probari per scripturã, sed etiam per testes, ea ratio-

84 ne quod & si professio faciẽda sit in scriptis, tamen non per hoc, si fiat sine scriptura, erit inualida, intellige nisi professio aliàs facta sine scriptura declaretur irrita per regulam ipsius religionis à S. P. approbatã, vt percipitur ex *Sanchez post Azor. & alios lib. 5. suo operis moralis c. 3. n. 4. & 5.* in terminis probandę apostasiæ à religione ad effectum incapacitatis beneficij adeptionis. quod autem non solum scriptura, sed etiam testibus possit probari professio, habetur per Rotam apud

Caua-

Caualerium decis. 271. ibi, minus videbatur obstare, quod professio posit probari per scripturas C. vidua 20. q. p. Glos. in c. 1 §. postquam autem in verbo in scriptis casu 6. de censibus in 6. per tex. in c. ões fœmine 27. q. p. & ideo non videtur admittenda probatio per testes tanquã superflua, Egid. decis. 9. in principio quia respondebatur scripturam esse necessariam ad conuincendum professũ de Apostasia, vt scriptura propria ei obuiet, qui contrauenit, vt dicit Glosa in d. cap. vidua vers. scriptis, sed nõ est verum quod professio non posit probari per testes; vt est textus expressus in C. super testibus, vbi Glosa in verbo sui ordinis, & ibid. Bald. num. 5. Felin. n. 1. vers. item facit, Aretin. nu. 4. Francus in dicto c. 1. §. postq; nu. 3 vers. in ea glosa ibi in profitendo, Ber. cons. 29. nu. 10 lib. 1. in ijsdem terminis probandę professionis ad finem apostasiæ, & sic ut sit incapax quis collationis beneficij absq; expressa dispensat S. Põtificis, habes latius in Brixien. Parochi 20. Martij 1620. coram Vbaldo, quæ est 60. apud Viuianum, ibi, Talis probatio non videbatur adduci contra Virginium, et quidem ingressus in religionem non tontrouertebatur; sed hic non sufficit ad professionem, Abb. in c. nuper nu. 4. de testibus, vbi quod ex ingressu non infertur ad professionem, & notant Bald. Salic. Castr. Corn. & alij in l. si quis heredem C. de instit. & substitut. Decius cons. 379. incip. coucluf. nu. 4. cum alijs per Tiraquell. de retinet. ligniag. §. p. Glos. 8. n. 33. Quo uero ad professionem, illa, aut est expressa, aut tacita. De expressa, quæ fit per emissionem trium votorum C. ad monasterium in fine de statu monachorum. Rota decis. 216. nu. 3. p. 2 diuer. & in Toletana professionis 18. Aprilis 1614. coram me, quæ est decis. 579. nu. p p. in recent. non docetur nec per scripturã, neq; per testes nec per alias legitimas probationes, & saltem non docetur de professione valida, & legitima, Rota decis. 1121. p. 3. diuers. prout est necesse ad effectum Apostasiæ, vt supra dixi; Non obstant testes examinati coram Nũcio, quia partim testantur de auditu ab alijs qui nihil probant C. licet ex quadam de testibus, partim deponunt de professione minus legitima de nocte emissa, & nõ deponunt, quod sit facta in manu superioris habentis facultatem incorporandi monachum in monasterio &c. Quo vero ad tacitam illa non inducitur ex habitus assumptione, vel gestatione, cum habitus non faciat monachum C. porrectum de re-

regular. glos. in C. Vidua eod. tit. Nau. *cons.* 16. *nu. p. eodem tit. Nec obstat, quod cum eodē habitu permanserit in religione per nonnullos annos, quin talis præsumpta & tacita professio cessat, stantibus protestationibus, & discessu profitētis. Abbas in c. tuarum post glos. ibid. & alij* DD. *de priuileg. Bald cons. 206. lib. 4 cum alijs, per* Rotam *in* Meten. *professionis 18. Aprilis 1614. corā me, quę est decisio 179. nu. 3. p. 1. in recent. confirmata 25. Maij 1615. vbi alia cumulantur, &*

86 *decis. 705. nu. 3. p. 2. in recent.* Ex quibus facilè colligere potest quis in casu nostro, vbi agitur de probanda professione ad finem iustificandi modum vacationis, iuxta quem fuit facta collatio, vel impetratio, sufficere si probetur per scripturam, ideſt per professionem in scriptis ab ipso contextā, seù copiam ipsius authenticā, vel notā factā de ea in libris monasterij ab eo, cui ex munere hoc pertinet; *fauet Seraphinus decis. 755.* etsi loquatur in terminis ordinum militarium, ibi, *susceptio habitus & professio probatur per instrumentum publicum, in quo continetur expressa votorum emissio, & habitus susceptio*; si vero dicta scriptura, vel nota, seù partita libri haberi non potest, quia incendio, vel alio casu fortuito deperditę sunt scripturę, & libri monasterij, probanda erit per testes vt supra de visu, prout dictum est supra, cum *de probatione vacationis per obitum, vel per matrimonium*.

87 Quinam possit dispensare cum tali beneficiato profitēte, vt retineat beneficium, & per consequens non vacet ob eius professionē? Quęrit *Staphileus in suo trac. de litteris gratiæ cum de hoc modo vacandi à n. 4.* qui videtur concludere, quod Eps id possit. quod intelligit *Sanchez lib. 7. summ. moralis c. 29. nu. 6.* de beneficio curato, non autem de simplici, pro quo, vt inquit ipse, est necessaria dispēsatio S. Pontificis: quod autem dicitur de beneficio curato, vt pro eius retentione sufficiat dispensatio episcopi, intellige quoad exercitium curæ, applicando redditus monasterio, cuius nomine possidentur, vt *in fine nu. 15. habet Staphileus*, quia episcopus non potest dispensare, vt monachus habeat proprium, sed semper in hoc casu, necessaria est Pontificia dispensatio: pro qua re, nota verba decis. super mentionatæ Nullius, seù Caputaq. pensionis 18. Aprilis 1616. coram Martino Andrea, relata à *Viuiano lib. 5. Praxis c. 5. in fine*, in terminis

minis concessionis factæ religiosis Societatis Iesu, qui emiserunt tria vota simplicia retinēdi beneficia, & pēsiones; ibi, *negari igitur nō potest, quin illa facultas retinendi ius, & dominium bonorū suorum in persona regulari, attēto iure communi quodāmodo afficiat, & limitet votum paupertatis, etiam si de illis non possit ad libitum disponere, & sit etiam parata arbitrio superioris illud dominium à sè abdicare: Lessius li. 2. de iustitia & iure c. 41. nu. 7. ad medium vers. nihilominus; & nu. 71. vers. 2: exinde necessaria fuit authoritas Romani Pontificis* 88 *qui ex causa potest super huiusmodi voto pauperatis cum monacho, etiam remanente monacho dispensare, vt post Innoc. in c. cum ad monasterium nu. 2. est communis opinio canonistarum ibi; et in dicto cap. non dicatis, vbi Prepos. nu. 12. in p. concluf. & nu. 13 dicit communē, prout* Nauarr. *ibid. in coment. 2. de regular nu. 17. fatetur communem, licèt ab ea discedat* Couarr. *in c. 2. nu. 10 & seq. de testamentis, Greg. Lop. in l 2. verbo nō puede tit. 6. p. 1. Garzia de benef. p. 7. c. 10 n. 60. & 91. Eman. Rodriquez. t. p qq. regul. q. 37. art. 4 vers. cui obiectioni, qui omnes ita respondent tex. in dicto c. cum ad monasterium in fine vbi dicitur, quod abdicatio proprietatis, sicuti & custodia castitatis ita est annexa regulæ monachali, vt contra etiam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, vt scilicet intelligatur sine causa non autem cum causa, prout* 89 *in casu nostro; & ratio est, quia voto paupertatis, & illius substantia, non tam repugnat dominium quam usus, & sola Ecclesiæ constitutione monachus est incapax dominij, quo fit, ut Papa qui est supra ius, & Ecclesiæ constitutionem rectè possit illum facere capacem dominij, etiam manentem monachum quo ad usum, modo religiosam paupertatem seruet, ut sit paratus arbitrio superioris quandocunq; dimittere, vt in puncto declarat Vasquez in p. 2. t. 2. disp. 165. c. 6. per totum Lessius de iust. & iure lib. 2. cap 4. dub. 5. num 17. Miranda t. p. Manual. Prælatorum Regul. q. 10. num. 3. in concluf. & respons. ad primum.*

Adde fuisse dubitatum diebus elapsis, an ritè processerit quidam Prouincialis declarando quemdam fratrem suę religionis inualidam emisisse professionē, ex eo quod ipse probabat non peregisse annum nouitiatus in monasterio ad hūc effectū designato

to

to iuxta Cõstitutionẽ Clem. VIII. de nouitijs ad regularẽ habitum non recipiendis, nisi in monasterijs, & locis designãdis 20. Martij 1599. vbi declarat *receptiones, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi decretum, admissi fuerint, nullas & irritas ad quemcumq; effectum* hæc sunt verba ipsius cõstit. quã integram habetis apud *Quarantam in summa Bullarij verbo monasteria, & Conuentus fol. mihi* 318. Ratio dubitandi prima erat, nam ex Sacri Concil. dispositione in similibus casibus non potest procedere solus Prælatus, sed cum eo debet interuenire ordinarius vt sup. *nu.* 74. Secũda quia iã à die professionis non solũ elapsũ fuit quinquennium, sed etiam decennium, quo casu, vt etiam dictum fuit supra n 71. debet obtineri à S. Pontifice restitutio in integrum.

Contrarium autem videtur, sal ua declaratione facienda super hanc materiam ab Eminẽtissimis Cardinalibus S. Congregationis Concilij, quoniã hìc sumus in causa laborantis impedimento perpetuo ad profitendum, cum S. Põtifex expressè per dicta verba non solum annullet professionẽ, sed etiã receptionem habitus, quo casu neq; cadit præscriptio neq; præsumptio tacitè professionis, ita in terminis motus p. prij Sixti V. de criminosis vel aliàs debitorũ onere grauatis, & illegitimis ex ingressu vel sacrilegio incipiente *cùm de omnibus* 6. Kalendas Decembris 1586. apud *Quarãtam loco sup. cit. fol.* 307. probat Sãchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 37. *à nu.* 30. etsi ibid. ad medium moneat, dictum motum quo ad illegitimos fuisse moderatum per Gregoriũ XIV. & quò ad maiores sexdecim annorum, receptis ad habitũ, & professionem non seruata forma in eo præscripta, fuisse reuocatum, & ad terminos iuris reductum, scilicet his casibus quãdo redditi sunt tales perpetuò inhabiles ad profitendum, non comprehendi, in dicto decreto S. Concil. Tridentini, & ideò debere procedi iure ordinario, nec habendã esse rationem quinquennij. sequitur, Rosellius *in suis dubijs regularibus verbo Professionis nullæ reclamatio num* 52. qui idem docent quando, & si impedimentũ non sit perpetuum, sed temporale, quando id impedimentum durat quoque post professionem vbi num. 34. ad finem tangit dubium de quo nos supra sub n. 21. an si impedimentũ

duret

duret toto quinquennio, vel eius parte, numerandum sit quinquennium à die cessationis impedimẽti, nec ne? & concludit, eo casu concedi debere aliquod tempus arbitrio boni viri sufficiens, vt possit talis professus reclamare; non declarat tamen à quo debeat cõcedi tale tempus; vnde cùm in praxi seruetur, hoc non solum declarari, sed concedi à Summo Pontifice seù à Sacra Congregatione, remanet firma nostra cõclusio, quod nempè, numquam procedat superior, neque ordinarius, in simili causa post quinquẽnium, nisi obtenta restitutione, vt loco citato diximus. Tangit etiam *Sanchez supra*, casum de impedimento perpetuo, statuto per regulam Religionis approbatam à Summo Pontifice, vel professione emissa, contra Protestationem expressam Religionis, non esse scilicet mentem admittendi si profitens patiatur talem, vel talem defectum: circa quam materiam omnino videatur *decisio Rotæ in Bonon. 9. Decembris 1611. quæ refertur à Farinaccio post secundum volumen suorum consil. decis. 346.*

De Vacationis Probatione ratione non assumpti Sacerdotij, vel per alterius beneficij assequutionem.

90 *Priuatio beneficij ob non assumptum ordinem ad illud requisitũ, quando vacet ipso iure, vel non.*

91 *Onus probãdi quem non assumpsisse ordinẽ requisitum ad beneficiũ, cui incumbat.*

92 *Capellania non vacat per assequutionem beneficij curati & nu. 93.*

94 *Cardinales tenentur ad residentiam in suo titulo, & quæ benefic. semplicia possint habere.*

95 *Capellaniæ duæ requirentes residentiam, an possint ab eodem retineri, & nu. seq.*

97 *Capellanus quando teneatur ad residentiam, refertur decisio Rotæ nouissima.*

98 *Capellanus nõ tenetur celebrare per seipsũ, nisi hoc expresè sit cautũ in fũdatione*

100 *Beneficia simplicia, Etsi olim requirebant residẽtiam, hodie non requirunt, & n. seq.*

103 *Residentiæ onus eo ipso censetur impositum Capellanis, quando iniungitur, vt inseruiant horis canonicis in Choro, non autem, vt per se celebrent.*

104 *Associare dicit per seipsum, & non per alium.*

V. De

90 DE probatione vacationis, ratione nõ assũpti ordinis Sacerdotalis elapso anno, non pertinet ad nostrũ institutũ agere, cum expressè ipsa pœna priuationis, ipso iure imposita in *c. licèt tenor de elect. in 6.* habeat locum in Ecclesia Parochiali tantũ, & nõ in aliis beneficiis curatis, quales sũt Capellaniæ, vt benè per *Staph. in tr. de Litt. gratia, cum de variijs modis vacationis in 4. modo num. 3.* qui sic testatur fuisse decisum per Rotam, in qua decis. fuisse quoque decisũ refert, *quòd tenẽs Capellaniam requirentẽ Sacerdotium, non priuatur ea ipso iure, nisi fuerit monitus, posito quòd non promoueatur intra annum*, hæc sunt eius, formalia verba. Vbi limitat hoc *ex ead.* Rota, nisi Capellania ex sui fundatione haberet hoc onus annexum cum pœna expressa, quòd obtinens illam promoueatur, infra annum, aliàs sit priuatus dicta Capellania, & sic, secundùm ipsum, non sufficit; si à fundatore dicatur, per verbum futuri temporis *priuetur* ad hoc, vt debeat priuari, & vacet ipso iure. Quòd autem in omnibus casibus, in quibus, fũdator Capellaniæ ita disponit, vt ipso iure vacet, possit vt vacans impetrari, dictum est *in princip. Prax. supra* & percipitur ex dictis per *Vivian. d. cap. 5. n. 104.* cùm incubat onus probandi dictum
91 ordinem nõ fuisse assumptũ, impetranti Capellan. ex hac causa; vt habetur in *Basil. Canonicatus 17. Martij 1631. corã Dunozetto* ibi; *Praterea gratia non iustificatur in illa parte, in qua fuit narratum*; quam habes in fine operis, negatiua enim est probanda ab eo, qui in illa se fũdat: *Rota apud Caualerium dec. 315* Hic agendum esset de modo probandi dictam negatiuam si locus opportunior nobis, non offerretur infra *Praxi 6.*

Idem dicendum est de vacatione ex eo quod Capellanus assequutus sit secundum bene-
92 ficium incompatibile, quia pœna priuationis posita in *C. de multa extra de præben. & in extrauag. execrabilis eod. ti.* procedit, vbi quis habet iam primum beneficium curatũ, Canonicatũ, vel personatũ, aut dignitatem, & consequitur secundum simile, tunc. n. vacat primum beneficium, vt post Rotam diximus *supra q. 2. sub n. 28.* non autem in eo, qui habet beneficium non habens curã animarũ vel dignitatẽ, vel personatũ annexũ, & sic simplex, prout est Cappellania, de qua hic agimus & expressè post *Panorm. dixit Azor. p. 2. lib. 7. c. 16. quæs.*

9. uerſ. quare, utrſus finẽ. Latius per Garz. p. 11. de beneficijs c. 5. vbi late de iſta materia, & 51. & ſeq. habes in ſpecie, quã do beneficiũ ob talẽ causã ua cãs ſit reſeruatũ S. Põtifici, & ratio adducitur poſt Rotã d Staph. de Litt. gratiæ cũ de varijs modis vacationis in 3. modo n. 5. in fi. quia dicti textus sũt pœnales, & ideo debẽt ſo lùm in terminis ſuis teneri, & per cõſequẽs ſ. caſus iſte ibi nõ debet cõprehendi, qui Staph.

93 loquitur in caſu contrario, quãdo quis habet primũ cura tũ, & poſtea cõſequitur ſimplex, dicit. n. nõ vacacare primũ curatũ, q̃ eſt certũ, quãdo beneficiũ ſimplex nõ requirit reſidẽtiã, quia, ſecundùm om nes inter ſe nõ ſunt incõpatibilia hæc beneficia, cùm ceſſet ratio incompatibilitatis, quæ eſt, quia non præſumitur quòd poſſit quis in duobus locis perſonale ſeruitium, & obſequium præſtare. Oieda de incompat. benef. p. 1. cap. 15. n. 23. Vnde refert. Oieda loc. ſu-

94 pra cit. p. 2. cap. 2. nu. 3. Cardinalatũ, qui de iure communi reſidẽtiam requirit in ſuo titulo c. ex geſtis de cler non reſid. poſſe cum ſimplicibus retineri, ſubdit tamen eſſe prohibitũ Cardinalibus per Cõcil. Lateranen. ſub Leone X. recipere beneficia tenuia, & ratio eſt, quia illa ſunt paupe ribus clericis reſeruanda Caſ ſad. dec. 2. de præben. Rebuff. in pract. benef. tit. de reſcrip. in forma communi num. 21. Pro Cardinalium .n. ſuſtentatione magna requireretur huiuſ modi beneficiorum multitudo, adeo vt pauperibus clericis vix aliquid relinqueretur.

95 Difficultas ideo verſatur, quando Capellania requireret reſidentiam ratione pacti appoſiti in fundatione, vtrùm per adeptionẽ curatę, vel alterius etiã beneficij ſimplicis, & Capellanię requirẽtis reſidẽtiam, prima Capellania vacet ipſo iure? Staph. ſupra loquendo in caſu, quo habens beneficium curatum, conſequitur ſecundum beneficium ſimplex, defendit non vacare primum ipſo iure; etiã ſi hoc ſecundum ſimplex requirat reſidentiam, licèt poſſit priuari, inquit ipſe, ex alio capite, quia non reſidet; ergo non eſt priuatus ipſo iure per dictum textum, & hoc teſtatur eſſe ſecundùm Dominos de Rota deciſ. 184. incip. nota quòd habens, in antiquis; ſequitur Azor. loc. ſupra cit. idem docet poſt Garz. & alios A. Molf. tr. 6. ſũmæ c. 9. ſub n. 16. vbi loquitur de eo caſu, quo eſſẽt duo beneficia, vnũ curatũ & alterũ ſimplex requirẽs reſidẽtiã, nẽpè Canonicatũ, uel ambo ſimplicia requirẽtia reſidẽ-

tiã, iure. n. per assequutionẽ secundi, non vacat primum ipso facto. Hęc sunt eius verba, sed datur obtinẽti optio dimittendi quod voluerit, citat *Garziam p. 11. de benef. c. 5. nu. 65. & seq.* vbi inquit idem Molfes. clarisimè hoc explicat, *& varias decis. cumulat*, cui opinioni adhæreo, quidquid in contrarium post *Oiedam*, *Gratian. & alios videatur defendere. Viuian. d. lib. 1. praxis c. 1. nu.* 17. quando requiritur residentia continua, præcisa ratione tituli. Motus ob rationem supra tactam à *Staph.* quòd dispositio *d. c. de multa* sit poenalis, & ideo nõ extẽdenda extra casum suũ, maximè quia datur aliud remedium euitandi pluralitatem dictorum beneficiorum in vnamet persona, absq; quod ipso iure vacet beneficium, & sic non negamus prohiberi, quem habere ipsa, & esse necessariã dispensationem S. Pontificis ad illa obtinenda, quæ in praxi per narratiuam omnium beneficiorum obtentorum inducitur pro congrua sustentatione, vt testatur *Viuian. ibid. nu. 43.* Episcopus enim nõ habet potestatẽ dispẽsandi, quòd vnus possit habere duo beneficia simplicia, nisi quãdo primũ non sufficeret ad congruam sustentationem, non autem, vt plura beneficia possit obtinere, nec etiam quando dicta beneficia, licèt simplicia, requirunt tamen residentiam, vt post *Garz. habetur per Molf. d. c. 9. nu. 24. & seq.* sed hodie semper requiritur dispensatio Summi Pontificis, vt dictum fuit supra *q. 2. sub nu. 15.*

96 Sed quid, si non requirat Cappellania prima residentiam, tamen secunda, quæ obtinetur etiam sine residentia, est in eadem Ecclesia, & sic sub eod. tecto, an per assequutionẽ secundæ Capell. vel beneficij simplicis, vacet ipso iure prima Capell.? *Azor. to. 2. lib. 7. c. 16. quæs. 2.* respondet affirmatiuè, testaturq; esse communem sententiam. *Molf. d. tr. 6. c. 9. nu. 18.* dicit, quòd hæ Capellaniæ sunt incompatibiles sub conditione, & non possunt obtineri sine dispensatione S. Põtificis, vt etiam diximus nos supra *q. præced. sect. 5. n. 77* iterùm subdit *nu. seq.* hoc procedere, quando Capellaniæ essent institutæ ad eumdem effectum, & ad eadem munera: Secus si non ad eadem munera, & effectus, & ideo in aliquibus locis solet quis retinere duas Capellanias, & allegat *Garz.* asseren

tem

tem in hoc ſtandum eſſe cõſuetudini, de qua re agit etiã *Ricc. p. 2. ſuæ praxis reſol. 100* qui idem dicit cum *Molfeſ.* vbi habes differentiam quò ad vacationem ipſo iure quando incompatibilitas eſt primi generis, & ſecundi generis, videte eos. quòd Capellania prophana, ſeu non collatiua, non inducat incõpatibilitatem dictum fuit *q. 3. fauet Riccius 2. p. Praxis reſol. 49.*

97 Vt autem ſciatur quando Capellania requirat reſidentiã, & ſi de ea re late diſcurrat *Riccius p. 3. Praxis reſolut. 387* tamen putaui rem non ingratam facere Lectori, ſi in medio afferã ſequentem deciſ. Rotæ nouiſſ. in illa Aquilana Capell. 26. Martij 1629. coram Merlino, vt infra.

In fundatione Capell. quam D. Leonardus obtinebat, cauebatur quòd Capellani pro tempore teneantur celebrare in eadem Capella miſſam vnam quolibet die, & inſeruire omnibus horis canonicis in Choro, & aſſociare Confratres S. Caroli in omnibus functionibus, & proceſſionibus publicis, toties, quoties contigerit exire ab Eccleſia, & ad hoc vt poſſint participare de diſtributionib. quotidianis Capituli Aquilani, prout cæteri Capellani inſeruientes participant de annuis redditibus pro dote aſſignatis, ſoluere teneantur Capitulo pradicto quolibet anno ducatos quadraginta de Regno, pro qua ſolutione Capitulum è conuerſo teneatur dare ipſis Capellanis diſtributiones ſolitas dari alijs Capellanis, dicta Eccleſiæ inſeruientibus; cum d. Leonardus prætenderet ſe poſſe dicta Capellania inſeruire per ſubſtitutum, dato ſuper hoc dubio, Domini reſponderunt, quòd ad celebrationem miſſarum poſſe per alium inſeruire, quòd ad reliqua verò nequaquam.

Fundamentum autem Dominorum quò ad primam partem reſolutionis fuit, quia cum non fuerit expreſsè dictum,

98 *quòd Capellanus teneatur celebrare per ſeipſum, vtiq; poteſt celebrare per alium Lap alleg. 35. & 117. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. glo. 5. num. 75. cum ſeq Garz. de benef. p. 7. c. 1. nu. 86. 87. 92. & 93. & ſeq. Gratian. deciſ. March. 155 num. 4. & diſcept. forenſ. c. 133. num. 1. & pluries fuit in Rota reſolutum, vt in Romana Capell. 2. Ianuarij 1589. coram Card Pamph. relata per Garz. vbi ſupra n. 94 & deciſ. 635. num. 2 & ſeq et deciſ. 719 nu 3. in fine p. 2. recent. & deciſ. 108. nu. 5. & ibi Adden. num. 15 coram S. M. Gregor.*

Gregor.XV.& idem censuit Sacra Congreg.vt refert Marchesan.de commiss. p. 1. fol. 140.

99 Quò vero ad secundam partem,moti sunt ex eo, quia omnia beneficia, quæ in titulum conceduntur,etiam si sint simplicia, de iure communi residentiam requirunt c. ad hæc de præbend. Abb.in c.cum ad hoc num.5.de cler.non resid. Rebuff. in praxi benef. in tit.de dispensat. non residen. num 7.& fuit dictum in causa Maceraten. Paroch. 14. Martij 1575 coram Orano.

100 Et quamuis hoc hodie non procedat, attenta generali cõsuetudine, secundùm quam Capellani huiusmodi simplicibus Capellanijs personale aliquod seruitium impendere minimè tenentur, sed illis per substitutum inseruire valent Felin.in c.dilectus il 2. nu.1. de rescript.& in c.cum omnes sub nu.3.de constit. Gratian. d decis. Mareb.155. num.2. Gonzal.ad d. reg.8. glos.5.n. 80.& glos.25. num.76. Rota decis.483.num.2.p.1. diuers. & in Virdun. Canonic. 23. Februarij 1587.coram Gipsio,et in alijs relatis per Garz. de benef.p.3.c.2.nu.3. & seq. vbi num 8.& 9. refert etiam declarationes Sacræ Congreg. Conc.& dicta p.7.c 1. num.

101 85. Nihilominus ista generalis consuetudo locum sibi non vindicat, vbi viget specialis consuetudo, statutum,vel constitutio in contrarium. Innoc.in c.final.in princip.et ibi Abb.num.3.Calder.sub n. 1.de cler.non residen.Gonzal. d.glos.5.num.100.& 107.& fuit dictum in Calagaritana benef.20. Iunij 1588. coram Card.Pamph.& in Burgen. residentia 16. Decembr.1585.

102 coram Robustello; Nec quando apparet fundatorem aliter voluisse,potest.n. ille etiam huiusmodi simplicibus Capellanijs residẽdi onus adjicere,cùm illud sit iuris dispositioni conforme,vt tradit Perez de anniuers. lib. 2. c.18. num.1. & 2. & apertè etiam sentiunt DD.& decisiones superius allegatæ.

103 In proposito verò satis vistè fuit constare de fundatoris mente,ex eo, quòd voluit Capellanos teneri inseruire omnib.horis canonicis in Choro, & debere participare de distributionibus quotidianis,prout cæteri inseruientes participãt, hæc.n.verba videntur saltem tacitè importare residentiam personalem, ita vt sit idem,ac si illa fuisset expressè iniuncta,vt per Perez.loc.supracit.

104 num.72 & ex illo verbo,associare,quod de sui natura, et propria significatione videtur pariter importare associationem

nem per seipsum, & non per alium.

Nec prædictis visum fuit obstare quòd capitulum noluerit dictos annuos ducatos 40. de Regno acceptare, & dictum Leonardum ad quotidianarũ distributionum participationem admittere, quoniam de aliqua oblatione ipsi capitulo facta, & asserta recusatione nullibi constat, nihil enim fuit datum in summario Leonardi adhoc probandum. Et ita decisum. ex dictis lector addiscere potest, quando beneficiatus vnius beneficii potest ad aliud beneficium præsentari, inquirendũ est enim primò, an ista beneficia sint incompatibilia, ac si non sunt talia; inuestigandum est etiã, quid lex fundationis disponat, vt latè per Viuianum lib. 6. suæ praxis cap. 1. per totum.

Permutatione renunciatione, vel resignatione nulliter facta de Capellania patronata, quomodo illa vacare dicatur.

105 Permutatio Capellaniæ de Iurepatr. non potest fieri absque cõsensu patroni, & nu. 118. per eam vacat dicta Capellania nu. 110. & 120. Quid si contradicat patronus absque iusta causa 112. vbi de casu, quando versatur vtilitas Ecclesiæ, vide & n. 120.

107 Resignatio conditionalis ad fauorem, coram ordinario non dimittitur, & nu. 117. facta scienter de Iurepatr. inducit vacationem num. seq.

109 Clausula (non aliàs, nec alio modo) non operatur, quando adest culpa resignantis.

111 Ignorantia iuris non excusat, nisi sit probabilis.

113 Citationis ad sententiam defectus, reddit sententiam nullam.

114 Sententia debet continere diem, qua fuit promulgata, aliàs est nulla.

115 Vicarius Generalis Episcopi sine speciali mandato nõ potest approbare permutationem beneficij.

116 Permutatio beneficiorũ coram inferiore, an possit fieri ob aliquam Ecclesiæ vtilitatem, vel necessitatem, vbi, an de hoc fletur dicto ipsius ordinarij.

119 Matrimonio contracto per Capellanos, statim potest ad Capell. patronus præsentare.

120 Patronus contradicẽdo permutationi Capell. de Iurepatr. quomodo ordinarius possit illam admittere.

121 Existentia, & persistentia Iuris patr. ad effectum annul-

nullandi permutationem, quomodo probetur.

DE vacatione rõne renunciationis, vel resignationis, maxime non sequutis publicationibus ipsius resignationis, etiã *ex causa permutationis, iuxta cõstit. Greg. XIII latè habetur per* Garz. *p.* 11. *de benef. cap.* 3. *&* 4. Quibus adde pro casu validitatis resignationis, an scilicet sit valida, & non vacet per eius obitũ, si in cõstitutione pensionis procurator excedat decisiones, *in Cremonẽ. Præposituræ* 15. *Decembris* 1631. *et* 27. *Iunij eiusdem anni coram mot. manno*, in fine operis.

105 Circa probationẽ vacationis Capellaniæ de Iurepatr. ratione permutationis, renũciationis, vel resignationis facæ, corã Ordinario absq; cõsẽsu patroni, pter ea, quę refert *Ric. in sua praxi dec.* 171. valde notanda est infrascripta decisio Gerunden. benef. 16. Iunij 1628. coram D. Piruano. Tenoris sequentis *Resolutum fuit, standum esse in decisis, quia vacatio, ad quam præcipua difficultas istius causa reducitur, verè contingit ex permutatione, quæ cum, nisi prævia in manibus Ordinarij, ad inuicẽ beneficiorũ resignatione sequi, aut admitti possit, inde propter defectum potestatis eiusdem ordinarij conferendi beneficia de Iurepatr. laicorum, per* C. *decernimus* 16. *q.* 7 Calder. *cons.* 2. *in fine de rer. permut. post resignationem remanet apertus locus patrono ad præstandũ intra tẽpus à iure determinatum, & per consequens, Ignatio debetur beneficiũ, qui à patronis se præsentatum in hac noua vacatione, iustificat. Neque obstat, quòd nõ agatur de resignatione simplici, sed ex causa permutationis, & ad fauorem, & ideo si permutatio sit inualida propter*

106 *cõtradictionem Patroni, non fuit abdicatum ius à resignante, nec per consequens vacatio contigerit, Mohed. decis.* 2. *de renunt. & decis.* 8. *de Iurepatr. Put. decis.* 412. *lib.* 1. *Achill. decis.* 10. *nu* 1. *& seq. de rest. spol. Garz. de benef. p.* 11. *c.* 3. *nu.* 16. *et* 17. *Quia cũ sciuerint permutantes beneficium iam permutandum, esse de Iurepatr. laicorum, et quidem absque hæsitatione, dum Ioannes requisiuit D Eleonorã semel, & pluries pro cõsensu permutationi præstando, quæ nedũ consensit, sed expressè ante permutationem iudicialiter se opposuit, & contradixit, & nihilominus fuit processum ad permutationem, inde intrat vacatio, nedum quia beneficia vacant per renuntiationem ex causa permutationis c.* 1. *de rer. permut. in* 6. *Clem.*

6. Clem. 1. eod. tit. Garz. post
107 alios ead. p. 11. c. 4. nu. 2. Sed etiam, quia coram Ordinario non admittuntur resignationes conditionales ad fauorem certæ personæ, tamquam per Canones improbatæ, Rebuff. de resignat pur. & tit. de resignat. condit. Sarnen. de triennal. q. 16. Mandos. reg. 19. de infirmis q. 16 num. 11. cum alijs cumulatis per eund. Garz. ead. p. 11.
108 c. 3. nu. 152. ac demum, quia concurrit culpa permutantiũ propter indubitatam scientiam Iurispatr. quæ in casibus etiã, in quibus ius non abdicatur à resignante, nihilominus producit vacationem. Paris. de resignat. lib. 1. q. 3. num. 71. & nu. 118. Rebuff. cons. 192. nu. 5. di-
109 cẽs, clausulam (non aliàs, nec alio modo) nõ operari, quando adest culpa resignantis, & in his terminis decisiones Mobed. Put. & Achill sunt declarandæ, prout etiã sensit idẽ Garz. d. c. 3. nu. 35. & prius idem firmauit Vital. in Clem. vnica n. 92. & 97. de rer. permut. Rota decis. 214. num. 5. p. 1. diuers. & in Salamant. pensionis 13. Iunij 1586. coram Bubalo.

Non obstat quòd indubitata scientia Iurispatr. non constituat permutantes in culpa, sed permutatio inualida facta scienter, quæ scientia inualiditatis permutationis dicebatur, non
110 posse probari, dum quamplurimi DD. teneant posse fieri permutationem contradicente patrono absq; iusta causa. Rot. decis. 5. circa fi. de rer. permut. Rebuff in prax. p. 3. signaturæ in verbo nec non Iuspatr. num. 40. & tit. de permut. nu. 22 & idem sensisse videatur declaratio Congreg. relata per Garz. d. p. 11. c. 3. num. 27. in qua ponitur, in permutatione beneficij Iurispatr. non requiri consensum patroni, sed sufficere si requiratur, et vlterius in Diœcesi Gerunden. vigeat consuetudo, quod admittantur permutationes absq; consensu Patronorum, quæ omnia deseruire possunt pro iusta causa ad euitandam culpam, vt quilibet possit redire ad suum beneficium.

Quia culpa principalis pendet à scientia Iurispatr. ante permutationem, vt Rota firmauit in Gerũden. permut. 5 Iulij 1593 relata per Garz. ead. p. 11. c. 3, num. 19. qui num. 29 plenius comprobat. Cæterùm quod ea suppositа possit Ordinarius, spretо, vel recusante patrono admittere permutationem, aut patronus contradicendo illam impedire, vel iam sequutam rescindere, pendet à iuris deter-
111 minatione, in qua ignorantia excusare non solet, nisi probabilis. Bellam. decis. vlt. nu. 2. de rer. permut. idem Garz. d. c. 3 n. 32. & 36. Cochier de permut.

mut. benef. p. 1. c. 19. n. 13. probabilitas autem istius qualitatis ignoratæ ex allegatis pro eõtraria opinione non probatur, neq; ex consuetudine deducta, quia quidquid sit, in casu spreti Patroni, aut recusantis consentire, aut contradicentis post iam sequutam permutationẽ, in quibus terminis loquuntur allegatæ authoritates, & con-

112 *suetudo deducta, & declaratio Conc est intelligenda, concurrente scilicet magna authoritate Ecclesiæ, vt illam intelligit idem Garz. d c. 3. nu. 28. Verùm in casu, quo Patronus ante permutationẽ comparuit, & contradicendo iudicialiter se opposuit, ne Ordinarius procederet ad permutationem concedendam; ex allegatis nullus firmat hanc partem, vt latè ostensum fuit in prima decisione. Vnde cum difficultas non cadat super casu controuerso, non etiam potest considerari probabilis ignorantia, præsefens bonam fidem ad effectum excusationis, sed potius detegitur mala fides præter Canonẽ C. decernimus 16 q. 7. actui resistentem. Bar. in l. sed, & si lege S. scire ff. de petit. hæred. Ozasch. decis. 160. nu. 11. Becc. cons. 95. num. 18. & 24. Surd. cons. 115. num. 21. volum. 1. Adest circa hanc materiã alia decisio in illa Barchinon. benef. 3. Iulij eiusdẽ anni 1628. corã Durano, quę cũ etiã sit non solum in conformationem superioris, sed etiam aliqua addat scitu necessaria, ideo hic illam transcribam, vt sequitur.*

Ioseph Fluuia prouisus de beneficio SS. Iuliani, & Iustinæ ad præsentationem q Benedicti de Fluuia dicti beneficij patroni, illud nullo modo, habito consensu ab Antonio Fluuia filio, & hærede dicti Benedicti, & moderno patrono permutauit cum alio beneficio possesso per Franciscum Comes, & deinde illicò matrimonium contraxit; sed cum dictus Antonius patronus pretenderet permutationem fuisse nullam, & beneficium vacare, præsentauit intra legitima tempora Gerardum Mauruvi, & introducta desuper lite, officialis Barchinonen. pronunciauit, permutationem fuisse validam. Commissa verò mihi causa appellationis, dubitaui an sententia de partibus esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini infirmandam esse resoluerunt, tam ex capite nullitatis, quàm etiam iniustitiæ.

113 *Nullitas visa fuit euidens, nedum quia non apparet de citatione ad sententiam, ad l. si vnoquoque ff. de re iudic. Bar. in l. multum interest ad finem ff. de cond & demonstrat. Rota apud Gregor. XV. decis. 4 n. 1.*

Sed

14 *Sed etiam, quia non constat quo tempore fuerit promulgata prout constare debet, vt dignosci possit, an dies fuerit iuridica, seu potius feriata, in qua sententia ferri non potest l. final. C. de fer. Specul. in tit. de sent. §. iuxta nu. 7. & Maran. in Specul. p. 6. ar. 1. p. 2. n. 88.*

Iniustitia visa fuit non minus clara, stante inualiditate dictæ permutationis, quæ ex pluribus deducebatur, & primò, quia permutatio non fuit ex-

115 *pedita per Episcopum, sed per Vicarium, qui sine speciali mandato, de quo hic non constat, permutationem approbare non potest. Feder. in tr. de permut. benef. q. 26. Petr. de Vbaldis eod. tr. q. 4 et Bellam. q. 3. Azor. instit. moral. p. 2. c. 29. q. 4 lib. 7 Garz. de benef. p. 11. c. 9. n. 4.*

116 *Secundò quia facta fuit absque aliqua Ecclesiæ necessitate, vel vtilitate, sine quarum altera, coram inferiori permutationes fieri nõ possunt. C. quæsitum, vbi glos. de rer. permut. Paris. de resignat. lib. 11. q. 5. n. 24. Garz. vbi supra n. 49. adeo vt iuxta magis veram, & receptam sẽtẽtiam, Ordinario attestante permutationẽ fuisse factam ex iusta causa, credendũ non sit, vt ex pluribus comprobat Garz loc. cit. n. 52. In præsenti autem non solùm de iustitia causa non constat, quinimmo, ex quo permutatio fuit facta de beneficio pingui cum beneficio nullius valoris, vulgò de perfica cuius possessionem Iosephus adipisci non curauit, sed statim matrimonium contraxit, visum fuit Dominis, dictam permutatio-*

117 *nem fuisse factam ad euitandam resignationem ad fauorẽ, quæ coram Ordinario fieri nõ potest. Paris. d. tr. de resignat. lib. 9 qu. 9. num. 5 vbi testatur de communi, & Garz. d. p. 11. cap. 3. de renunt. num. 266.*

118 *Tertiò & tandem, quia cum dictũ beneficiũ SS Iuliani, & Iustinæ esset de iurepatr. laicorũ, de quo dictus Iosephus notitiã habebat, non potuit ad permutationẽ peruenire, prout deuentum fuit sine consensu patroni, ad tex. in c. decernimus 16 q. 1. Sarnen. de infirmis resignat q. 17. col. 4 in princip. in secũdo casu, Suar. de relig. lib. 4. c. 32. n. 12. Garz. d. c. 3. n. 19 cum seq. & c. 5. nu. 72. Monet. de commut. vlt. volunt. c. 10. n. 369. Moder. Roman. disceptat. Forens. cap. 835. per totum, & fuit latè decisum in Gerundẽ. benef. de Aquillana 8. Martij 1627. et 21. Februarij præteriti coram D. meo Pirouano, vnde fuit aperta via dicto patrono ad præsentandum alium*

119 *stante matrimonio per Iosephum postea contracto, ex quo*

Ioseph allegare amplius nõ poterat, se velle ad beneficium permutatiũ redire, vt in puncto resoluit Rota *in* Mediolan. Iurispatr. *coram* Blanchetto, *relata per* Garz. *d.c.* 3. *n.* 17.

120 *Non obstat quod cùm Antonius Modernus patronus fuerit requisitus ad præstandum consensum, potuit ordinarius permutationem approbare, prout hæc videtur esse declaratio Congreg. Concilij, quia vltra quod de valida requisitione non constat, cum illa fieri debebat cum termino peremptorio, & expressione causæ, ob quam debeat præstari consensus, vt per Lamber. de Iurepatr. q.* 1 *lib.* 2. *&* ar. 6. *q.* 6. *n.* 44. *in omnem casum, hoc intelligendum est, prout supra, nempe concurrente magna Ecclesiæ vtilitate, aut necessitate.* Garz *d.c.* 3. *nu.* 28. *&* Monet. *vbi supra n.* 374.

121 *Non etiã obstat si dicatur nõ cõstare de* Iurepatr. *illiusque pertinentia ad fauorẽ dicti Antonij, qui* Gerardum, *vt supra præsentauit, quia vltra quod ad effectum annullandi permutationem factam sine consensu patroni, existentia, & pertinentia Iurispatr. sufficienter probatur ex sola permutãtium confessione, quæ hic resultat ex requisitione Antonio facta ad præstandum cõsensum, vt fuit in puncto resolutum in* Gerunden. *permutationis* 17. *Maij* 1598. *corã b.m. Lit-*

122 *ta. In casu nostro cum ordinarius nõ sit in causa, satis visum fuit Dominis, probari Iuspatr. & pertinentia ex pluribus præsentationibus per longissimum tempus effectum sortitis, ex quo Antonius præfatus est filius, & hæres dicti quondam Benedicti, qui fuit in quasi possessione præsẽtãdi.* Rota *apud* Gregor. *xv. decis.* 349. *nu.* 1. *&* in Elnen. *benef.* 28. *Ianuarij* 1627. *coram me* Et *ita decisum &c.* Quomodo in renunciatione possit interuenire simonia confidentialis, & quando sit inualida ratione expressionis minoris quantitatis fructuum; videte Beyam p.p. respons. Bonon. in congregatione Nouembris 1581. casu 2.

DE VACATIONE RATIONE vnionis nulliter factæ de Cappell. patronata.

123 *Vnio de Capell. patronata non potest fieri absque patroni consensu, &* 125. *Nõ impedit, vt præsẽtatus à patrono instituatur, n seq.*

126 *Iuspatr. non expirat ob lineam finitam, sed transit ad hæredes extraneos.*

Cir

123 CIrca vacationem ob vnionem factam de Capellania patronata absq; consensu patroni, præter notata ab eod. *Ricc. ead p. 1. praxis decis. 186.* fauet decisio Aliphana Iurispatr. 1. Iunii 1629. coram Ghislerio, ibi. *Non obstat vnio per ordinarium facta Capitulo, quia tãquam ea, quę dedit causam liti, non tribuit aliquod ius cõsiderabile, nec est attendenda, Afflict. decis. 395. n. 7. Rota decis. 300. num. 1. p. 2. recent.*

124 *& donec videatur de vnione in petitorio interim est patronus manutenendus, & præsentatus est instituendus. Seraph. decis. 499. n. 3. quinimmò cum in Bulla vnionis, de qua in summario n. 3. legatur, beneficium, de quo agitur, esse de Iurepatr. sed asseratur finitam esse lineam patronorum, eam Domini, censuerunt nul-*

125 *lam, tamquam factam de beneficio patronatus sine consensu patroni, Laber. de Iurepatr. p. 1. lib. 2. q. 7. ar 3. n. 2. debebant n. vocari hæredes vlti-*

126 *mi de familia cũ ob lineã finitam fundatorum, non expiret Iuspatr. sed de sui natura sit transitorium etiam ad hæredes extraneos, vt per Glos. in Can considerandum 16. q. 7. Abb c. 1. de Iurepatr. Aretin. Card. Imola, & cæteri allegati à Didaco var. lib. 2. c. 18. n. 6. Seraph. 364. n. 378.* & iterum in alia decisione super eandem causam, & coram eod. *4 Iulii 1624.* fuit confirmatum hoc idē, vbi respõdetur aliis obiectis, de quibus nos suis propriis locis. Quando capitulum, cui fuit vnita Capella de iure patronatus, sit legitimus contradictor, habetur in Motulen. Iurisp. *18.* Ianuarii 1630. coram mot. manno, quã refero *in fine operis*. Beneficium liberæ collationis non potest vniri beneficio iuris patr. laicorum *Conc. Tri. sess. 25. c. 9. Garz. p. 12 de beneficijs c. 2. n. 91. Rota in Tri uĕtina beneficij 28 Maij 1629 coram Queipo*, in quia dec. cum alia in ead. causa 12. *Nouemb eiusdē anni coram eod.* habes requisita ad vnionē faciendã, & præcipuè de consensu capituli quando præstari possit, illas transcriptas reperies in fine operis, sicut de alijs requisitis adhoc, vt per vnionem Capella patronata acquirat libertatē, habetur *in Lucana iurispatro de Podijs 20. Nouemb. 1620. coram Coccino quæ est 30. apud Viuianum.*

CRI-

CRIMEN HOMICIDII, VEL simoniæ, ob quod prætenditur vacare Capellaniam quo modo probandum.

127 *Crimen ob quod vacare prætenditur Capellaniam, quo modo probari debeat. Quando talis probatio debeat præcedere impetrationē ibidem n. seq.*

129 *Simoniæ crimen quomodo probari debeat ad effectum priuationis beneficij.*

130 *Simonia per quas coniecturas probetur.*

131 *Pactum de extinguenda pensione in resignatione, quando inducat simoniam, illud debet præcedere resignationem n. seq.*

127 QVòad probationē criminis homicidij ratione cuius vacare prætenditur Capellania, notãda est decisio Rotæ *relata per Genuē. in sua praxi Archiepisc. Neapol. c. 54. n.* 10. Hæc sunt verba Genuen. *Pone quod aliquis impetrauit beneficium à Summo Pontifice certo modo, ex quo qui illud obtinebat ante impetrationem commiserat homicidium, nec impetrauerat dispensationem, an homicidium debeat probari, prout in criminalibus probationibus lucē meridiana clarioribus, iuxta l. final. c. de probat. vel satis sit probare prout in causa ciuili, & beneficiali, & sic leuioribus, & in Rota Romana fuit iste notabilis casus decisus in vna Casalen. seu nullius propositus 9. Iunij 1597. coram Gipsio, & fuit dictum quod impetrans beneficium vacans, quod possidebatur ab homicida absque impetratione dispensationis tenetur probare homicidium, sed prout in causa beneficiali, nõn criminali, in qua requiruntur probationes luce meridiana clariores, et die 4 Iulij fuit declarata causa ciuilis, non obstante inscriptione, quia non agebatur criminaliter ad poenam, sed tantùm ad probandam vacationem.* 128 Nota quia iste casus erat de ijs criminibus, quæ inducunt priuationem ipso iure, ideo sufficiebat probatio causæ vacationis post impetrationē; quando autē homicidiũ volũtariũ absq; qualitate assassinij fuisset cõmissũ post obtẽtũ beneficiũ, tũc præcedere debet sẽtẽtia priuationis ante impetrationem, qa est casus, in quo post sententiã quis debet priuari beneficiis, vt dicunt DD supra allegati nu. 49. & seq. & late agunt doctores cum de irregularitate ex tali homicidio in specie *Suar. t. 5. disp.*

disp.44 sect.4.n.33.Gar.p.11. de beneficijs c.10.a nu. 38.vbi n.47. generaliter docet, irregularem regulariter non esse priuatum beneficio ante irregularitatem quæsito, nisi post sententiam, vnde vt ipse Garz *subdit nu.48 homicida vt supra, donec declaretur fecit fructus suos irreuocabiliter &c unde in Bullis beneficiorũ, quæ expediũtur ob vacãtiã similẽ, apponitur clausula cõstito etc. audita parte etc.*

Sic etiã pro probatione criminis simoniæ ad effectũ priuationis, præter notata per *Ricc.3.p.praxis resol.306.* Notabilis est decisio illa Montis Falisci simonię 22. Maij *1615* corã Caualerio, vt infra. *Do-*
129 *mini nõ putauerunt cõstare de crimine simoniæ ad effectũ, de quo agitur, qui erat priuationis, nam etsi non ageretur criminaliter, sed tantum ciuiliter, ad priuationem beneficij requirebatur exacta & plenissima probatio. Abb. in c. veniẽs l.1.nu.4. de testibus & lex. de Neu. conf.64.n.2. & fuit resolutum in Imolen. confidentia 14. Februarij 1592. coram b. m. Card. Pamph. et in Tullin. prætensæ simoniæ vlt. Ianuarij & 21. Aprilis 1597. coram Orano. Card. Seraph. dec.1029 n.2. imò necesse est, quòd quis sit legitimè conuictus, vt clarè habetur in constit. Pij V. contra simoniacos, & est tex. in c. de hoc. de simõ. & glos. cõmuniter approbata in d. c. veniens in verb. per illorum, & sæpius fuit firmatum in Rota, vt refertur in Romana, seu Hispalen. simoniæ 7. Februarij 1596. corã b.m. Card.*
130 *Blanchetto. Et licèt aliquãdo probatur simonia per coniecturas secundum opinionem Butr. & aliorum in c. sicut de simon. tamen coniecturæ debẽt esse tales, quæ reum omnino cõuincant, vt in d. conf. Alex. de Neu.64 n 2 vbi reprobat, seu declarat opinionẽ Butr. quomodo sit intelligenda quod conf. fuit canonizatum in Aretina Confid.23. Ianuarij 1595. coram b.m. Litta. Alciat. cõs. 2 n.41. vbi ita intelligit tex. in c. cũ simoniaca de sim. Clar. in §. simonia n. 15. vers. item scias.*

At in casu proposito non videbatur Dominis adesse tales probationes, *& præsumptiones ex quibus Vitellius posset dici cõuictus, nam si simonia prætenditur ex pacto inter resignãtẽ, & resignatariũ de extinguẽda pẽsione 12. ducatorũ reseruata super fructibus canonicatus resignati, cum octo annatis anticipatis, & litteris non expeditis.*

Respondebatur non sufficienter constare de tali pacto, saltem effectuato, prout requiritur ad esse.

effectum priuationis, quia non sufficit solus tractatus, nisi sequuta sit effectuatio, vt in d. Romana, seu Hispalen. coram

131 Card. Blanchetto: si verò prætendebatur probatio ex confessione Eustachij resignantis, dũ dixit se velle extinguere pensionem ad suum fauorem reseruatam, vt posset extinguere societatem officij, quam habebat, cum Alexandro fratre Clemẽtis resignatarij, talis confessio non videbatur Dominis, quod esset attendenda in præiudiciũ Clementis, tum quia sonat in simplicem conuentionem, seu cõtractum, vt apparet ex illis verbis (si come ne haueuamo parlato, e restato d'accordo) qui tractatus non sufficit sine effectuatione, vt dictum est, tũ etiam, quia ipsius dictum tam quam socij, & participis in prætenso crimine simoniæ non admittitur in hac materia c. 1. de teslib. Alciat. de respons. 2. n. 4. Card. Seraph. d. dec. 1029. nu. 4 latè Farinac. in praxi q. 93. nu. 4. cum alijs adductis in d. dec. Seraph.

Tandem respondebatur talem cõfessionem factam esse post resignationem, & sic non præiudicare Resignatario. Castren. in l. facta §. si hæres ff. ad trebell. Afflict. dec. 165. n. 5. Caputaq. dec. 157. p. 1. Alciat. vbi supra & dicitur in d. decisione Seraph.

132 Minus Domini putauerunt ex eo quod Clemens post dictã resignationẽ, et expeditionẽ litterarũ tractauerit cũ D. Mutio Scarintio, vt faceret patrimoniũ resignãti, posse quidquã firmari, quia cũ hic tractatus fuerit post resignationẽ, nõ potest ex eo argui ad simoniã, in qua requirebatur pactio præcedẽs. C. Artaldus vbi ante vt eligeret 8. qu. 3. glos. et DD. in c. sua nos de simon. fuit dictũ in Calag. Consid. 25. Iunij 1593. corã b. m. Card. Păph. approbata in Albigã. Consid. 6. Martij 1606. corã Illustriss. D. Lugdõ.

Tãdẽ ad assertam solutionẽ scutorum 20. ex qua prætendebatur effectuata conuentio, placebat responsio, non constare quòd fuerit facta ad effectum dictæ extinctionis, sed simpliciter ad computationem pensionis, & in omnem euentum, vti socius criminis, & muneris nõ probat d. c. 1. de teslib. in 6. cũ alijs supra allegatis, & Clem. simpliciter deponebat mutuasse &c. Et ita resolutũ fuit &c. Qnod ob simoniã post promotionẽ quis non est priuatus ipso iure beneficio, sed venit priuãdus. Ricc. p. 2 praxis resol. 131. circa hoc particulare. An sit simoniacum pacisci de redemptione pensionis videte Beyan. in respon. Rom. in congregatione Ianuarij 1581. casu p.

DE

DE VACATIONE RATIONE homicidij intentati contra Patronum.

133 *Accusare potest patronus Capellanum ciuiliter ob crimina in aliorum personam perpetrata ad finem priuationis beneficij, quando etiam criminaliter n. 134.*

135 *Sortilegus, vel sortilegos consulens, priuatur beneficijs & 137.*

136 *Beneficiorum priuatio ex quibus pœnis impositis à iure arguatur.*

138 *Venenum, & sortilegium, veneficum, quod nam sit.*

139 *Assassinium quo modo cõmittatur per mandantem propinandi venenum, Punitur, etiam si non sequatur effectus n. seq. & 161. quando dicatur sequutus effectus n. 162.*

141 *Arra datio, consensum contrahendi indicat.*

142 *Venenum dare tentans, etsi non sequatur effectus, debet puniri, & n. 163. & seq.*

143 *Occidere tentans Rector patronum Ecclesiæ, debet priuari beneficio, quod est de Iure patr.*

144 *Alimenta debentur patrono ad inopiam deuento.*

145 *Ingratitudinis causa quando Beneficiarius priuari possit beneficio.*

146 *Machinatio mortis erga patronum est causa ingratitudinis; Quando dicatur talis machinatio in casu beneficij n. seq.*

148 *Filius ex eo solùm quod parauit venenum pro patre, potest exhæredari.*

149 *Gratia facta non audita parte in crimine sortilegij, non potest prodesse.*

CIrca alium casum sortilegij referam, quæ scripsi in quodam casu occurrente mihi in vna Bonon. tenoris vt
155 infra. Sicut non est dubium quòd patronus possit accusare Rectorẽ Ecclesiæ patronatæ ciuiliter ad priuationem beneficij ob crimina in aliorum persona perpetrata, vt ex pluribus iuribus, & authoritatibus concludunt *Consulentes apud Farinac. cons. 25. num. 27.* ita & eò magis hoc dicendum est, si crimina in persona ipsius patroni sint commissa; argum. *tex. §. deniq; qua fuit prima causa beneficij amittendi in vsibus feudorũ*; vbi habetur, quòd vbicumq; dominus principaliter offenditur per reatum vassalli, ad ipsum reuertatur feudum, vt hanc saltem habeat suæ iniuriæ vltionem, nam propriè accusatio pertinet ad offẽsũ *l. si plures ff. de accusat. l. Papinianus §. final. de inoff. test.* & ita concordarem dictos consulen-

134 sulentes, quorum primus, hoc asserit de accusatione facta tam criminaliter, quàm ciuiliter; secundus autem de accusatione tantum ciuiliter hoc concedit, quià doctrinæ prællegatæ intelliguntur de criminibus commissis contra ipsosmet patronos, sicuti è contrario patroni, & similes personæ habẽtes aliquod ius in Ecclesijs, si per se, vel per alium interfecerint Rectorem, vel clericum illius Ecclesiæ, perdunt omne ius, quod habent in Ecclesia, ac eorum posteri vsq; ad quartã generationem A. *Nald. verb. Iuspatr. num* 31.

Quòd verò hic nos simus in casu priuationis beneficij, est etiam clarum. Primò quia su-
135 mus in crimine sortilegij, omnia. n. illa, quæ naturaliter illos effectus non producunt, superstitiosa, & sortilega dicũtur, vt post D. T*h.* & *Simã. eas, tradit Scaccia de iud. cauf. crimin. ciuil. & haretic. lib. 1. c. 12. n. 30.* pro quo crimine, adesse pœnã priuationis beneficiorũ, vltra alias pœnas, docet *Farinac. de delictis, & pœnis q.* 20. *n.* 92. quæ tantò magis applicari possunt casui nostro, quia Rector confessus fuit in iudicio, se sortilegos consuluisse, imò etiam pecunias eisdem cõtuliſſe ad mortem inferendam fratribus de Gozzadinis patronis, cui crimini à iure imponitur inter alias pœnas, hæc pœna priuationis beneficij, tex. est clarus in *c. si quis Episcopus* 26. q. 5. vbi hæc habentur formalia verba; *si quis Episcopus, aut presbyter, siue Diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum magos, aut aruspices, vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis sua suspensus, Monasterii curam suscipiat, ibique poenitentia perpetua deditus, scelus admissum sacrilegii soluat* vbi glo. in verb. *cõsuluisse* subdit, *nota pro solo consilio debere quem puniri, siue faciat artem, siue non*; & in verb. *suspẽsus* exponit .i. *depositus* imò marginalis additio indicat, sic legi debere in corpore tex. non *suspensus* sed *depositus*, ecce quod est pœ-
136 na priuationis beneficij, depositio. n. quæ alio vocabulo verbalis degradatio dicitur, est priuatio exequutionis officiorum, & beneficiorum *c. degradatio, vbi* DD. *de poenis in 6.* istam etiam priuationẽ beneficiorum supponunt aliæ pœnæ in *d. can.* positæ, scilicet detentionis in Monasterium, & pœnitẽtiæ perpetuæ, vt per *supradictos consulen-*

tes

tes apud Farinac.

137 Clariùs quòd dicta pœna priuationis beneficiorum imponatur talibus consulentibus sortilegos, licèt ipsi non sint sortilegi *Panorm. teslatur post Glos. per illum tex. in c. 2. nu. 4. extra de sortileg.* concordat quia iure ciuili in *l. nemo c. de malef.* & *Math. vbi Glos.* habetur, quod consulẽs dumtaxat maleficos puniri debeat pœna capitis, quæ pœna causat amissionem beneficij *Farinac. conf. 25. sub nu. 3.* imò minor, ex eo quia poena amissionis beneficij est poena extraordinaria, apertè dixit *Grammat. decis. 2. n. 26.* & 27.

138 Accedat, quod hic sumus in illa specie sortilegij, quæ venifica nuncupatur, vt per *Farinac. de delictis, & poenis qu. 20. num. 75.* venenum .n. dicitur omne id, quod morbos, & infirmitates infert, ac mortem absque causa extrinsica inducit *l. qui venenum vbi Doctores ff de verb. signif.* ergo rectè possumus etiã casum præsentem decidere ex his, quæ de veneno dicuntur passim p DD. In qua materia

139 Primò est certum quod mãdans, & mandatarius de veneno propinando sint assassini formaliter, sicut mandãs, & mandatarius de homicidio armis inferendo, imò tantò grauius assassinium est istud, quãto de per se est scelestius crimen, veneno, quàm gladio necare *l. 1. C. de malef. & mathem. ita Baiardus ad Clarum q. 68. num. 176. & in verb. homicidium nu. 34.* ergo sumus in terminis *c. 1. de homicid. in*

140. 6. Quod autẽ, vt assassinus puniatur quis eo ipso, q̃ mãdatum dederit, & si non sequatur effectus, modo per ipsum mãdantem non steterit, patet quia in genere mandati, assassinium tunc est crimen completum, vt per *Glos. & DD. in d. c. 1.* tantò magis erit in casu nostro, quòd non solũ dictus Rector dedit mandatum, sed etiam pecunias, ex quo magis ostẽditur animus deliberatus erga effectum veneficij, & excluditur præsumptio iocj; arg. *tex. in l. qui sic ff. de solut. vbi DD. notant,*

141 *quod arræ datio consensum contrahendi demonstrat, probatur etiã in l. final. C. de spõsal.* & in terminis, quòd consanguineus tentans dare venenum cõsanguineo, & si dare non potuerit, teneatur de parricidio (nam hic sumus inter consobrinos) *post Gomes. notat Baiard. d. § homicidium num. 33.*

143 Secũdò quia intẽdebat dictus Rector N. interimere nõ solũ personas Ecclesiasticas, consãguineas &c. vt rectè p

informãtem, sed eas, ad quas pertinet de iure patr. laicali dicta rectoria, & sic patronos quibus gratitudinẽ exhibere
144 debet, sicuti est, eos ad inopiam deuentos alere *c. nobis de iurepatr. c. quicumque el 2. 16. qu. 7. de qua re latè Ricc. 1. p. praxis decis. 170. & p. 3. resol. 277. & seq.* quod spectare ad gratitudinem docet *Glos. in l. final. C. de donat.* ergo tãtò magis tenetur defendere eorum vitam, & salutem, cũ prò eod. habeatur de iure, alere, & salutem defendere; sicuti negare alimẽta pro eod. reputatur, quàm necare *l. ne care ff. de alendis liberis*; vnde sequitur quòd propter ingratitudinem erga patronos cõmissam, potest priuari dicto beneficio, sicuti filius hæreditate, & feudatarius feudo, &
145 licèt *DD. in c. final. de donat.* cõmuniter negent, propter ingratitudinem beneficiarii erga collatorem, reuocari collationem, tamen hoc verificatur secundùm eos in ordinario conferente, in quo non est vera donatio, vt clarè loquitur pcisè *Butr. ibid.* sed in beneficio iurispatr. certum est reuocari ob ingratitudinem per priuationem beneficii, ita *Panorm. in d. c. final. n. 12.* vbi ponit casum de quodam Rectore, qui ædificauit Monasterium, & dotauit, subditque quod si Abbas & Monachi commiserint ingratitudinẽ, monasteriũ non destrueretur, sed quod repellãtur illæ psonę, & aliæ con-
146 stituantur. Quod autem sola insidiatio, & machinatio de morte inferenda sit species ingratitudinis, clare habetur in *d. c. final.* ibi *vita periculũ inferre præsũpserit* pcisè *Panorm. in d. c. final. n. 2. in 4. casu. latius DD. in l. fina. C. de donat. & in §. alia eod. illo tit.* & in specie de insidiis mediãte maleficio, quod ad ingratitudinem spectent, habetur *in §. iustum, in auth. vt cũ de appell. cognoscitur. ibi si venenis, aut maleficijs, aut alio modo nocentes filiorum vita insidiati probabuntur.*
147 Nec obstat quòd in casu præsenti non fuit illatum vitæ periculum, quia veneficiũ non fuit perfectũ. Quia *Glos. ibi*; intelligit inferre periculũ vitæ, id est *insidiatus fuerit* sicuti omnia alia iura concordantia loquũtur, vt, de ingratitudine filiorum, sic loquitur tex. in *§. aliud quoque c. in auth. vt cum de appell. congnoscitur*; de ingratitudine parentũ erga filios, habetur in d. *§. iustum*, de ingratitudine vxoris erga virum in *§. mitiores, in auth. de nuptijs*, de ingratitudine donatarii erga donatorẽ in *d. l. final.* de ingratitudine

vas-

vassalli erga Dominum §. *idem eod. tit. quæ fuit prima causa beneficij amittendi in vsibus feudi.* Quæ insidiatio etiã comprehendit hunc casum, si solis verbis sit attentata, vnde idem significat, insidiatio, quam machinatio.

148 In specie quò adhoc, vt sit filius ingratus patri, & ideo priuari possit legitima, sufficit parasse venenum, licèt postea insidiæ patefiant. *Couar. in c. Raynutius nu. 13. de testam.*

149 Tandem quòd gratia facta non audita parte offensa circa præsens crimen sorti legii nõ teneat, testatur *Martinus Del rio in suis disp. lib. 5 sect. 16 fol. mihi 75.* & hęc &c.

DE VACATIONE Ratione assassinii commissi.

150 *Assassinij ratione, vt quis priuetur beneficio, sufficit si mandatum sit de occidẽdo Christianum, nulla habita ratione, an mandatarius etiam sit christianus, vel nõ num. 160. Quomodo debet constare de mandato num. 156.*

151 *Assassinij qualitas quomodo probetur ad effectum priuationis beneficij, & n. seq. & n. 166.*

153 *Mandati acceptatio ad effectum assassinij quomodo inducatur.*

154 *Promissio facta alicui pro homicidio patrando, quando inducat assassinium.*

156 *Pecuniæ datio pro homicidio, quando probat assassinium.*

157 *Delicti corpus circa sortilegium quomodo probetur, et n. 159.*

158 *Confessio rei non constito de corpore delicti, nullum producit effectum.*

163 *Actus proximus, quis nam dicatur in materia criminis assassinij ad effectum poenæ ordinariæ.*

165 *Irregularitas ratione homicidij, nõ incurritur nisi effectu sequuto.*

167 *Legatus à latere potest facere gratiam, & quando quis per talem gratiam censeatur restitutus ad beneficium.*

168 *Beneficii impetratio ob delictum, de quo fuit facta gratia ipsi reo, quando sortiatur effectum.*

150 CIrca crimen assassinii. Nota quod tex. in *c. 1. de homicid. in 6.* Secundũ communem sententiam, sicut habet locum vbi mandatur occidi christianus, ita vẽdicat etiã sibi locũ à quocũq; talis christianus fuerit occisus, siue talis mandatarius

seu

151 seu assassinus fuerit christianus, siue non, vt per *Ricc. in praxi variarum, quæ est 2. pars resol. 37.* vbi *resol. 36.* habes quæ dicantur probabilia argumenta, ad effectum vt censeatur probatum assassinium. Et quia de hac materia in facto valde simili casui præcedenti aliqua scripsi pro reo, non ab re esse putaui, si eam cõsultationem hic inseram, maximè quia continet plura, quæ spectant ad declarationem *cit. c. 1. de homicid. in 6.* qui loquitur de priuatione beneficii ex causa assassinii. Consultatio est, quæ sequitur.

Infacto mihi ex partibus transmisso, Arbitror nõ posse dici, nec reputari assassinium; ad effectum maxime, quod *N.* reus, priuatus remaneat beneficiis iuxta tex. *in c. de homicid. in 6.* Primò enim, ponderando confessionem ipsius rei, ex qua manant omnes difficultates, nõ inuenio mãdatum datum ab eod. reo Iacobo primùm, & postmodũ Bartholomæo fuisse ad venenũ propinãdum, vt supponit impetrans beneficium, sed tantum ad inueniendum aliquem expertum, qui veneficia, & sortilegia conficere sciret, pro maliando, & occidendo N. eiusdem rei consanguineum, quod mandatum non sufficit ad constituendũ assassiniũ, ita vt intrẽt specialia illius, & quod de eo disponitur in d. *c. 1. de homicid. in 6.* imò cum ipse Iacobus, & Bartholomæus tantùm præsupposuerũt reo, habere quãdam mulierem in prædictis expertã; ibi, *et menò da me detto Bartolomeo, quale disse io hò vna donna, che le sa fare, & è bona.* & dicta mulier præsupposito, *quod fuisset vera mandataria*, nunquam fuit conducta, nec visa per N. reum, nec ipse cum ea aliquid tractauit de prædictis, non potest huic casui applicari dispositio dicti

152 *c. 1.* Quod requirit primò, vt constet de illa qualitate assassinij *Gramm. conf. 1. post suas decis. n. 51. & seq. Marsc. conf. 112. n. 1. Farinac. de inquisit. q. 8. n. 85. et de homicid. q. 123. n. 54 conf. criminal. 10. n. 24. vol. 1.* & talis qualitas assassinij tunc dicitur probata, quando inter mandantem, & mandatarium præcedit conuentio de occidendo aliquẽ sub promissione certæ summæ pecuniæ, vel rerum, vt dicit *Bar. in l. non solùm §. si mandato meo n. 13. ff. di iniurijs. Canonistæ in d. c. 1. Farin. de homicid. q. 123. n. 19. & seq. & scribentes apud Farinac. d. cõs. 1. n. 1.* Secũdò requiritur, quòd promissio sit acceptata. *Bal. conf. 98. n. 3. lib. 1. Grãm.*

voto

voto, criminal. 11. *nu.* 19 *Vulpell. conſ. criminal.* 143. *n.* 3. *Riminal. iunior cõſ.* 685. *n.* 11. *lib.* 6. *Decian. tr. criminal. lib.* 9. *c.* 3 *n.* 17. *Baiard. ad Clarum §. aſſaſſ. n.* 6. *Brunor. a ſole q.* 34. *n.* 13. *& Farinac. d q.* 123. *n.* 128. *&* 147. *& Conſulentes apud d. conſ.* 10. *Farinacij.*

Hæc qualitas vtiq. in caſu, de quo agitur ceſſat, & non poteſt cõrouerti, quia ſi eſt verũ relatũ in facto, quòd Bartholomęus eſſet mediator, & non ſciret componere maleficium erat neceſſaria præſentia dictæ maleficæ mandatariæ, & cum illa faciẽda erat conuentio, aliàs non eſt aſſaſsinium *Boſi. de mandato ad homicid. n.* 35. *Carrer. in ſua pract. criminal. verb. circa igitur ſeptimũ n.* 6. *Gabr. cõſ* 170 *n.* 16. *to.* 1. *lib.* 2. *concluſ.* 1. *in criminal. num.* 39. *Capic. deciſ.* 155. *num.* 9. *& Conſulentes ad Farinac. d. conſ.* 10. *n.* 9 *&* 28.

153 Nec dici poteſt, in hoc ſufficere acceptationem Bartholomæi, quoniã ſi reſpiciamus promiſsionem ſcutorũ 25. pro illa muliere, quæ debebat componere veneficiũ, ſupradictus Bartholomęus dictam promiſsionem nomine ipſius nunquam acceptauit, ſed tantùm indicauit principali, quod oportebat elargiri dictæ mulieri ſcuta 25. & dictus principalis annuit, vnde oportebat, quòd mulier acceptaret, vt DD. requirunt, imò nec dicta acceptatio pro muliere ſufficeret, cùm tractetur de illa obliganda ad pœnam aſſaſsinij, ad quam nullus poteſt alium obligare, ſine indiuiduo, & ſpecialiſſimo mandato *Bar. in l.* 3. *§. ſi procurator ff. quod quiſque vnus, & in l. ſi procurator, vbi Iaſon ff. de condit. indebiti Fel. c.* 1. *n* 8. *vt lite non conteſtata. Pariſ. conſ.* 100 *n.* 7. *lib.* 3. *Menoch. de arbitrar. caſu* 516. *n.* 24. *& ſeq.* & tamen de tali mandato dato a muliere neq; aliquod apparet.

154 Si verò reſpiciamus promiſsionem factam dicto Bartholomæo, vtiq; clara eſt, quòd illa non tendit ad occidendum, ſed ſolùm ad ſollicitandam mulierem, quo caſu nullo modo poteſt prætendi aſſaſsinium, notant *Canoniſtæ d. c.* 1. *& alij relati à Brunor. à ſole d. q.* 34. *n.* 7. *& ſeq. Pariſ. conſ.* 166. *n.* 2. *Gabr. d. conſ.* 170. *n.* 6. *Honded. conſ.* 93 *n.* 65 *lib.* 2. *& Conſulentes apud Farinac. conſ.* 10. *nu.* 1. item dicta promiſsio eſt ſatis incerta, dum tantùm promittitur dicto Bartholomęo *vſurli corteſia*; vnde non poteſt inferri ad aſſaſsinium, etiam quòd dictus Bartholomæus eſſet principalis mandatarius *Gabr. d. conſ.* 170 *n.* 15 *& ſeq.*

Vul-

Vulpell.d. conſ. 143. *Viuius com.opinion.opinion.74. poſt n.1.Baiar.ad Clarum in §.aſſaſſ.n.7.& ſeq. Decian.d.c.35. n.17.Honded.d.c.93.n.66.Farinac.d.q.123. n.* 40.*& tr. de homic.n.*548.ex prædictis igitur clarè patet quòd non ſumus in terminis d. c.*1.*

155.Nec obſtant pecuniæ datæ dicto Bartholomęo ad bonũ computum, quia vt ipſe Bartholomęus dixit in ſua confeſsione,illas pecunias dedit principalis pro emendis rebus neceſſarijs ad ſupradictũ veneficium, ita inſtante ſupradicto Bartholomęo,ibi *Ritornò da me cõ vna poliſa ſcritta d'erbe per fare detta malia,dicendo,ce biſogna denari* vnde non pro homicidio, ſed pro herbis accepit, & ſic nõ eſt aſſaſsinium, ita in puncto *Gabr.d conſ.*170.*n.*21.*& ſeq. Boſſ.vbi ſupra n.*34.vbi quod pecuniæ datæ ad alium finẽ, quàm occidendi,non inducũt aſſaſsinium,ſequitur *Vulpell. d.conſ.*143.*num.* 28.*Baiar.ad Clarum d.§.aſſaſſ.num.*7. *Viuius opin.*74.*num.*1. *Addentes ad Farinac.d.conſ.*6. *littera A,& idem Farinac.q.* 723. *num.*158.*& ſeq.*

156 Secundò vt habeat locum d. *c.* 1. requiritur vt conſtet plenè de mandato:item quod Iudex declarauerit, principalem ita mandaſſe *Alex. conſ.* 166.*n.*5.*lib.*7. *Carr. in pract. §.circa igitur tertiũ n.*15. *& ſcribẽtes ad Farin. d. conſ.*10. *n.*26.& licèt poſsit replicari, conſtare de mandato per cõfeſsionem principalis,adhuc reſpondetur, confeſsionem prædictam non ſufficere ad probandum mandatum,non ſequuto delicto. *Boſſ. tit.de delicto n.*15.*et melius d.tit.de mandato ad homicid.n.*57 *D. cian pract.crim.li.*9.*c.*34.*ne* 43. Quãdo. n.DD. dicũt ſufficere confeſsionem ad probandum mandatum,debent intelligi ſequuto effectu, & cõſtito de mandatario principali delinquente *Ruin.cõſ.* 6.*n.*11.*lib.* 3. *quem ſequitur Surd.conſ.*4.*n.*9.*& ſeq. lib.*1. *Augger.conſ.*21.*num.* 19. *&* 23.*lib.*3.*per tex. in l. ſi is qui rem,la* 2.*§ ſi tu,vbi Bart.ff.de furtis, & in puncto Farinac. conſ.criminal.* 102.*num.* 31. *Gramm.d.conſ. criminal.* 36. *num.*5.maximè vbi tractatur de pœna ordinaria,vt in caſu noſtro, quia tunc requiritur probatio mandati aliunde,& quod conſtet de mandatario principali delinquente,ſtante quod mandans obligatur nõ ex mandato, ſed ex delicto ſubſequuto propter mandatum,vt defendit *Bar. in d l. non ſolùm §.ſi mandato nu.*9. *ff.de iniurijs, latiùs Salicetus in l.non ideo n.*24.*c. de accuſ.*

Ma-

Marian. Socc. in c. proposuisti post num. 22. extra de for. compet. Clar. in pract. §. fin. q. 89. n. 4. Bossi. de for. compet. n. 109. Decian. d. tr. criminal. lib. 9. c. 32. n. 5. & c. 39. n. 20. Farinac. de consult. q. 135. n. 8. Qui licet *tr. de inquis. q. 3. n. 1.* videatur limitare in assassinio, in quo mandatum habeatur pro perfecto, etiã effectu non sequuto, tamẽ ibi loquitur de pœna extraordinaria, & sic extra terminos nostros, prout idem respondet *cons. 102. n. 31.* vbi quod nullo modo potest puniri.

157 Imò dico prædictam confessionem nullo modo attendendam, nec habendam in consideratione, nedùm pro pœna *d. c. 1. de homicid. in 6.* Verùm nec pro pœna extraordinaria; ex quo non video in processu aliquo modo verificatnm corpus delicti, cũ Curia non procurauerit habere in manibus dictas herbas, quas figurauerat Bartholomæus meo principali, nec minùs subscriptionẽ dicti mei principalis, & quod peius est, nec constat per peritos, quod illæ herbę possint applicari ad prædictum veneficiũ, & quòd illa mulier depicta profiteretur illam artẽ, & sic q realiter Bartholomæus procuraret eum effectu committere dictum veneficium, & non potius decipere dictum principalem, vt credendũ est, pro extorquẽdis pecuniis.

158 Quo non facto, & cessante pro parte fisci, intrat alia vera DD. assertio, quòd confessio rei nullum producit effectum, non constito prius de corpore delicti, ita *Ludou. Cato inter cons. criminal. diuers. cons. 29. nu. 7. lib. 1. in paruis. Bertaz. cons. criminal. 57. nu. 3. cons. 138. n. 1. lib. 1. Decian. in tr. criminal. lib. 9. c. 2. nu. 8. & c. 26. nu. 10. Alex. cons. 15. nu. 6. lib. 3. Grumm. cons. criminal 36. post nu. 4. Foller. in pract. crimina. vers. item quod sororem venenauit nu. 15. & nu. 27. Bossi. de delicto num. 6. DD. cõmuniter in l. 1. §. itẽ il-*

159 *lud ff. ad Sillanianũ.* Quod nõ solùm Curia vel fisc̃us teneretur procurare habere in manibus dictas herbas, & subscriptionẽ; verùm etiam probare per peritos, quòd essent aptæ ad veneficium, aliàs nusquam dici posse sufficienter constare de corpore delicti, Docent *Bossi. vbi supra n. 26. & Consulentes apud Farinac. cons. 184. n. 16. & seq.* & ratio est, quia quando lex loquitur cum aliquo præsupposito, sublato illo, cessat legis dispositio. *Bar. & Salyc. in l. mãcipia C. de seruis fugitiuis.* Nec ad puniendum sufficit credu-

dulitas delinquendi in casu, de quo agitur, maximè quando veritas pôt esse in contrariũ Bar. *in l inter omnes §. rectè, de furtis. Menoch. de arbitr. lib 1. q. 90. n. 20. & 25. & cons. 480. n. 11 lib. 8. & scribentes ad Farinac. d. cons. 184.*

170 Tertiò procedit dictum *c. 1. (& nunc aggredior secundũ dubium)* quando mandatum fuisset datũ alicui infideli pro occidẽdo christianum, in quo vult etiã puniri affectum, licèt non sequatur effectus, vt bene declarat *Couar. in clem. si furiosus p. 2. in 1 n. 9. Gemin. & alij Canonista in d. c. 1. Decian. d. c. 30. n. 13. Menoch. casu 360. n. 39. Brunor. à sole d. q. 34. n. 1. & nouissimè refert Petrus Cabal. d. tr. de homicid. n. 503. Ignat. Lop. in addit. ad Diaz. in sua pract. Canon. c. 97. littera D.* quæ opinio etsi non sit ad aliquibus recepta, vt dictũ fuit à nobis *supra n. 150.* tamen ipsi non negant, quin vbi mandatum fuerit datum christiano cõtra christianum,

161 prout in casu, de quo agitur, tunc nõ procedat dispositio dicti *c. 1.* nisi sequuto effectu, vel fuerit deuentum ad actũ proximum, ita quod per mandatariũ non steterit quòd effectus sequatur, aliàs nunquam daretur pœna ordinaria, sed solum extraordinaria, ita defendit *Angel. in l. item apud Labernem. §. si curauerit ff. de iniurijs, Marsil. in l. unica n. 2937. de raptu virginum,* vbi admisit opinionem *Angeli* vt non possit imponi pœna ordinaria, secus extraordinaria, & plenè *cons. 103. per totũ Couar. vbi supra vers. secundus subijcitur casus; Gramm. decis. l. 2.* vbi testatur ferè per 30. annos ita fuisse decisum in magna Curia Vicarię, & refert vnum casum grauiorum, cuiusdam Prothonotarij Apostolici, qui solùm fuit condemnatus in pœna pecuniaria tempore Illustrissimi Proregis Cardinalis Columnæ, *& decis. 58. & decis. 74. n. 5. voto criminal. 8. n. 9. & seq. voto 9. n. 9 & seq. & voto 20. per totum Decian. vbi supra n. 15. & seq. Bosse. de mandato ad homicidiũ n. 36.* vbi declarat expressè dictum *c. 1. de homicid. in 6.* non

162 habere locum, si non fuit sequutus effectus vel saltem factus insultus, & alij relati per *Farinac. d. q. 125. n. 81. 104. & 106.* vbi testatur, quod hæc sit magis cõmunis opinio, & *nu. 119.* quibus accedunt *Petrus Caball. vbi supra n. 506. ver. mihi quidem placet, & Illustriss. Card. Fuscus tom. 6. litt. P. concl. 227 n. 5.*

163 Actum verò proximum declarant DD. in assassinio, similibusq, delictis, dici, quando fuit deuentum ad insultũ,

vel

vel offensionem, vt per *Grām. voto criminal. q. n. 10. & alios copiosè relatos per Farinac. d. q. 123. n. 106 vbi ponit plura exempla, quem sequitur P. Caball. vbi supra n. 501.* quæ applicando ad casum nostrum, clarè patebit non fuisse deuētum ad aliquem actum proximum per mandatarium dicti principalis, ex quo vt dicebā, Bartholomęus non erat ipse principalis mandatarius, & qui sciret componere veneficium, sed mulier quædam, quæ numquam fuit visa, nec alloquuta cum principali, imò creditur potiùs depicta in mēte per dictum Bartholomæū ad effectum extorquendi pecunias à dicto principali, quā quòd realiter, esset in rerū natura, vnde frustra hodie quæritur dari assassinium, cum nō cōstet de principali mādatario. Verùm etiāsi constaret de principali cōstat, quod nec assassinium esset, saltem ad effectum de quo agitur, ex quo non fuit deuentum ad aliquem actum proximum, & immediatum delicto.

Et dato, quòd posset prætendi fuisse deuentum ad aliquē actum ob traditionem pecuniarum dicto Bartholomęo, subscriptionem, & herbas prępparatas, de quibus in confessione mei principalis; nihilominus actus prędicti nullo modo possunt dici proximi, & immediati delicto, sed valdè remoti, & mediati, postquam pecuniæ fuerunt datæ ad alium finem, quàm occidendi, & herbæ, *de quarū corpore non constat, quod solū sufficere deberet pro criminis impunitate*, non fuerunt aliquò modo præparatæ, nec ad veneficiū accomodatæ, ita q nocuerint, vel nocere potuerint, quo casu isti appellantur à doctorib. actus remoti, non autem proximi, vt in pūcto exēplificat *Bal. conf. 443. leubus confecit venenum lib. 3. Gramm. omnino videndus d. decis. 98. & d. conf. criminal. 36. n. 12.*

Et sic vbi ex præparatione cum actu proximo posset prętendi pœna ordinaria vbi mors sequuta esset, vel per mādatariū nō stetisset, vt sequeretur, ex simplici tamen tractatu, ac simplici perquisitione ad veneficium committendū, cum perquisitio talis non nocuit, nec fuit apta ad nocendum, tamquam non reducta ad actum, non potest talis principalis aliqua pœna puniri, vt in terminis respondet *Maluasia conf. 112. n. 3. ad finem & n. 32. lib. 1.* vbi adducit plura 164 exēpla ad probandū, q nulla pœna neq; pecuniaria incurritur ex actu remoto ad venenū *& habetur per Adden. ad Farinac.*

rinac.conf.184.nu.49. in omni casu nõ potest negari, quin poena debeat esse solùm extraordinaria leuis, vel pecuniaria, si persona non sit vilis *Florianus in l.item si obstetrix num.2.ff.ad l.aquiliam. Bal.[d. conf.443. Gramm. decis.2. nu. 29.& decis.74.num.14. & d. conf.criminal.36.nu.13. Maluasia vbi supra num.29. Farinac.q.122.num.20.* vbi quod licèt fuerit deuentum ad actũ proximum, & præparationẽ veneni, adhuc propinans, non puniatur poena mortis, & sic poena ordinaria, sed alia mitiori, si is, qui venenum sumpsit, non obierit, *& d.q.123. num.106. & num.104.* vbi de magis communi, æquiori, & recepta opinione testatur, & *scribentes ad eum inter consilia d.conf.184. num.11. volum.2.*

Ex quibus potius rigorosa, quàm leuis videtur iudicanda poena soluta, & concluditur, nullo modo esse locum *d.c.1. de homicid.in 6.* ad effectum
165 priuationis beneficij, nec minùs dictus meus principalis potest prætendi irregularis, stante effectu non secuto, vt per *Couar.in d.Clem. si furiosus p.2.nu.5. Cataldin. de Boncomp.conf.criminal. 55.n. 65.lib.1.in paruis, & communissimè Farinac. d tr. de homicid.q.124.nu.56.& seq. & late Vgol. suo tr. de irregul. c. 5.*
166 *§.4.per totũ*, et sic impetratio beneficij nullo modo potest sustineri, maximè quod non narrauit in sua gratia ve-
167 ritatem facti, et ad omne pe ius impetratio fuit facta post absolutionem, et gratiam dicti mei principalis ab Illustrissimo Legato, qui vigore ordinariarum facultatum solitarum concedi à Sanctissimo Illustrissimis Legatis, nedũ absoluit, et liberauit solutis scutis etc. Verùm *ad famam, honores, & omnia, qua habebat ante prætensum debitum, et possidebat, reposuit, & restituit in integrum*, ex quibus verbis, nõ potest negari, quin meus principalis censeatur etiam restitutus ad beneficium, etiã si tertio fuisset ius quæsitum, dum traheret causam, et originem à condemnatione, ita defendit *Felin.in c.inter quatuor vers.limita 1.num.5.de maior.& obed.* tanto magis si beneficium non fuit collatũ ante gratiam. *Bellam.concluf. 743. Moheanus de restit spoliat.decis.5. & 6. Peregrin. de iure Fisci lib.5.tit.2. num.22. Oddus de rest.in integrum p.2. q.95.ar.1 num.7. & in termi-*
168 *nis q 98.ar.3. num.32.* ubi distinguendo, tenet, quòd si beneficiũ non fuit alteri collatum ante gratiam, per restitutionem recuperet illud: si

si uerò fuerit collatum quod non recuperet, et alios allegat, ac testatur de communi, cum qua distinctione uidetur residere etiam *Farinac. suo tr. de Inquis. q. 6. nu. 28. vers. ex quorum dictis*, et hæc etc.

De Vacatione ob Hæresim.

169 *Hæresis cõtracta post adeptum beneficium ratione, an vacet ipso iure Capell. Quid ad finem impetrationis nu. seq.*

171 *Hæretici beneficium, quando potest conferri ab Ordinario, non citato hæretico.*

172 *Abiurans de formali, quando remaneat inhabilis ad beneficia, & 177. Quid de abiurante sponte in officio inquisitionis nu. seq. et 175. Quid de abiurante de vehementi, vel de leui nu. 178.*

174 *Absolutio circa casum hæresis an dari possit in foro conscientiæ ab Inquisitoribus.*

176 *Inquisitor potest dispensare ab irregularitate incursa ratione hæresis.*

QVò ad uacationem per hæresim contractã post adep
169 tam Capell. etsi dissensio sit inter DD. an ipsa fiat ipso iure, uel requiratur sententia declaratoria talis criminis, ut tetigi *supra sub num. 110. ca-*
su 14. tamen ut benè *Suar. loc. ibi à nobis cit.* authores opinionis negantis illam vacare ipso iure, tantùm inde inferunt, Capellanum, seu beneficiarium non esse obligatum ad dimittendum beneficium, & seipsum spoliandum, & per consequens si numquam denuntietur, & secretò resipiscat, tuta conscientia posse illud retinere, nec teneri ad restitutionem fructuum, quia non fuit amissum beneficium quò ad proprietatem ipso fa-
170 cto; non autem negãt, quod beneficium impetrari possit à die commissi criminis, & resignationem ab illo factam ab eod. tẽpore inualidari, & posse cogi ad restituẽdos ab eodem tempore fructus, vt prosequitur *Suar. disp. 21. de fide sect. 5. in fine* {Dixi *post adeptã Capellaniam*, quia si collatio fuit facta ei, qui iam erat hæreticus, collatio est ipso iurẽ nulla, & per consequens tenetur ad dimittendam proprietatem, & fructus beneficij, etiam post conuersionem, vt per *Garz. p. 11. de benef. c. 10. num. 728. Sanch. & alios apud Suar. loc supracit.* Ex quibus apparet quomodo sit verum id, quod firmat *Ricc. p. 1. praxis decis. 674.* quando ibi conatur probare; quòd beneficium hæretici possit conferri ab Ordinario, hæretico nõ cita-

citato, est etenim verum in eo, qui iam lapsus in hæresim obtinuit illud, et sic priuato ipso iure, vel sit eius hæresis notoria iuxta ea, quæ diximus *supra sub nu.* 53. tunc etenim ante collationem non est citandus, sed post collationem, ad hoc, vt talis hæreticus priuetur possessione illius debet citari, vt etiam ipse innuere videtur *nu.* 7.

172 Quid autem si fuit hæreticus, sed iam abiurauit hæresim, an postea possit illi conferri Capellania? Resolutio huius dubij pendet ab illa quæstione, an qui abiurauit de formali sit inhabilis ad beneficia, de qua re *Nauar. conf.* 6. *de hæreticis*, vbi firmat quòd talis si abiurauit, quia inquisitus confessus fuit se fuisse hæreticũ, non solùm est inhabilis beneficio habendo, sed est priuatus ipso iure habito, per tex. *in c.* 2. *de hæret. in* 6. *et c. cum* 2. *extr. eod. tit.* secus si abiurauit, quia inquisitus cũ iuramento se purgauit negando se in illam incidisse, et abiurauit detestando eam, ac promittendo se numquam fuisse hæreticum etc. Hæc sũt uerba ipsius *Nauar.* qui subdit, se non credere Bullam Pij V. annullantem resignationẽ beneficiorum uacantium ob hæresim non habere locum in beneficio eius, qui abiurauit hæresim etiam primo modo supra explicato.

173 Si autem sponte Beneficiarius accesserit ad Inquisitorẽ ante omnem aliam denuntiationem, & confessus suam hæresim, illam abiurauit, vt reciperet absolutionem, vt obseruatur in dicto Tribunali mitius agendo cum ipso, vt *per Zenard. in suo directorio Confessariorum, & Theologorum*, ideoq; dicta absolutio non est in foro conscientiæ, vt aliqui putarunt, cum scribatur eius depositio, & abiuratio fiat coram Notario, vt vidi practicatum, dum munere Consultoris Sancti officij Arimini fungebar, habetur etiam per *Santarell. de hæreticis c.* 5. *dub.* 7. *& Nouar. in suis singul. concl.* 4 *nu.* 2. *Sanchez lib.* 2. *summæ moralis c.* 12. *Barbosam de officio, et Potest. Episcopi Allegatione* 40. *nu.* 26. contra *Graffium*, qui volebat, quod per Bullam Cœnæ Domini abrogata sit potestas Episcopis non autem inquisitoribus, vt latè per *Garziã p. xi. de beneficijs c.* 10 *num.* 120. & sic conciliari possunt opiniones contrariæ in hac quæstione. An Inquisitores habeant facultatem absoluendi à casibus primæ clausulæ Bullæ Coenæ in foro conscientiæ, vel tantùm in foro exteriori, de qua nos aliqua diximus

mus *recoll. 9. nostri tr. de potest. Confess. à num. 56. & latiùs agimus eum de off. & potest. Confess. circa censuras à iu-*

175 *re* Quæri tandem potest, vtrùm requiratur etiam, ut de nouo talis qui in hæresim lapsus fuit (& præuia abiuratione in foro conscientiæ, ut supra absolutus) petat nouam collationem, ad hoc vt postea dicta beneficia non possint impetrari? Et respondeo affirmatiuè, quia certum est requiri hanc nouam collationem, cùm iam propter hæresim illa uacauerint, nec Inquisitor absoluendo potest restituere, etiã circa beneficia, sicut de-

176 legato à latere dictum fuit *supra num. 167.* & si possit dispensare ab irregularitate ob dictam causam incursam, ut habetur in Bulla Clemen. VII quæ refertur in *Directorio Inquisitorum, & testatur Nouar.*

177 *d. concl. 4. in princip.* Itẽ nec talis absolutio potest facere, quòd ipse beneficiarius non fuerit hæreticus, ita n. hæreticus priuatur beneficijs, ut etiam post conuersionem remaneat inhabilis ad illa sine dispẽsatione, ut loc. supracit. *Suar. ait, & innuit Viuian. lib. 6. praxis c. 5. nu. 67.*

178 *Dixi abiurauit de formali* quia secus est si abiurauit tantùm de vehementi, & iam peregit pœnitẽtiam, ut resoluit Rota *inter recoll. à Farinac. post volumen primum responsorum suorum decis. 51.* & fauet *Sayr. lib. 2. de censuris c. 12. n. 16.* vbi probat, hos non esse irregulares, de qua re *Sanch. lib. 2. summæ c. 25.* & tantò magis, si abiurauit de leui; argumento eorum quę notat *Nauar. cons. 5. de hæret. vbi, quòd hoc casu, Regularis non remaneat inhabilis ad dignitates Religionis, circa quod hodie obseruandum est decretum vltimo loco latum sub S. D. N. Vrbano VIII. relatum à nobis in 2. p. tr. de potest. Confess. recoll. 1. n. 182. in fine.* Et *Genuen. c. 46. suę praxis Archiepisc.* vbi refert sacram Congreg. generalis inquisitionis declarasse, quod Sacerdos qui abiurauit de leui, nõ impediatur exercere sacros ordines, & sacramẽta ministrare, ac fideliũ quoq; cõfessiones audire; quæ omnia intellige, nisi in sententia, qua iussus fuit abiurare, etiam hic talis suspendatur à confessionibus audiendis ad arbitrium eiusdem Tribunalis &c. quia tunc requiritur dispensatio, vt est manifestum, & dictũ fuit à nobis *ead. p. 2. nostri trac. Recoll. p. n. 182.*

PRA-

PRAXIS SECVNDA

Probationis existentiæ Iurispatr. in Capellania.

1 *Existentiæ Iurispatr. probationis forma traditur in Conc. Trid.*

2 *Fundator an possit apponere conditionem, vt dicta forma non attendatur in Iurepatr.*

3 *Tituli Iurispatr. qui nam hodie sint.*

4 *Priuilegio hodie non probatur existentia Iurispatr. Quid si priuilegium fuit concessũ ex causa onerosa, & quæ nã sit ista causa onerosa nu. seq.*

5 *Episcopus non potest concedere Iuspatr. ei, qui non fundauit, construxit, vel dotauit.*

6 *Dotis augmento quando acquiratur Iuspatr. & nu. seq.*

7 *Iuspatr. ex priuilegio quando nam dicatur, item quando tale præsumi non debeat nu. seq.*

9 *Iuspatr. et priuilegio quomodo ab Ordinarijs reuideri debeat ex S. Conc. Trid. & an interim patronus priuandus sit quasi possessione nu. seq.*

11 *Iuspatr. ex priuilegio an iudicandum sit, vt laicale, vel vt ecclesiasticum.*

12 *Titulorum multiplicatio in Beneficialibus admittitur.*

13 *Præscriptione quomodo Iuspatr. possit acquiri, ac ex ea probari possit eiusdem existentia, & seq.*

CErtum est ex supradictis, quòd in dubio Capellania potius præsumitur libera, quàm de Iurepatr. Ideoq; allegans Ecclesiam esse Iurispat. debet probare existẽtiam Iurispatr. in dicta Capellania, ita concludenter, quòd excludat libertatem conferendi in Ordinario absq; aliqua præsentatione. Meritò igitur post probationem vacationis Capellaniæ, Rota à præsentato quærit probationem existentiæ

1 ipsius Iurispatr. cuius, probationis forma traditur in *Sac. Conc. Trid sess. 25. c. 9. de reform.* his verbis. *Decernit S. Synodus, vt titulus Iurispatr sit ex fundatione; uel ex dotatione, qui ex authentico documento, & alijs iure requisitis, ostendatur, siuè etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliàsue secundùm iuris dispositionem. In his verò personis, seu communitatibus, vel uniuersitatibus in quibus id ius plerũq; ex vsurpatione potiùs quæsitum præsumi solet, exactior probatio ad habendũ verum titulum, requiritur;*

nec

nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quàm si præter reliqua ad eã necessaria, præsentationes etiam continuatæ, nõ minori saltem, quàm 50 annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probẽtur.

2 Quòd autem fundator non possit apponere conditionẽ in limine fundationis, vt in probatione sui patronatus non adhibeatur forma ista S. Conc. Triden. probat latè *Ricc. in sua praxi nouiss. probat. iurispatr. resol. 140.*

Vt autem hæc materia clarè, & faciliter pateat, quod tantum in ea desideratur, & à nobis præstandum est iuxta nostrũ institutum, in plura capita hanc praxim diuidimus.

CAPVT PRIMVM.

DE TITVLIS, EX quibus debeat probari existentia Iurispatronatus.

EX supra relatis verbis S. Concilij colligitur primò, qui nam hodie sint tituli ex quibus probanda erit tam quam valida iurispatr. existẽtia, maximè ad excludendam reseruationem; sicut enim titulus in materia beneficiorũ dicitur modus legitimus obtinendi beneficia, vt per *Rebuff. de pacificis possess. n. 67. Petr. Greg. Tolos. de benef. cap. 40. nu. 19. & Garz. de benef. p. 4. cap. 4. num. 1. & 25.* ita hìc pro titulo iurispatr. communiter DD. intelligunt modũ legitimum acquirendi iuspatr. supra Ecclesiã, vel Capellam, huiusmodi enim, vt ait post *Monetam, Viuian. lib. 2. cap. 1. num. 25. & 26. latè probat Ricc. in praxi particulari n. 41.* Sunt hodie tres, Primus est fundationis, Secundus dotationis (sub quibus duobus expressis in S. Conc. continetur ẽt titulus constructionis) Tertius iuris multiplicatarum præsentationum *licet .n.* subdat ipse, ante Conc. iuspatr. acquirebatur quinque modis .s. fundatione, dotatione, contractione, priuilegio Papæ, & præscriptione, tamẽ per S. Conc. fuerunt sublati duo vltimi modi per priuilegiũ Papæ scilicet, & præscriptionem: verè tamen nostra sententia sunt tantũ duo tituli, scilicet fundationis, seu constructionis, & dotationis qui probantur per authenticum documẽtum, & per multiplicatas præsentationes, vt infra n. 195. quos tantùm titulos attendi debere tam in possessorio, quàm in petitorio, declarauit *S. Cõgr. Conc. Apud Rotam in Auximana*

iuriſpatr. 28. Maii 1593. corã Millino, quæ eſt 4. apud Viuian. quæ omnia hìc ſunt explicanda à nobis.

EXISTENTIA Iuſpatr. an poſſit probari ex priuilegio.

DE hac re agitur in d. *ca 9. S. Conc.* ibi *Reliqui patronatus omnes in beneficijs, tã ſecularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, aut dignitatibus, aut quibuſcũq; aliꝭ beneficijs in Cathedrali, vel collegiata Eccleſia, ſeu facultates, & priuilegia cõceſſa tã iuripatr. quam alio quocunque iure nominandi, eligendi, præſentãdi ad ea, cùm vacãt exceptis patronatibus, ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliꝭ, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſſidentes, alioſque ſublimes, & ſupremos Principes iura Imperij in dominijs ſuis habẽtes pertinent, quæ in fauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt, in totum prorſus abrogata, & irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta,* & ſic pluries declaraſſe S. Congreg. & Rot. Romanam teſtatur *Ric. p. 3. deciſ. 120. & in prax. dec. 148. & latiùs in praxi particulari reſol 46.* vbi probat inſtrumentum, in quo apparet iuſpatr. conceſſum fuiſſe ex priuilegio, nõ dici authenticum ad finem probandi primo modo exiſtentiã. At ampliat *Ric. loco primo cit.* ex ead. S. Congreg. & Rota, etiã ſi in priuilegio habeatur clauſula, *vt reguletur perinde ac ſi competeret ex vera fundatione, & dotatione cum aliꝭ clauſulis efficaciſſimis,* & limitat niſi fuerit conceſſum dictum priuilegium ex cauſa onerosa, proſequitur *Viuian. lib. 2. c. 5. à n. 15.* vbi *numeris ſequ.* declarat quòd cauſa onerosa in his terminis erit, ſi dos fuit aucta, ſaltem ad medietatem, maximè in materia reſeruationum, & ſaltem vſque ad tertiã partẽ in materia alternatiuæ, & q̃ ad hoc vt aug mẽto dotis quæratur iuſpatr. accedere debet priuilegium Papæ, & non ſufficit, neq; ob ſeruantia, & centenaria, & immemorabilis, nec conceſſio, vel priuilegium Epiſcopi: vbi quòd non ſolùm Epiſcopus nequeat concedere iuſpatr. in Eccleſia libera à principio, ſed neque in Eccleſia patronata effecta libera propter extinctionem iuriſpatr. quæ omnia sũt valde notãda. Quòd per augmẽtũ dotis Eccleſia libera non poteſt redigi in patronatam cum ſolo conſenſu Epiſcopi, & nõ ſufficiat ad iſtum effectum, quod Capella ſit de pauperata, ni

ſi

si totaliter dotem amiserit, ita vt sit reducta de non esse ad esse per dictum augmẽtũ, habetur per supra relata verba formalia in illa Lunen. Sarza benef. 5. *Iulij 1599.* coram Card. Millino, quæ inter *recoll. d Viuian. est decis. 190. adest alia decis. Lucana Canonic. 14.* Maij 1590. coram Bubalo, quæ apud *Viuian. est decis. 35.* & tandem fuit confirmatum in *Triuentina beneficij 12. Nouembris 1629. corã Queipo*, quam habetis in fine operis; ideoq; instrumentum talis augumenti non dicitur authenticum, *vt infra nu. 31. in fine* Quo ad ea verba quæ ex Viuiano supra retuli; *saltem vsq; ad medietatem, maxime in materia reseruationum, & vsque ad tertiam partẽ in materia alternatiuę*; videas omnino decisiones in Cęsara gustana Paroch. corã, Coccino relatas ab eod. *Viuiano lib. 4. Praxis c. 10. n. 30. & seq.*

8 Limita etiã quando S. Pontifex in Bulla asserit patronatum antiquitus spectare ad talem familiam, quia non per hoc dicitur Iuspatr. ex priuilegio, vt fuit dictũ in Aliphana Iurispatr. 4. Iulij 1629. coram Ghislerio; ibi *Dispositio S. Conc. sess. 25. c. 9. non applicatur, quia Bulla Bonifacij non continet concessionem Iurispatron. ita quòd sit ex priuilegio, quia Papa non concedit Iuspatron. ex priuilegio, sed asserit illud ante competiisse ex dotatione, & fundatione, & sic confirmat. & plenè probat ex deductis supra*; & Cone. *vt fuit resolutum in decis. quæ reuidetur, loquitur in familia potenti, & tantum ius commune innouauit in his, in quibus posset esse præsumptio vsurpationis.* Rota *decis. 798. num. 4 p. 1. & 331. num. 1. p. 2. diuers.* Ex quibus vltimis verbis huius clausulę decis. ac clarius ex similibus verbis positis in decis. eiusdẽ causæ coram eod. 1. *Iunij* eiusdem anni; ibi *Nec obstat quod Cone. sustulerit omnes patronatus ex priuilegio vnà cum quasi possessione, quia procedit in his, in quibus præsumitur Iuspatr. ex vsurpatione, sed ex fundatione, vel constructione. Rota diuers. decis. 793. nu. 4. p. 1. & decis. 331. nu. 1. p. 2. vnde cum in casu, de quo agitur, cõcurrant institutiones factæ ad præsentationem patronorum cum sententijs latis per Ordinarium, placuit Dominis ad effectum manutentionis, sufficienter constare de Iurepatr.*

9 Desumitur, & alia limitatio, scilicet quod, vbi sumus in personis priuatis, in quibus nõ cadit suspicio usurpationis tunc siuè constet de priuile-

gio valido, siue non; in dubio præsumitur potiùs ex fundatione, & dotatione, quàm ex simplici priuilegio. Dixi *ex priuilegio valido*, quia si constat de priuilegio inualido, etiam post centenariam non prodest, vt per *Viuian. lib. 2. c. 5. nu. 27.* sicut de quolibet titulo, vt infra. Item, quòd & si patronatus allegatur ex priuilegio, non per hoc excludatur quis, vt nequeat iuuari alio titulo, veluti immemorabili, vel centenaria quasi possessione fuit decisũ à Rota in *Ianuensi* Abbatiæ *13. Iunij 1625.* quæ inter recoll. *à Viuian. est decis. 38.* vbi hanc affert rationem, quod scilicet dictus temporis cursus facit præsumere esse ad iustum titulum, scilicet dotationis, & clariùs decis. seq. 39

Aduertendũ, q̃ *S. Cõc. d. c. 9.* circa Iuspatr. acquisitum ex priuilegio S. Pontificis etiam ex causa onerosa, scilicet augmenti dotis, seu ex noua cõstructione, aliaq; simili causa, mãdauit in certis casibus, vt reuideantur ab Ordinarijs, tamquam *Sedis* Apostolicæ delegatis, ibi *similiter quoque patronatus quicumque in Ecclesijs, & quibuscumque alijs beneficijs, etiam dignitatibus antea liberis, acquisiti à 40. annis citrà, & in futurum acquirendi, seu ex augmento dotis, seu ex noua constructione, vel alia simili causa, & auctoritate Sedis Apostolicæ ab eisdẽ Ordinarijs, vel delegatis, vt supra, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegijs impediantur, diligenter cognoscantur, & quos non reperierint ob maximam euidentem Ecclesiæ, vel beneficij, seu dignitatis necessitatem, legitimè cõstitutos esse, in totum reuocẽt, atque beneficia huiusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod ab eis ideirco datum est, in pristinum libertatis statum reducãt, non obstantibus &c.*

Circa quæ verba aduertendum primò ex *Rice. in prima parte prax. decis. 167. ad finem* post S. Congreg. & Rotam, computum 40. annorum esse faciendum à confirmatione Concilij, & sic priuilegium concessum, vt supra ante annos 40. a confirmatione Concilij non subiacere dictæ reuisioni, sed firmum remanere.

10 Secundò ex *Massobrio* quẽ refert, & sequitur *Viuian. lib. 2 praxis Iurispatr. c. 5. nu. 20. ad finem*, quòd probata existentia Iurispatr. & priuilegio ob causam onerosam, dum cognoscitur super validitate ipsius, in casu, quo potest reuideri per Ordinariũ, vt supra, patronus interim non

non priuandus est sua quasi possessione, quando vacauit in mense non reseruato.

Tertiò ex eod. *Viuiã. ibid.* quòd hæc duo possunt stare simul, quòd patronatus non possit reuideri, & tamen sit ex priuilegio, vt supra, quando v. g. priuilegiũ concessum fuit ante 40. annos à confirmatione

11 Concilij. An autem talis patronatus ex priuilegio, vt supra reputetur laicalis, vel ecclesiasticus, remittit se *Viuian. eod. lib. 2. c. 9. nu. 6.* (vbi iterum agit de ead. materia,) ad *Abb. conf. 28. lib. 2.* qui loquitur in Iurepatr. concesso ex priuilegio laicis, qui contulerunt partem dotis, & cõcludit, iudicandum esse laicale, vnde non dubito, quòd si esset concessum Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis intuitu Ecclesię, esset Ecclesiasticum ex *c. vnico de iurepatr. in 6.* sicuti si esset concessum Ecclesiasticis personis, putà clerico, Episcopo, qui cõtulisset partem dotis de bonis patrimonialibus esset Iuspatr. laicale, vt dictum est supra *sect. præcedenti.*

12 Quartò ex Rota in Ianuẽ. Abbatiæ 5. Martij 1625. corã Buratto, quæ inter recoll. à *Viuian. post suam praxim est* 37. quòd Iuspatr. esse ex priuilegio, probatur ex confessione explicata in actu præsentationis, non tamen per hoc excluditur probatio alterius tituli, cum in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, vbi *decis. seq.* quod immemorabilis, & centenaria quasi possessio præsentandi suffragetur pro alio titulo ad excludendam reseruationem.

EX PRAESCRIPTIONE an possit probari existentia Iurispatr.

13 DE Iurepatr. ex præscriptione, scilicet existentiæ ipsius, de qua hic agimus, nempè quando patronus litigat non cum alio priuato, seu compatrono (de qua re infra *Praxi 4.*) sed contra Capellam prætendentem libertatem, & si in *d. c. 9. Concilij* nõ fiat mentio expressa, attamen tacitè, cuius taciti eadem est virtus, quàm expressi *l. cum quid ff. si certum petatur*, illud videtur sublatum, ibi .n. decernit S. Synodus, *et titulus Iurispatr. sit ex fundatione, & dotatione siue etiam ex multiplicatis præsentationibus &c.* ergo etiam iuxta aliam regulam iuris, *vnius inclusio est alterius exclusio*, titulus præscriptionis circa existentiam Iurispatr. hodie post Cõc. nõ est sufficiens, etsi antea sufficiebat,

ciebar, iuxta communem, & magis communem, de qua testatur *Roland. à Valle cons. 47. nu. 32. vol. 1.* & quo tempore inspecto loquuntur authores antiqui, docētes, quòd quinq; modis possit acquiri Iuspatr. scilicet fundatione, (i. datione fundi), dotatione, ædificatione, priuilegio, & cōsuetudine, seu præscriptione, ita *Delph. in tr. de Iurepatr. n. 97. Paul. de Cittad. & alij eod. tr. ita post Monet. Viuian. supra lib. 2. c. 1. num. 25. & seq.* intellige, vt impediatur eius collatio facienda à Papa, vel legato, *Rice. decis 274. nu. 10. & seq.*

14 Pro praxi tamen huius doctrinæ distinguendū erit, vel expresse constat per authentica documēta, capellam ab initio fuisse liberam, vel non constat expresse, & vt ita dicā est turbida eius libertas. Primo casu dico, quod neque ante Conc. poterat acquiri in ea iuspatr. ex titulo præscriptionis, vt benè *Viuia. in prax. lib. 2. c. 9. n. 12. & alij infra citandi*, nam præsciptio nō potest esse sine possessione *c. sine possess. de rig. iur. in 6* & tamen laicus non potest possidere iuspatr. nisi præcedat assensus Episcopi. Secūdò verò casu quando non constat de libertate Ecclesię per cursum temporis, qui sufficit contra Ecclesiam, non præscribitur iuspatr. ita vt possessor allegare possit titulum nouum præscriptionis, sed per dicti temporis cursum resultat præsumptio alterius tituli, scilicet fundationis dotationis, sic præscriptus. Hęc distinctio est communis, cum in ea cōcordent. *Archid. Ioa. Andr.* qui allegantur pro authoribus opinionum in ea q. *an iuspatr. possit præscribi* & aduertit *Rocc. de Curte in tr. de iurepatr. verb. is, vel ipse sub n. 83. vbi sub n. 82.* refert *Abbatem*, qui dat cautelam vendicare volenti iuspatr. vt nō fundet se super præscriptione mera; sed sup iurepar. asserendo se esse patronum, & ad illud probandum, & præsumendum, alleget præsentationes plurimas, quia, inquit idem *Rocc. intio n. 163* antiquissima possessio habetur pro titulo, qua doctrina videtur confirmari id, quod post *Monet. dicit Viuian. lib. 2. c. 1. n. 25. & 26.* quod hodie tituli, quib. potest acquiri iuspatr. sunt tres, dotationis, scilicet, fundationis, & multiplicatarum præsentationū. Nec est diuersum ab eo, quod docet idem *Viuian. eod. lib. 2. ca. 9. nu. 26. a dmedium, post Rotam dec. 403. 1. p. diuers.* quod quando agitur de præscribēda existentia iurispatr. contra

Ec-

Ecclesiam, requiratur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, quia vult significare, quòd illud tẽpus supra quadragenariã suppleat ꝓ titulo, ex quo facit præsumere titulum dotationis, vel fundationis, cum enim nõ constet de libertate Ecclesiæ, & Ecclesia non nascatur, vt inquit *Abb. loc. supra alleg.* ideo indubio præsumi debet, quod possessor iurispatr. construxerit, dotauerit &c. vt post eũdem *Abb. Velasc. decis. 163. & Rotam pluribus in dec. notat etiam Ricc. in 1. p. praxi decis. 163 nu. 21.* inquit enim, quod iuspatr. probatur, ex immemorabili, quæ probat legitimum titulum ex fundatione,
15 & dotatione. Ex quibus potius dicerem, hos duos esse titulos sufficientes iurispatr. fundationis scilicet, & dotationis: sub quibus *vt dixi* cõtinetur titulus constructionis: & multiplicatas præsentationes per antiquissimum temporis cursum, esse modũ probationis, & præsumptionis vnius ex dictis titulis, (quando non potest haberi documentum authenticum dictæ fundationis, vel dotationis,) constare videtur ex verbis Cõcilij, ibi *ex authẽtitico documẽto, et postea, siue ex multiplicatis* ead. n. dictione *ex* vtitur Cõc. qũ loquitur de documento, quod est modus probationis, quàm vbi loquitur de multiplicatis præsentationibus, ergo non inducit nouũ titulum, fauet Regula iuris, cui enim congruũt verba, debet etiam congruere dispositio, expressè hoc declarare videtur *Rota in Auximan. iurispatr. 30. Maij 1593. coram Card. Millino in principio; ibi et Sacrũ Concil. sustulit patronatus, quorũ titulus nõ probatur ex fũdatione, uel dotatione per authẽticũ documentũ, vel multiplicatas antiquissimas præsentationes, aut alias iuxta iuris dispositionem*; quomodo enim clarius potuit id Rota delarare?

CAPVT II.

AVTHENTICO documento quando probata remanaet existẽtia Iurispatronatus.

16 *Existentia iurispatr. debet probari iuxta primæuam erectionem, & si aliud beneficium sit in eius locum subrogatum.*

17 *Bulla erectionis est authenticum documentum, quo probatur existentia iurispatr. vbi quod tale nõ dicatur Bulla erectionis, aut confessio Episcopi asserentis, capell*

pell. esse Iurispatr.

18 Papa confessio, vel attestatio, quod capell. sit de iure patr. an dicatur authenticũ documentum in proposito nostro.

19 Scriptura publica continens dotationem, vel fundationẽ capellaniæ, quando dicatur authenticum ad finem probandi existẽtiam iurispatr. Quòd hic modus probandi superet omnes alios modos n. 31.

20 Probatio quando admittatur contra authenticum documentum fundationis, vel dotationis remissiuè.

21 Instrumenti dotationis, vel fũdationis iurispatr. amissio quomodo probetur, et an hoc casu copia copiæ probet dictam existentiam, ibid.

22 Instrumentum sufficit si continet dotationem, vel fundationem, neque est necesse, vt contineat vtrunque. Quid si careat loci, & testium descriptione? videas n. 38. vbi habes verba decis. Rota. Extractio ipsius quomodo debeat fieri n. 39

23 Capellaniæ iurispat. plerumque constituuntur sola dotatione, an tunc Ecclesia sit compatrona ibid.

24 Testamentum vbi facta fuit dotatio capellaniæ, quando sit authenticum documentum, quo probetur iurispatr. existentia. Quid faciendũ quando fundator fecit plura testamenta ibid. nu. sequ. declaratur nu. 33. Quando testamentum dicatur productum in forma probanti. n. 34.

26 Codicilla, an ad hoc proposito probandi existentiam Iurispatr sint authenticum documẽtum. Quid de libris visitationum, inscriptionibus in lapidibus, insignijs chronicis, aliisque scripturis repositis in Archiuio publico n. seq.

28 Authenticum instrumentũ quid debeat cõtinere ad hoc vt probet existentiã et n. 35

29 Donationis iurispatr. instrumentum non probat existentiam.

30 Consensus ordinarii praefitus in fundatione, vel dotatione quomodo probetur.

35 Priuilegium Apostolicũ circa iuspatr. Ecclesiarum conuentualium, vel collegiatarum requiritur, & quomodo probetur.

36 Testibus an probari possit dotatio, vel fundatio ad finem probationis existentiæ, vbi n. seq. Quid de attestationibus testium redactis in antiquis.

40 Instrumento fundationis vel dotationis deficiente, quando præsumatur pro Capellaniæ libertate.

SE-

SEcundum, q colligitur ex dictis verbis Conc. sunt modi, quibus probari potest hodie existentia iurispatr. quorum primus hic est explicandus. Ad cuius faciliorem intelligentiam,

16 Præmittendum est, quòd quando beneficium est subrogatum in locum alicuius iurispatr. tunc probari debet iuspatr. iuxta primæuam suã erectionem, & sic non sufficit probare subrogationem, vt per Rot. *in Romana benef. S. Laurentii in Damaso 22. Mati 1623.* corã Coccino Decano, in principio, ibi *Punctus difficultatis versatur in eo, an scilicet probetur Iuspatr. dictarũ Capellaniarũ, quia sic non potest negari, quin cõstet etiam de iurepatr. beneficiatus, qui fuit subrogatus respectiuè in locum dictarũ Capell. & subrogatum assumit naturam illius, cuius loco fit subrogatio. Anchar. cons. 100. in princip. & cons. 421. vbi, quòd ita est regula magistralis, Alexand. cons. 88. n. 4. vers. corroboro vol. 1. Decanus cons 43. n. 14. & seq. vers. circa secundum lib. 3.*

17 Primus ergo modus probãdi titulum fundationis, & dotationis à S. Conc indicatus est *per authenticum documentum*; cuius appellatione in hac materia venit primò Bulla erectionis, siue consensus Episcopi, vel S. Pontificis in scriptis datus ad fundandũ, construendum, siuè dotandum, argumento tex in *l. post cessionem iuncta glos. de probat.* & sic, non sufficit confessio Episcopi asserentis, talem Capell. esse de Iurepatr. etsi multùm conferat, maximè quando dicta confessio facta fuit in visitatione, vel in Bulla institutionis ad eam Capell. *Ricc. d. praxi n. 9. & 10. clariùs in prax. nouiss. probat. Iurispatr. resol. 20. vbi adducit decis. Rota, & etiam resol. 22. Accedit Viuiã. lib. 11 c. 5. n. 2.* Instrumentũ erectionis beneficij filij factum à patre, probat, & est authenticũ *Ricc. in d. prax. nouiss. resol. 122. et in 1. p. praxis n. 25.* ha-

18 betis, quando ex confessione facta in litteris Apostolicis pro derogatione Iurispatr. (*de qua in specie Ric. sup. resol. 24.*) vel attestatione Papæ motu proprio, probetur Iurispatr. exstentia. Hæc n. Bulla erectionis est idem, atque Instrumentum fundationis, vel dotationis, vt in Regien. Iurispatr. 10. Maij 1623. ibi *patronatus. n. probatur ex dispositione Fræciſci Ardizoni, in cuius exequutionem Hieronymus frater, & coram Vicario Regiẽsi comparuit, & obtulit plura*

bona pro dotatione Capellę, & beneficij erigendi, qui Vicarius beneficiū erexit de anno 1491. vnde dubitari non potest de illius existentia, quia ille est præcipuus modus probādi Iuspat. ex fundatione, & dotatione, quod erigitur cum consensu, & authoritate Ordinarij &c. imò sufficere ad hoc scripturam priuatam fundationis subscriptā ab Ordinario, docet *Ricc. supra resol. 142.*

19 Venit secūdò scriptura publica cōtinēs dictā fūdationē, vel dotationē, etsi non appareat in ea de consensu Episcopi, quia ille sufficit, si sequatur, *Garzias parte quinta de benef. c. 9. num. 73.* & infra ex Rota; imò sufficit q̄ interueniat in eius constructione, licet non fuerit adhitus in reseruatione *Rota apud Cauallerium decis. 336. num. 6.* Talis autem scriptura dicetur instrumētū, seu documētū authēticum, quādo fuit cōfectū à Notario publico, & subscriptū saltem à trib. testib. vt per *Ricc. Viuian. Nouar. sup.* qui *Ricc.* latè hoc prosequitur in praxi nouissima, discutiendo particulares defectus, qui possint, vel nō possint reddere dictū instrumētū authēticū *resol. 7. et seq.* vbi *resol. 29.* quòd neq; obseruantia subsequuta reddat authēticū Instrumentū, quod patitur defectus, & *resol. 5.* videtur concludere quòd arbitrio Iudicis remittatur, an contra Instrumentum authenticum fundationis Iuspatr. admittatur probatio; Quando sit authenticū Instrumentum, si careat loco, idē *Ricc. ibid. resol. 45.* vel careat descriptione testium *resol. 49.* de quare vide etiam *infra n. 58.* sicut defectu aliarū solemnitatum iuris communis agit *resol. 50.* Quid si testium signa adhibita sint pro subscriptione? ibid. *resol. 42.* de minuta *resol. 55.* descartafaccio *resol. 12.* Quādo dicantur dicta authentica documenta in forma probāti, *resol 56. & seq. An* sit tale si nō integrè edatur *resol. 61.*

21 Et *resol. 21. ac clarius resol. 58. & seq.* habes quod amissio instrumenti probatur per testes peritos deponentes, se vidisse instrumentū originale: & *resol. 28.* & *35.* an eo casu, quo deperditum est originale, Copia copiæ probet. Quid si tantùm in Protocollo enūtietur dotatio, vel fundatio? vide ibidem *resol. 33.* Aduerte autem, quod fides etiam exemplationis fine instrumētorum tenore ad hoc nō releuat *auth. si quis in aliquo* C *de edendo*, vnde in facto de quodā Notario attestante per hæc verba *hæc est exemplatio publicorum documentorum*,

torum, & scripturarum per N. productorum in auth. & probanti forma, fuit dictū à Rota in Ianuē. Paroch. sāctæ fidei 6. Iunii 1629. corā Durano, *solùm inde probari exēplationē, de qua ille Notarius fuit rogatus, nō autē instrumenta, ex quibus exēpla sūpsit, & de quibus nō fuit rogatus, esse authētica, et in forma probāti. S. nos aūt, auth. de tabell. Bar. in d. auth. si quis in aliquo nu. 3. Fel. in c. si cautio n. 69. de fide instrum. & Rota dec. 545. n. 5. p. 2 recent.* mādatum, seu procura ad præsentandum, & consensus præstitus ad præsentandum, an etiam sit authēticū documētū pro existētia, *Ric. d. praxi nouiss. resol. 30* vbi *reso. 25* etiā q̄rit de instit. p̄sētati, vtrū ꝓbet existētiā.

22 Dixi, *vel dotatione*, quia sufficit, vt tale instrumentum dotationem solùm, vel fundationem, seu constructionē contineat *Ricc. in prax. particulari resol. 41.* nam Cone. alternatiuè loquitur, & quilibet ex dictis titulis, ex se sufficit, hæc sunt verba formalia *decis. Rotæ in illa Burgi S. Donnini iurispatr. 9. Decembris 1622. coram Merlino*, inter recollectas à Viuiano post suam praxim. *Nec visum fuit obstare, quòd in fundationis, & dotationis instrumento enuntiatiuè tantùm asseritur, Ecclesiam fuisse nouiter fundatam, et constructā, iussu, & mandato Pallauicinorum, quia in eo etiam de dotatione fit absque dubio mētio omninò dispositiuè, ibi, & pro dote, et dotis nomine Eccle się prędictę dederūt, et tradiderūt, et assignarūt etc. quod per se solùm sufficeret, etiam si de fundatione, vel constructione nullo modo constaret, cum dotatio ipsa sit vnus ex modis acquirendi Iuspatr. Glos. in c. pia mentis 16. q. 7. Lamber. de iurepatr. ar. 10. q. 2. princip. 2. p. lib. 2. nu. 2. & fuit dictum in Calaguritana iurispatr. 30 Octobris 1613. coram Caualerio, quæ est 517. 1. p. recent. vbi fuit firmatum, etiam secundum dispositionem Concilij, constructionem, vel dotationem tantùm sufficere, cum illud alternatiuè loquatur,* q̄ valdè conducit ad nostram

23 materiā, scilicet Capellanię quæ, vt plerumque constituitur in altari constructo in aliqua Ecclesia, & solùm per dotē acquiritur Iuspatr. nec Ecclesia hoc casu fit compatrona, ita. n. obseruatur, & si contrarium sit de iure, vt benè *Rocc. de curte verb. & dotauit n. 1. & 23.* nouissimè obseruari testatur post alios *Viuian. lib. 2. praxis cap 7 n. 49.* Qui *lib. 2. c. 2. n. 16. & seq.*

etiam concludit, quòd tale Iuspat. in Capell. vt supra, acquiritur etiam Rectore, vel patrono inuito, dummodo consentiat Epus, de qua re *Ricc. in sua praxi nouiss. resol.* 24 *41. sub n. 3.* Venit tertiò et testamentum, vbi fuit facta dotatio, ex adductis per *Nouar. concl.* 95. *n.* 8. *post Ric.* qui *Ricc.* benè se declarat *in praxi nouissima resol.* 23. id procedere quando reperitur etiã Capellã possidere bona relicta in testamento, allegat *decis. apud Farinac. p. 1. decis.* 381. Adde alias coniecturas, de quib. etiam Rota in illa Cremon. Capell. 14. Ianuarij 1594. coram Card. Millino, vbi. *Quantum ad primum cõstiterunt Domini constare de Iurepatr. Domini de Pallauicinis, quia licèt non probetur reseruatio facta à Præposito, cui fuerit commissum à Ioa. Card Millino legato, vt veris existentib. narratis post sufficientem dotationem factam à Pallauicino, i, & suis successoribus masculis primogenitis ex recta linea descendentib. Iuspatr. huius Capell. reseruaret, tamen cum Capell. reperiatur dotata de Bubuley 40. terre, & Ordinarius in sua sententia testatur vidisse testamẽtum Pallauicini, in quo dotauit altare de Bubuley 40. terra cum reseruatione iurispatr. Dominis sufficienter visum est constare de eius reseruatione, præsertim cum concurrat antiquitas temporis 123. annorum, & plures præsentationes, quæ habuerunt effectum ab anno 1528. vsque ad annũ 1575. & ita etiam fuit dictũ in causa Bonon. Iurispatr. 29 Martij 1594. corã Reuerẽdiss. D. Episcopo Oriolen. Non obstat, quòd testamentum, in quo relinquitur dos, præcedit supplicationẽ porrectã Card. Legato, ĩ qua Pallauicinus dicit quòd volebat dotare, quia sufficit, quod tempore porrectæ supplicationis, non esset acquisita dos Capellaniæ, cum Pallauicinus posset suum testamẽtũ reuocare,* quod reperio confirmatum in Lunen. Sarzan. vlt. Maii 1627. quæ inter recoll. à Viuian. post suam praxim est dec. 110. ibi *existentia Iurispatr. vltra quòd hinc inde admittitur, quia vterque venit, vt præsẽtatus etc. probatur in primis ex enuntiatiua Capituli Sarzan. facta in prima institutione ad præsentationem Ioa. Francisci de Figasecchis de anno 1457. vbi narratur dictũ Ioa. Franciscum fuisse constitutum patronũ huius beneficii à Francisco de Figasecchis fundatore patruo suo, vbi expresiè legitur quod de fundatione constabat ex publico testamento*

mẽto prędicti Frãciſci. Quid
25 ſit faciendũ quãdo prætẽditur fũdatorẽ feciſſe plura teſtamẽta, vide deciſ. 15. apud Viuian. ſicut de caſu in quo p̃tẽditur teſtamẽtũ falsũ, videas *deciſ. Lunen. Sarzan. iuriſpatr. 17. Iunii 1619. coram Eminentiſſimo Pamphilio*, quam habes in fine operis.
26 Item etiã probatur per *Codicilla*, & ſi aliàs videantur dicta codicilla ſcripturæ imperfectæ, in quibus fundauit, & dotauit Capellaniam, vt habetur *1. p. recent. deciſ. 482. nu. 3. & fuit confirmatum in Monopolitana benef. ſeu Capellæ 6. Iunij 1622. quam habes apud Viuian. inter deciſ. ab eo collectas deciſ.* 19. intellige pro vt de teſtamento, & ſententia Ordinarij.
27 De *libris viſitationum*, an veniant appellatione antiqui documenti, ac etiam de inſcriptionibus in lapidibus, inſignijs, chronicis, & libris repertis in Archiuio publico, & aliis &c Ric. *Nou. et Viu. ſup.* de quibus vide *deciſ. Rot. relatam infra ſub nu. 33.*

Dixi etiam, *continens fundationem, vel dotationem*, quia non ſufficit authenticum inſtrumentum in quo enuntiatur aliud inſtrumentum, vbi tantum fit mentio de fundatione *Affl. deciſ. 173. Ricc. ſupra nu. 8.* & ſi in *praxi particul. reſol. 11.* contrarium probet ex profeſſo, *Viuian. d. lib. 11. nu. 21.* ſufficit tamen quod contineat fundationem vel dotationẽ, & quòd expreſſe non remiſerit iuſpatr. *Ricc. d. praxi nouiſſ. reſol. 54.* vnde per Inſtrumentum donationis factæ à patrono cum debitis requiſitis, licèt poſſit probari pertinentia iuriſpatr. non tamen poteſt probari exiſtentia, habes deciſ. Rotæ nouiſſ. in Vercell. 1. Martij 1630. coram Pirouano, ibi *Non obſtat inſtrumẽtum donationis iſtius Iuriſpatr per Ioa. Antonium productum, quia & ſi vera ſit concluſio, quòd donatione acquiratur iuſpatr. accedente Epiſcopi cõſenſu C. illud de iurepatr. Caputaq. deciſ. 287. p. 1. Rota deciſion. vltim. eodem titul. in antiqu. Attamen prius conſtare debet de iurepatron. illorum, qui donarunt, ne plus donans tranſferat, quàm ipſe habeat. Rota deciſ. 302. n. 6 & 7. p. 1. recent &c. Non obſtant teſtes examinati ad probandũ iuſpatr. illorum, qui donarũt, quia cùm eorum depoſitionẽ, aſſeratur concludere tantummodo publicam vocem, & famam, non ſufficit, quia cum fama requiritur etiam probatio quadragenaria poſſeſſionis præſentãdi Caſſad. deciſ. 2. nu. 4. de probat. Achill. deciſ. 6.*

de

legat *text in c. piæ mentis 16. q. 7. glos. in c. nobis de iurepatr. Lambert. Crauettam,* & Rotã. quibus illic allegatis adde Ricc. *in praxi antiqua iurisp. patronatus quæ est in prima parte praxis in princip. Viuianum in sua praxi iurispatron. lib. 11. c. 5. num. 9. Nouar. in suis singularibus conclus. 94.*

32 Sed quando agitur de instrumento solius dotationis &c. testamento, codicillo, donatione, causa dotationis; si non adsit, consensus Ordinarii, qui sufficit si interueniat post testamentum, codicillũ, donationem, vt *supra sect. prima* dictum est; tunc, neque sat est dictum testamentum &c. sed est necessarius lapsus temporis, ex quo præsumitur dictus consensus ex obseruãtia per plures præsẽtationes, quę effectum fuerunt fortitę, aliaq; adminicula, præter notata ad hoc propositum per *Ricc. in sua praxi nouiss. resol. 53.* Notabilis, & valde practicabilis, maximè in materia nostra Capellaniarum, est decisio Rotæ in illa *Romana* iurispatr. 10. Martii *1595.* corã Millino apud *Viuianum* cuius

33 hæc sunt verba formalia *Domini tenuerunt constare de Iurepatr. ad effectum, vt præsentatus à patronis sit instituẽdus, & non sit locus prouisioni Eminentiss. Cardinalis. Moti fuerunt, quia Angnes de Rubeis in suo testamento de anno 1461. reliquit Capellanię Sanctissimæ Trinitatis ab ea constitutæ pro substẽtatione vnius Capellani medietatem Casalis Roncocelli, & pro prima vice nominauit in Capellanũ Nicolaum Maccionum, & iussit, quod in posterùm electio fieret per Guardianos Venerabilis Hospitalis Sanctissimi Saluatoris, & per Guardianum Ecclesiæ Aracoeli, & suos exequutores, & probatur effectuatio ipsius legati; quia Guardiani de anno 1277. locauerunt omnes fructus, et herbas istius Casalis, & promiserunt de rato prædicto Nicolao Macciono Capellano, quẽ Agnes elegerat, & postea de anno 1528. Clemens VII. cõtulit istam Capellam Mario de comitibus cum narratiua, quòd esi de Iurepatron. & quòd dictus Marius fuerat præsentatus à patronis, & cum conditione si patronorũ expressus accedat consensus, & constat quod ista prouisio habuit effectum ex visitationibus, et quia postea fuit impetrata, vti vacans per eius obitum inxta cons. Oldradi 229. Concurrunt etiam adminicula, quia in ista Capella sunt depicta insignia familiæ de Rubeis quæ arguũt Iuspatr vt sæpius fuit resolutum & in visitatione de anno 1583. enuntiatur, quod*

quod est de iurepatr. vnde etiã constet de iurepatr. ex fundatione,& dotatione,& concurrant obseruantia, & adminicula,sequitur quòd præsentatus à patronis sit præferendus prouiso ab Eminentiss. Cardinali. Non obstat, quod non interuenit cõsensus Ordinarij, quia per spatium tanti temporis præsumitur. Archid. in c.nemo de consecr.d.1.Roman. singul. 325. Decius. cons.173. n.5.Crotus cons 42.n.12 lib.1 et fuit resolutũ in causa Pampilon. iurispatr. 16. Martij 1576. coram Sanctissimo D. N. *Accedente præsertim obseruantia subsequuta.Non obstat quòd Marius potuit possidere ex alio titulo, cũ in Beneficialib.detur multiplicatio titulorũ,Quia alius titulus nõ probatur,et statẽ dotatione,et effectuatione,et præsẽtatione de eo facta à patronis,est multũ verisimile,quòd possederit ex isto titulo.Nõ obstat quòd Hercules obtinuit istã* Capellaniam *vti vacantem per obitum à Cardin. Sermoneta Titulari, quia patroni præsentarunt Fabium* Capoccium, *qui postea cessit iura sua Herculi, & vigore istius cessionis obtinuit à Papa subrogationem,& nouam prouisionem cum derogatione iurispatr.*Idem habes confirmatum in Regien.iurispatr. 10. Maij 1623.coram Pirouano, quæ inter recoll. à Viuia. *post suã, praxim est decis.*16. Vbi etiã 34 habetis quando testamẽtum dicatur exhibitum in forma 35 probanti.Limita, tamen supradicta,quãdo, tractatur de acquisitione iurispat.in Eccle siis conuentualibus, vel collegiatis,quia tunc,cum in acquisitione talis iurispatr.requiritur assensus S. Pontificis *Riccius p. 1. praxis decis.* 200. vbi ampliat; primo,vt necesse sit in limine fũdationis,quod constet de priuilegio Apostolico; secũdo ẽt in Ecclesia cõuẽtuali habitu tã tũ,ꝙ ꝓcedit maxime ꝓ electione superioris,nisi in ipsa fũdatione adsit speciale priuilegiũ S. Põtificis,quo casu esset probanda immemorabilis cũ fama priuilegii: vel præsentationes ostendi debent per tã tum temporis spatium vnde possit põsumi priuilegiũ apostolicũ;idem *Ric. in praxi nouissima resol.*62. quid de iure patron.in Cappellis religiosorum, seu intra eorum Ecclesias sitis,diximus supra *q. 3. num. 12.* dixi *maximè pro electione superiorum*, quia in illis potest acquiri in dictis Ecclesijs regularibus iuspatron.quoad præeminẽtias in choro pro receptione primæ cãdelæ, vel palmæ, ꝙ dicitur iuspatron. honorificũ,

vt

vt latè, in *Ianuen. iuris honorifici 17. Maij 1630 & 26. Ianuarii 1632. corã Pirouano, quas habetis in fine operis, & habetur per Rotã apud Cæualerium decis. 336. & decis. 265*

Per verba illa subsequentia Concilij, *& alijs à iure requisitis ostendatur*, est certum non significari quòd admitti possit probatio dicti tituli fundationis, vel dotationis p testes, ita declarauit Sacra Congreg. referente *Ricc. in dicta praxi antiqua Iurispatr. n. 4.* verba declarationis sunt ista (*Congreg. Concilij censuit requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticas scripturas, & regulã esse constituẽdam, quod probatio per testes non sufficiat*) quam declarationem sequuta fuit pluries Rota, vt *in illa Terracinen. Iurispatr. 21. Aprilis 1628. coram Merlino* infra referenda. Secus tamen erit, subdit *Viuian. lib. 11. praxis c. 5 n. 18 post Menoch. Companil. Barbos. & Monet. quos probat. Ricc. in sua praxi particul. resol. 36.* De

37 attestationib. testium in antiquis actis redactis, quia vt ipsi aiunt tales attestationes censentur etiam scripturæ authenticæ, vt per eas intelligatur satisfactum huic dispositioni S. Conc. Trid. quod quomodo sit verum, infra dicemus, quia in hoc est differentia inter probationem per multiplicatas præsentationes, quando agitur de personis priuatis, vel non priuatis, sed significantur per supracitata verba, *& alijs &c.* requisita quæ sunt necessaria tam in confectione quàm in extractione, & scripturarum, de quibus infra proximè, vt per *Viuiã. d. lib. 11. c. 5. sub n. 11. & ante eum Ricc. in praxi supracit. n. 11.*

38 Quò ad requisita in cõfessione, Notanda sunt verba in terminis existentiæ decis. supra mentionatæ Burgi S. Donnini Iurispatr. 9. Decembris 1622. coram Merlino, q̃ est 18 apud Viuianũ ibi, *Nec quicquam facit quod dictum Instrumentum care at loci, & testium descriptione, quia apparet eod. die successiuè, & incontinenti ab eod. Notario fuisse rogatum instrumentũ præsentationis, in quo expresse legitur testium, & loci descriptio, & omnia alia ad publici instrumenti formam requisita, quæ propterea etiam in dicto præcedenti dotationis instrumento repetita censentur. Bar in l. si quis §. si initum in prima lectura n. 8. & in secunda lectura nu. 15. et ibi etiã Aclui: n. 4. & 5. ff. de edendo, & idem*

Bart. & alij in l. patris, & filij ff. de vulgari, & pupillari Bertazz. *de clausulis, clausula 2. glos. 2. n. 37. præsertim quando* Notarius *apertè expressisse videtur, dicta dotationis instrumentum fuisse eod. loco, & coram iisdem testibus celebratum, ibi (vt apparet in dotationis instrumẽto per me infrascriptum Notarium, & præsentib tempore, & loco & testibus celebrato) cuius dicto absq; dubio stãdum, vt in specie dicit* Bar. *in d. § si initium nu. 21.*

39 Item circa extractionem ipsius, notabilis est etiam decisio in illa Gienn. Capell. 23. Martii 1629. coram Emi nẽtissimo Verospio, vbi habes hæc verba, *Non etiam dubitarunt Domini de legalitate, & fide instrumenti fũdationis, in quo eadem facultas reseruata dicebatur, licèt .n. eiusdem instrumenti copia desumpta fuerit precedente lite, & sine compulsoria, aut partis citatione, quia tamen extracta fuerunt à successore in officio, perindè erat, ac si Notario rogato data fuisset Card. Zabarell. in c. cum P. Tabellio nu. 1. de fide instrumlntorum. Verall. decis. 246. num. 3 p. 2. Rota decis. 706. n. 6. & decis. 649. num. 6. p. 2. recent. & in Auen. Domus 17. Martij 1621. corã b m. Remboldo, sicut etiam quòd Notarius esset successor eius, qui de instrumento dicebatur rogatus, satis probabatur ex eiusdem Notarij assertione, & stylo Rotæ; Verall. decis. 247. p. 2. Rota decis. 217. num. 1. p. 1. recent. et in ead. Auen. Domus 17. Martij 1622. coram Remboldo, & in Tabauon. Præpositurę 14. Iunij 1602. coram Decano. Quòd vero idem instrumentum extractum fuerit ex Regiſtro scripturarum, neq; etiam oberat, quia licèt verum sit, vt Regestrum extra Curiam, vbi locum non habet Innocentiana, fidẽ aliquam non faciat, nisi totus processus integer extrahatur Verall. decis. 113. p. 3. Rota coram Card. Ludouisio decis. 550. num. 4. tamen non fuit desumptum instrumentum ex Regiſtro actorum, sed ex Regiſtro publicarum scripturarum* Notarij antecessoris, *quæ idem sunt, ac Protocollũ.* Bar. *in l. sciendum num. 11. ff. de verb. oblig.* Rota corã Card. Seraph. dec. 902. nu. 1. & dec. 909. num. 2. Rota decis. 628. num. 2 p. 2. recent. & in Melit. hered. 28. Ianuarij 1619. coram Eminentissimo D. meo Cardinal. Verospio, & ita* Non nulla alia circa hanc materiam reperio dicisa per Rotam in casu probationis pertinentiæ, quæ facillimè

pos-

possunt adaptari probationi existentiæ, de quib. suo loco praxi seq. Nota pro complemento huius primæ partis probationis existentiæ Iurispatr. per instrumentum fundationis, & dotationis; verba decis Rotæ in Culentina Abatiæ 20. Decembris 1627. coram Virili ibi (*quia*
40 *agitur in iudicio exequutiuo nec probatur Iuspatr. per instrumentum fundationis, & dotationis, licèt deducantur aliæ probationes, cũ probatio probationem non excludat, Iuspatr. non dicitur iustificatum, donec contrariũ probari potest. Egid. decis. 103. & propterèa non redditur turbida reseruatio, sed remanet clara, et offuscatio prouenit ex replicatione, ita vt exceptio Iurispr. remaneat turbida, & stat firma præsumptio, quòd omnia beneficia præsumantur libera. Verall. decis. 130. n. 2. p. 2. Mantica decis. 358. n. 3. latè deducitur in supracit. Mutin. plebis coram* R. *D. meo Decano*) Quæ inteleligẽda sunt iuxtà alias decis. infra citãdas, nisi probationes sint iuxta modum probandi Iuspatr. à Concilio præscriptum, quia illę excludũt Capellæ libertatem, cum probatio penitus præsumptionem tollat. Hæc sunt verba, Rotę *in illa Lucana 26. Iunij 1629.* coram Dunozetto apud Viuian. sub n. 2. Fauet quod docuit Stephanus Gratian. discept. foren. c. 720. n. 1. & fuit dictũ in Auximana Iurispatr. 28. Maij 1593. quòd quando concurentia est super existentia Iurispatr. eædem probationes requiruntur in possessorio, sicut in petitorio.

CAPVT TERTIVM.

Deficiente authentico documento fundationis, vel dotationis. Quomodo ex S. Conc. sit probanda Iurispatr. existentia inter personas priuatas.

41 *Existentia Iurispatr. deficiente authentico documento diuersimodè probatur respectu personarum priuatarum illud prætendentium, et respectu vniuersitatum, vel aliarũ personarum potentium, explicatur n. seq.*

43 *Sacrum Conc. nihil innouauit circa probationem existentiæ Iurispatr. personarũ priuatarum; sed benè circa probationem existẽtiæ Iurispatr. personarum potentium, & vniuersitatum, & n. 65.*

44 *Existentia Iurispatr. personarum priuatarum duobus modis probari potest.*

45 *Præsentationes multiplicatæ per quas probatur existentia Iurispatr. non est necesse, quòd contineant mẽtionem fundationis, vel dotationis.*

46 *Antiquissimus tẽporis cursus est idem quòd centenaria; habetq; locum quando est ex titulo valido. in materia Iurispatr. est idẽ quã immemorabilis ibid.*

47 *Centenaria an dicatur probata si deficiant aliqui ãni pro centum? Quot annorũ defectus sufficiat ibid. n. seq:*

48 *Præsentationes multiplicatæ, vt dicantur, sufficiunt duæ: vbi intra quod tẽpus debeant esse multiplicatæ.*

49 *Præsentationes multiplicatæ, vt probent existentiam, non est necesse vt sint continuatæ, sed sufficiunt interpolatæ.*

50 *Præsentationes multiplicatę an debeant probari per scripturas, vel sufficiat, vt probentur per testes. Differentia inter modum illas probandi per testes, & per scripturas. n. seq.*

52 *Scripturæ quæ probent multiplicatas præsentationes?*

53 *Enuntiatiuæ in scripturis, an probent dictas præsentationes multiplicatas?*

54 *Resignationes facilę cum cõsensu patronorum probant præsentationes multiplicatas.*

55 *Bullæ S. Pontificis derogantis &c. dummodo accedat consensus medietatis, probant etiam dictas multiplicatas præsentationes.*

56 *Præsentationes fuisse effectũ sortitas, quomodo probetur*

57 *Tempus prouisionis Apostolica vti de libera, vel litis, an sit deducendum in computu centenariæ.*

58 *Præsentatio admissa cum clausula (si & quatenus) an dicatur effectuata. Quid de admissa cũ clausula (si, & in quantum) ibid.*

59 *Immemorabilis vt probet, de quo tempore esse debeat ante Conc. vel post Conc.*

60 *Quasi possessio quadragenaria cum fama, tantùm valet, quantùm immemorabilis.*

61 *Quadragenaria quasi possessio, an sufficiat cum vni ea præsentatione, & n. 63*

62 *Attestatio Papæ de actu coram se gesto, probat.*

64 *Actus vnicus quando inducat præsumptionem sufficientem.*

66 *Fama quomodo probetur, & per quot testes n. seq. Quid debeãt testes deponere n. 70.*

68 *Enuntiatiuæ quomodo habeant uim famę.*

69 *Arma, & insignia Capellæ, vel Ecclesiæ, vel denomina-*

tio

tio ab aliqua familia, an habeant vim famæ.

1 *Testis consanguineus, vel de Confraternitate, vel vassallus, an sit idoneus ad probandam famam.*

72 *Testis de fama quid debeat concludere.*

73 *Quadragenaria quomodo sit computanda.*

74 *Existentia an possit aliquãdo probari per solam famã absq; quadragenaria.*

75 *Persona potens, vel Vniuersitas, cessante suspicione vsurpationis quomodo debeat probare existentiam Iurispatr.*

76 *Attestatione S. Pontificis quomodo probetur existẽtia iur. ispatr.*

77 *Sententia quæ transit in rem iudicatam, quomodo probetur ius patror.*

78 *Prouisio Apostolica quando mutet statum iurispatron.*

QVando igitur haberi non potest probatio existẽtiæ Iurispatr. per authentica documẽta (vt supra capite præcedenre fuit explicatum) Sacrum Conc. prouidit quomodo eadem existentia probari debeat, tàm vbi versamur inter psonas priuatas, in quibus nulla præsumitur vsurpatio, quàm vbi versamur in Iurepatr. Vniuersitatum, vel personarum potentium, in quibus præsumi potest vsurpatio, pro qua re optima sunt verba Rotæ in illa Romana beneficiatus S. Laurentij in Damaso 22. Maij 1623. (*ibi Cùm enim nõ agatur de Iurepatr. vniuersitatis, aut familiæ potentis, si non constat, ex Instrumento dotationem, & fundationem, præsentationes effectum sortitæ spatio centum annorum, vt censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum, & sequuta fuit Rota in causa Barelinen. vnionis 5. Decembris 1597. coram bo. m. Gipsio, vel saltem effectum sortitæ spatio 40. annorum cum fama Cassad. decis. 2 n. 4. cum seq; de probat. Achill. decis. 6. de Iurepatr. Puteus decis. 56. lib. 1. in nouis. & pluries fuit in Rota resolutum.* ex eo

42 Quod dicit Rota *cũ nõ agatur de Iurepatr. Vniuersitatis, aut familiæ potẽtis* nõ argui potest, ergo si de illis ageretur, est necessarium instrumentum fundationis, & dotationis, sed id dicitur ad distinguẽdum modum, probandi, vbi desit tale instrumentum inter personas priuatas, & non priuatas, vt patet in alia decis. Burgi Sãcti Donnini Iurispatr. 20 Iunij 1622. nu. 5. apud Viuianum ibi *vsurpationis autem suspicio desumpta ex temporali dominio*

dominio DD. *de Pallauicinis in loco vbi situm est beneficium, super quo pendet lis, potissimũ excluditur ex superiùs probato titulo fundationis, & dotationis, vt fuit resolutum in dicta Cremensi Cappel. 14. Ianuarij 1594 coram Eminẽtissimo Card. Millino, & in Alban. Prioratus 17. Nouembris 1603. corã R.P.D. meo* Manzanedo, *& assertione Ordinarij in edictorum publicatione, & posterioribus institutionibus.* Rota *decis. 211. n. 3. p. 1. recent.* clariùs in Lucana Iurispatr 5. *Martij 1621.* coram Coccino ibi *Post factas resolutiones, quòd Iuspatr. satis erat probatum, probationibus sufficientibus de iure communi, ex quo non*
43 *versabamur in familia potenti, quo casu S. Conc. Trid. sess. 25 c. 9. de refor. vltra dispositionem iuris communis nihil innouauit, Gabr. cons. 192. n. 1. lib. 2. Menoch. cons. 241. n. 7. lib. 3. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. n. 9. & seq. Achill. decis. 4. n. 10. de Iurepatr. Rota decis. 331. n. 1. p. 2. & aliàs pluries in ead. Rota firmatum, licèt secus esset si versaremur in persona potẽti, vel aliàs tali in qua cadat præsũptio vsurpationis, quo casu iuxta formam dicti Cõc. si verus titulus fundationis, vel dotationis non ostenditur, requiritur immemorabilis, & præsentationes sortita effectũ spatio 50. annorũ, qua probẽtur per authẽticas scripturas, vt sæpè resoluit Sacra Congregatio, & Rota ipsa, & signanter in Sabinen. benef. Decembris 1581. coram fel. record. Clem. VIII. vt in decis. 199.*

44 Inter priuatos igitur, de quibus non potest esse suspicio vsurpationis talis Iurispat. in Cappellanijs, quãdo non potest probari eius existentia ex instrumento fundationis, & dotationis, probare quis debet dictam existentiam, vel ex multiplicatis præsentationibus effectum sortitis per centum annos, vel per præsentationes per quadraginta annos vnà cum famà; ita S. Congregatio & Rota locis supra relatis explicauerunt verba Concilij ibi; *siue etiã multiplicatis præsẽtationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasuè secundùm iuris dispositionem,* quæ etiam declarauit sufficere dictas multiplicatas præsentationes etiam, quod in eis nulla sit facta mentio fundationis, vel dotationis Ricc. *p. 4. decis. 258. & in praxi particulari Reso. 6.* vbi post alios refert hanc declarationem,

&si

& si ex eis non possit negari quòd ex dictis modis probãdi desumatur titulus fundationis, vel dotationis, *vt Rota in Pistorien. infra proxime referenda decis.*

§. Primus.

Ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, quando dicatur probata iurispatronatus existentia.

CIrca primũ modũ probandi, scilicet per multiplicatas p̃sẽtationes cursu centũ
46 annorum Præsuppositio, vt supra diximus sub *n.* 41. antiquissimũ temporis cursum esse idem quã centenariam, & talem centenariam non prodesse, quando constat de inualido titulo, scilicet ex priuilegio *Ricc. supra citata praxi nouissima resolu.* 74. &c. Nota centenariam in materia iurispatr. quidquid sit quò ad alios effectus habere vim immemorabilis. Hæc sunt formalia verba Rotæ in Pistorien. iurispatron. 31 Martij 1628. corã Merlino, vbi allegat *Futeũ decis. 206. lib. primo Paris. de confidentia qu.* 28. *num.* 260. *Garz parte* 5. *de benef. c.* 9. *n.* 147. & postea subdit hęc alia verba, *ex eiusmodi centenaria, & immemorabili potest allegari, & desumi titulus fundationis* de qua re etiam *Riccius supra resolutione* 69. *& seqq.*

47 Quæres primò an si huic centenariæ desint aliqui anni, impediat talis defectus effectum dictæ probationis? Respondetur ex Rota in illa Floren. Canonic. coram Buratto 11. Decembris 1615. apud *Vivian. decis.* 40. *n.* 9. defectum modici temporis nõ attendi, & licèt ibi loquatur de defectu nouem mensium vel vnius anni, ex *Puteo decis.* 204. *lib* 2. *in nouiss.* tamen habeo aliam nouiss. decis. de anno 1629. 4. Iulii in illa Aliphana coram Ghislerio, vbi reputauit Rota defectũ quattuor annorum à centenaria modici temporis, hæc sunt verba decis. *DD. confirmando quòd resoluerunt coram me in hac causa p. Iunij præteriti, dixerunt manutentionem deberi Ioanni Baptistæ in quasi possess. præsẽtãdi; & Alpherio ab eo præsentato institutionem, quia ex longissima, & cẽtenaria possessione præsentandi ab anno 1531. vsq; ad annum 1627. satis docetur de sufficienti titulo, & licèt deficiẽt quatuor anni, tamen modici temporis*

quo d

quod deest ad centenariam non est habenda ratio. Rota in Lancianen- Archipresb. 2. Maij 1616. coram b. m. Buratto, & in Ianuens. Abbatiæ 13. Iunij 1625. coram eodem, quòd ibi tractetur de existentia, patet in prima decis. euisdem causæ prima Iunij 1629. coram eod. in principio ibi *Vacante simplici beneficio sub inuocatione sanctę Marię Magdalenæ. Ordinarius prædictum beneficium mensæ Capituli Canonicorum vniuit suæ Ecclesię, sed cum Ioannes Baptista Gargalia prædicti beneficij patronus ad illud præsentasset Alberium, à prædicta vnione appellauit* decisionem illam Ianuen. habes apud *Viuianum dec.* 28.

47 Quæres 2. an si desint plures anni, quam quatuor, vt supra ipsi centenariæ, adsit tamen numerus maior 40. annorum, debeat etiam qui prætendit patronatum, tunc & probare famam. Respondet, huic quæsito Rota in illa Romana beneficiatus Sancti Laurentij in Damaso 22. Maij 1623. coram Coccino ibi *& quamuis non adsint præsentationes effectum sortitæ spacio centum annorum, inaubitanter tamen adsunt spatio 70. annorum, qui etiam sufficiunt absq; fama, cum sint adminiculatæ ex vnione facta per Sanctissimam memor. Gregor. XIII. & ex quo prouisiones semper fuerunt factæ cum clausula accedente consensu patronorũ, quæ videntur sufficere in casu, de quo agitur, licet non probetur fama, vt per Baldũ in l. cum super num. 1. & 2. C. de rei uend. cuius dictum sequitur Rota, vt per Cassad. d. decis. 2. num. 4. de probat. quare hoc casu satis censetur probatum Iuspatr. etiã quod non adsit fama, quia unà cum præsentationibus ultra 40. annos concurrunt sufficientia indicia.*

48 Quæres 3. quæ dicantur hoc casu multiplicatæ præsentationes. Respondet post alios *Viuian. d. lib. 11. c. 2. n.* 30. sufficere duas, vt dicantur multiplicatæ præsentationes infra centum annos, ita practicari in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur post Riccium *Nouar. d. concl. 94. sub num. 6. latius Riccius in Praxi particulari resol 67.* Dixi infra centum annos, nam quid sit dicendum, vbi probatur per præsentationes infra 40. annos cum fama infra suo loco item iste, autem præsentationes non est necessè, vt sint omnes intra tempus

im-

immemorabile, sed sufficit vna saltē de tempore immemorabili, ita fuisse sępius iudicatum post Genuē sem testatur *Riccius resolutione* 18. *in praxi nouissima.*

49 Quæres 4. an debeāt exhiberi omnes præsentationes continuatæ. Ad hoc Respondetur negatiuè, vt per *Riccii nu.* 13. quibus ab eo allegatis. Adde Rotam *in eadem Alifana* 4. Iulij 1629. ibi *nec relevat, quod non exhibeantur omnes præsentationes continuatæ, quia constito de duobus extremis, media possessio præsumitur*, maximè cum non doceatur, Ordinarium numquam de medio tempore prouidisse, tāquā de libero e. *inter dilectos de fide instrum.* Rota *decis.* 4. *nu.* 12. *p.* 2. *diuers. & decis.* 643. *nu.* 3. *p.* 2. *recent. Seraph. decis.* 1141. Clarius habetur in supradicta Ianuen. Abatiæ 13. *Iunij* 1625. coram Bubalo, quæ inter recollectas à Viuiano est 38. ibi *Non obstat quod prima prouisio de anno* 1514. *ad fauorem Antoniotti non continuet cum secunda prouisione producta ad fauorem DD. Cipriani de anno* 1529. *dum illa legitur de Monasterio vacante per resignationem Hectoris Pallauicini, non autem Antoniotti prædicti, & ideo tempus præsentatiuum incipi debeat de anno* 1529. *non autem à* 1514. *quo casu centenaria, nō esset completa, quia probatis extremis præsentationis Antoniotti de anno* 1514. *& præsentationis Cipriani de* 1529. *præsentatio Hectoris inter media præsumitur. Alciatus præsumpt.* 2. *regul.* 2. *vers. sed mihi videtur. Cardin. Seraph. decis.* 1141. *num.* 3. *&* 1334. *nu.* 3. *Rota decis.* 145 *p.* 1. *diuers. & fuit dictum in Lancian. Archipræsbiter.* 2. *Maij* 1616. *coram me*; in terminis Cappell. adest decisio Rotę in Floren. Cappell. 30 Maij 1626. quæ ex recoll. a Viuiano est decis. 61. videte igitur decis. & Riccium dec. 233. item Rebuff. in practica benef. 3. p. signaturæ verb. nec non Iurepatr. num. 14.

50 Quæres 5. quomodo debeant probari dictæ præsentationes per scripturas, an etiam per testes? Respondetur quod posset probari per scripturas successiuè factas, ac etiam per testes, excipitur ex eo quod communiter, per illa verba Concilij ibi, *qui hominum memoriam excedat* intelligitur tempus immemorabile, quæ immemorabilis potest probari per testes, & scripturas, itē ex verbis subsequentibus Sacri Concilij *aliasue secundum iuris dispositionem vt per Ricc. dicta*

praxi nouissima resolut. 51. cũ allegatione ibi inserta & decis. Rotæ cum hac tamen differentia, nam quando fit per testes, sufficit probare multiplicatas præsentationes per *60.* annos, quando verò per scripturas, requirantur dictæ præsentationes per centum, ita etiam declarauit Sacra Congregatio apud *Nouar. in suis singularibus cõcl. 94. n. 8.* vbi habes modum particularem probandi prædictas præsentationes tam per testes quam per scripturas, & latiùs per *Viuianum d. lib. 11. praxis c. 5. à n. 33. et per Ricc. in prax. particulari resol. 68.*

51 *vsque ad 75.* Quando dicimus quod vbi probatio fit per testes, sufficiant 60 anni, intelligе, vt deponãt de visu p 30. annos vnde requiritur in teste ætas 54. annorum saltẽ, vt post *Rotam Romanã, & alios habetur per Riccitũ dicta praxi nouissima resol. 72.* qui dicit deponere debere de visu p 40. ãnos saltẽ p 30. annos, & de relatis, per auditũ, vt superiores doctores innuũt, sic intellige declarationes Sacr. Cõgr. & decisiones supra adductas loquentes de centenaria, quia supponunt probationem per scripturas, non autem per testes, & sic etiam nota, declarationem Sacræ Congreg. supra relatã, quòd probatio Iurispatr. non debeat fieri per testes, intelligi quando tractatur de probãda fundatione, constructione vel dotatione, & quando sumus inter personas suspectas de vsurpatione. secus vbi probandæ sunt præsentationes effectum sortitæ, per tempus antiquissimum, quo casu admittuntur testes, vnde si nõ sumus in antiquis, neque inter priuatos, admittuntur testes de publica voce, & fama Rota in Portuensi benef. 27. Martij *1596.* coram Cardin. Millino, q̃ inter recoll. à Viuian. est decis. 3. ibi, *Nõ obstãt testes, quia deponunt de auditu, & quando non sumus in antiquis Iuspatr. non probatur per testes de publica voce, & fama. Pallcott. decisione 126.*

52 Si iterum instas, quæ sunt scripturæ istæ, quæ requiruntur ad probationem dictarũ multiplicatarũ præsẽtationũ. Dico sufficere litteras, in quibus Episcopi enuntiant se instituere ad præsentationem talis, & sic esse de Iurepatr. etsi non exprimant, ex quo titulo, vnde non sunt necessariæ scripturæ ipsarum præsentationum, vt requiritur inter personas, & loca suspecta de vsurpatione, vt per *Nouar. d concl. 94. nu. 11.* vbi idem dicit de sent. Episcopi,

quan-

quando est antiqua, & de litteris maiusculis insulptis in lapide posito in publico ab immemorabili, de chronicis, aliisque enuntiatiuis antiquorum instrumentorum, latiùs per *Viuia. d. lib. 11. c. 5. n. 33.* de libris visitationum, vbi sint enuntiatiuæ Episcoporũ instituentiũ ad præsentationem quòd Capella sit de Iurepatr. præter adducta per *Ricc. resol. 22.* habes in decis. *Lucana* Iurispatr. *26.* Iunij *1619.* corã *Dunozetto n. 12.* apud Viuian.

53 *Dixi*, enuntiatiuis, quia vnica enuntiatiua non sufficit vt in cad. Portuen. supra cit. ibi, *nec placuit Dominis, quod Iuspatr. ex dotatione, & fundatione probetur ex enuntiatiua ordinarij de anno 1504. quia per se solùm non probat, cùm sit vnica, & enuntiatiua ad assertionem partis instituentis. & non sit de antiquo &c.* & sic nota debere esse dictas enuntiatiuas antiquissimas, vt etiam habetur per Rotã in Tudertina infra *proximè* citanda, quæ apud *Viuian. est decis. 5.* vbi præsupponitur, vt certũ, de enũtiatiuis factis, ex resignationibus cum conditione *habito consensu &c.* ex confessionibus diuersorũ Rectorum asserentib. se fuisse præsentatos &c. ex libro censuum mensæ *Episcopalis*, & cuiusdam Vicarij probari existentiam Iurispatron. vt sup. estq; idẽ cum eo quod dixit Rota apud Caualeriũ decis. *159.* n. 2. quod Iuspatron. vt probetur per enũciatiuas, debent dictæ enunciatiuæ ita inconcussæ, vt probatio famæ non debilitetur per ea quæ adsunt in

54 contrarium. Adde supradictis, quòd resignationes factæ cum clausula accedente cõsensu patronorum, habent uim præsentationum vnde etiam per ipsas probatur, vt supra Iuspatr. *Ricc. resol. 30. et habetur in Tudertina iurispatr. Parochial. S. Laurentij 9. Iunij 1623. coram* Patriarcha Hierosolymitano *ibi non obstat quòd resignationes factæ de anno 1536. & 1566. nõ possint connumerari inter præsentationes, quia fuit responsum. quòd dictæ resignationes fuerunt factæ cum clausula, accedente consensu patronorum, quia cõsensus habet uim præsẽtationis, iuxta Crescen. decis. 2. de Iurepatr. &* Rotam *decis. 195. nu. 3. p. 1. recent. & quamuis de isto consensu non appareat, attamen quia resignationes fuerunt, concessæ cũ conditione, quòd dictus consensus accedat, præsumendum est, quòd officiales cancellariæ litteras dictarum resignationum non expediuissent, si de dicto*

consensu à patronis præstito eis non constituisset. Put. decis. 439. in fine lib. primo, accedente maximè cursu 30. annorum ex quo præsumitur pro validitate actus. Mohed. decis. 2. de transact. Rota decis. 336. nu. 3. p. 2. recent. idem habetur confirmatum in alia dec. eiusdem anni *1623.* die 22. Maij Romana beneficiatus in verbis infra proximo quæsito referendis, & antea fuit dictũ in. supradicta Tudert. quæ est 35 decis. 3. apud Viuian. *Idem* dicendum in consensu præstito permutationi, vel alijs prouisionib. Apostolicis cum clausula, accedente medietate &c. vt habetur in Floren. Canon. *11.* Decembris *1615.* 41. *apud Viuian. & per Rice. in d praxi nouissima resol. 24.*

56 Quæres 6. quomodo probetur, præsentationes prædictas fuisse effectum sortitas? *Respondetur* quòd probatur per successiuas vacationes per obitum, vel resignationes prouisorum, & præsentatorum, vt in Florent. Canon. *11. Decembris 1615.* corã Buratto, quæ est inter recoll. à *Viuia post suã praxim dec.* 41. & in Roman. benef. *S.* Laurent. in Damaso 22. Maij 1623. coram Coccino ibi. *In hoc autem casu probantur præsentationes effectũ sortitæ spatio multorum annorũ, dantur. n. cõsensus præstiti per custodes, vti patronos resignationibus factis de annis 1525. 1534. 1553. et 1588 & præsentatio facta de anno 1591. nec non consensus resignationi facta de anno 1593. qui vltimus consensus habuit effectum usque ad annum 1582. quo contingit vltima vacatio, & predicta omnia, excepta prouisione anni 1534. habuisse effectum, non potest dubitari, dum unus per obitum alterius fuerit prouisus. Oldr. cons. 229. num 2 qui quidem consensus habet uim præsentantionis, & ex eo resultat idẽ effectus Abb. in c. 1. n. 6. de religios. domib. & cons. 54. n. 3. uers. pro hoc etiã facit, lib. 1. & hanc opinionem tenet Rota decis. 193. n. 3. p. 1. in recent.* Confirmatur in Floren. Iurispatr. *1.* Martij 1627. coram Coccino, quæ est decis. 103. apud *Viuian.* & eandem prædictã opinionem Oldradi fuisse sæpe per Rotã canonizatã habetur p eand. Rotam in illa Lauden. *28.* Iunij *1630.* coram Pirouano. Dictæ autem successiuæ vacationes probari possunt ex libris visitationum, vt in Ianuen. *Paroch. San. Andreæ 19.* Aprilis 1627. coram Durano 86. *apud Viuian.* & in Lucana Iurispatr. 26. Iunij 1619. coram Dunozetto. Item ex diuturna

pos-

possessione præsentandi ac ex enuntiatiuis antiquis, vt in *Pistor. Archid. 16. Ianuarii 1629.* corã *Pirouano* Item quando vltimæ præsentationes probãtur effectuatæ, etiam præcedentes tales censeri debent. Menoch. præsumpt. 65. per totum lib. 6. Rota in Lunen. Sarzan. vlt. Maij 1627. ibi *& deinde idem Ioa. Franciscus dum uixit fecit quinque præsentationes de anno 1557. usque ad annum 1596. ex quibus tres ultimæ probantur effectuatæ, unde etiam duæ præcedentes tales censeri debent iuxta conf. Oldr. 229. & in Romana Iurispatr. 10. Martij 1595. coram*

57 Card. Millino. Sed quid si fuerunt præsentationes admissæ cum clausula (*si, et quatenus*) an dicantur effectum sortitæ. Respondet *Riec.* negatiuè in sæpius citata *praxi nouiss. rec. fol. 346. in fine*, sicut in simili, quò ad quasi possessionẽ præsentandi idem dicimus infra *praxi 4. sed videas, ad hoc dec. Ianuen. Parocb. S. Andreæ 19. Aprilis 1629. coram Durano, quæ est 86. apud Viuian. & propriè num 29 ubi de admissione præsentationis cum clausula (si & in quantum)* vbi videtur decidere talem præsentationem dici effectuatam, de qua re etiã agitur in Florentina de Ricasolis *11.* Februarij *1604.* coram Cardin. Cãcello apud *Viuianum lib. 4. c. primo in fine.*

58 Quæres 7. quando interim Ecclesia, seu Capell. fuit prouisa à Sede Apostolica, vti de libera an subducẽdum sit dictum tempus in computu centenariæ. Et Respondetur affirmatiuè, vt habetur in Aretina Capell. 18. Maij *1616* quæ est *25. inter recoll. à Viuian.* vbi quod etiam sit subducendum tempus litis super statu Capellaniæ.

59 Quæres vltimò de quo tẽpore esse debet immemorabilis ad probãdum, vt supra, scilicet ante Concilium, vel postea. Respondetur ex Sac. Congreg. vt refert *Riec. decis. 95.* requiri tempus vsq; ad controuersiam motam decursum, non autem vsque ad publicationem Concilij illam etiam referunt *Nouarius Viuian. & alij infra citandi §. sequenti quæstione 4.*

§. Secundus.

Multiplicatis præsentationibus per 40. annos vnà cum fama Quomodo secundum iuris dispositionem probetur existentia iuris patronatus.

CIrca secundum modum probandi existentiam Iurispatr. inter priuatos, qui

est

est modus facilior probandi, & obtinendi, vt benè *Riccius decis. 258. num. 10. parte 4.* scilicet per præsentationes effectum sortitas, spatio quadraginta annorum vnà cum fama, ita n. explicantur illa verba Concilii *aliasue secundum iuris dispositionem*. De iure, etenim quasi possessio per tempus *40.* annorum cũ fama tantùm valet, quantum immemorabilis *c. 1. de præscript. in 6.* cum concordantibus, item secundum iuris dispositionem possessio quadragenaria reputatur longissima; vt per *Viuianum dicto lib. 11. c. 5. num. 46. & seq. latè Riccius in Praxi nouissima resolutione 79. & 83.*

61 Quæres primò, an etiã hoc casu requirantur multiplicatæ præsentationes, vel sufficiat vnica. Respondetur sufficere vnicam præsentationem, seu consensum adhibitum in resignatione quidquid contrarium videatur *iudicari in Aretina Capellaniæ 18. Maij 1616. coram Buratto 25. apud Viuianum, vt supra* habetur clarè *in illa Bergomen. Cappellaniæ 18 Maij 1629. coram Merlino ibi. Quò ad secundum Domini non suspicabantur in his præsidentibus aliquem usurpationis timorẽ, cùm nec iurisdictionem, nec potentiam habeant in loco, & ideo ad iustificationem istius Iurispatr. putauerunt sufficere ordinariam probationem in hac materia, nempe quasi possessionem quadragenariã unà cum fama, quæ sat est ad probandum Iuspatro. in priuatis personis &c.* & deinde quadragenariam huiusmodi desumebant nedum, quia de anno *1479.* ab istis præsidentibus fuit præsentatus Iacobus Bonesius, qui vsq; ad annum *1523.* possedit, & tunc resignauit *Simoni* Marono, & quamuis hæc Bonesii præsentatio facta sit limitatè ad quinquennium, attamen, cùm diù permanserit in possessione videbatur, vehementem oriri præsumptionem, quod alia præsentatio perpetua successerit, vel saltem hinc colligeretur beneficium esse manuale, in quo non cadit reseruatio. Verùm ex abundanti dicebatur de dicto anno *1523.* prouisum fuisse dictum Simonem cum expresso consensu eorumdem præsiden-

62 tium, vt apparet ex attestatione Clem. VII. ibi &c. quorum expressus ad hoc accedit consensus, quarè cum sit præcisa de actu coram se gesto, nõ autem simplex enuntiatiua de facto alieno, in quo fortasse error potest aliquando cadere, probat omnino consensum fuisse præstitum

ante

ante litterarum expeditionem. *Caputaq; decis. 120. p. 1. Put. decis. 429. in fine lib 1. in correct. & in Romana Cappellaniæ 4. Martij 1580. coram fel. recor. Clem. VIII. & in Tudert. Iurispatron. 9. Iunij 1623. coram* Manzanedo, *qui quidem consensus habuit vim præsentationis &c. & cum ipse* Simon *continuauerit in possessione* Cappellaniæ *vsq; ad annum 1573. quo tẽpore obijt, vt ex nota mortuorum, sequitur quadragenariã vndequaque probari, & sufficere,* Do-
63 *mini dixerunt, licèt detur vna tantum præsentatio, cum ipse* Simon *per quadraginta, & vltra annos possederit; Nullo. n. iure cautum est in patronatu priuatorum requiri de necessitate multiplicatas præsentationes, sed sufficit iuncta fama, sola quadragenaria, quę hic abũdè adest, & quod vnica præsentatio sufficiat, si is præsentatus per 40. annos possederit, nec vmquam venerit casus nouæ præsentationis, dixit Glos. in c. cum de benef. verb. quo vel pluribus, de præbend. in 6. & ibi Franc. num. 2. Felin. in c. in nostra num. 41. vers. cæterùm de rescriptis, & Glos. in c cum Eccles. Sutrina in verb. breuitatem temporis de causa poss. et proprietatis, & ibi Butr. n. 36. Federic. de Senis cons. 234 n. 4. in princ. vers. ad id quod quæritur. Card. cons. 61. nu. 8. Decius cons. 134. num. primo ante finem vers. et in casu. Achil. decis. 5. num. 1. de Iurepatr.*

64 *Quia quãdo actus habet causam successiuã. & permanentẽ nec non, & continuationem temporis requisiti, inducit præsumptionẽ sufficientẽ, quãuis sit vnicus Abb. in c. fin. n. 17. vers. distingue tamen de consuetud. Dec. cons. 134. nu. 2. cir*
65 *ca finem, & in vers. tutò. Nec* Sacrum Cone. *circa probationes in patronatu priuatorum aliquid immutauit. Gonzal. super reg. 8. Glos. 18. num. 58. Rot. dec. 798. nu. 4. p. 1. diuer. et dec. 374. num 1. p. 2 recent. & in Romana Iurispatr. 9. Decẽbris 1619. coram b. m. Vbalao, & in Neap. benef. 28. Iunij 1621. coram b. m. Buratto.*

66 Quæres 2. quomodo probetur fama in hoc casu cum dicta quadragenaria. Respon. detur ex ead. decis. Bergomẽs supra relata ibi *tertio Domini & firmarunt constare de fama, dantur enim enuntiatiuæ antiquissimæ vsque de anno 1523. in litteris Apostolicis, dũ Bonesius resignauit in fauorẽ Simonis de consensu Præsidentium, tamquam patronorum, & in deputatione prius facta ab eisdem Præsidentibus de prædicto Bonesio vsque de anno 1479. quæ cum sint supra centum annos ex illis, benè fa-*

ma

ma dicitur iustificata. Achill. *decis 7. de Iurepatr* Caputaque *decis. 344. num. 2 & decis. 347 num 2 & 3 p. 3.* Rota *dec. 407 num. 1. p. 1. diuer. & dec. 374. n. 4. p. 2. recent. et hic etiam accedunt quamplurimi testes, ad testantes se semper habuisse ipsos Praesidentes pro veris patronis, et hoc idē à maioribus suis audiuisse, ex quibus, resultat probatio circa famā, iuxta tradita per Bald. in l. 1. n 3. C. ad maced.* Rota *decis. 182. num. 6. & dec. 273. nu. 2. coram S. m. Gregor. XV. & latè de vtroque in dicta* Lancian Iurispatr. *2. Maij 1616. coram b. m. Buratto* Videte etiam decis. Florent. Cappel. quæ inter recoll. à Viuiano est decis. 61.

67 Quod p quatuor testes cū enūtiatiuis antiquis, aliisque adminiculis probetur fama habetis in illa Lucana Iurispatr. 26. Iunii 1619. coram Dunozetto, ibi *secundò consideratum fuit non solum probatam esse publicam vocem, & famā per quatuor testes in curia examinatos, quæ in antiquis plurimum vrget ad probandū Iuspatr.* & deinde *sed dantur dua enuntiatiua antiqua per instrumenta antiquissima celebrata anno 1401. in quibus familia DD. Padiorum, tamquam patrona huius Ecclesiæ, primò constituit sindicum ad vendendum quoddam Casale-*

num, deinde ille sindicus cum Rectore Ecclesiæ vēdidit præsente Vicario Episcopi, qui desuper interponit suū decretum,

68 *ex quibus enuntiatiuis, quæ etiam habent suam famam, elicitur magna præsumptio Iurispatr.* vbi subdit alia adminis-

69 cula, nempè Armorū, & insignium familiæ non solùm intra dictam Ecclesiam, sed etiam in frontispicio Ecclesiæ item denominationē non solùm Ecclesiæ de *Podio*, sed situm cum probetur per testes maiorē partem domuū circumiacentium, spectasse antiquitus, & hodie aliquas spectare ad DD. de Podio, vbi quod licet de per sē probationes videātur imperfectæ tamen simul iunctę faciant concludentem probationē Quo ad illud quod dicitur de armis, & insigniis non tā dictum Rotæ apud Caual. decis. 159. ex illis non probari existentiam Iurispatronatus nisi probetur fuisse apposita in fundatione sicut de cisione 378 habetur, probari iuspatron. ex inscriptionibus publicis, vt decis. 336. q etiā probetur in antiquis per testes iuncta inscriptione, item circa hanc materiam etiam reputo notabilē decis. in Tudert. Iurispatr. Parochialis S. Laurentii 9 Iunii 1623. corā D. Patriarcha Hierosolymita-

no

no inter recoll. à Viuiano post suam praxim decis. 7. à n. 3. vbi in specie habes, quod duæ enuntiatiuæ in antiquis habent uim famæ vna cum quadragenaria, de qua re Rota apud *Caualerium dec. 362. & 625.*

70 Quod nihil obsit si testis de fama dicat ignorare à quibus vel ob quam causam fama originem habuerit, nec opus sit, vt deponat quod à maiore parte populi publicè dici audierit. Dixit Rota in Hyeracensi Iurispatr. 18. Aprilis *1616.* ibi, *similiter, & fama publica probata fuit per quatuor testes datos, qui in quacumque materia, etiam in minori numero sufficiunt ad probationem concludendam l. vbi numerus ff. de testibus Alexander. cons. 5. nu. 7. lib. 1. & cons. 47. num. 2. lib. 2. cum alijs per Gabr. de testibus concl. 6. in princip. versus finem*, de minori numero testium quam quatuor, etiam habetur in illa Laudens. 28. Iunii *1630.* corã *Pirouano.*

1 Circa exceptiones testium *de fama*, notabilia sunt verba decisionis supradictæ Bergomẽsis Cappell. *18.* Maii *1629* ibi, *Neque horum testium fidẽ videntur euertere exceptiones, quòd nõnulli sint consanguinei ipsius Ludouici, & alij sint de prædicta Confraternitate Sãctæ Mariæ de Misericordia, quoniam hic non agitur de interesse singulorum, & ideo neque excludi debent testes de ead. Confraternitate. latè Farinac de testibus q. 60. nu 495. & seq. Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 140. num. 4. & seq. & in puncto tradit Genuensis in Praxi Archiepiscopali c. 63. nu. 7. & in omnem casum supplerentur ex ingenti numero, in quo plurimi sunt, qui non sunt confratres. Gabr concl. 6. de testibus. Soccinus Senior cons. 194. nu. 2. lib. 2. Roland. cons. 72 sub n. 5. & 15. circa finem lib. 2. Rota coram S.m. Greg. XV. dec. 340. n. 6. & 7. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dict. dec. 740. num. 17. & ex hoc eodem magno numero supplẽtur defectus cõsanguinitatis, & affinitatis Farin. de testibus q. 54 num. 60. Rota decis. 289 num. 3. p. 1. diuers. & in decis. 713. num. 2. p. 2. recent.* De Vassallis quòd possint probare pro domino hoc casu habetur in Hyeracensi *18.* Aprilis *1616.* quę apud *Viuian est decis. 10.*

72 Quęres 3. an ista fama, et vox sufficiat si sit ꝙ Cappellania sit de Iurepatr. tantũ talis familiæ, vel requiratur quod fuerit de fundatione, & dotatione ab ead. familia? *Viuianus dicto lib. 11. cap. 1. nu. 45.*

quem ſequitur Nouarius *dicta concluſ. 94. nu. 9. & ante eos* Ricc. *deciſ. 274. n. 8. & ſeq. p. 4.* Reſpondere videntur nó debere eſſe famam fundationis, vel dotationis, ſed tantũ quod fuerit, & ſit de Iurepatron. talis familię. Sed crederẽ cõtrariũ ex duab deciſ. ſupra relatis quęſito 2. & fauere videtur ratio, licèt enim non ſit neceſſarium, quòd probatio per multiplicatas præſẽtationes, vt in dictis præſentationibus fiat mentio cõſtructionis, fundationis, vel dotationis, vt ſupra dictum eſt, & notant idem *Viuianus*, *& Nouar. ille d. lib. 11. c. 5. n. 26. iſte d. concl. 94. nu. 7. in fine* tamen quã lo probatur per famam, debet eſſe talis fama fundationis & conſtructionis, fauet etiam deciſio Rotæ in Hyeracenſi Iuriſpatr. 18. Aprilis *1616.* ibi, *nec releuat eumdem teſtem ignoraſſe, à quibus, vel ob quam cauſam fama originem habuerit, cum ſecundum Rotæ opinionem id non ſit opus exprimere.* Caputaque *deciſ. 7. & 208. nu. 7 p. 2. & 289. p. 3.* Caſſa. *deciſ. 7. nu. 9. de probat.* Sed opinio contraria etiã poteſt ſubſtineri.

73 Quæres 4 dictũ tempus, intra quod debent probari multiplicatæ præſentationes, vt ſupra quomodo erit computandum? Reſpondetur ex ſupradictis deciſionibus, & alijs apud *Nouar. ſupra nu. 8. in fine* eſſe computandum vſque ad terminum controuerſiæ motę, & non vſque ad Concilij publicationem, & nota quod ſi ſemel fuit probata exiſtentia Iuriſpatr. ſecundum formam Concilii sẽper talis debet manu teneri in quaſi poſſeſſione, etiam ſi quando alia ſuccedit vacatio, obijciatur de validitate dictæ exiſtentię, vt poſt Riccium, & Monetam notat *Viuianus d. cap. 5. ſub num. 67.* quæ procedunt, etiam ſi reperiantur prouiſiones Apoſtolicæ nulla facta mentione Iuriſpatr. cõtrouerſi, quia neq; mutat ſtatũ, vt habetur in illa Lauden. Iuriſpatr. 28. Iunii 1630. coram Pirouauo in fine ibi. *Denique non obſtant prouiſiones Apoſtolicæ de anno 1573. citra, nulla mentione in litteris facta de Iurepatr. controuerſo, quia neque mutat ſtatũ* Egid. *deciſ. 212. Achil. deciſ. 13. de Iurepatr. Veral. dec. 189. p. 3. Decius conſ. 126. nu. 4. Rotæ deciſ. 13. nu. 5. p. 1. recent. Neque mutare potuerũt, cùm ſuperuenerint poſt dictum annũ 1573. de quo tempore, cum per quadragenariã, & probationẽ famæ, ſtatus de patronatu eſſet iam firmatus non poteſt nouus ſtatus imprimi beneficio cõtrauerſo abſque decurſu temporis*

legi-

legitimi ad præsentandum. c. de quarta. c. ad aures de præscript. c. de benef. de præb. in 6. Seraph. decis. 1227. n. 3. cum alijs allegatis coram P. Greg. XV. decis. 434. num. 16. vbi Add. num. 20.

74 Quæres 5. an possit probari existentia prædicta per solam famam absque quadragenaria *Ricc. in praxi antiqua Iurispatr. nu. 23.* affirmat, quia de iure etiam illa sola sufficit, & ita fuisse per Rotã decisũ, asserit, Sed cõtrarium, & verius docet *decis. 274. n. 9.* quia cum fama, debet ex *S.* Conc. cõcurrere possessio, & habetur clarè per Rotam in Vercell. benef. *1.* Martij *1630.* coram Pirouano ibi, *nec obstant testes examinati ad probandum Iuspatronat. illorum, qui donarunt, quia cùm depositio asseratur concludere tantummodo publicam vocem, & famam non sufficit, quia cum fama requiritur quadragenaria.* Quod autem dicta probatio requiratur pro Iuribuspatr. post Conc. quæsitis, Declarauit S. Congreg. apud *Ricc. p. 4. decis. 257. qui dec. seq. 258. 5 num. 9.* dicit, quod Iurispatr. moderni facilior est probatio cum satis sit probare Capellaniam fuisse fundatam de cõsensu Ordinarii. Propter dictionẽ (*plerumque*) qua Concilium vtitur in hac *3.* p. habet locum hic modus probandi quando & si prætendatur à persona potenti, vel Magnate, vel ab Vniuersitate, tamẽ cesset in eo vsurpationis præsumptio ita censuit *S.* Congreg. & dixit Rota in Sorana Iurispatr. 28. Aprilis *1603.* coram *Pamphil.* vbi fuit reprobata, alia decisio in causa Toletana iuris decimandi 3. Maii 1582. in qua dicebatur, quòd dato concursu paris, vel maioris potentię Episcopi, cesset vsurpationis præsumptio, & cum dicta Sorana concordat alia decisio Sacens. Paroch. 27. Iunii 1603. coram bo. m. Card. Pãph. & habetur per *Vivian d. lib. 11. c. 5. n. 92. in fine, & alibi.*

76 Quæres *6.* an reperiatur alius modus probandi patronatum secundùm iuris dispositionem præter supradictos? & Respondetur affirmatiuè, nempè quando *S.* Pontifex motu proprio asserit in aliqua *Bulla* patronatum antiquitùs spectasse ad familiam, &c. Rota in illa Aliph. Iurispatr. 4. Iulij *1629.* ibi, *tum quia dum in eadem Bulla, dum asserit Papa motu proprio, patronatum antiquitùs ad eamdem familiam spectasse, plenè probatur ex di-*

cta assertiua motu proprio patronatus Clem. litteris de probat. vbi Card. Anchar et Ioa. de Imol. Alex. cõs. 102. li. 7 Curt. iunior cons. 61. nu. 13. Pute. decis. 101 lib. 3 Seraph. dec. 1016 n. 6. & 1149. n 3.

77 Quomodo autem canonizetur Iuspatronat. quo ad existentiam per aliquam sententiam, habetur per Riccium prima parte praxis decis. 215 certũ est enim plurimum tribuendum in hac materia sententijs ordinariorum latis ad fauorem Iurispatron. & præsentatorũ, quoniã ordinarij, non solẽt multum fauere istis præsẽtationibus, vt habetur post alios per Viuianum lib. 11. c. 5. sub. n. 24. de qua materia latius discurrit eod. lib. c. 9. habetur expressè in Florentina canonicatus 11. Decembris 1615. coram Buratto quæ est 41. apud Viuianũ ibi, *nam testimonium ordinarij præsertim sententiæ plenè probat Iuspatr. Puteus decis. 237. lib. 2. in nouiss. Gabriel. cons. 198. nu. 4. vol. 2.*

78 Quando autem ex prouisionibus Apostolicis, in quibus nulla est facta mẽtio de Iurepatron. controuerso, mutetur status, habetur in Laudẽ. Iurispatr. 28. Iunij 1630. coram Pirouano ibi, *Denique non obstant prouisiones Apostolicæ de anno 1573. citra, nulla facta mentione in litteris de Iurepatr. controuerso, quia neque mutant statum. Egid. decis. 212. Achill. decis. 13. de Iurepatr. Verall. deci. 189. Decius cons. 126. n. 4. Rota decis. 13. n. 5. p. 1. recent. neque mutare potuerũt, cùm superuenerint, post dictum annum 1573. de quo tempore cùm per quadragenariam, & probationem famæ, status de Iurepatr. iam esset firmatus, non potest nouus status imprimi beneficio controuerso absque decursu temporis legitimi ad præscribendum c. de quarta c. ad aures de præscript. c. cùm de beneficio, de præben. in 6. Seraph. decision. 1227. nu. 3. cum alijs allegatis coram Gregor. P. XV. dec. 434 n. 16. & ibi, Add. n. 20.*

CAPVT IV.

Non constito de authentico documento fundationis, vel dotationis, qualiter probari debeat existentia Iurispatr. à suspectis de vsurpatione.

78 *Immemorabilis unà cũ præsentationibus 50. annorum est probanda per suspectos de vsurpatione, & num. 97. & seq.*

79 *Iuspatr. fundatum in Capella palatij Domini Castri, an etiam debeat probari, vt*

pra-

præcipitur in S. Conc. pro suspectis de vsurpatione.

80 *Suspectæ personæ de vsurpatione, quæ nam sint ex* Rota. *Quando ex eo, quòd quis sit Dominus alicuius castri debeat iudicari suspectus nu. 85.*

81 *Ecclesia, vel* Monasterium *habens dominiũ castri, vel iurisdictionẽ, in qua adest Ius patr. de cuius existentia litigatur, non iudicatur vt persona suspecta de vsurpatione. Quid si Ecclesia successit* Baroni, *& sic persona potenti n. seq. vel possidet cũ alia persona potẽti; idem an sit quando Ecclesiæ conceditur à potestate laicali n. 83. & 87.*

84 *Procuratoris assertio quando præiudicare possit principali.*

86 *Titulus, nobilis viri, datus à Papa alicui in Bulla, quando arguat aliquem esse Dominum castri ad finem suspitionis vsurpationis.*

87 *Vniuersitas non præsumitur suspecta de vsurpatione quando possidet Ius patron. cũ persona non suspecta, & n. seq. Quid si non tota vniuersitas sed eius pars prætenderet Ius patr. num. 90. Quæ dicatur pars adhunc effectũ num. 92. & seq Quid de vniuersitate* Parochianorum, *vel Iuristarum sub n. 91. ct seq. 94.*

89 *Cõfraternitas an sit vniuersitas, in qua possit cadere suspicio vsurpationis Iuris patr.*

91 *Capitulum Ecclesiæ an dicatur vniuersitas ad finem suspicionis vsurpationis. Potest habere ius conferendi num. 106.*

95 *Præsentatio vbi competit Parochianis, à quibus fieri debeat.*

96 *Familia an possit reputari vt vniuersitas suspecta de vsurpatione, quando adsunt personæ potentes n. 112.*

Immemorabilis debet probari per testes, & non per scripturas. Ampliatur nu. seq. etiam si quis per testes vellet probare amissionem scripturarum, & n. 109. Ampliatur num. 111.

100 *Testes super immemorabili quid, & quomodo debent deponere, & n. seq.*

102 *Papæ assertio motu proprio quòd Ecclesia sit de Iure patr. alicuius familiæ quomodo excludat præsumptionem vsurpationis.*

103 *Authẽticæ scripturæ quæ nõ sint ad effectum probationis præsentationum continuatarum per 50. annos in Iuribus patr. suspectis de vsurpatione.*

104 *Instrumenta possessionis capta per præcedentes Capellanos, an ad effectum proban-*

di præsentationes, sint scripturæ authenticæ.

105 *Enuntiatiuæ Ordinarij instituentis, an probent præsentationes continuatas, & nu.* 107. *&* 108. *Ratio affertur n.* 110.

113 *Iuris patr. probationes leuiores sufficiunt, vbi tractatur inter priuatos, quam vbi ageretur cum ordinario.*

78 IN Iurepatr. vbi cadere potest suspicio vsurpationis, vt quia prætenditur à persona potenti, vel vniuersitate, quando illud prætendens non potest ostendere verum titulum fundationis, vel dotationis, debet, ex S. Conc. Trident. loco supra citato in principio relato docere de immemorabili cum cõtinuatis præsentationibus per spatium 50. annorum, quæ omnes effectum sint sortitæ, & probẽtur per authenticas scripturas, vt pluries per S. Congregationem Eminentissimorum Cardinalium S. Concilij Trident. & sæpius
79 per Rotam fuit resolutum, vt infra n. 97. & 108. Quod procedit etiam si Iuspatr. Capellaniæ sit fundatum in Capella Palatij domini illius castri, quia non per hoc potest prætendi probatum dictum Iuspatr. ex euidentia facti; sed requiritur probatio supra indicata, vt habetur expressè in Regien. beneficior. 20. Febr. 1619. coram Pirouano, quæ apud *Viuian. est decis.* 87. Dixi *quando illud prætendens non potest ostendere verum titulũ fũdationis vel dotationis*, quia tunc non requiritur alia probatio etiã in istis suspectis, vt est certum apud omnes DD. S. Congr. & Rotã circa quã materiam præter ea, quæ notantur ab authoribus tam antiquis, quam modernis, occurrunt aliqua hic addẽda ex Rota in decisionibus nouissimis iuxta nostrum institutum.

In primis circa intelligentiam terminorum, quę scilicet sint personæ potentes, adde verba Rotæ in Lucana Iurispatr. de Podijs 14. Iunij 1621. corã Coccino, quæ est *decis.* 34. *apud praxim Viuiani* nempè *quod licèt potẽtia probetur ex diuitijs, amicis, numerositate personarum, & familiarium, et populari existimatione. l.* 1. C. *ne liceat potentior. cap fin. vbi Card. n.* 3. *&* 5. *de alienat. iudicij mutãdi causa facta, attamẽ in hac facti specie in iudicanda potentia, placuit opinio Bald. cõs.* 151. *sub n.* 1. *vers. nã illa lex lib.* 1. *vbi asserit, hoc relinqui iudicantis religioni, secũdum quam placuit dominis, non probari talem potentiam, ita, vt in probando Iurepatr.*

patr. maior probatio, quam ordinaria requiratur, quia in iudicando, nè dum verba Concilij, sed etiã mẽs eſt attẽdenda, vt in ſimili dixit Bald. loco proximè allegato & poſt multa, concludit *ex quibus concluſum fuit licèt conſtet de generoſa nobilitate familiæ de Podijs, non probari tamen talem potentiam propter quam &c.*

Et ad id quod docent ſupradicti *DD.* quòd perſona potens hoc caſu dicatur, quę habet vel habuit dominium ſuper Caſtro, vel in eo habet iuriſdictionem, vbi adeſt Capellania, de qua eſt cõtrouersia q-bus, ab illis allegatis adde Caualerium deciſ. 79. fallit vbi 81 Eccleſia, vel monaſterium eſſet Domina Caſtri, vt in illa Laudenſ. Iuriſpatr. 28. Iunij 1630. coram Pirouano ibi *quo vero ad Carthuſiã. ad quã tota difficultas reducitur, viſti fuit præſumptionem vſurpationis non cadere in Eccleſia* Domina Caſtri, *aut Iuriſdictionis temporalis, cum ſit iuſtitię cultrix, nec connumeranda inter* Magnates, *quibus cum ordinarius ob illorum potentiã contradicere non poſſit, inde oriatur præſũptio vſurpationis, vt ponderat Puteus deciſ. 57. & 59. lib. 1. 3. & 8. eod. tit. de Iurepatr. quia idem dici nõ poteſt in Eccleſia quæ ſemper ſubijcitur ſuo Superiori abſq; alia contradictione, nec acquirendo Iuſpatr. bona Eccleſiæ vſurpare præſumitur, prout cõtra laicum ſuſpicari poteſt, ex quo eidem* Eccleſiæ *acquiritur Iuſpatr. non autem hæredibus fundatoris. Abb. in c. ad euidentiam n. 12. de Eccleſ. ædific. Felin. in c. cum venerabilis n. 32. de except. Rocc. de Iurepatr. in verb. & dotauit q. 17. n. 26. Rota in Mantuana bonorum 17. Maij 1617. coram* Manzanedo, 82 *& 658. p. 1. recent. Nec obſtat quòd eadem Carthuſia habuerit hoc Iuſpatr. à Ducib Mediolani, contra quos eò maior vigebat præſumptio vſurpationis, quò maior erat illorum poteſtas in propria ditione, quòd cum tranſierit, cum ſuo vitio, non potuerit ille titulus curſu temporis conualidari. Caputaque deciſ. 28. p. 1. Rota deciſ. 416. nu 6. coram P. Gregor. XV. Gonzales gloſ. 18. cũ alijs allegatis, quia ultra quòd Carthuſia cõtinuauit in quaſi poſſeſſione præſentandi ſpatio tanti temporis, quo potuit illa ſuſpicio uſurpationis ordinariorum diligentia, in ſucceſſiuis uacationibus purgari, ceſſante potentia laicorum, et accedente libera ordinariorum facultate contradicendi Eccleſiaſticis, ut in cauſa Bononien. Iuriſpat. de Marſilijs 27. Iunij 1628. corã bo. m. Card. Sacra-*

to fuit ponderatum. Attamen nec etiam fuit probatum Carthuſiam habere ius à Ducibus Mediolan. Non n. videtur releuare mandatum communitatis anni 1484 in quo aſſeritur quòd Iuſpatr. pro vna parte ſpectat ad Ducē Mediolan. nec reſignatio de eodem anno facta cum alia narratiua, quod Iuſpatr. pro vna parte ſpectat ad Ducem Mediolan. & pro alia parte ad communitatem, quia huiuſmodi aſſertiones Carthuſianis abſentibus præiudicare, non poſſunt; ſimiliter, neque obſtat conſenſus, per Carthuſiā præſtitus de anno 1511. cū aſſertione, quod patronatus ſpectat ad Carthuſiam ex laicali conceſſione, nec minus reſignationis verba de anno 1513. quod Iuſpatr. ſpectet ad Carthuſiā pro dimidia, ratione Caſtri,
83 quia ſola laicalis conceſſio nō probat præſumptionem vſurpationis, ſed quando iungitur, cum iuriſdictione, & iuriſdictio penes Eccleſiam, non prębet præſumptionem vſurpationis, vt ſupra fuit firmatum. Demum Carthuſiæ non præiudicat preſentatio facta de anno
84 1552. ab eius Procuratore aſſerente Iuſpatr. pro medietate ſpectare ad monaſterium, vti ſucceſſorem Ducis Mediolan. quia cum non probetur, facultates mandati. ſe extendere ad huiuſmodi aſſertionem, non potuit Procurator ille Carthuſiæ ſuo Domino prędiudicare. Rota deciſ 285. n. 4. p. 2. recent. & 270. n. 8. & 467. n. 10. corā PP. Greg. XV.

85 Dixi ſuper Caſtro vbi adeſt Capella, q2 nō ſufficit ſi talis ſit dominus alterius Caſtri ad finem, vt in eo cadat ſuſpicio vſurpationis; immō ēt ſi olim fuit dominus dicti Caſtri, tamē poſtea etiā quādo nō obtinuit Caſtrum ſpatio longi temporis, prędentauit, ceſſat præſumptio vſurpationis; vt in Aliphana Iuriſpatr. 4. Iunij 1629. coram Ghislerio ibi, & ita non concluditur quòd habeat iurij dictionem in loco beneficij, cum poſſet eſſe Domicellus alterius loci &c. Et quatenus in Antonello caderet præſumptio vſurpationis, cū ſpatio tanti temporis fuerit in poſſeſſione, & certum ſit à centum annis familiam de Alpherijs, non obtinuiſſe dominium, ceſſat prędumptio vſurpationis. Item nota quod & ſi in dubio quādo Capella non fuit erecta, vti à Barone Caſtri vel in palatio Baronis Caſtri Iuſpatr. acquiſiuiſſe vt perſonam priuatam, & ſic non trāſiret ad ſucceſſorem in feudo ſed ad ſuos hæredes, aut deſcendentes, vt infra ſuo loco dicemus poſt Genuenſem quem ſequitur Ricc. 3. p. p. praxis reſol. 565.

ta-

tamen nō per hoc tale iuſ. patron. caret ſuſpicione vſurpationis, cum ſufficiat, vt ſupra dictum eſt, fuiſſe acquiſitum dum erat dominus, & Baro ipſius Caſtri.

Fuit etiam dubitatum in ead. Aliphana Iuriſpatr. 1. Iunij 1629. coram Ghislerio, An præſumi poſſit potentia in perſona, quæ per S P. in Bulla nuncupatur *nobilis vir*, & reſponſum negatiuè, ibi, *Nec præſumpta vſurpatio deducta ex Bulla* Bonifacij *VIII. in qua Antonellus de Alipho, cui competebat Iuſpatr. nobilis vir nuncupatur, quidquid facit. Tum quia non fuit producta à Ioa. Baptiſta pro titulo, ſed pro probanda enuntiatiua patronatus, & ita ei non præiudicat. Tum quia in ead. Bulla, dum aſſerit Papa motu proprio patronatum antiquitùs ad eamd. familiam ſpectaſſe, plenè probat ex dicta aſſertiua Papę motu proprio patronatum &c. Nec inde poſſet deſumi cōcludens probatio, quòd ad ipſum ſpectaret dominium Aliphi, prout requiritur ad inducēdam vſurpationis præſumptionem S. P. Greg. XV. deciſ. 222. num. 1. Caputaq deciſ. 128. num. 1. p 2. Rot deciſ. 421 num. 1. & 456. num. 3. p. 2. recent. quia titulus nobilis viri datur à Cancellaria non ſolùm quibuſcunque Domicellis, ſed etiam Officialibus, & alijs, vt patet in Pract. Cancell. Nicolai Pauli ſub tit. de viris fol. 170. & 171. & ita non concluditur, quod haberet iuriſdictionem, in loco beneficij &c. eum poſſit habere aliam qualitatem, cuius ratione à Papa, qui erat illarū partiū, fuiſſet honoratus, & attellatio quę ex aduerſo deducitur non concludit, quia debet probari ſtylus de tempore Bonifacij VIII quòd in litteris, & in Bullis tunc* Pontificum, *talis titulus viri nobilis non eſſet ſolitus dari, niſi Dominis, & Patronis locorum, nec vllibi legitur, quòd familia de Alpherijs vmquam fuerit patrona* Ciuitatis *Aliphana.*

87 Item circa vniuerſitates, & communitates eod. modo ſuſpectas, vt ſupra; intellige primo quando ipſā ſola poſſidet, non autem quando ſimul cum non ſuſpecta perſona, vt habetur in deciſ. ſupra relata Laudenſ. Iuriſpatr. 28. Iunij 1630. coram Pirouano, ibi, *Non obſtat quòd verſemur in perſonis ſuſpectis de vſurpatione tam reſpectu communitatis, quàm ipſius Carthuſiæ dominæ temporalis iuriſdictionis, quo caſu intrat Concilij diſpoſitio ſeſſion. 25. de refor. c. 9. vt non admittantur, niſi probatis continuatis præſtationibus per 50 annos,*

& immemorabili possessione, quæ probatio dicebatur non adesse quòad communitatem, quamuis de vsurpatione sit suspecta. Mantica *decis. 234. num. 1.* Garz *de benef. p. 5. c. 9. num. 102. Attamen quando suspectus concurrit cum non suspecto prout est Ecclesia, tunc quia Ordinarius remoto suspecto, nihilominus libertatem beneficij non acquirit, suspicio illa non releuat, vt intret forma præscripta per Conc. sed sufficit probatio ordinaria.* Rota *in Fesulana Iurispatr. 12. Februarij 1610. quæ est 84. inter impressas bo. m.* Card. *Caualerij, & 224. num. 9. p. 1. recent. cum alijs per Addentes ad decis. 222. num. 11. coram PP.*

88 *Greg. XV.* Idem est si vniuersitas possideret non cum Ecclesia, sed cum priuatis eadē ratione, quia si non spectaret ad Vniuersitatem, spectaret ad priuatos, ideoq; non habet locum ratio suspicionis, *vt in Pampilonens. Iurispatr. de* Hyn. *24. Maij 1613. coram Patriarcha Antiocheno.* & rectius in Fesulana Iurispat. *12. Februarij 1610.* quę est *decis. 89.* Caualerij, quia si vniuersitas, vel persona potens vsurpauit, non vsurpauit libertatem Ecclesiæ, quia iam erat in seruitute ideoq; non sunt necessariæ probationes iuxta formam vtsupra, Item circa declarationem huius particularis. Quę Vniuersitas dicatur vt supra suspecta, nota decisionem illam supra mentionatā Bergomen. Cappellaniæ *18. Maij 1629.* coram Merlino, ibi, *Non obstat quòd hic videatur cadere suspicio vsurpationis, & ideò requiratur exactior illa probatio Iurispatron. de qua per S. Conc. Trid sess. 25 c. 9. quoniam hoc motiuum fuit ponderatum in alia decisione, quia tunc ab informantibus præsupponebatur, præsentationem spectare ad Vniuersitatem, sed re meliùs detecta constat hoc Iuspatron. spectare non ad Vniuer-*

89 *sitatem, sed ad ipsam Confraternitatem, seu potiùs ad illius Præsidentes, et ideo non intrat Conc. quia Confraternitas hęc non constituit aliquod Collegium publicum cum iurisdictione, seù potentia, sed potius est priuata quædam Congregatio personarum ad exercitium pietatis instituta, & sic dici non potest Vniuersitas, vt per Innoc. in c. dilecta num. 9. & ibi Card. num 7. de excess. Prælatorum. Bald. in Auth. hoc ius porrectum num. 12. C. de sacrof Eccles. et in l id quod pauperibus nu. 34. C. de Episc. & Cler. Alex. cons. 102. nu. 2. vers. confirmatur lib. 2. Nauar. cons. 3. de foro compet. Rota coram Reuerendissimo D.*

meo

meo Decano decis. 422. nu. 1. et 2. & cùm nullam habeat iurisdictionẽ, aut publicam authoritatẽ, sed potentiã hæc Cõfraternitas in loco, qualẽ habere solent Vniuersitates, & Cõmunitates laicorum, seu Barones, de quibus loquitur Cõc. d. cap. 9. non cadit præsumptio vsurpationis, quæ in illis vigere solet. Put. decis. 55. & 56. lib. 1. in correct. Menoch lib. 3. præsumpt. 90. nu. 60. vers. est obseruandum. Gonzal. ad reg. 8 glos. 18. nu 69. vbi quod Sacra Congregatio declarauit etc. Conc. non intrare, vbi non to-
90 ta Vniuersitas, sed certa pars dumtaxat prætenderet Iuspatr. & Rot. decis. 798. nu 4. p.
91 1. diuers. vbi de Capitulo Ecclesiæ Tirasonen. & decis. 219. p. 1. recent. quæ pariter loquitur de Iurepatr. pro parte spectante ad Vniuersitatem Parochianorum, & in terminis Vniuersitatum Iuristarũ Cracouien, quæ non habet publicã authoritatem, vel iurisdictionẽ. Idem resoluit Rota in Cracouien. Parochialis 24. Ianuarij 1628. coram me. Amplius cum hæc confraternitas visitetur ab Ordinario, & corrigatur, apparet ea authoritate nõ pollere Confraternitatem, vt Ordinario formidinem incutere potuerit, & quin ipse Ordinarius haud difficulter libertatem beneficij vindicare valuerit, & sic excluditur timor vsurpationis Put. d. decis. 55. in fin. lib. 1. in correct. et Rota decis. 578. num. 2. p. 4. diuers. & in Lucana Iurispatr. de Podijs 2. Decembris 1619. coram b.m. Seleuicen.

92 Nec obstat quod isti Præsidentes eligantur à Communitate, & propterea dici possit, Communitatem ipsam præsentare per ministerium Præsidentium. argumento l. item eorum §. 1. ff. quod cuiusque Vniuersit. nomine, & in terminis. Mantica decis. 161. n. 2. Quo-
93 niam obiectum procederet si ipsa Vniuersitas mandasset Præsidentibus, vt Ludouicum præsentasset, sed cum vniuersaliter fuerint deputati ab Vniuersitate ad officium Præsidentiæ, iste particularis actus præsentationis deinde gestus non attribuitur Vniuersitati, sed eorum Præsidentium personis, iuxta theoricam Bart. in l. 2. §. data num. 6. & 7. ff. de ope. legat. & cùm supra dictũ fuit hoc Iuspatr. seu ius præsentãdi non fuisse demandatum ipsis Præsidentibus intuitu illorum dignitatis, seu officij, sed contemplatione eorum probitatis, de qua testimonium habent ex deputatione facta ad officium Præsidentiæ. Item, & secundo intellige quando speraret iuspatron. ad vniuersitatem, vt vniuersum, & non,

vt ad singulos, vt habetur in Florentina iurispatr. 8. Nouembris 1627. coram Coccino, quæ inter *recoll. à Viuian. est decis.* 104. ac etiam refertur ad hoc propositum à Riccio in Praxi nouissima probationis &c. resol. 106. quòd scilicet hoc casu non requiratur rigorosa probatio requisita à S. Concil. Trid pro suspectis de vsurpatione, & sic procedunt aliæ decisiones adductæ per *Viuian. lib. 11. c.* 94 5. *sub num. 78.* De Vniuersitate iuristarum, quòd subiaceat huic dispositioni S. Cõc. habetur in Cracouien. Paroch. de coniun. 9 Iunij 1627 coram Patriarcha Hierosolymitano, circa Iuspatr. quòd ptinet ad Parochianos, notanda est etiam decisio supra allegata Floren. Iurispatr. 8. Nouembris 1627. coram *Coccino inter recoll. à Viuiano* 95 *decis. 104.* In eo autem casu, quòd Iuspatr. pertinet ad Parochianos, etiam requiritur, vt omnes de Parochia præsentent, nec sufficit si aliquæ familiæ tantum id faciant, vt in Lucana Iurispatr. quæ inter recoll. à *Viuian. est* 28 ibi, *Hæc obiectio tollitur penitus ex facto; constat .n. ex instrumentis publicis visitationum, præsentationum, prouisionum, nec non per depositiones testiũ, istam Ecclesiam S. Laurentij, de cuius patronatu agitur non esse Parochialem, imò sitam esse in Parochia S. Donati, vnde frustra contenditur, istud Iuspatr. spectare ad Vniuersitatẽ Parochianorum, quia beneficiati deberent probare Vniuersitatem Parochianorum S. Donati concurrere in hac præsentatione, nam etiam si aliquæ familiæ dictæ Parochiæ essent in quasi possessione Iurispatr. non ideo requireretur probatio requisita à S. Conc. Trid. quod in hac parte nihil inno-* 96 *uauit.* Quid autem si dicta familia constitueret totam contratam, an posset appellari ad hunc effectum, Vniuersitas? Respondet *Rota* in proximè relata decis. Lucana distinguendo, an habitantes præsentent, vt de tali familia, vel vt habitantes in tali cõtrata: primo casu non esset vniuersitas: secundo verò esset, An domini domorum, vel conductores hoc casu præsentare debeant patet ex dictis supra quæst. 3. sub nu. 80.

97 Modus probandi requisitus circa existentiam Iurispatron. à *S.* Conc. inter istas personas suspectas, vbi non constat de instrumento fundationis, & dotationis, est iste, vt non solùm probetur immemorabilis, sed etiam continuatæ præsentationes per 50. annos probentur per

au-

authenticas scripturas, & sic non sufficit probare, vel immemorabilem, aut præsentationes, vt supra continuatas, sed debet vtrumque probari, vt patet ex claris verbis S. Concilii, ideo de ipsis singillatim, hic à nobis agendũ est.

98 Quòad immemorabilem, certum est in hoc casu debere probari per testes, & non per scripturas, & sic patet prima differentia inter probandam immemorabilem, seu centenariam, inter priuatos, & inter potentes. Ratio differentiæ est manifesta, nam ibi admittuntur scripturæ, cũ requiratur immemorabilis super præsentationes, quæ fiunt per scripturas, non super *Iuspatr.* vt hic, vbi præter præsentationes continuatas per 50. annos, quæ debent probari per authẽticas scripturas, requiritur immemorabilis. Rota in *Regien. benef.* 20 Februarij 1619. coram Pirouano, ibi *Iuspatr. autem laicorum non iustificatur; versamur. n. in Domino Castri, ad quæ præsupponit Gregor. pertinere Iuspatr. quo casu propter suspicionem vsurpationis, ex dispositione S. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. vbi non constat de instrumento fundationis, & dotationis, pro forma requiritur præsentationes per 50. annos probatæ per authenticas scripturas, nec non immemorabilis probata per testes; nec admittitur probatio æquipollens, vt declarauit S. Congreg. & fuit in Rota pluries resolutum, vt decis. 199. p. 2. diuers. & decis. 409. p. 1. in quibus aliæ referuntur,* & clariùs ad particularia descendit Rota in Hyeracensi Iurispatr. 17. Februarij 1617. coram Card. Verospio, vbi recedit Rota à decisis per ipsam sub die 18. Aprilis anni præteriti ibi *Nec ad istum effectum releuant instrumenta præsentationum à Principe & factarum, nec* Episcopi Hyeracensis *assertio, cum per scripturas immemorabilis non probetur* Io. *Andreas in c. 1. num. 4. vers. in glos. de præscript. in 6. Natta cons. 636. num. 104. lib. 3. Aymon de antiquit. tẽp. 4. p. S. materia ista n. 39. Gabriel tit. de præscript. concl. 1. num 89. Molin de primogen. lib. 2. c. 6 num. 45. Rota in Tullen. iurisdictionis 1596 coram Card. Pamph in Burgen. quindeciorum 8. Martij 1599. coram Litta, et S. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de refor. in similibus patronatibus vltra præsentationes, non minor, quàm 50 annorum spatio cõtinuatas præsentationes, & immemorabilem, ac omnia ad ea requisita postulet.* Quod

99 est verum etiam si testes, ve-

lit,

lit quis afferre ad probandam amissionem scripturarum, vt post Rotam docet *Rice num 37 in sua praxi Iurisp. at. antiqua, & alij passim.*

100 Quæres 2. testes super immemorabili quomodo, & quid debeant deponere? pro hac re habes præter notata hucusque à *Rice. Viuiano, & Nouar., aliisq; authorib.* decisionem Rotæ in ead. Hyeracen. 17. Februarij 1616. coram eminentissimo Verospio, cuius hæc sunt verba. *sufficit n. testes in vno deficere ad effectum, vt immemorabilis probata non dicatur; quam opinionem sequuta fuit Rota in causa Britor. S. Columbani 24 Iunij 1604. corã Card. Lancell. & in Aftoricen. benef. 19. Ianuarij 1585. coram Card. Pamph. In casu autem nostro quintus deficit testis, cũ non deponat ipsum non vidisse, nec audisse contrarium, nec quod sui antecessores contrarium non viderint: vt per d. glos. requirebatur. Seraph decis. 1179 num. 2. vers. quintus testis, & decis. 1367. num. 1. & fuit dictum in Iacen. Paroch. 27. Iunij 1603. & in Sorana Patronat. 28. Aprilis eiusdem anni coram Card. Pamph. &c. Vndecimus pariter non suffragatur, quia non dicit se vidisse præsentationes, sed de auditu solùm deponit, nec asserit non vidisse contrarium obseruari ete. Praterea non deponit suos maiores non vidisse, nec audiuisse contrarium: Nec isti requisito, æquipollent illa verba, quòd ita viderit, & obseruari audierit sine contradictione, nam poterat esse illum vidisse aliquos actus sine cõtradictione fieri, et interdũ similes alios actus in contrarium fieri sine contradictione. Vlteriùs iste testis interrogatus, an huiusmodi fama potuerit esse falsa, cum affirmatiuè respondeat, non videtur illam sufficienter probare, cum penès ipsum deponentem, hæc certa, & indubitata requiratur Bal. in l. conuentiuiculam num. 8. C. de Episcopis, & clericis. Roland. cons. 3. num. 49 lib. 1. Rota in Legionen. Canonic. 3. Iulij 1600. coram Reuerendiss. D.*

101 *meo Decano. Nec valet dicere saltem immemorabilem ex alijs testibus adminiculari ex Mol. de primogen Hisp. lib. 2. c. 6. num. 34. vbi habetur posse illos coniungi ad plenam probationem faciendam, ad instar plurium membrorum, ex quibus inuicem colentibus integrum corpus conflatur, quia contrariam opinionem amplexa fuit Rota in allegatis decisionibus Bitor & Aftoric. Nec id accidit sine ratione, cùm ad probandam immemorabilem plura tam affirmatiua, quàm negatiua requisita sint necessaria, iuxta d. glos. in c. 1. de prescript.*

script. in 6. quę si per testes particulares probarentur, incerta illorum probatio redderetur, qui enim. v. g. de visu per 40. annos deponunt, antea potuerunt in contrarium aliquid audire, & qui de auditu testãtur ex publica voce, & fama, quid in contrarium videre potuerunt, & sic ad reddendã certam probationem, omnia requisita sunt probanda, vt in allegatis decisionibus, allegantur etiam per informantes nõ nullæ exceptiones contra personas testium; qui præterea de facili admittendi non veniũt, ad probandum hoc Iuspatr. in quo suspicio cadit vsurpationis, vt Rota tenuit in causa Tolet. iuris nominandi 2. Maij 1589. coram Orano.

102 Per enuntiatiuam antiquã emanatam motu proprio à Papa, quòd Ecclesia sit de Iurepatr. alicuius familiæ, etsi plenè probari existentiam Iurispatr. dictum fuit supra post Rotam in Aliphana Iurispatr. 4. Iulii 1629. vbi agitur de excludenda præsumptione vsurpationis, non tamen hinc sequitur, talem assertionem, vel enuntiatiuam solam sufficere hoc casu, sed etiam sunt necessariæ præsentationes spatio 50. annorum, cùm vt sæpius supradictum est, S. Conc. in his, in quibus potest esse præsumptio vsurpationis innouauit ius commune, & habetur per Rotam in cad. Aliphana supracitata versùs finem, videte decis. Rotæ in illa Hyeracen. quã infra referemus *vers. secus tamen est*, idem de narratiua facta à Papa super impositione pensionis in Capell. de Iurepatr. quòd non probet; firmat Rice. *in sua praxi nouiss. resol. 144.*

103 Quòad probationem præsentationum continuatarum per 50. annos per authenticas scripturas, Rota declarauit, per authenticas scripturas hic intelligi continuatas ipsas præsẽtationes, seu scripturas confectas super ipso actu præsentationis, & sic quòd cadant super ipsis præsentationibus primariò, & directè, & non intelligi alias scripturas rogatas à Notarijs, & testibus, enuntiatiuè tantùm continentes dictas præsentationes, ex qua doctrina apparet, an sit verum, quod consuluit Nouar. *in suis singul. concl. 95. à num. 6.*

104 quòd scilicet instrumenta possessionis apprehensæ per præcedentes Capellanos, dicantur ad hunc effectũ scripturæ, seu documenta authentica, ac etiam apparet alia differentia inter probationẽ existentię Iurispatr. Capellaniæ inter priuatos, & inter po-

potētes; qa inter priuatos suf ficit probare multiplicatas præsentationes per enuntiatiuas Ordinarij instituentis, vt patet in specie ex illa Lunen. Sarzan. benef. vlt. Maij 1627. coram Durano, & inter recoll. à Viuian. *post suam praxim est 110. sub nu. 3.* ibi, *existētia Iurispatr. vltra quòd hinc inde admittitur, quia vterque venit vti præsentatus, probatur in primis ex enuntiatiua Capituli Sarzan. facta in prima institutione ad præsentationem* Ioa. *Francisci de Figasecchis de anno 1457. vbi narratur, d.* Ioa. *Franciscum fuisse constitutum patronum huius beneficij à Francisco de Figasecchis fundatore patruo*
105 *suo, deinde ex alia simili enū tiatiua de anno 1460. & demum ex alijs pluribus enuntiatiuis eiusdem* Capituli *subsequentibus factis in institutionib. continuatis, & effectū sortitis per spatium centum annorum, & vltra ad præsentationem successorum eiusdem* Ioa. *Francisci primi patroni, ex quib. sufficienter probatur Iuspatr. iuxta vulgatum* Consil. Oldradi 229. Peder. *de senis cons. 234. num. 3. ad finem, Ferr. cons. 293. num. 6. Achil. decis. 7. num. 1. de Iurepatr. Cassad. decis. 7. eod tit.* Rota *decis. 312. num. 4. p. 1. & decis. 541. & 674. nu. 2. p. 2. recent.*

106 *Cum. n. Capitulum Sarzan. habeat ius conferendi, vt dixit Rota in Lunen. Sarzan. Capellæ 5. Decembris 1601. coram Card Sacrato, & decis. in hac causa facta coram me, non instituisset ad præsentationem prædictorum, nisi clarè sibi cōstituisset de existentia Iurispatr. ad eorum fauorem.* Et hoc casu habet locum, quod docent communiter DD. scilicet Rotam plurimū deferre his enuntiatiuis Ordinariorum, vt in Terracin. infra proximè referenda *nu. seq.*

107 Secus tamen est si adest suspicio, vt habetur in illa Hyeracen. 27. Iunij 1614. coram Verospio, ibi *vlterius non cōstat de altero requisito, quòd videlicet præsentationes spatio 50. annorum sortitæ fuerint effectum; nam de anno 1531. et 32. nulla datur præsentatio, sed tantùm Apostolica prouisio, quæ non sufficit ad probandum Iuspatr. Rota decis. 169. nu. 4. lib. 8. p. 3. diuers & fuit dictum in prædallegata* Sorana *coram Card. Pamph. Alia præsentatio de anno 1571. licèt effectuata, solùm deducitur ex Episcopi enuntiatiuis in collatione facta, quæ in casu nostro, stante vsurpationis præsumptione, satis non habetur, sed requiritur, vt per authentica documenta plenè, & concludēter illa probetur ex Cōc.*

Trid

Trid. sess 25. c. 9. de reform. & fuit dictum in una Sacens. Parochial. 27. Iunij 1603. coram Card. Pamph. & coram Card. Seraph. Aquinat. benef. 9. Iunij 1600. Et clarius in Terracinens. Iurispatronat. x. Aprilis 1628. cuius verba sunt ista. *Quia sumus in casu, in quo intrat præsumptio vsurpationis Iurispatr. ex eo, quod D. Camillus de Maximis præsentans habet iurisdictionem, & dominium super Castro Roccæ siccbæ, vbi adest Canonicatus, de quo est controuersia, ex traditis per Put. decis. 3. et 8. de Iurepatr. et apud S.m. Greg XV. decis. 222. n. 1. & ibi Adden. num. 10. ideo seruãda est forma probationis Iurispatr. plenior, & exactior, qualis præscribitur in his terminis à Sac. Conc. Trid sess. 25*
108 *c. 9. nempè, vt ille, qui prætẽdit Iuspatr. vel debeat ostendere verum titulum fundationis, & dotationis, vel debeat docere de immemorabili cum continuatis præsentationibus per spatium 50. annorum, quæ omnes effectum sortita sint, & probentur per authenticas scripturas, adeò vt aliàs facta probatio, non suffragetur, vt latè per Gonzal. super reg. 8. glos. 18. num 76. & seq. Garz de benef p. 2. c. 9. num. 98. & 113. & Adden. ad S.m. Greg XV. d. decis. 222. n. 11. Quibus positis, visum est Dominis, non esse dandam institutionem præsentato per D. Camillum, quoniam cum non docuerit de vero titulo dotationis, et fũdationis, tenebatur docere de immemorabili cum præsentationibus per 50. annos affectuatis, & probatis per authenticas scripturas ipse autẽ quò ad immemorabilem satis quidem probauit per testes, sed defecit in vltimo requisito quò ad probationes præsentationũ, quia præsentationes attulit tã tummodo enuntiatas ab Episcopis Terracinens. in collationibus factis de dicto canonicatu, quæ quidem enuntiatiuæ plures antiquæ, nec obiter emanatæ, licèt alias satis probent præsentationẽ Lãbert. de Iurepatr. lib. 2. p. 2. q. 10. ar. 7 n. 6. & 10. Paris. de resignat. lib. 8. q. 11. n. 38. Rota dec. 11. de Iurepatr. in nou. Put. decis. 172. & 173. lib. 1. & plurimum conferant ad probãdum Iuspatr. Card. Seraph. decis. 1141. & fuit dictũ in Taurinen. beneficij 5. Martij 1564. coram Orano, & in Comensi Cappellaniæ 17. Iunii 1591. coram Penia, quia Ordinarii non solent multum fauere istis præsentationibus. Rota decis. 1. de Iurepatr. in nou. Put. dec. 172. lib. 1. Rot. dec. 376. n. 2. lib. 3. p. 3. diuers. tamẽ cũ Cõciliũ requirat pro forma, quod de præ-*

sentationibus consist per au-
109 thenticas scripturas, adeò ut non possit id per æquipollẽs, neque per testes adimpleri. Paris. de confident. q. 28. nu. 147. Gonzal. ad reg. 8. glos. 18. nu. 79. & 80 Gratia. discept. Forens. cap. 168. nu. 21. vsque in fin. Rot. decis. 199. n. 4. p. 2. diuers. Adden. ad S. m. Greg XV. d. dec. 222. n. 11. et fuit resolutũ in nullius Archipresbyteratus 2. Maii 1588. coram Card. Pamph. et in foro Sempronien. Paroch. 17 Iunii 1594 eod. & coram Cardin. Mantica decis. 89. n. 2. atque idem etiam responderunt Illustrissimi Cardinales Sacri Concilii interpretes, ut per Mantic. d. num. 2. & Riccium in prax. tit. de Iurepatr. nu. 4 & Garz. loc. preal legat. dicta enuntiatiua nihil prosunt ad effectum requisitũ à Conc. vt in his terminis sensit Rota coram Card. Seraph. decis. 1367. nu. 5. & in Sorana Iurispatr. 28. Aprilis 1603. coram b m. Card. Pamph. & in Iacen. Paroch. 27. Iunii 1603.
110 coram eodem. Et ratio est in promptu, quia cum Cõcilium non confidat de testibus, vbi adest præsumptio vsurpationis, & ideo ipsis exclusis requirat pro forma scripturas authenticas, necessariò sequitur, vt non sint admittendæ illæ enuntiatiuæ, quæ nil aliud videntur esse, nec magis operari, quàm quasdam testium depositiones, imò etiam si Episcopi redigerent in scripturas authenticas, & in instrumenta facta coram Notario, & testibus, pleniorem, & apertissimã testificationem, in qua asserent coram se ipsis esse factas præsentationes, nihil tamẽ operarentur, quia semper uerum esset dicere hanc esse probationem per testes, non uerò per authenticas scripturas, unde à fortiori multò minus operari possunt simplices enuntiatiuæ factæ in collationibus, nè absurdum illud sequatur, quod plus posset tacitum, & implicitum, quàm explicitum, & expressum contra reg. l. expressa ubi Dec. n. 5. ff de reg. iur. Bal. in l. si arrogatur ff. de adopt. Herd. cons. 10. n. 24. cum aliis.

Nec dicatur, Concilium requirere pro forma quòd hæ probationes sint per authẽticas scripturas, & cum collationum scripturæ sint authenticæ, & in eis probentur præsentationes, satisfactum ideò esse menti Concilii, tamquam non cogat probari authẽticè præsentationes, sed tantũ ex authenticis scripturis. Quia præter quam quòd in contrario sensu recipiunt omnes Doctores supra citati, & semper ita sẽsit Rota, sanè redderetur eluforia hæc dispositio Concilii, quæ reiicit testes, sequeretur enim semper

posse

posse admitti probationes fa-
111 ctas per testes, si quando re-
digerentur in instrumenta, & in scripturas authenticas, quia in tali casu rectè diceretur probari per authẽticas scripturas, unde sequitur, dicta uerba Concilii (authenticis documẽtis probentur) necessariò, & prout exponuntur à doctoribus excludere omnem testificationem expressam, nèdum implicita, atque omninò requirere scripturas authenticas ipsarum præsentationum, ita vt non solum scriptura ipsa sit authentica, sed authentica etiam sit ipsa probatio, & authenticè deinde resultans, quod non potest fieri, nisi per scripturas, quæ confectæ fuerint super ipso actu præsentationis, & cadant super ipsis præsentationibus primariò, ac directè, quòd planè deficit in casu nostro, in quo scripturæ tantũ enuntiatiuè inferunt præsentationem per quandam testificationem simplicem Episcopi insertam in collatione, & sic hæ scripturæ cum sint distinctæ ab actu, seu ab ipsis scripturis præsentationum non videntur satisfacere menti Sacri Concilij.

112 Huc vsque actum est de his, quæ probare debet is, qui prętẽdit Iurispatr. existentiã, nunc subijciendum est de his, quæ pbare debet Ecclesia, quando allegat suspicionem, q̃ põt accidere non vbi agitur de Vniuersitate, vel Domino tunc Castri, vbi sita est Capella, quia hæc sufficerent ad ingerẽdam præsumptionẽ vsurpationis, sed solùm quando agitur de familia potenti in aliqua Ciuitate, quę nullã habeat iurisdictionem in loco vbi sita est Capella. de qua re habemus decis. *Rotæ* in Lucana supra cit. 2. Decembris *1619.* corã Dunozetto, ibi *Ad hunc enim effectum deberet probari talis potentia respectu Episcopi, vt ipse Ordinarius illam perhorrescens non auderet Ecclesiæ libertatem vendicare, ipsorumque dominorum de Podijs coercere* vbi etiam habetis, non probari potentiam per homicidia commissa ab aliquib. de ista familia, vel numerositate ipsius, videte eam apud *praxim Viuiani decis.* 27.

113 Nota etiã, quòd hęc omnia procedunt, vbi agitur cũ Ordinario, q̃a si lis sit inter tertios, etiam si ageretur de existentia Iurispatr. & exciperetur de susp. vsurpationis, leuiores pbationes admittuntur, vt habetur in Lun. Sarzan. vlt. Maij 1627. coram Durano, vbi allegat. *Cassad. decis. 1. in fin. de probat. Gonza l. ad reg. 8 glos. 18. n. 19. Rotam dec. 148. nu. 2. p. 2. recent.* quibus adde *Barbosam alleg. 72. nu. 68.* &

Viuian. lib. 11. *cap.* 5. *num.* 87. item neq; talis exceptio impedit, vt manutentio non debeat dari præsentato ab eo qui præsumitur suspectus devsurpatione, si talis post priuationem possessionem accepit sed bene impedit quando agitur de manutētione patroni suspecti vt supra ita Rota apud Canalerium decis. 609. in fine.

PRAXIS TERTIA

Probationis pertinentiæ Iurispatr. Capellaniarum.

1 *Pertinentiæ Iurispatr. probatio non requirit rigorem, & ordinem præscriptum in* S Conc. *Trid.*

2 *Pertinere quibus modis possit alicui Iuspatr. iam fundatum, & n. seq.*

4 *Successio in beneficijs prohibetur. Secus in Iurepatr. & quare n. seq.*

6 *Successio in Iurepatr. semper datur, nisi cum taxatiua, sibi, vel alteri tantum, sit reseruatum.*

7 *Iuspatr reseruatum ad suā vitam à fundatore, potest relinqui successoribus absq. authoritate Ordinarij.*

8 *Iuspatr. quale sit hæreditarium, quale gentilitium, & quale mistum.*

9 *Iuspatr. à principio hæreditarium, an ab eodem fundatore possit mutari in gentilitium, etiam sine authoritate Ordinarij, concluditur affirmatiuè nu.* 22.

10 *Iuspatr. quæsitum pro vna familia, an ab eod. fundatore possit cōcedi alteri familia. Quid de alio patrono, qui non sit fundator nu.* 13. *Ampliatur n.* 15.

11 *Fundator potest in limine fundationis reseruare facultatem mutandi qualitates, & conditiones appositas.*

12 *Episcopi consensus sufficit, si sequatur.*

14 *Iuspatr. quod nam sit in maius præiudiciū Ecclesiæ, hæreditarium, vel gentilitium.*

16 *Patronus successor potest præiudicare successoribus in Iurepatr. hæreditario, non autem in gentilitio, vide num.* 22.

17 *Iuspat. à principio gentilitiū an possit mutari per fūdatorē in hæreditariū. Quid per obseruantiā antiquā n. seq.*

18 *Fundator quas conditiones possit mutare post fundatū Iuspatr. etiam sine consensu ordinarij, & n.* 22

19 *Episcopus aliquibus conditionibus potest assentiri in limine fundationis: quibus non potest præstare consensum post iam fundatum. Iuspatr. & quare.*

Præ-

20 *Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in quærendis, nõ autem in quæsitis.*

21 *Iuspatr. pro hæredibus acquisitum potest donari à fundatore, cui voluerit.*

23 *Obseruantia antiqua potest facere, quòd Iuspatr. hereditarium mutetur in gentilitium num. 30.*

24 *Capellaniam fundans cum conditione, ut deseruiatur per Capellanos eiusdem Ecclesiæ, an possit in suo testamento disponere, quod aliquis de sua familia, si fieret Sacerdos, per eum deseruiatur.*

26 *Præiudicare uocatis in fundatione potest fundator, sicut in emphyteusi, feudo &c.*

27 *Fundans Capellaniam cum conditione, ut præsentetur unus de familia, an possit ipsemet præsentare extraneum.*

28 *Capellaniam fundans cum conditione, vt præsentatio spectet sibi, & Titio, vel alijs, quibus ipse fundans duxerit pro libito eligendis, quomodo intelligi debeat.*

29 *Conditiones post fundationem apponere, quando non possit fundator sine consensu S. Pontificis.*

31 *Hæredum appellatione, intelliguntur hæredes sanguinis.*

32 *Donatio Iurispatr. quando egeat confirmatione Apostolica.*

33 *Fundans montem pro maritãdis pauperibus virginibus, & quibusdam concedẽs illarum nominationem, an possit deinde nominare certas virgines cuiusdam Zenodochii, quę debeant maritari.*

34 *Iuspatr. hereditarium legatum suis filiis, & descendentibus masculis non per hoc dicitur inhæreditarium.*

COnstito de existentia *Iuris*patr. scilicet Capellaniam non esse liberæ collationis, sed seruituti obnoxiã, ad hoc, vt præsentatus possit institui, debet constare de pertinentia ipsius patron. ad eum, qui ipsum præsentauerit, in qua probatione cùm non sit inter Ecclesiam, & patronum, sed inter compatronos, non requiritur ordo, nec rigor præscriptus in *S.* Conc. vt resolutum fuit per Rotam coram *Mantica inter decis. recollectas à Farinac. decis. 527. & tenatur* Riccius *in Praxi Iurispatr. n. 18. in fine, an* Viuianus *lib. 4. c. 9. nu. 4.* & est id, quod voluit dicere Rota in illa Lucana Iurispat. 27. Iunij *1619.* coram *Dunozetto inter recollectas à Viuiano post suam praxim decis.*

*decis.26.sub num.22.*ibi,*quod data existentia Iurispatr. facillimè admittitur probatio competentia*; Vt autem faciliùs hęc materia, quæ est frequentissima elucidetur, est necessè, vt explicetur simul, quibus modis possit pertinere ad aliquem, qui non sit primus patronus fundãs Cappellaniam, Iuspatron.ipsius.

2 Istos .n. modos reduco ad tres.Primus est successionis. Secundus est translationis. Tertius est præscriptionis,de quibus hic singillatim agendum est. Non loquimur hic de pertinentia ratione fundationis dotationis quia hoc est idem cum existentia iurispatr.de qua dictũ est p̃ced.

3 Praxi.Notandum est tñ,quòd nõ ex eo quò quis fũdauit,& dotauit ideò ad se vel ad suos hęredes,descendentes, pertinet præsẽtatio cum possit esse à fundatore alijs reseruatum ipsum ius præsentandi, de qua re habemus decis.Portuen.beneficij 27.Martii 1596 coram Card.Millino, quę inter recoll.à *Viuiano est decis. 3.vnde non est melior probatio pertinentiæ quàm ex actu erectionis, in quo vocãtur successores in patronatu, vt in Regiens. iurispatr. 10. Maij 1623.coram Pirouano,quæ inter recoll. à Viuiano est decis. 16.num.7. ibi spectare autem ad Cantarellos &c.* Potest etiam cõpetere iuspatronatus vt alii vocant accumulatione & est quando fundans vel dotans alios vocat in erectione ad ius præsentandi, quo casu nihil plus habet fundator accumulans,quàm habeat accumulatus,& in ipsa non datur pęnitẽtia,vt habeẽ per Tutiũ in suo opusc.de iurepatr.q.2.

CAPVT PRIMVM.

DE PERTINENTIA RAtione successionis in Iurepatr. Cappellaniarum.

LIcèt successio in beneficijs, prohibeatur *c. venerabilẽ, circa finem vers. insuper de elect.vbi Panorm. & sequitur Decius in c.inter,not. 2. de rescriptis, vnde in c. Apostolica 8.q.1.*habetis hæc verba. *Apostolica authoritate prohibemus ne quis Ecclesias,et prębẽdas,pręposituras,* Cappellanias, *aut reliqua Ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vẽdicare,aut expostulare,*qua propter vt dixit Rebuff. *in sua practica benef.cùm de dispensatione super defectu natalium num. 20.* malè faciunt quidam instanter petẽtes,eo prætextu sibi beneficium cõferri, quo plures de eorum fami-

familia illud habuerunt, quia hæc ratio potius inducere debet ad eos repellendos, ne successio procedat in beneficiis, estque illud, quod Psalmista dicere voluit, quando imprecatur mala contra eos qui dixerunt, *hæreditate capiamus Sanctuarium Dei*, In iure
5 tamen patron ex gratia, & si tractetur de beneficiis, datur successio, vt laici ad fundandas, & constituendas, ac dotandas Ecclesias alliciantur, vt post *Panorm. docet Roccus de Curte in tr. de Iurepatr. verbo ipse, vel is. nu.* 13. & adeò est verum, vt sufficiat constare simpliciter erectum fuisse Iuspatr. & si in instrumento fundationis Cappellæ nihil aliud appareat, ad hoc, vt detur in eo successio, nam stipulando quis pro se, semper intelligitur stipulare, etiam pro hæredibus, etiam si de eis nulla facta sit mentio, cum hæres repræsentet defunctũ, iuxta allegata à *Viuiano lib.* 4. *praxis Iurispatr cap.* 2. *n.* 4. qui benè subdit *nu.* 14. quod nisi fundator in fundatione reseruet sibi vel alteri Iuspatr. cum taxatiua dumtaxat pro se, & pro tali persona, semper detur successio in iurepatr. & resoluit Rota in Cremonens. Iurispatron. 21. Maii 1577. coram Robusterio ibi *Non obstat quod patronus fundans Ecclesiam, potest, in totum, vel in partem remittere Iuspatr. &c. quoniam id verum esset si expressè exclusisset alios, & limitatè, & taxatiuè induxisset solummodo pro illis de Stephanis non autem, quando pro vt hic simpliciter exprimit aliquos, qui possunt præsentare, nam non per hoc excludit seipsum, & suos hæredes*, & in Toletan. Iurispatr. 11. Februarii 1627. coram Coccino, quæ est *decisio* 112. *n.* 5. *inter recollectas à Viuiano* habetur, quòd Iuspatr. reseruatum ad suã vitã à fundatore, postea validè etiã sine
7 aliqua authoritate ordinarii possit relinqui successoribus.

Cum autem successio in Iurepatr. sit non ex alia lege, nisi ex lege ipsius fũdatoris adiecta in reseruatione ipsius, ideò communiter distinguũt DD. quò ad hoc propositum Iuspatr. in hereditarium, gentilitium, & mixtum, Hereditariũ
8 est quando reperitur reseruatum hæredibus, Gentilitium, quando fuit fundatum pro familia, vnde alii vocant illud Iuspatr. familiare, vt de iure sepulchri loquitur textus in *l. familiaria ff. de religios. & & sumpt. funerum* mixtum, quando tam pro hæredibus fuit reseruatum, quàm pro familia. Ex eo verò quia diximus Iuspatr. non ex alia lege re-

regulari, quã à posita à fũdatore in reseruatione ipsius. Antequam deueniamus ad particulares modos probandi vtrum iuspatronatus sit hæreditarium, vel gẽtilitium, aut mixtum, & quomodo in dubio sit iudicandum, est necesse, vt resoluamus difficultem, quæ dum hæc scriberemus contingit in facto.

9 Difficultas est, num iuspatr. Cappellan. iam reseruatum simpliciter in limine fũdationis cum cõsensu Episcopi pro hæredibus, possit ab eodem fundatore deinde mutari in gentilitium, cauendo in testamẽto, vt illi tantùm de familia in eo succedere possint.

10 Quid autem sit dicendum quando fuit expressè quæsitum pro aliqua familia an possit illã fũdator concedere alteri familiæ examinat, *Ricc. in praxi uariar. resolut. resol. 462.* qui resoluit negatiuè. Sed clarius de eadem re loquitur ibid. *resolut. 191.* dum hoc dicit verum, quando res non est integra. i. quando familiæ cui secundo loco fuit donatum non est tradita possessio, quòd est verius in materia donationis inter viuos, vt per *Azor parte 3. lib 10. c. 5. q 2. uers. difficultas itidem est* vbi refert *Soccinum* testantem, quod contraria opinio sit communis, fauet *Capicius decis. 180. n. 12. et seq.* casus, in quibus in 2 contractu videtur facta traditio, habetis per eundem *Azor. p. 3. suarum institut. moralium lib. 6. c 6. uersus finem* sed hoc casu sufficit acceptatio donationis ad hoc vt non possit reuocari. Accedit Rota apud *Caualerium decis. 365* quę resoluit, quòd patronus, qui fundauit pro consanguineis, possit præsentare extraneum.

11 Dixi (simpliciter) quia si in limine fundationis expressè fundator sibi reseruauit facultatem mutandi qualitates conditiones, &c. certum est hoc posse, quod patet à fortiori ex dictis per Rotam in illa Gienn. Cappell. *15.* Maii *1628.* corã Eminẽtiss. Verospio, quam habetis infra *Praxi 6.* vbi reperietis, hoc esse verum non solum vbi talis reseruatio fuerit facta ab ipso fundatore principali, sed etiam vbi esset facta ab exequutore volũtatis ipsius fundatoris indefinitè sine mandati restrictione, vt ibi &c.

12 Dixi secundo (cum consensu Episcopi) quia tunc dicitur erectum Iuspatr. & quia talis consensus sufficit si sequatur, vt supra sæpius dictũ est, & habetis in illa Romana Iurispatr. coram Sacrato, & in terminis donationis dictũ fuit in Lucana Iurispatr. 18.

Iunii

Iunij 1628. coram Dunozetto, vbi allegatur *text. in c. circa, & cap. Iuggestum de iure patron. & Rota decis. vlt. eod. tit. in antiquis*) & certum est interim posse fundatorem mutare leges, & conditiones, ac ita procedit decisio Rotę 675. nu. 2. p. 1. recent. de qua fit mentio in illa Pistorien si.

13 Dixi 3. *ab eodem fundatore* quia quòd talis mutatio non possit fieri ab alio patrono, videtur magis dubium, vt per *Riccium p. 3. decis. 310.* habetur in decis. illa Pistorien s. Iurispatr. 31. Martij *1628.* corã Merlino ibi, *amplius aliqui ex dominis dubitabant an Iacobus, qui successor est, etiam quod voluisset potuerit immutare naturam, & statum iurispatr. ita vt de hæreditario efficeretur gentilitium, & sic euertere voluntatem fundatoris, & sui authoris, prout in his terminis non posse patronum. latè tradit Ferrett. conf. 134. per totum.* Parisius *conf. 48 n 8. vers. in quibus, & n. 9. & 10. lib. 9.* & post aliqua *Ratio, qua Ferret. & alij nituntur, q̃ nõ possit per successores immutari status præscriptus à fundatore in iurepatr. tota posita est in defectu potestatis, cũ hæres nec ẽt de cõsẽsu* Ordinarij *possit alterare voluntatẽ fundatoris, sed tali casu opus esset dispensatione apostolica, & vt ra Ferrett. d. cõs 134 per tot. docet Bald. in l si vllã nu 1. & seq C. de test.* Add *ad decis.* Cappella Tholos *decis 26.* Guido *decis. 556.* Grauett. *cons. 1. nu. 14 19. Nec veritati consona est illa rõ præiudicij & facilioris libertatis in Ecclesia si ad hæredes sanguinis tantùm transiret Iuspatr. quoniam quando Iuspatr. est etiam gentilitium, deficiente gentilitate seu defectu, non ideo ecclesia efficitur libera sed iuspatr. assumit qualitatẽ hæreditariã, ac efficitur transitorium ad extraneos,* sed hoc quod dixit gentilitiũ trãsire finita linea in hæreditarium, intelligitur quando non adest taxatiua, vt infra, & post varias allegationes subdit Rota ibi, *imò fauet Ecclesiæ, quod fundatorum voluntates non possint immutari, siqua hæreditaria cõstituerũt Iurapatr. talia perseuerent, hoc enim modo alliciuntur seculares ad fundandum, & non retrahũtur, prout sequeretur, si immutatio permitteretur.*

15 Amplia etiam si talis relinqueret hoc pacto bona alia qua ipsi Cappellaniæ, vt habetur in Aquilana Cappell. *19* Ianuarii 1629 coram Durano, ibi, *non obstat demum quod Ioannes Baptista alter filius, & hæres dicti Angeli, relictis quibusdam bonis cappellaniæ præfatæ, voluit iuspa-*

tronatus spectare ad illos de domo, & familia de Refrullis, quia si cappellania iam erat congruè dotata, ex tali legato, vel augumento dotis iuspatronatus acquiri non potuit. glosa in c. piæmentis 16. q. 7. Rota decis. 58. nu. 5. & 6. p. 1. recent. & alibi sæpius.

16. Nec obstat, quòd vna ex differentiis inter iuspatr. hæreditarium, & gentilitium, sit ista, quia patronus potest successoribus præiudicare quãdo illud est hæreditarium, nõ autem quando est gentilitiũ, vt latè per *Morettum apud Viuianum lib. 14. post cap. 2. n. 27. & notat* Roccus *de Curte verbo ipse, vel is nu. 72. ac habetur per Rotam in* Pampilon. *relata per Garziam p. 5. c. 5. sub nu. 142.* Quod procedit etiam in transactione, quæ possit præiudicium inferre, vt in Toletana iurispatr. 11. Februar. 1627. coram Coccino, quæ apud *Viuianum est decisio 112.* Quia respondet Rota in cad. Pistorien. supra allegata, ibi. *Alexander autem cons. 13. n. 10. & cons. 18. nu. 6. lib. 5. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 18. nu. 10. Molina de primog. Hispan. lib. 1. cap. 24. nu. 30.* & quotquot pro cancellariis allegabantur, licèt admittant, quòd patronus possit successoribus præiudicare, & vni totum prælegare, & etiam in extraneum transferre, nec hæredibus competere quærelam, quoties iuspatron. est hæreditarium; non tamen cõcludunt, quod postquam illud vni fuit prælegatum, vel extraneo relictum, non retineat suam primam qualitatem hæreditariã, nec dicunt, quòd illam patronus possit immutare, vnde videtur dicendum, quòd possit successor in patronatu hæreditario præiudicare quidem circa translationem iuris de persona in personam, & ita loquuntur Doctores supracitati; sed tamen inde postea permanet natura, & qualitas iurispatron. ab initio per fundatorem præscripta, & conferunt tradita in Aretina Cappell. 24 Ianuarii *1603.* coram B.M. Card. Pamphilio vers. *nõ obstat quòd huiusmodi, etc. & sæpe urget illa ratio, quod deficit potestas in successore, vt per Guttierez d. consil. 1. n. 19. & quemadmodum vnus successor potuit extraneo relinquere idem etiam quod possit omnis alius successor, suadet ratio, & sic non violanda voluntas fundatoris, qui dùm hæreditarium fecit eis* patronatũ, *libertatem videtur concessisse omnibus successoribus de eo disponendi, remanente sua prima natura hereditaria. Nec contrarium dixit* Rota

decis.

decis. 675. num. 2. par. 1. recent. quia procedit in prima creatione, siue in testamento, siue in codicillis, non autem in mutatione, & noua impressione diuersæ qualitatis à prima per fundatorem infixa.

17 Dixi tandē (mutari in gentilitium) quia est certū, quod non potest gentilitium Iuspatron. mutari in hæreditariū, sicut de feudo antiquo, quòd non possit cōcedi vt nouum, habetur per tex. expressum in *c. 1. de vxallo decrepitæ ætatis*, & si nouum possit concedi vt antiquum, latè *Andreas Gaill. lib. 2. obseruat. 49. et 50.* vt habetur in prælegata decis. Pistorien. post verba relata, ibi. *Nec obstare credebant, quod id procedat, si ageretur quod Iuspatr. gentilitiū redigatur in hæreditarium, quod fieri non posse, nemo ambigit, sin primo enim casu deterior, vt aliquibus videbatur, euadit conditio Ecclesiæ, quia diutius, &c.*

Dixi (regulariter) quia hoc procedit in successoribus, cùm non solùm ab ipso fundatore possit mutari, vt supradictum est, sed etiam ab alio successore, consentientibus agnatis, quibus fit præiudicium, argumento eorum quæ de feudo notat *Andreas Gaill. citata obseruatione 49.* An autem per cursum longi temporis qualitas gentilitia declarari, & mutari possit in hæreditarium, & quomodo, habetur in Mediolan. iurispatron. *18.* Aprilis *1616.* coram Pirouano, quæ inter recollectas à *Viuiano, est decis. 70.* vbi, quòd ex præsentationibus tanquam hæres, vel vnicus patronus, quando sūt de agnatione non obscuretur origo qualitatis gētilitiæ, ibi, *quàm iuris dispositione cum tanto tempore qualitas gentilitia declarari, & mutari potuerit in præiudicium patroni volētis præsentare; in præiudicium autem non volentis agere; hoc est quod fuit reseruatū videre.* Item quòd ad inducendum præiudicium consanguineis mutando statum iurispatron. gentilitij in hæreditarium, requiratur præscriptio, ibi, *Domini responderunt statū iurispatron. ab anno 1520. citrà fuisse hæreditarium, non tamen præiudicare illis de familia, nisi obstet præscriptio, quam intendunt particulariter examinare.*

His sic declaratis, deuenio ad resolutionem difficultatis, & pro parte negatiua, quod id non possit fieri à testatore sine consensu saltem Ordinarij; videntur vrgere, quæ dixit Rota in Gienn. Cappellaniæ 15. Maij *1618.* coram Eminētissimo Verospio, quā

habetis infra relatam in fine operis; ibi, *Nec videbatur obstare, quod primæ f. ndationis qualitates non potuerint etiam per fundatorem immutari, neque cum consensu Ordinarij; postquam idem Ordinarius illas approbauit, Glos. in c. cum dilectus in verf. constitutum, vbi Abb num 5. de consuetud. Felin. in c significauit nu. 2. de testam. Rota in Toletan. Cappel. 15. Februarij 1591. coram Card. Pamph. cùm sit hæc commutatio de reseruatis Papæ c. quia contingit de religiosis domibus, & prohibita per decreta Conc. Tridēt sess. 25. c. 5. Procederent enim supradicta quando in limine fundationis non fuit hæc facultas reseruata ex deductis. Vel si authoritas, & consensus Ordinarij nō interuenerit, ita vt si idem assensus accesserit, & in vim dictæ reseruationis potuissent, si quæ fuerunt leges à principio præscriptæ quomodocumque immutari, dummodo iftis qualitatibus ius non resistat. Rocc. in iurepatron. in verb. pro eo q. 15. in fine Calder. cons. 19. eod. tit. Caputaq. decis. 229 p 2 18 nu. 47.* Eccè, quod Rota resoluere videtur, non posse etiam eundem fundatorem mutare primas conditiones, nisi in duobus casibus. Primus est, quādo in limine fundationis sibi reseruauerit talem facultatem. Secundus si Episcopus cōsenserit illis cōditionibus postea mutatis, seù tali mutationi, & illud quod supra fuit adductum, q̄ nec sufficiat consensus Ordinarij, & quod hoc sit de reseruatis Summo Pontifici; Rota declarare videtur, intelligi debere, quando conditiones, & qualitates additæ, sunt de his quibus ius resistat, scilicet quod institutio pertineat ad inferiorem Episcopo, de quibus per *Rocch de Cur-*
19 *te d. verb. pro eo q. 23.* & si vultis rationem formalem huius doctrinæ, quare, Episcopi cōsensus sufficiat, etiam pro his conditionibus, quibus ius resistit, vt spectet ad inferiorem institutio, quod Episcopus non se intromittat, &c. aut aliter sunt præiudicialia, & onerosa Ecclesiæ, quando sumus in limine fundationis, & non post iam fundatam Cappell. de iurepatr. illam tangit post *Panorm. Lambertin. in tract de Iurepatron. ar. 9. q. 2. princip. lib. 3. sub nu. 7.* quia tūc in limine fundationis sumus, in quærēdis; post autem factam fundationem sumus in quæsitis, & ideo potest tūc Episcopus, & non postea,
20 nam *Prælatus* potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis, non autem in acquisitis *Riccius decis. 710. & latè per*

Qua-

Quarantã verb. Alienatio rerum Eccles. nu. 10. adest decisio de Franchis 14. num. 25.

21 Confirmari potest ex alia decis. Pistorien. Archidiaconatus *15.* Ianuarij *1629.* quã integram habetis infra cum de translatione ratione legati, ibi, *pertinentia eiusdem patronatus est etiam patens, nam quamuis Ludouicus per assignationem bonorum & iurium pro dote huius dignitatis acquisierit Iuspatron. vt firmatum fuit in alia Pistorien. Archidiac. 17. Maij 1615 coram Patriarcha Pamphilio, & per consequens tanquam hæreditarium transire debuisset. Attamen de anno 1476. illud donauit Petro, Philippo, Ioannotio de Pãdulphinis pro se, & antiquiori de familia descendentium ex dicto Ioannotio: vnde tanquam de iure abdicato, & titulo donationis habili ad transferendum dominium, concurrentibus confirmationibus Apostolicis Sixti IV de anno 1479 & 1481. Speculator de loc. to §. nunc aliqua nu. 73. Paulus de Cittadinis tract. de iurepatron in verb. transfertur p. 9. num. 10. non ad hæredes Ludouici fundatoris, sed ad donatarios habentes qualitatem antiquioris de familia Pandulphina, pertinere debet.* Eccè etiam, quòd vbi agitur de immutãdo etiã ab eod. fundatore Iuspatronde hæreditario in gentilitiũ, fuit adhibita cõfirmatio apostolica.

Sed vt verum fatear, contrarium mihi videtur verius, nempè ipsum fundatorem posse Iuspatr. hæreditarium in fundatione etiam absque consensu *Episcopi* in testamento, vel codicillis mutare in gẽtilitium, ad quod sectandum primò adducor, quia in Pistorienſi Parochiali 9. Februarij *1624.* coram Merlino in fine, quæ ex collectis à *Viuiano est decis* 108. Rota videtur id admittere etiã quãdo non est fundator, qui faciat hanc mutationem, ibi,

22 *ex quibus cum habeamus dictum Iuspatron. à principio fuisse hæreditarium, & allegata qualitatis mutatio, non possit dici, saltem concludenter probatã, existimarunt domini, adhuc hæreditarium esse censendum,* & licet postea in alia decis pro eadem causa, & coram eodem *31.* Martij *1628.* vt supra vers. dixi tertio retuli, fuit id positum in dubio, tamen Rota non resoluit illud, vt patet ibi, *aliqui ex dominis dubitabant, &c.* dubium enim non excludit partem contrariam, & dum aliqui ex dominis dubitabant de hoc; igitur nõ fuit determinatum. Si igitur est dubium an ille, qui

qui non fundauit Iuspatr. sed in eo successit, possit hanc facere mutationem apud dominos de Rota; quanto magis in fundatione ipsa, hoc debet esse sine dubio.

Confirmatur ex fundamẽto adducto in dicta decis. Pistorien. quod consistit in defectu potestatis, cùm hæres non de consensu Ordinarij possit alterare voluntatem fundatoris, quod fundamentum, vt clarum est, vbi idem fundator faceret hanc mutationem.

Secundo adducor ex eo, quod *Viuianus lib* 8. *cap.* 9. *a nu.* 18. probat hoc posse inducere antiquam obseruantiam, & *n.* 38. *idem Viuianus* ostendit; quæ nam dicatur hæc obseruantia, ergo tanto magis hoc efficere potest ipse fundator, quia vt ipsemet *Viuianus* subdit, ideo hoc potest antiqua obseruãtia, quia declarat ambiguam dispositionem, & vt certum est, nullus potest melius declarare suam dubiam dispositionem, quam ipse fundator, iuxta regulam vulgatam, eius est legem declarare, cuius est legẽ cõdere; quę ratio est potior, quam illa de maiori vtilitate Ecclesię, vbi Iuspatronat. est gentilitium, quàm vbi est hæreditarium, vt patet ex decis. supra relata *vers. dixi* 3. circa tamen modum obseruantiæ, quæ reddat iuspatr. de hæreditario gentilitium; notanda est decis. in Florentina canonicatus *14.* Maij 1629. coram Card. Verosino, quam habetis in fine operis.

23 Tertio, & fortius meo iudicio, quia hoc efficere non est mutare conditionem, vt præsupponunt authoritates adductę in decis. illa Genn. vbi agitur de cõditione adiecta in prima fundatione circa qualitates prę sentandorũ, quod sint sacerdotes, graduati in iure canonico, aut ciuili, vel theologia, quam conditionem mutauit in testamento, declarans sufficere si sit clericus prima tonsura insignitus, reiecta qualitate sacerdotij, & graduationis; circa quem casum habes etiã decis. *Ricci* 918. *p.* 3. simpliciter concludentem, id fuisse licitum fundatori, & fuit dubitatum in alio casu, qui contigerat de facto Capuæ,

24 vbi quis fundauit cappellaniã cum conditione ibi appositа, quòd deseruiretur per cappellanum, qui postea in testamento ordinauit, vt si aliquis de domo ipsius efficeretur sacerdos, possit in ea cappella deseruire, in quibus casibus potest cadere difficultas talis, an mutatio egeret consensu Episcopi, iuxta

decis.

decis. Verall. 290. in fine lib. 2. Valenzuol. conf. 58. num. 7. & conf. 63. nu. 14. Roccum in dicto verbo pro eo q. 14. vel requiratur talis temporis lapsus, ex cuius cursu præsumatur interuenisse dictum consensum, *Rotam decis. 514. p. 1. tom. 2. in nouiss. recoll. à Farinac.* vbi habetur, non obstare in casu simili defectum cõsensus Ordinarij, qui erat necessarius, *per cap. nobis, vbi gl. de Iurepatr.* eo quod stãte lapsu 70. annorum, in eo casu à die fundationis præsumitur Ordinarij consensum, & authoritatẽ interuenisse ex Archidiacono *in. cap. nemo vers. vbi aut dubium de reseru. distin. 1. Roccus de Curte de iurepatr. verb. pro eo quod Diocesani num. 19. Rota dec. 311. par. 1. tom. 1. num 2. in nouiss.* & sic de alijs casibus. Pro quo

25 secundo casu, de eo qui fundauit cappellam in quadam Ecclesia, cum conditione vt deserviretur per cappellanos Ecclesiæ eiusdem, & postea in testamẽto ordinauit, quòd si aliquis de eius domo efficeretur sacerdos, deseruiretur per ipsum, fuit pronunciatum in causa appellationis per Vicarium Capuanum, potuisse id facere fundatorem, etiã sine authoritate Ordinarij, pro illis de Martino, & sic fuit exequutum, iuxta ea, quæ in dicto articulo egregiè scripsit noster P. D. Angelus Caiatia.

26 Sed tantùm est præiudicare vocatis in fundatione, quod ipsi fundatori nequaquam est prohibitum, vt exemplis de feudo, & de emphyteusi, confirmat latè *Riccius in praxi decis. 216. & Viuianus lib. 4. prax cap. 2. à num. 19.* & in specie de feudo hæreditario, à principio, tamen ex post facto per conuentiones, & refutationes posse effici ex pacto, & prouidentia, videte *Capicium decis. 64. sub nu. 8.* & in terminis ferè nostris, videtur firmare, *Riccius in praxi nouiss. probat. iurispatr. resolut. 184.* etsi *part. 4. Praxis resolut. 468.* videatur probàre simpliciter, quòd conditiones adiectæ in limine fundationis non possint ex post facto reuocari, etiam cum consensu Episcopi, quæ ni fallor est allegatio in ead. causa supra proximè mentionata de Martino, tamen vt dixi, contrarium fuit decisum, ac exequutum, vt supra *in fine numeri præcedentis*, quibus maximè fauet ratio adducta, *per Rotam Romanam*, vbi ait *fuisse resolutum in vna Fauẽtina Iurispatr. 13. Ianuarij 1589. coram Orano, & in vna Gerunden. beneficij 26. Octobris 1625.* quòd fundans Iuspatr.

patr. cum condition., quod præsentari debeat aliquis de familia, non censeatur sibi legare manus quò ad præsentationes ab ipso faciendas, ita vt non possit præsentare extraneum, quia fundator nullum grauamen videtur imponere, ita vt voluerit sibi manus ligare. Confirmatur ex his, quæ post *Marium Antonium* docet *Viuianus dicto lib. 4. cap 9 num. 47.* quòd ex eo, quia Iuspatr. hæreditariũ fiat gentilitium, nõ minuitur honor Dei; neque obstat animarum saluti, sed resoluit dũtaxat interesse compatrono-
28 rum. Vnde displicet id, quod *Roccus de Curte post Petr. de Ancharano, docet, verbo ipse, vel is num. 3.* vt scilicet fundans cappellam cum consensu Episcopi, eo pacto apposito, quòd præsentatio spectet sibi, & Titio, vel alijs, quos ipse fundans duxerit pro libito voluntatis eligendos, si bis præsentauit cum Titio, non possit tertia vice cũ alio præsentare, quia iam præsentando illis duabus vicibus, videbatur illum elegisse, iuxta eius dispositionem in fundatione. Ratio, ob quam displicet dicta doctrina est, quia per dicta verba apertè videtur, fundator reseruare sibi non solũ electionem, sed etiam variationem compatroni, vel compatronorum: ergo etsi post duas vices variat, non venit contra suam dispositionem, quod sufficit, nisi in fauorem Titij currerat tempus 40. annorum, vt infra latius suo loco.

29 Tandem, quod id possit facere patronus, etiam absque assensu Episcopi, possem probare ex modo probandi *Rocchi de Curte dict. verbo pro eo quod Diocesani q. 13. in fine*, vbi postquam firmauerat, nõ posse fundatorem post fundationem apponere etiam cum consensu Episcopi pacta noua præiudicialia, & onerosa Ecclesiæ, sed esse necessarium consensum S. P. subdit hæc verba, *si autem sint vtilia Ecclesiæ, vel non præiudicialia, & tunc fieri possunt, quia nihil est, quod repugnat, & ita est de mente Abbatis in c. cum dilectus, & doctorum supra relatorum. Credo tamen quod etiam hoc casu requiritur consensus Episcopi*: dum ergo dicit, quòd credit; igitur non est certum, quod vbi patronus apponit pactum nouum vtile Ecclesiæ, vel saltem non præiudiciale, prout est hæc conditio, vt Iuspatr. quod debebat transire ad hæredes, transeat ad eos, qui sunt sui descendentes, vel de familia, domo, linea &c. ex deductis, & strictius probatur ex verbis

bis Viuian. dicto lib. 4. cap. 9. sub. nu. 45. vbi postquam pro-
30 bauerat, quòd antiqua obser uantia potest facere Iuspatr. hæreditarium à principio, vt postea fiat gentilitium, etiam sine Episcopi consensu, subdit hæc verba. *Nec obstat si adesset aliquod testamentum, siue dotatio, vel fundatio in cõtrarium, quia respondetur, quòd stante dicto solito, & obseruãtia, non debet attendi predictũ testamentum, dotatio, aut fundatio, cùm inter compatronos, etiam sine Episcopi authoritate valeat dispositio, & alteratio circa iuspatr. dummodo nõ respiciat substantiam actus, & Iurispatr.* & postea inter alia, exempla, quæ ponit de casibus, in quibus non alteratur substantia actus, & Iurispatr. ponit hoc, vbi respiceret tan tùm interesse compatrono-
31 rũ. Ex quibus verbis desumitur ratio fundamentalis; cur non requiratur cõsensus Episcopi in hac mutatione qualitatis Iurispatr. de hæreditario in gentilitium, quia scilicet talis qualitas non respicit substãtiam Iurispatr. cum respiciat tantùm interesse compatronorum scilicet quis ex patronis debeat præsentare, an quilibet hæres, vel tantùm proximior de familia testatoris, quòd clarius docet post *Achill. de Grassis dec. 10. n. 3. de iurepatr.* Idem Viuianus eod cap. 9. num. 33. Confirmari potest, quia in dubio, appellatione hæredum intelliguntur hæredes sanguinis. *l. secundum responsum de contrahenda stipulatione cum concordantibus* ergo quando in testamento, vel alibi iubet testator, quòd tale iuspatr. pertineat ad descendentes, vel familiam, aut lineam, tantùm declarare videtur, qui sint hi hęredes, quos vocauit in fundatione, sed qui declarat, nihil de nouo dat; igitur nulla est opus confirmatione, vel authoritate Episcopi. Ideo iudicio meo benè fuit pro hac parte iudicatum in curia episcopali Theani, & confirmatum in curia metropolitana Capuæ.

Ex quibus manet responsum ad decisiones contrarias, præcipuè ad primam, & ad secundam Respondetur, ibid. fuisse
32 necessariam confirmationẽ, quia transferebatur Iuspatr. titulo donationis in aliam familiam, vnde quia erat donatio facta non inter compatronos, sed in extraneum, requirebatur assensus, & confirmatio, quæ sunt valdè diuersa à sola mutatione qualitatis hæreditariæ in gentilitium, quæ vt dixi est simplex declaratio valde differens à donatione, legato &c.

Nota quod ad hoc vt dicatur mutata dicta qualitas, non sufficit si fuerit legatum dictũ Iuspatr. suis filijs, & descendẽtibus masculis, quia potest intelligi de filijs, quatenus sint hęredes, cũ istæ duæ qualitates non sint incompatibiles, vt ait Rota in illa Pistorien. 21. Martij *1628.* coram Merlino, vbi allegat *Decium conf. 149. n. 1. & seq. Couarr. resol. lib. 2. cap. 18. num. 7. vers. 3. si proximior. Peregrinum conf. 35. n. 9. lib. 1. Lambert. de Iurepatr cum alijs cumulatis per Gratian. discept. Forens. cap. 577. num. 45. & per Didacum Spinum in specul. testam. glo. d. princ. nu. 5. & seq.* & si Rota loquatur ibid. de simili, legato facto, non à patrono fundatore, sed à successore, tamen in casu nostro, in hoc non est diuersa ratio, cur etiã non possit fieri eadem interpretatio, stante antecedenti statu hæreditario, cum etiã in dubio debeat fieri ea interpretatio, quę excludat in eod. contradictionem.

§. PRIMVS.

DE SVCCESSIONE in Iurepatron. hæreditario.

34 *Hæreditaria qualitas requiritur in præsentãte ad iuspatr. hæreditarium, & quomodo probetur num. seq.*

36 *Hæreditatis aditio per quos actus probari debeat, ã probari possit per testes singulares, num. seq. citatio partis requiritur in examine testium.*

39 *Filius præsumitur hæres cum tractatur de fauore. Quid de alio qui est in gradu successibili, & præsentauit num. 40.*

41 *Venditione bonorum hæreditatis an probetur aditio ipsius.*

34 AD probandam pertinẽtiam, vt diximus supra in primis, & ante omnia, debet præsentatus stabilire, an Iuspatronatus sit hæreditarium, vel gẽtilitium, aut mixtum quia si est hęreditarium debet esse præsentatus ab hærede, & sic non sufficit esse præsentatum à descendente, cùm vel potuit hæreditatem renunciare, vel fuisse exhęredatũ, de qua re in specie idẽ *Riccius in praxi nouissima probat resolut. 171. & Rota in Pistorien. beneficij infra mox referend.* Hæc autem qualitas hæreditaria, quæ significat, præsentantem successisse in vniuersum ius defũcti *l. hæreditas l. nihil aliud ff. de verbo-*

35 *rum significatione.* Probatur in primis aditione hæreditatis

tis, quæ constare potest ex actu iudiciali desuper dictam aditionem facto scil. præambulo, inuentario &c. sequuta corporali apprehensione possessionis *Riccius in citata praxi resol. 220. fauet Rota apud Caualerium decis. 395.* vbi quòd qui est in gradu successibili, & facit præsentationem ad iuspatron. hæreditarium, præsumitur hæres, vel per alios actus quibus præsumitur dicta aditio, vt in Aquilana capell. 14. Martij 1629. corã Durano, ibi *quod verò Palma sit hæres Ioannis Baptistæ, Hieronimi, & Lucæ Antonÿ fratrũ, cõstat ex aditione, quam fecit ex hæreditate Lucæ Antonÿ vltimò defũcti, quæ fuit data in summ. n. 10' Iuliani etc nec nõ eò ipso quòd sunt mortui, & non constat de hæredibus testamẽtarijs, nec de alijs, qui super eorum hæreditatem faciant controuersiam, aut illam occupauerint, & Palma re integra dicit se hæredem, vnde resultat aditio; ad l. primam & secundam C. de iure deliberandi, etiam post elapsum terminum iuris. Bald. in l. si quis instituatur §. primo n. 3. ff. de hæredibus instituẽdis, et ibi Angelus num. 2. vers. sed si iudex &c. & in omnem casum cum Palma sit hæres indubitata Mariæ, matris suæ, & Lucæ Antonÿ, quamuis non esset hæres aliorum fratrum; Iuliano debetur institutio ex sola præsentatione Palmæ, cùm nõ constat de præsentatione alio-*

36 *rum patronorum.* Isti autem actus, per quos probatur aditio, debent esse certi, & non equiuoci, habetur in illa Toletana iurispatron. 11. Februarij 1627. coram Coccino, quę est *decisio 122. apud Viuianũ* ibi *nec officiunt prętensi actus hæreditarij, de quibus testes videntur deponere, quia cùm sint circa bona, in quibus Anna succedit iure maioratus, vt deponunt alij testes, & sic ex iudicio, & vocatione Roderici fundatoris, non autem ex persona patris, & transigentiũ, & tanquam illorum hæres, sunt equiuoci, nec inferũt necessariò aditionem hæreditatis, qua tamen per actus certos debet probari l. gerit, & l. pro hærede, & ibi DD. ff. de acquirenda hæ-*

37 *reditate* quod per testes etiam singulares probetur aditio; qui deponant de extraiudiciali confessione, & protestatione, notat *Ricc. in supra allegata praxi resol. 169.* de qua re etiam Rota in ead. Aquilana *ibi vnde cum satis probatur ex testibus, & alijs datis in præterita positione, Palmam ex persona eius matris, & fratrum successisse dicto Angelo Antonio, propterea ad ipsam vti hæredem pertinet iuspatr.*

Iurispatr. 8. Iunij 1609. coram Coccino; quæ inter recoll. à *Viuiano est* 107. vbi non solùm habes *ad hunc effectum nõ requiri, quòd quis sit scriptus hæres, sed sufficiat, quod successio ab intestato ad ipsũ spectaret, sed etiam quòd quatenus requireretur aditio in alio hærede, cui nũc præsentans successit, nõ est opus de ea docere, si facto alterius detinebatur; vnde potuit transmittere ad extraneum, item quòd prætendẽti succedere in tali iurepatron. hæreditario, sufficiat ostendere, se esse sanguine coniunctum defuncto in gradu successibili, non autem teneatur se ostendere proximiorem, cum nullus alius se proximiorem prætendat.* Fauet Rota etiam apud *Caualer. decis.* 395. vbi, quòd qui est in gradu successibili, & fecit præsentationem ad iuspatr. hæreditarium, præsumatur hæres. Vnde nota differentiam inter Iuspatr. hæreditarium, & gentilitium: in hæreditario succedit proximior vltimi defuncti ab intestato; in gentilitio proximior primo fundatori, vt suo loco
41 dicemus. De alia coniectura venditionis bonorum hæreditatis idem *Riccius supra resol.* 169.

Hæredes qui succedant in Iurepatr. hæreditario.

42 *Fœminæ succedunt in iurepatronatus hæreditario si sint hæredes, Quid de descendentibus ab illis nu.* 45.

43 *Iuspatronat. gentilitium ex eo probatur, quia fœminæ in eo non successerunt, & è cõtra hæreditarium probatur, quia fœminæ in eo successerunt num. sequenti.*

47 *Fœmina nupta in familia an succedat in iurepatr. gentilitio. Quid si sit exclusa à statuto stantibus masculis.*

48 *Statutum laicale quomodo indirectè possit comprehendere iuspatron. quę est res ecclesiastica.*

49 *Fœminæ quibus conditionibus concurrentibus excludantur ab hæreditate stantibus masculis, quid secundum consuetudines* Neap. *n. seq.*

51 *Religiosus an succedat in iurepatr. hæreditario, vel gentilitio, quid si sit de monasterio incapaci nu. seq.*

53 *Eques Hierosolimitanus, neque alius religiosus admittitur ad fideicommissum familiæ relictum; an succedãt in feudo, ibidem.*

54 *Hæredes non solum sui, sed etiam extranei succedunt in iurepatr. hæreditario. Quomodo hoc casu probetur esse*

quem

quem hæredem, n. 58.

55 *Filius bastardus an succedat in Iurepatr. hæreditario; quid de legitimato, de adoptiuo, ibid. Item de emancipato, ibid.*

56 *Hæres cuius debet esse quis, ad hoc vt succedat in Iurepatr. hæreditario.*

57 *Confiscatione bonorum à laico iudice facta, quis succedat in Iurepatr. hæreditario.*

59 *Filius qui repudiauit hæreditatem, quando succedat in Iurepatr. hæreditario.*

60 *Hæres in re certa, quando succedit in Iurepatr. hæreditario, quid de instituto in legitima, ibid.*

61 *Fideicommissarius vniuersalis, an succedat in Iurepatr. hæreditario, & n. 68 quod in Iure sepulchri, & in Iurepatron. honorifico, ibid. Hæreditate iacēte quis præsentet, num. seq.*

PRima difficultas est, an in Iurepatr. hæreditario
42 succedant fœminæ hæredes? *Riccius in Praxi 1. p. decis.* 135. respondet affirmatiuè, vbi quòd etiam soror veniat in successione Iurispatr. acquisiti sibi & fratribus, & eorum hæredibus. Clariùs *Viuian. lib 4. c. 2. num. 44. &* 51. Adde decisionem in Florent. Canonicatus 25. Maij 1616. coram Buratto, quæ inter recoll. à *Viuian. est* 41. ibi: *Quamuis enim Iuspatr. secundùm ordinariam suam naturam sit hæreditarium. Clement. plures de Iurepatr. Calder. cons. 4. eod. tit. quam esse indubitatam conclusionē, dicit Peregr. cons. 27. num. 1. vol. 2. et ad fœminas transitorium. Abb. in cap. 1. num 3. de Iurepatr. Paris. cons. 48. n. 5. lib. 4. & fuit dictum in Lucana Iurispatron. 1. Iulij 1615. coram R. P. D. Maton-*
43 *zanedo*, quod est adeò verum, vt ex eo quia nunquam fœminę successerūt in Iurepatron. arguit Rota in cad. decis. esse Iuspatr. gentilitium, & non hæreditarium, ibi: *Quintò, quia ex statu centenario huius Canonicatus in alia decis. firmato apparet, quòd nullus extraneus ab Antonio, aut fœmina consensit, nec præsentauit, quod arguit non fuisse hæreditarium, quia valde inuerisimile videtur, quòd spatio tanti temporis aliquis extraneus, aut fœmina*
44 *in hæreditate aliquorum ex illis non successerit in familia, præsertim numerosa.* Sicuti habetur in Asculana Iurispatr. 24. Februarij 1616. coram Cardin. Verospio, quæ est 23. inter recoll. à *Viuiano post suā Praxim*, ex eo, quòd fœminæ præsentauerunt.

tauerunt, iudicatur Iuſpatr. hæreditarium, ibi; *Non obſtat, donantẽ filio ſuo præiudicare non potuiſſe tãquã Iuſpatr. eſſet gentilitium, nam ex præſentationibus de anno 1523. & 1608. quæ ſortitæ fuerunt effectum, apparet nõnullos patronos, hæreditario nomine præſentaſſe, & poſtea cùm fæminę vnà cum earum deſcendẽtibus admiſſæ fuerint ad præſentandum, vt ex præſentationi 1612. facta colligitur, ſatis dicitur Iuſpatr. hæreditarium. Rocc. de Iurepat. verbo conferens alicui num. 2 Peregr. conſ. 33. nu. 4. & ſeq. lib. 1. & fuit dictum in Florent. de Ricaſolis 10. Martij 1603. & 12. Februarij 1604. coram Illuſtriſſ. Lancellotto.* Item expreſsè, quando Iuſpatr. pertinet ad diuerſos ſtipites, nomine ſtipitis venire fæminas, cùm tunc ſit Iuſpatr. hæreditariũ, vel mixtum, in quo ſucceditur in ſtirpes; patet in Placẽtina Cappellania 16. Martij 1620. coram Pirouano. quæ eſt 69 *apud Viuianum*, & Cõpoſtellana Parocchiali 12. Nouembris 1629 coram Merlino, quam habes in fine Operis.

45 Amplia etiam ſi ſit nupta extra parentelam, & indeſcendentibus ab ipſis, quia ſuccedunt in hoc Iurepatr. hæreditario; niſi contrarium ſit cautum in fundatione, vt benè percipitur exverbis deciſionis Aſculanæ mox relatis: & habetur per *Ricc. & alios, quos ſequitur P. Molſ. tr. 6. cap. 5. num. 49.* Dixi 46 *Sit nupta extra familiam*, quia ſi eſt nupta in familia, poterit continuare gradum, & familiam, niſi repugnet ſtatutum excludẽs fæminas, vt in terminis ſtatuti Ianuẽſis habetur, in Ianuenſ. Iuris honorificj 26. Ianuarij 1632. coram Pirouano, ibi: *Nec videtur Paulus poſſe ſe tueri ex eo quòd tam Theodora, quàm Margaritina de Saulis nuptę fuerint in eadem familia cum Bartolomeo, & Antonio reſpectiuè patri, & auo, dicti Pauli: ita vt neque gradum, neque familiã amiſerint; ſed continuando vtrũque conſeruauerint, quia aduerterunt Domini ad verba ſtatuti; ibi, quibus deficientibus, ſcilicet deſcendentibus, & aſcendentibus, ſemper fæminis in quocumque gradu excluſis, ſubditur, ſuccedat agnatus maſculus proximior defuncto inteſtato, vſque in quartum gradum excluſiuè.* Habetis integram deciſ. in fine Operis, agit etiam de hac re *Riccius p. 3. deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. deciſ. 43.*

47 An

47 An autem fœmina, stantibus masculis, si per statutum excludatur ab hæreditate, censeatur exclusa, stantibus masculis à Iurepatr. hæreditario? Respondetur affirmatiuè, vt per Viuian. d. lib. 4. cap. 2. nu. 17. quibus illic allegatis adde Rotam Romanam in Florent. Cappellæ 25. Iunij 1621. coram Pirouano, vbi hoc extenditur ad descendentem ab exclusa fœmina, quando existunt masculi ex masculis, ibi: *Neque refert quòd in arbore reperiatur Petrus de Castro in eodem gradu, ex cuius persona videatur obscurata omnis probatio successionis Francisci, quia tamquam descendens ab Elisabet exclusa, vigore statuti Florentini sub eadem suspensione comprahẽditur propter existentiam Ioannis, & Francisci. Bart. in l. liberorum num. 14. ff. de verb. signif. Bal. in l maximum vitium num. 3. C. de lib. praeteritis, Brunus ad statutum quòd stantibus masculis art. 6. nu. 89. & seq.* Nuper in illa Pistor. beneficij 24. Maij 1630. coram Card. Verospio, ibi: *Visa fuit Dominis vndequaque iustificata resolutio cùm Catharina, tamquam exclusa à statuto Pistorien. à patris hæreditate succedere non potuerit in hoc patronatu hæreditario, qui non deferebatur, nisi cum ead. hæreditate. Card. in Rubr. de Iurepatr. num. 4. Abb. in c. cùm sæculum nu. 5. & in c. in institit. num. 6. eod. tit. Feder. de Senis Cons. 111. num. 9. Achill. decis 9. num. 2. de Iurepatr. licèt enim*

48 *sub dispositione statuti laicorum non contineatur Iuspat. tamquam res Ecclesiastica, cùm satis sit quòd ab hæreditate excludat statutum, si sine titulo hæreditario in eod. patronatu succedi non potest. c. ex litteris de Iurepatr. & expresè tenuerunt Anchar. in c. ex institit. de Iurepatr. Feder. de Senis eod. cons. 111. n. 9. Lambert. lib. 1. p. 2. q. 2. ar. 15. Rocc. in verbo ipse, vel is, à quo q. 6. num. 14. Paulus de Cittad. eod. tr. de Iurepatr. p. 2 num. 4. Brunus ad statutum quòd stantibus masculis ar. 8. num. 117. Rota in Florent. Cappellæ 20. Iunij 1628 coram D. meo Pirouano, & in Beneuentan. Iurispatr. 26. Iunij 1628. coram D. meo Dunozetto.* Quod est verum etiam si cõcurreret cum fœmina cognatus habitans extra territorium statuentis, vt per Rotam apud Viuian. lib. 4. cap. 3. num. 9. supra allegata decis. Beneuent. loquitur in materia Constit.

49 Regni Neapolitani, vbi non simpliciter fœminæ exclu-

dan-

dantur, stantibus masculis, sed concurrentibus aliquibus conditionibus, quæ si nõ concurrant, succedit in Patronatu; hæc sunt verba decis. *Nec obstat quòd Angelella per Cõstit. Regni fuerit exclusa ab hæreditate Ioannis Antonij eius patris, & sic cẽsetur etiam exclusa à Iurepatron. ad ipsius hæreditatem spectante, nam vltra quòd constitutio prædicta loquitur de hæreditate Comitum, & Baronum, & sic non applicatur casui, de quo agitur, requirit etiam quòd fœmina sit cõgruè dotata de bonis paternis, ita vt dos non sit minus legitima. Grammat. decis. 101. num. 3. & 14. quod pariter non probatur, cùm constat Angelellam fuisse dotatã de bonis maternis, prout ex Capitulis matrimonialibus, quæ dantur in summario. Insuper Constitutio prædicta vendicat sibi locum in fratre volente sororem excludere ab hæreditate paterna; secus verò eo nolente. Isernia in Comment. ad d. Constit. n. 8. & 21. vnde cùm Angelella non fuerit à fratre exclusa, sed simul cum eo fuerit admissa ad præsentandum, & præsentatio habuerit effectum, vt supra dictum est, dispositio prædicta cõstitutionis cessat.* Quæ decisio fuit iterum cõfirmata in Aquilana Cappell. 19. Ianuarij 1629 coram Durano, & alibi. Alias circumstantias requisitas, vt per d. Constitutionem excludatur fœmina à Iurepatr. hæreditario habes per Ricc. in praxi dec. 193. scilicet si masculus viuat, quia si eo mortuo nõ relinquẽs masculos, fœmina succedit, Itẽ nisi pater eã hæredẽ instituisset in specie, qualiter hoc procedat secũdùm cõsuetudines Neapolitanas notat latè Molfes. tit. 2. ad easdem consuetudines p. 4. quæst. 40. num 4. vbi concludit in defectu masculorum succedere fœminas in Iurepatr. vt in alijs bonis. Quid respectu Statuti Vrbis Caual. decis. 504. num. 13. vbi decis. 583. habes quando hoc casu fœminæ excludantur, stantibus masculis, ab emphyteusi etiam Ecclesiastica. Quid de Filio effecto religioso, vtrum Monasterium si sit capax, possit succedere in Iurepatr. hæreditario, intellige vbi succedit ab intestato? Respondet affirmatiuè *Viuianus post alios lib. 4. cap. 2. d n. 63. vsque num. 71.* videtur ampliare etiam ad filium illegitimum, quia inquit ipse per ingressum Religionis tollitur omnis macula; sed quò ad primam partem, quæ est verior

de filio legitimo ; adest nouissima decisio Rotę Florentina Canonicatus 16. Ianuarij 1630. coram Card. Verospio, ibi: *Nec visum fuit Dominis quidquam concludere argumentum, ex eo desumptum, quòd filij Pandulphi post confiscationem bonorum paternorum ob crimen læsæ Maiestatis, indeque hæreditate ad filios delata præsentauerint in hoc Patronatu, sicut etiã Eques Emilius Miles Hierosolymitanus, & ipse incapax Iuris hæreditarij, quia in Equite Hierosolymitano non esset maior ratio, cur præsentauerit potius in Iurepatr. hæreditario, quàm in gentilitio, licèt enim per Professionem, & ingressum Religionis iura sanguinis nõ amiserit. l. Ius agnationis ff. de pactis. Lapus alleg. 101. num. 7. Roman. singul. 37. Rebuff. de Nominationibus q. 12. num. 45. numquam tamen potuit ex propria persona præsentare, sed vel ipsius loco Monasterium successerit, in quod omnia iura tam activa, quam passiua post professionem transierunt. Abb. in c. quamuis n. 2. de testam. & in c. veniens n. 6. de conuers. coniugat. Soccinus Senior consil. 183. in princip. Lamber. de Iurepatr. lib. 1. p. 2. q. 2. princip. ar. 25. Rota in Anchonit. Pecuniaria 13. Maij 1613. coram B. M. Buratto, & in specie quòd in Iurepat. præsentatio spectet ad Monasterium dixit idem Lamber. p. 1. lib. 2. q. 2. princip. ar. 11. num. 10. Card. Seraph. decis. 1328. num. 2. & in* 52 *decis. 1361. num. 4. Vel id iuris (si Monasterium eius incapax erat) ad alios successores inde pertinuit. c. scripsit 27. q. 2. & ibi Gloss. in verb. dignitate. Bald. in l. de nobis § hoc etiam num. 4. C. de Episcopis, & Clericis. Felin. in c. inter dilectos num. 3 de Fide Instrum. Curt. Sen. cons. 40 num 9. vers. 4. etiam Alciatus 27. nu. 6. lib. 6. Antonius Faber in suo Codice tit. de Fideicommissis, qui in* 53 *specie de Milite Hierosolymitano, vt non admittatur ad Fedeicommissum familiæ relictũ agit decis. 38 & propterea eius præsentatio, vel tãquam honoraria ex consuetudine patronorum, vel tamquã erronea non debet haberi in consideratione, nec gradum aliquem probationis constituit. Ruinus cons. 155. num. 10. lib. 4 Cæs. de Graff. decis. 2. in fine de Iurepatr. & sic intellige Tuscum quando in suo tr. de visit. & regimine Ecclesiæ lib. 2. cap. 10 sub nu. 25.* ait, aliquando fuisse decisum, quòd Iuspatr. possit

reti-

retineri à Religioso, de Equite Hierosolymit. quòd non succedat in feudo *Thesaurus lib. 1 qq. forens. q. 18.*

In Iurepatr. hæreditario, hæredes non solùm suos, sed etiam extraneos succedere est certum, maximè quando fuit reseruatum hæredibus quibuscumque: secus si tantum reperiatur reseruatum hæredibus sanguinis, & sic sit Iuspatr. mistum vt post *Rocc. notat Viuian. l. 1. Praxis cap. 2. num. 72. iunctis ijs, quæ notat Riccius in Praxi decis. 106. in fine.* Quæ prima pars intelligenda est, etiam vbi non deficient descendentes à fundatore, nã si deficerent descendentes, id est certum etiam vbi Iuspatron. esset reseruatum descendentibus, & sic esset gẽtilitium, vt per *Riccium d. Praxi nouissima resolutione 163.* quibus illic allegatis Rotamin Cremon. Cappell. 14. Ianuarij 1594. quæ apud *Viuian. est decis. 13. sub num. 4* ibi: *Quantum ad secũdum Domini retentis decisionibus factis in Cremon. & Oriolen. dixerunt Iuspatr. non fuisse extinctum, sed extare ad fauorem D. Alexandri hæredis extranei, quia verba prosè, & primogenitis masculis ab eo descendentibus, non stant taxatiuè, ita vt excludantur, qui non sunt primogeniti, & descendentes, sed stant demonstratiuè, vt non admittantur transuersales, & hæredes extranei, donec adsint primogeniti, vel descendentes. Anchara. q. 81. Calder. cons. 4. de Iurepatr.* & infra latius suo loco, & hæc est vna ex differẽtijs inter Iusp. hæreditarium, & gentilitiũ, quia in eo potest patronus præiudicare successoribus, & descendẽtibus testatoris, non autem in isto, vt dixi *supra cap. 1. vers. Nec obstat.*

55 Quid si sit institutus hæres filius bastardus. *Paulus de Cittad. p. 9. de Iurepatr. num. 9.* Respondet hunc succedere etiam in Iurepatr. hæreditario, idem docet *Riccius in supra allegata praxi resolut. 161. num. 1.* & ante eum *Rocc. de Curte*, ampliãdo ad legitimatum etiam à Principe sęculari, *verbo competens num. 8. in fine*, intellige, si instituatur hæres, idem dic de legitimato per ingressum Religionis, quia etiam ipse hæres potest instituí. *Capriol. de successionibus ab intestato lib. 1. num. 260.* ita intellige *Viuian lib. 4. cap. 2. num. 69.* vbi *num. 60.* idem dicit de adoptiuo post eundem Roccum, & alios, & *Capriol.* simpliciter *post Lambert. & Tiraquell.*

docentem, adoptiuos succedere in Iurepatr. *lib. 1. de succeſſ. ab inteſtato num. 27.* & alijs allegatis probat *Riccius ſupra reſolutione 162.* qui idem dicit de emancipato filio, vt ſcilicet ſi eſt hæres dicatur de deſcendentia, & ſuccedat in Iurepatr. non ſolùm hæreditario ſimpliciter; ſed etiam in mixto, de qua re iterum agit *reſolut. 172.* imò *Rocc. de Curte d. verbo competens num. 9.* concedit hoc etiam de illegitimo ſi inſtituatur hæres ab eo, à quo poteſt inſtitui, quia ſemper Iuſpatr. tranſit cum vniuerſitate bonorum, & habetur per Rotam in Florent. Iuriſpatr. de Ricaſolis apud *Viuianum lib. 4. cap. 1. ſub num. 71.* & infra refertur à nobis, cùm de ſucceſſ. horum legitimatorũ in Iurepatron. gentilitio, vbi latiùs de hac materia, vide pro nunc deciſ. Piſtor. Pleban. 24. Martij 1623. coram Nauarro, quæ eſt 84. inter recollect. à Viuiano, ibi: *Nec obſtat prædicta incapacitas Iacobo præſentandi quouſque doceatur, Bertoldum fuiſſe ſpurium, & Iuſpatronat. gentilitium, Grat. diſcept. Forenſ. c. 218. num. 13. & 521. num. 34. Rota in recent. deciſ. 126. vbi receditur ab allegata deciſ. coram Litta, & deciſ. 521. maximè quod de ſpurietate non conſtat, ſed potiùs de naturalitate, & nec quòd Iuſp. ſit gentilitiũ, quàm potiùs præſumatur hæreditarium.*

56 Nec requiritur quòd ſit hæres vltimi poſſeſſoris Iuriſpatr. ſed ſufficit, vt quis ſit hæres hæredis fundatoris, vel alterius, qui acquiſiuit Ius præſentandi. *Riccius p. 2. dec. 66.* vbi ait quòd hæredis hæres vſque ad milleſimum, hoc caſu dicitur hæres teſtatoris. Habetur in ead. deciſ. Florent. ſupra cit. vbi reſpondet ad partem alteram ſuprad. oppoſitionis, ibi: *Semper ſuſtinebitur præſentatio filiorum, & hæredum Pandulphi, vt licèt ex patris delicto ſuccedere non potuerint in eiuſdem bonis, præſentare tamen potuerint; vti hæredes Roberti Aui, & Iannotij patrui, quibus in eadem voce, & ſtipite vnà cum Pandulpho inſtitutis idē Iuſpatr. accreuerat. Bald. in l. quanto num. 9. de iud. Alexand. in l. ſi mihi, & Titio centum n. 22. in fine de verb. oblig. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. p. 2. ar. 5. quæſt. 4. Rota in Parmen. benefic. 19. Ianuarij 1590. coram Penia, & in Lucana Iuriſpatr. 5. Decembr. 1618. coram Card. Sacrato, ita vt, cum neque deli-*

delictum commissum esset cõtra Ecclesiam, neque filij Pãdulphi à patre solùm causam haberent, non etiam potuerit
57 *esse locus declarationi, quam post bona à Iudice laico cõfiscata, facere debet Iudex Ecclesiasticus, vt Ecclesia censeatur inde acquisiuisse libertatẽ ex his quæ considerauit Rota d. dec. 237. 298. & 351. coram Reuerendiss. D. meo Decano, quarũ decisionum rationes, licèt in illis de Iurepatr gentilitio ageretur, benè huic casui conueniunt, dũ filij Pandulphi ijs etiam successerunt, quos ex eadem portione sibi Cardinalis fecerat hæredes.* Pro casu simili quòd filius succedat non solùm in patronatu gentilitio, sed etiam hæreditario, etiam si pater commisit crimen, ob quod fuerint & bona confiscata per Iudicem laicum. Habetis decis. Lucanam Iurispatr. 8 Iunij *1607.* coram Coccino, quæ est 107. apud Viuianum in principio iuncta decis. præcedenti.

58 *Si* autem est hæres extraneus, ad quem transit Iuspatron. hæreditarium, vt est certum ex supradictis, debet ostendere præambulum. Patet ex Ricc. decis. 235. intellige si mortuus fuit ab intestato, quia si ex testamento, etiam per testamentum probatur & aditione vt supra dictum est, quia non sufficit hoc casu probare per authentica instrumenta quem esse hæredem, sed etiam probare debet, se adiuisse hæreditatem iuxta ea quæ supra dicta sũt, ita *Riccius in dicta Praxi no-*
59 *uissima reuolutione 576.* Nõ potest tamen filius, quando Iuspatronat. est hæreditariũ repudiare hæreditatem, & acceptare Iuspatr. vt *Couar. l 2. variar. c. 18. sub n. 6. per Ricc. in Praxi decis. 211. in fine, & decis. 126. p. 1. & in Praxi nouissima resolut. 184* intellige, nisi alio iure, & titulo hæreditario, quam illius, cuius hæreditatem repudiauit, quis prætẽdat Iuspatr. vt supra vers. nec requiritur, & habetur in Pistorien. Paroch. quæ est decis *108.* apud *Viuianum nu. 5.* Vide aliũ casum apud eundem *Riccium p. 3. decis. 310. in fine.* vbi habes quando in renuntiatione hæreditatis simili non comprehendatur Iuspatr. Et sic intellige distinctionem eiusdem authoris in *Praxi nouissima resolut. 181.* quando quærit, an hæres amittat pertinentiã Iurispatron., si impugnet testamentum. Quid autem in feudo hæreditario, vtrum filius possit repudiare hæreditatem

ditatem, & retinere feudū. *Gaill.lib.2.cap.154.num.16.*

60 Hæres tamen ad quem transire debet Iuspatron. non est hæres in re certa, sed hæres vniuersalis. Rota in illa Maceratens. *15.* Decembris *1625.* & 1. Iulij *1626.* coram Coccino, quæ inter recoll. à Viuiano est 24. Ampliat *Couarr.lib.2.variar. cap.18. sub num.6. in 2. Corollario.* etiam si institutus in re certa sit filius, & hæres vniuersalis fuerit extraneus, vbi hanc testatur esse communē opinionem, quod extendit num. 9. etiam si fuerit talis filius institutus in legitima, quando legitima nō est vniuersitas: agit etiam de hac materia *Azorius lib. 6. cap. 20.q. 9. p.2. suarum institut. moralium.* Intellige si adest hæres vniuersalis, alias succedit institutus in re certa. *Viuian.lib.4.cap.2.num. 52.* vbi habes quando etiam veniat hæres substitutus, &

61 quando trāseat in fideicommissarium vniuersalem, in quem regulariter non transit Iuspat. sed remanet apud hæredem grauatum, etiam stante prohibitione Trebellianica, vt per Rotam in Florent. Iurispatr. de Ricasolis 11. Februarij 1604 coram Card. Lancell. apud *Viuianum lib 4 cap.1. fol. 190. vers. nec etiam releuat, & c. 5. in fine.*

Limita tamen, vt infra relatis verbis decis Macerat. ibi *Iuspatron. esse hæreditarium, &c.* de qua re agit etiam *Riccius decis.101. p. 3. & in Praxi nouiss. resolut. 183. & 179.* vbi, & si dubitanter, videtur id ampliare etiā vbi fideicommissum esset factum fauore Ecclesiæ, & clariùs *Molina tom. 1. de iust. disp. 188.* vbi refert alios contrarium docentes, & ampliat ad Ius sepulchri, de quibus omnibus infra agitur à nobis. *cùm de pertinentia Iurispat. ratione translationis.* Idem esse de Iure honorifico, quòd in eo nō succedat fideicommissarius, habetur in Ianuēsi Iuris honorifici 26. Ianuarij *1632.* coram Pirouano, quam habetis in fine Operis

62 Quid de hæreditate iacēte, quis præsentet in Iurepatr. hæreditario, habetur, per Rotam in Florentina de Ricasolis 11. Februarij 1604. corā Lancellotto vers. Rursus in fine apud *Viuianum lib.4. in fine cap.1.*

Ius-

Iuſpatronatus eſſe hæreditarium quomodo probetur.

63 *Iuſpatr. in dubio præſumitur hæreditarium potiùs quàm gentilitium. Quando dicatur adeſſe tale dubium, num. ſeq.*

65 *Iuſpat. eſſe gentilitium qualiter debeat probari.*

66 *Iuſpatr. eſſe hæreditarium quomodo probetur ex verbis fundatoris.*

67 *Fideicommiſſarius quando ſuccedat in Iurepatronatus.*

68 *Succeſſores ſignificat hæredes.*

69 *Iuſpatr. fundatum pro ijs patronis, quos ipſe fundator, vel eius hæredes nominauerint, an ſit hæreditarium, quid de clauſula ibi appoſita ad habendum, & quidquid ſibi placuerit faciendum, n 71.*

71 *Obſeruantia antiqua declarat an Iuſpatr ſit hæreditarium, vel gentilitium.*

72 *Hæreditas, ſi aliud non continet niſi Iuſpatr. an poſſit adiri, vel vendi.*

73 *Cappella ſit libera, ſi patronus moriatur ſine hærede ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento.*

74 *Iuſpatronatus eius, qui fuit captus ab hoſtibus, quis in eo præſentat.*

63 HEreditariũ eſſe Iuſpat. & non gentilitiũ, præſumitur in dubio, vt eſt certum. *Riccius citata deciſ. 111* quibus illic allegatis addo deciſionem in Florentina Canonicatus 14. Maij 1629. coram Veroſpio, ibi: *Cùm etiam iuris præſumptio, quæ eſt pro ſtatu hæreditario, Clem. plures de Iurepatron. Couarr. variar reſolut. lib 2. cap. 18. num. 6. Card Seraph. deciſ. 456. num. 1. Rota in recent deciſ. 707. num. 8. par. 1. Non niſi contrarijs probationibus liceret tollere, quæ pleniſſimè concluderent. Rota deciſ. 482. num. 7. par. 1. recent. & in Piſtorien. Beneficij 9 Februarij 1624. coram*

64 *D. meo Merlino*. Dicitur autem eſſe id in dubio quando non conſtat de fundatione, vel ex fundatione, aut aliunde de contraria qualitate cõcludenter ſcilicet gẽtilitia, non doceatur, vt per Piſtorien. Paroc. 9 Februar. 1620 coram Merlino, quæ inter recollectas à *Viuiano eſt deciſ. 108.* Et nouiſſimè in Romana iuriſpat. 15. Martij 1630. coram eod. Merlino, ibi: *Et cùm Iacobus pater Paulinæ non determinauit, quibus perſonis acquireretur dictum Iuſpatr. eiſdem Cardinali, & Andreæ, tamquam proximioribus, & ſic ba-*

hæredibus ipsius Iacobi disponentis videtur relictum: nam in dubio Iuspatron, censetur inductum hæreditariũ
65 *non gentilitium*. Dicitur autem concludenter vt tale probari, quando probationes non sunt difformes, nec æquiuocę, vt patet in supra citata Florent. Canonic. & in alia facta 16. Ianuar. 1630 in ead. causa coram eodem, ibi: *Domini persistendo in decisis, negarunt ex eisdem probationibus, quæ difformes, & æquiuocæ apparebãt, vel quidquam sequi posse, vel sublatam fuisse contrariam probationẽ pro statu, & qualitate hæreditaria in decis. cõsideratam, quæ (cùm huius patronatus fundatio, & initium non daretur) vnà cum iuris præsumptione, quæ est pro qualitate hæreditaria, illud verè tale concludebat, &c.* Vbi in vtraque decisione inuenies quę nam sint dictæ probationes difformes, & æquiuocæ. Primò enim reperies enunciatiuas etiam Summorum Pontificum asserentium esse Iuspatr. descendentium, vel familiæ, maximè quando nõ sunt antiquæ, nec motu proprio emanatas ad hunc effectum probandi Iuspatr. gentilitiũ esse æquiuocas: item quòd prę sentauerit pater & filius, patruus & nepos, nec quãdo quis in legato Iurispatr, se dixerit vnicum patronum neque quòd præsentatus dixerit patronatum esse nonnullorum ex familia N. vt habes in decisione primo loco facta *14* Maij *1629.* contra aliam decisionem, quam habes apud *Viuianum post suam Praxim Iurispatr. decis. 41.* in qua Rota ex his probationibus dixit Iuspatronatus esse gentilitium. Item neque assertio facta in resignatione quòd Iuspatronatus spectet ad se & fratres, vel quòd haberet illud cõmune cum fratribus, aut quòd post confiscationem bonorum paternorum filius præsentauerit, & tandem vltima præsentatio in qua Ordinarius ad nominationem aliquorum, quos dixit præsentasse, etsi duos ex patronis instituit N. vt patet ex verbis formalibus dictarum decisionum, quas hìc subijciemus ob maiorem commoditatẽ lectoris, cui magis consulendo primo loco trãscriberemus etiam decisionem primo loco factam, à qua per Rotam postea fuit recessum, nisi fuisset iam impressa apud *Praxim Viuiani*.

66 Iuspatronatus esse hæreditarium, probatur primò ex

ex verbis, quibus vsus fuit fundator., quando id significant, quod accidit non solùm quando reperitur reseruatum hæredibus simpliciter, sed etiam si fuit dictum hæredibus, & successoribus, vt percipitur ex decis. Aquilana Cappell. 29. Ianuarij 1629. in principio: *Illius pertinentia ad fauorem Palmæ videtur clara, quia ex personis Mariæ, Ioannis Baptistæ, Hieronymi, & Luca Antonij est hæres Angeli Antonij Refrulli, cui & eius hæredibus, & successoribus Iuspat. à principio fuit reseruatum, vnde illud ad Palmam, vti hæredem pertinet Glos. in c. filijs verb propinquis 16. q. 7. Abb. in c. 1. de Iurispatron. Calder. cons. 25. eod. tit. Decius cons. 149. sub num. 1. Straph. dec. 364. num. 3. & Rota decis. 675. nu. 1. p. 1. recent.* Idem est si tantùm fuerit reseruatum successoribus, vt in illa Tolet. Iurispatr. 10. Februarij 1627. quæ inter recollect. à Viviano est decisio 112. qui Vivian. lib. 4. c. 9. n. 8. quæritur an Iuspatr. relictum Iulio, & Francisco, & eorumdem successoribus, trãseat ad successores sanguinis, vel quò ad extraneos, & se remittit ad Forlinien. Iurispatr. 7. Iunij 1599. coram Cardin. Lancellotto. Quid autẽ significat in specie, hìc pro successoribus, declarat Rota in illa Maceratens. supra allegat. quæ est decis. 24. apud Viuianum, ibi: *Et per consequens cùm sint vocati hæredes, & successores, veniant filij dictæ Ottauiæ substituta, qui in hoc casu veniunt appellatione successorum, cùm testator filios non haberet, nam & si verum sit quòd Iuspatr. transeat per successionem in* 67 *hæredem vniuersalem, non autem in fideicommissarium, Bart. in l. quia perinde vbi restituta per illum text. ff. ad Trebell. Bald. in l. fin. nu. 48 vers. si hæredit. Cl. de edicto D. Adriani tollendo, tamen hæc conclusio procedit in terminis simplicis Fideicommissi facti à testatore super eius hæreditate, & bonis ex præsumpta illius voluntate, quòd apud primum hæredem ius honorificum Iurisp. nã. remaneat, vt explicat Couar. lib. 2. var. cap. 18. num. 8. post medium vers. posteri autem rationi, quæ præsumpta mẽs fundatoris cessat in casu isto ex quo voluit quòd Cappellanus in perpetuum præsentetur ab hæredibus, & successoribus ipsius testatoris, qui successores in hoc casu sunt dicti instituti, vt supra dictum*

ctum est. Quod ista verba pro hæredibus, & successoribus comprehendãt etiam extraneos, si sint hæredes vniuersales, præsertim in hac materia Iurispatron. fuit tentum in pluribus decisionibus relatis in Forlinien. Iurispatron. 24. Nouembris 1600. coram Card. Lancell. iuniori.

68 Amplia, vt idem sit quando Iuspatr. reperitur reseruatum sibi & fratribus, ac eorum hæredibus, quia si soror esset hæres, ad eam etiam transiret dictum Iuspatr. Ita intelligo *Riccium 3. par. Praxis decis. 175.* Quid si concurrant filiæ duorum fratrum. Videte eumdem *Riccium par. 3. decis. Curiæ Archiepiscop. decis. 310. sub num. 30.*

Imò hoc est verum etiam quando dicitur pro filijs hæredibus & successoribus, vt in Pistor. Paroch. 9. Februarij 1624. coram Merlino, ibi: *Nec non etiam ex instrumento concordiæ, in quo, lite in Rota inter compatronos pendente, fuit conuentum, quod dictum Iuspatr pro medietate spectare deberet ad Dominicum vnum ex ipsis contrahentibus, eiusque filios, hæredes, & successores, eorumque cessionarios, pro alia parte spectaret, ad cæteros in ipso instrumento concordiæ nominatos, illorumque pariter filios, hæredes, & successores, ac cessionarios, quæ verba concludunt, Iuspatr. adhuc fuisse propriè, & verè hæreditarium, Rota decis. 689. num. 6. & 10. par. 1. recent.* Sicut quando etiam dicitur pro filijs, & successoribus habetur in Florentina de Ricasolis 11. Februarij 1604. coram Lancellotto, ibi: *Vnde & respondetur ad Couarr. & c. loquitur enim de Iurepatr. acquisito pro filijs, & successoribus, quod verbum successoribus intelligitur de hæredibus, iuxta notata in l. Gallus §. quidam rè ff. de liberis, & posthumis.*

69 Est hæreditarium etiam Iuspatr. quoque, quando apponitur ea clausula, *vt ij sint patroni, quos ipsimet fundator, vel eius hæredes voluerint*, vt habetur in Pistorien Iurispatr. 31. Maij 1628. coram Merlino, ibi: *Et quibus dederit, quæ clausula facit concessionem hæreditariam, & transitoriam ad hæredes sanguinis. Rolandus cons. 42. num. 10. lib. 1. Rota decis. 642. num. 4. par. 1. recent. & clarius in alia Pistorien. benef. 24. Maij 1630. coram Verospio ibi, cum qualitas hæreditaria præter iuris*

præ-

præsumptionem, de qua in Clem. plures de Iurepatr. probatur ex eadem fundatione Instrumenti, in quo per fundatorem reseruatus apparebat pro se, & hæredibus, & ea adiuncta clausula, vt ij essent patroni, quos ipsemet Blasius fundator, aut sui hæredes voluerint, ex qua etiam fuit constitutus patronatus, qui transire possit ad quoscumque hæredes etiam extraneos, vt de feudo, & emphyteusi Ecclesiastica cõcessis sub simili clausula (& quibus dederit) tradiderit. Decius conf. 23. nu. 41. lib. 1. Rolan. conf. 42. num. 10 lib. 1. Surd. conf. 440. nu. 11. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 15. Rota in Romana emphyteusis 12. Nouembris 1612. corã Card. Caualer. Quæ sunt vera etiã quãdo adest clausula ad habendum, & quidquid sibi placuerit faciendum, vt in Lucana Iurispatr. 20. Iunij 1602. ibi: *Nec obstat quòd prima donatio fuit facta Hieronymo pro se, & filijs, & descendentibus, & ideo secunda donatio Hieronymi in præiudicium eius descendentium non est valida, quia in donatione facta Hieronymo adest clausula ad habendum, & quidquid sibi placuerit faciendum, quæ æquipollet clausulæ, & quibus dederit, & redit materiam transitoriam ad extraneos hæredes, & propterea clausula sine præiudicio alicuius, postea in confirmatione ad istum effectum non suffragatur.* Videte eam apud *Viuian. decis.* 12. *n.* 4. Quid de simili clausula apposita à testatore, vt certæ personæ habeant Iuspatr. eo modo, & conditione, quo dispo-suerit vltimus de dicta familia. Videte *Riet par.* 3. *decis.* 310. Quod etiam Iuspatronatus ex prima institutione Sempronio & eius filijs reseruatum dicatur hæreditarium, quando in dubio filij cẽsentur vocati vti hæredes post *Decium & Läbert. docet Couarr. lib.* 2. *variar. c.* 18. *num.* 7. *vers. tertiò si proximè, &c.* vbi idem à fortiori, *in principio dicti numeri* 6. videtur docere, quando fuit reseruatum Titio, & eius liberis.

Quando verò non potest colligi ex Instrumento fundationis, an sit Iuspatron. hæreditarium, colligi debet ex obseruantia antiqua, quæ potissimum attendi debet ad effectum discernendi, an Iuspatr. sit hæreditarium, vel gentilitium, vt inquit Rota in Pistorien. Iurispatron. 3 r. Martij 1628. coram Merlino, ad quod allegat

legat *Gabr. cons. 196. num. 6 lib. 2. Peregrin. cons. 33. num 25. & 26. lib. 1. Rotam in Floren. de Ricasolis 16. Martij 1603. & 11. Februarij 1604. coram Card. Lancell.* quæ referuntur à Viuiano lib. 4 suæ Praxis in fine primi capitis. Et nihil mirum, cùm talis obseruantia habeat vim mutandi dictas qualitates, vt supra in principio dictum fuit, imò vbi diuersæ sunt obseruantiæ, potior erit obseruantia, quæ pro hæreditario deducitur, vt habetur per Rotam in Florent. Canonicatus 16. Ianuarij 1630. coram Card. Verospio, vbi: *Immò potior erit obseruantia, quæ pro hæreditario deducitur, tum quia iuri conformis. Abb. in c. auditis num 15. de præscriptione. Aymon. cons. 96. nu. 4. Mandell. cons. 253. in fine. Hondedei cons. 73. nu. 2. lib. 1. Rota decis. 407. num 9 & 512. num. 3. p. 1. recent. Tum quia tot actibus in contrarium existentibus, censetur inducendi normitas & exclusa contraria consuetudo, & ob seruantia, Bar. in l. 2. num. 22. soluto matrimonio. Aymon. d. cons. 96. num. 5. Surd. cons. 213. num. 33. Rota decis. 19. num. 6. & decis. 72. num. 28. par. 2. diuers. & decis. 118. num. 5. par. 2. recentior.* Obseruantia antiqua ad hoc propositum dicitur illa quæ ad minus fuit legitimè præscripta spatio 40. annorum, vt infra dicetur.

72 Nota quòd licèt hæreditas, in qua nihil reperitur in dubio non præsumatur adita vt per *Comen. cons. 46. num. 14. vol. 2. latè Iosephus Ludouicus concl. 1. sub num. 5.* de hæredibus, tamen quia hæreditas etiam consistere potest in corporalibus. *l. hæreditas ff. de petit. hæred.* qui succedit in istis, succedit in Iurepatr. fauet *Lambert. 2 par. primi libri quæst. 2 princip. num. 25.* qui docet quòd si quis non haberet aliud, nisi Iuspatr. posset alicui illud relinquere; secus esset si talis hæreditas vendatur, vt idem *Lambert. ibid quæst. 5. art. 15. num. 5.* De qua re infra suo loco latiùs.

73 Si autem moriatur patronus sine hærede, siue ex testamento, siue ab intestato, quia nullum fecit testamentum, vel fuit irritum iuxta opinionem veriorem, Cappella de Iurepatr. hæreditario fit libera, nec transit ad fiscum, vt aliqui volebant, *Viuian. lib. 4. Praxis cap. 2. num. 79 & seq.* Quid autem si reliquerit plures hæredes quid faciendum, infra suo loco,

74 loco; sed de alio casu, quo patronus est captus ab hostibus, quæri potest an præsentare possit filius eius, vel is, qui post ipsum succederet. Respondet *Viuianus lib. 4. cap. 3. num. 10.* Quod si Iuspatron. sit gentilitium, posset præsentare filius, vel agnatus proximior; si verò hæreditarium, prouidebitur ab Ordinario tamquam de libero.

§ SECVNDVS.

De successione in Iurepatronatus gentilitio.

75 *Iuspatron. gentilitiũ quãdo dicatur inductum, Præsentans ad illud debet esse descendens, vel de sanguine fundatoris. n. seq.*

77 *Descendentes etsi repudiauerunt hæreditatem, succedunt in Iurepatr. gentilitio.*

78 *Descendentibus vbi fuit reseruatum Iuspatr. an sit gentilitium. & n. 81.*

79 *Familia effectiua quando cẽseatur tantum vocata ad Iuspatr. gentilitium, & quando etiam contentiua, scilicet etiam transuersales, & nu. seq.*

82 *Vocati quando censentur omnes simul de familia &c. ad Iuspatr. gentilitiũ, & quando ordine successiuo.*

83 *Successio in capite quando fiat in Iurepatr. & quando in stirpes.*

84 *Proximitas in successione Iurispatron. attenditur respectu fundatoris, & non vltimi defuncti.*

85 *Gradus prærogatiua in successione Iurispatr. quando non attendatur.*

86 *Ius præsentãdi quando spectat ad aliquos seniores familiæ, quinam illud acquirere possint, & num. 88.*

87 *Familiæ appellatione ameniant omnes deferentes eadem arma, & insignia, etsi non gaudeant pari nobilitate, quid de familia aggregata.*

89 *Obseruantia subsequuta declarat familiæ colonellum ad quẽ pertinet Iuspatron. gentilitium.*

90 *Familiæ vbi sunt diuersis in locis, cui censeatur Iuspatr. competere.*

91 *Nepotes fundatoris si sint vocati ad Iuspatr. de quibus intelligi debeant.*

92 *Nepos ex primogenito an excludat patruum secundogenitum in successione Iurispatr. competenti primogenitis. num. 71.*

93 *Seniores plures de familia vocati ad Iuspatron si non exteni*

extent, sed vnus tantùm, quid faciendum.

94 *Iuspatronatus gentilitium quandò extincta familia cuadat hæreditarium.*

95 *Erectionibus à diuersis patronis factis, cuius patroni proximitas attendi debet in successione Iurispat. gentilitij.*

75 IVspatronat. gentilitium seu familiare est, quando fuit fundatum, vel relictum à testatore, nulla facta mentione qualitatis hæreditariæ, sed tantùm agnationis, & sanguinis vt præsupponunt communiter DD. ideoque qui vult ad illud admitti vel illud ad aliquem pertinere prætendit debet 76 ante probare, quòd sit de sanguine, seu familia testatoris; vt est certum apud omnes. *Riccius par. 2 decis. 60. in principio, & in Praxi nouissima resol. 232. num. 2. vbi refert suum Notarium.* Ex quo sequitur, quòd etsi talis de sanguine, &c. repudiauerit hæreditatem, succedat in tali Iurepatr. Vnde Rota sæpius ex hoc arguere solet, quòd Iuspatr. sit gentilitium, & præcipuè in Pistorien. Parochial. 17. Iunij 1619. coram Pirouano 76. apud *Vivianum* ibi: *Non obstat quòd Ricciardus, & Paulus tulerint iure præsentandi propter repudiationem hæreditatis, &c. quia Domini postquam Iuspat non controuertitur consultò omiserunt discussionem istius Iuris accrescendi ac pertinentiæ ex personis patronorum & qualitatis gentilitiæ, quæ ex variis titulis, donationibus scilicet & legatis & confirmationibus deducebatur. Ex quo post dictas repudiationes, & eis non obstantibus Paulus, & Ricciardus vnà cum Lazzaro patre Braccij insimul se recognouerunt in patronos in donatione diei 10. Decembris 1557. confirmata in sententia Vicarij Pistorien.* Fuit dubitatum in Rota. An & quando sunt vocati filij, & descendentes masculi dicatur Iuspatr. gentilitium? Et responsum negatiuè in Ianuen. Iurispatr. 23. Ianuarij 1612. coram Cardinali Pamphilio iuniori, ibi: *Non obstat etiam quòd dicebatur illegitimos de iure non esse capaces Iurispatr. gentilitij, & agnatitij, vt per Roccum de Iurepatr. verbo competens, num. 10. vers. hanc tamen etiam aliis allegatis, quia cùm ad dictum patronatum fuerint vocati filij, & descendentes, nulla facta mentione generis, vel agnatio-*

nis,

nis, non potest dici quòd versemur in Iure patr. gentilitio, & agnatitio; mentio enim masculorum dumtaxat operatur, vt censeatur contemplata qualitas masculinitatis, non autem agnationis, vt per Surd. conf. 448. num. 24. lib. 3. vbi de magis communi testatur, & tenuit Rota in Tudertina fideicommissi de Corradis 19. Aprilis, 1587. coram Gypsio.

Cùm autē qualitas agnationis, & sanguinis diuerso modo solet exprimi à fundatoribus Iurispatr. quia aliquando vocantur illi, qui sunt de domo, alij vti solent nomine de familia, alij de cippo, alij de linea, alij de parentela, seu progenie, vel casata, reperiuntur aliquando etiam descendentes, posteri, vel proximi vocati. Est declarandum an sit aliqua differentia inter istos modos; & respondeo esse differentiam, nam quando vocatur generaliter familia, domus, & cippus, parentela, & casata, &c. non solùm descendētes, sed etiam transuersales ipsius fundatoris; secus quando vocantur de linea, vel descendentes, siue posteri, proles, liberi, proximi, &c. quia significant personas constitutas in linea descendenti. Videte *Angel. in l. ex facto §. Si quis autem ff. ad Trebell. Gratian. discept. forens. cap. 218. tom. 4. num. 7. Paris. conf. 35. vol. 3.* Vbi de nomine stipitis, generationis, progeniei, & prosapiæ, *Decium Conf. 470. Barnabam Cornazanum decis. 121. Surdum decis. Mantuan. 6. de Franchis. 225. Franciscum Viuium decis. 503.* vel vt loquar more Rotæ Romanæ.

79 Primo casu comprehenditur familia non solùm effectiua, sed etiam contentiua. Secundo casu, tantùm effectiua. *Viuianus lib. 4. c. 2. à num. 33.* vbi loquitur in casu, quando vocantur descendentes de linea testatoris. post *Riccium in Praxi decis. 152.* Idem esset quando dicitur de paterna parte, dixit Rota in Mediolan. Iurispat. 28. Nouembris *1616.* quæ inter recollectas à Viuiano est decis. *71.* à qua decisione Rota recessit die 19. Iunij *1617.* & habetur apud Viuianum decis. 72. & clariùs decis. 73. intellige in casu, quo ibi vocantur certæ personæ, vt ibi vocantur tres nepotes. Dixi, generaliter, quia si domus, vel familia, vel cippus, &c. fuit vocata cum aliquo pronomine, quod refertur ad ipsum fundatorem, tunc significantur

tur descendentes, & sic linea effectiua, vt in causa Romana Iurispatr. 15. Martij 1630. coram Merlino, ibi: *Licèt enim sit controuersia inter DD. an appellatione familiæ veniat solummodò familia effectiua, scilicet descendentes, an autem contentiua, hoc etiam transeat ibi, & quòd sub familiæ nomine intelligatur solùm de effectiua docuerunt. Bart. in l. pato Lucii Titii nu. 1. ff. de leg. 2. Pariſ. conſ. 54. num. 5. & ſeq. lib. 2. Surdus conſ. 247. num. 12. Menoch. conſ. 106. num. 226. & ſeq & 233 num. 15. & conſ. 633. num. 10. Peregrin. latè conſ. 57. num. 6 lib. 6. Fuſar. de ſubſtit. q. 351. num. 3. & ſeq. At tamen quidquid ſit vbi abſolutè nominetur familia, quã multi DD. etiam contentiuè accipiunt, in caſu præſenti ſolùm comprahẽdi deſcendentes, & ſic intelligi de familia effectiuè, ſuadere videtur prænomen illud huiuſmodi, per quod deprahenditur, Papam præcisè deſignaſſe ad votum, & indicaſſe Colonellum Cardinalis, & Andreæ oratorem, atquè intra quindecim retinuiſſe ius præſentandi ad l. huiuſmodi ff. de leg. 1. & nemo, vbi Gloſſ. in verb. huiuſmodi, de elect. in 6. Pariſ. conſ. 52. nu. 32. lib. 3. Card. Seraph. deciſ. 606. num. 3. Rota deciſ. 373. num. 6. p. 2. recent. videturq; verbum illud huiuſmodi, idẽ importare, ac ſi dixiſſet ipſius Chriſtophori Patris Domini Cardinalis, & Andreæ Epiſcopi, de quibus ſuperiùs meminèrat Papa, quoties autem votantur familia ipſius teſtatoris, venire ſolùm familiam effectiuè, tradunt Ruinis conſ. 153. nu. 10. lib. 2. Pariſ. d. conſ. 51. num. 5. verſ. item propter lib. 8. Socc. iunior conſ. 97. num. 62. lib. 2. Cephal. conſ. 510. nu. 13. Menoch. præſumpt. 88. num. 2. & conſ. 233. num. 21. & conſ. 1177. num. 5. Peregrin. conſ. 31. num. 3. lib. 4. & conſ. 159 num. 18. verſ. 30. lib. 5. & deciſ. 134. nu. 5. & 24. Quando etiam veniat familia, quæ non gaudet ſimili nobilitate, vel familia aggregata, infrà dicetur. Nota, quia etiamſi quando votantur deſcendentes, & ſucceſſores, Iuſpatr. iudicatur hæreditariũ, tamen quando votantur deſcendentes ſimpliciter, iudicari debet gentilitium, vt in Florent. Canonicatus 29. Maij 1610. coram Buratto, quæ inter récollà Viuiano eſt 41. ibi nu. 19. Nec repugnat conſ. Ancharani 81. nam quãuis Iuſpatr. ſit deſcendentibus ſimpliciter reſeruatum, tranſeat*

finita

finita descendentia ad extraneos, & ita videatur esse hæreditarium, attamen ea durante, nihil impedit quin interim pro merè gentilitio reputari debeat, Seraph. decis. 364. & fuit latè deductum in decis. Florent. 10. Martij 1603. Fuit etiam aliàs consideratum per Rotam, vt per *Morett. post 2. libr. 4. Viuiani num. 50.*

2 Duobus modis possunt esse vocati illi de familia, parentela, domo, casata ad præsentandum in Iurepatr. Cappellaniarum, vel generaliter, cùm relinquitur Ius præsentandi familię, parentelæ, domui, casatæ progeniei simpliciter, secundò magis specialiter vocãdo ad præsentandum duos, vel tres seniores, vel maiorem natu. Primo casu, certum est tunc ordine successiuo, & non simul omnes intelligi vocatos, scilicet qui proximior reperiatur tunc dicto fundatori, ita est enim de iure secundùm communem opinionem, de qua testatur post alios *Vasquius de succes. creat. lib. 2. §. 20. p. 2. req. 29. declar. 2. nu. 219.* Qui enim diceret (inquit ipse) filium & reliquam familiam hæredem instituo, tunc non simul, sed ordine successiuo filius, nepos, & deinceps admitterentur; in terminis nostris post alios allegatos notat *Viuian. lib. 4. praxis num. 14. & num. 37.* vbi hoc comprobat exemplo de feudo, quibus illic allegatis, adde decis. in illa Florent. Canonicatus 14. Maij 1629. coram Card. Verospio, ibi: *Quòd verò in hoc patronatu præsẽtauerint pater, & filius; patruus, & nepos, non inde sequebatur, vt in capita præsentauerint, cùm imò in Iurepatr. gentilitio, cuius exercitium dumtaxat habetur proximior testatori, nullo modo simul præsentando conuenire potuissẽt, l. cùm ita §. in fideicõmiss. ff. de leg. 2. Bald. cons. 1. n. 8. lib. 3. Calder. cons. 19. dè Iurepatron Gabr. cons. 196. num. 3. & 4. lib. 2. Couarr. pract. q. 9 cap. 38. in fine Franc. Marcus decis. 1235. num 4. par. 1. Rota in Pientina Iurispatr. 10. Iunij 1602. coram Litta.* Hanc decis. Pietinam habes apud *Viuian. lib. 4. cap. 9. sub num. 55. vers. secunda est.* Vbi Rotam, in fine decis. apparet, tunc de hac re dubitare, & magis clarè in Florent. Iurispatr. de Ricasolis 11. Februar. 1604. vers. quo verò ad secundam, quæ habetur apud *Viuianum libi 4. cap. 1. fol. 170.* vbi dicit, id procedere in Iurepatron.

mixto, non autem merè gẽtilitio, sed tu teneas cum dicta vltima decis. Florent. Canonicatus. Videte *Ricc. decis. 198. & seq.* vbi hoc docet, etiam vbi omnes de familia essent vocati, de qua re nos infra *Praxi V.* Fallit autem hæc doctrina secundùm omnes, vbi non de ipsius familia, sed alterius loqueretur fundator, puta si donaret, vel legaret Iuspatron. alteri familiæ, tunc enim omnes de familia censentur vocati, cum respectu eorum non possit considerari ordo charitatis, & maioris affectionis, vt in terminis institutionis hæredis, testando de communi notat *Vasquius, vbi supra num.* 20. Et innuere in terminis nostris videtur *Riccius 1. par. Praxis decis. 194. & Rota in suprad. Pientina* à contrario sensu, ibi: *Et quia negari non potest quin respectu præfatorum considerari etiam possit ordo charitatis, & maioris affectionis, quam vnusquisque testator habere gradatim præsumitur erga plures vocatos sibi æqualiter non coniunctos, vt considerat Gratus cons. 26. num. 3. lib. 4.* Et clarè loquendo de legato, vel donatione Iurispatr. alicui familiæ: post Rotam *Ricc. in Praxi 1. par. decis. 210. num. 269. & latiùs 3. part. eiusdem Praxis resol. 587. quæ est vltima.* Vnde 83 hoc casu habet locum doctrina circa differentiam inter Iuspatr. hereditarium, & gentilitium, de qua in Florentina Iurispat. de Iamfigliazzis 14. Maij 1629. coram Durano in fine, & alibi sæpe, vt in illo succedatur in stirpes; in gentilitio verò succedatur in capita, & sic intellige eumdem *Vivian. dicto lib. 4. cap. 2. num. 28.* ibi *Et in Iurepatr. relicto alicui familiæ, puta de Gualfredeucis, qui nam succedant, & quomodo, dicens quòd omnes de dicta familia succedant, &c.* De qua re infra agemus Praxi V. cùm de præsentatione in Iurepatron. Cappellaniarum pluribus spectante.

84 Nota verba illa Rotæ, *dumtaxat habet proximior testatori*, ex quibus confirmatur, quod infra q. seq. latè probamus hoc casu attendi debere proximitatem fundatoris potiùs quàm vltimi defuncti, prò vt de feudo habetur per *Andream Gaill. lib. 2. obseruat. 149.* Et sic semper quando Iuspatronat. est reseruatum simpliciter familiæ, parentelæ, &c. testatoris, præfertur linea effectiua fundatoris. An

autem

utem deficiente familia effectiua, subingrediatur familia contentiua, vel maior atu, antiquior, &c. infra abetis vers. sed pone.

Secundo verò casu quando vocantur duo, vel tres eniores de domo, casata, milia, parentela, &c. certum est non attendi proroatiuam gradus, sicut in casu præcedenti, sed qualitatem maioris ætatis, etsi tales sint in remotiori gradu. *Iuian. d. lib. 4. cap. 9. num. 5. qui num. 55. post Stefanum Gratian.* Subdit quòd senior de familia decedat on transit Iuspatr. ad eius escendentes, sed reuertitur ad alium de sua familia niorem eo tempore, & sic cessiuè de seniore in seorem, & habetur per Rom in Romana Iurispatr. Maij 1630. coram Merlo infra referendis verbis *vers. Secundo casu*: Quando tem Iuspat. ingressum est am lineam, an excludant alij de alia linea, illis superextantibus? *Molin. de mogen. lib. 3. cap. 4. nu. 13. antica de correct. lib. 8. tit. num. 59. videte Perez de ppell lib. 2. cap 2. num. 8.* ed dubium est an dicti seores debeant intelligi de milia, parentela, &c. effectiua, ideſt descendente à fundatore, vel etiam contentiua, ideſt transuersali? distinguere videtur *Viuian. loco supra dicto à num. 9.* Vel fuit reseruatum Iuspatron. simpliciter, vel non, sed cũ pronomine possessiuo nostra, vel mea. Primo casu ex vniuersa familia, inquit ipse, seligendi sunt seniores, & repetit num. 35. vbi ha-
87 betis quòd appellatione familiæ veniũt omnes deferẽtes eadem insignia, & arma, etiam si non sint de stipite testatoris, ac etiam si inter eos aliqui gaudeant maiori nobilitate, quàm alij, iuxta decis. Pientinam, ibi citatam, & relatam post decis. Papiens. supra citatam ab eod. Viuiano d. cap. 9 sub num. 55. vers. secunda est, ibi: *Nam quòd dictus Federicus, & alij, qui litem sustinent, sint de familia de Martijs, de Senis vtãtur eisdem insignijs, & pro talibus fuerunt etiam habiti à testatore; negari tamen potest, & clarissimè ex actis conuincitur. Nec obstat quòd non fuerint aquales, cum eorum maiores, vt præenditur per D. Annibalẽ, viles artes exercuerunt, quia non est nouum in eadem agnatione inter diuersos colonellos, quòd aliqui gaudeant maiori nobilitate virtutis, & fortuna, vt quotidie*

tidie nos experientia docet, vltra quod satis est illos esse de eadem familia, vt resolutum fuit, nam cùm hoc Iuspatr. sit relictum dictæ familiæ, vtique omnes de dicta familia censentur vocati, vt fuit sæpe tentum signanter in Placentina Cappell. 13. Nouembris 1593. coram R.P.D. Penia. Extenditur hoc à *Rice. 2. par. decis. 22. & sequitur Nouar. in suis singularibus conclus. 63. sub num. 5.* vbi ita refert resoluisse Rotam, *decis. 697. ex recoll. à Farinacc.* etiam in familia allecta, seu aggregata.

88 Secundo casu subdit ipsemet *Viuianus*, scilicet quãdo non vocantur dicti seniores generaliter de familia, sed cum pronomine possessiuo nostra, vel mea, seniores sunt eligendi ex linea, & colonello testatoris. Fauet decisio illa Romana Iurispatr. *15.* Maij 1630. coram Merlino, ibi: *Quoties autem vocatur familia testatoris venire solùm familiam effectiuam: tradit Ruinus, &c.* vt supra retuli vers. cùm autem in fine, & ibi: *Et si familia hoc in loco contentiuè etiam acciperetur, absurdum posset considerari, quòd si antiquior, vti si sunt in linea transuersali isti fuissent potiores, & præferendi alijs senioribus ex colonello Cardinalis, & Episcopi ad textum in l. vnum ex familia §. si de falcidia vers. itaq; si cùm fortè vbi glos. in verb. vni ff. de legat. 2. etsi semel etiam ad seniores de colonello Christophori proueniisset Iuspat. non tamen in descendentibus eorumdem tanto tempore perseueraſſet, sed ad seniores alterius colonelli etiam trãsuersalis transiuisset, cum attendatur qualitas illa senioris. Calder. cons. 48. Lambert. de Iurepatr. p. 2. art. 33. quæst. 2 in fine. Rota in Ianuens. Iurispatr. 25. Iunij 1607. coram Card. Lancellotto Iuniore, quod sanè repugnaret, & intentioni Iacobi fundatoris, quem solùm suis hæredibus, quales erant filij Christophori prouidere voluisse credendum est.*

89 Hoc etiam præcipi posse ex obseruantia subsequuta, quia semper solùm præsentauerunt seniores de familia effectiua, seu colonello testatoris, habetur in eadem decis. ibi: *Hanc voluntatem Papa quòd solùm familiam effectiuam admiserit ad Ius præsentandi, benè suadet obseruantia subsequuta, cùm semper nè dum seniores de cippo Christophori solùm præsentauerint; sed etiã hoc cippo sublato, cognati præsentare continuauerint, &c.*

& c. descendentes verò à Laurentio numquam præsentarunt; quæ quidem obseruantia est optima interpres omnium dispositionũ l. si de interpretatione ff. de legib. Rom. cons. 271. num. 4. Surdus cons. 140. num 43. & consil. 362. num. 10.

Limita tamen, vbi aliter ex verbis fundationis constiterit, vt patet in decis. Papiens. Iurispatr. Collegij Ghislerij 19. Februarij 1601 coram Card. Lancell. quæ refertur à *Viuiano d. cap. 9. sub num. 75.* in qua cùm præsupponatur Pium V. Sanctissimæ Memoriæ, ad nominationem scholarium d. Collegij, vocare tres seniores de familia, his verbis: *De familia nostra Ghisleriorum oppidi Boschi Terdonẽ. Diœces. vnde nos originem traximus.* Et tamen fuit decisum, quòd

90 *Papa ibi non se restrinxerit ad illos de suo Colonello, ita vt voluerit distinguere familiam in familias, sed tantùm distinxit familias respectu loci, vt scilicet primò admitterentur illi de oppido Boschi; in secundo verò gradu nati extra oppidum, voluit enim oppidum suæ natiuitatis ad illustrandum ibi natos, aliisque præferre, non tamen inter eos aliquam differentiam constituere. Neque aliquid suadent ponderationes in cõtrariũ factæ. Non prima de pronomine (nostra) adiecto familiæ, quia eadem dictione vsus fuit, nè dum respectu vocatorum primo loco, sed etiam respectu vocatorum secundo loco, & in genere respectu totius familiæ Ghisleriorum; nam loquendo de Ghisleriis extra oppidum Boschi natis, & sic de iis, qui non erant de suo colonello, eos pluries appellat de familia cum eodem pronomine (nostra.) Nec secunda de alijs verbis, vnde nos originẽ traximus, quasi de ea tantùm familia intellexerit, à qua ipse ortum habuit, quia ad verbium illud (vnde) refertur ad oppidum, vnde ortum habuerat Papa, tamquam ad proxima, non autem ad familiam. Quod colligitur etiam ex alia vocatione eorũ, qui extra oppidum nati essent.*

91 Fuit etiam dubitatum, an quando reperiuntur vocati nepotes sui ab eodem fundatore ad Iuspatr. vt supra actiuum, intelligatur vocata familia tantùm effectiua, vel etiam contentiua, scilicet nepotes ex filijs, vel etiam ex fratribus fundatoris, & licèt Rota in Mediolan. Iurispatr. 18. Nouembris 1616. coram Pirouano, re-

soluerit pro familia effectiua, tamen die 19. Iunij 1617. coram eodem receſſum fuit à dicta reſolutione, & dictum, quòd cenſeatur vocata etiam familia contentiua; vtramque deciſ. habetis apud *Praxim Viuiani deciſ. 71. & 72.* Dixi, nepotes ſui; qui ſi ſunt vocati nepotes alterius, videndæ ſunt deciſiones Rotæ in Ianuenſ. Iuriſpatron. quas habetis apud *Viuian. lib. 4. cap. 2. poſt num. 85.*

92 Circa dubium illud, de patruo concurrente cum nepote ex primogenito in ſucceſſione Iuriſpat. loquendo de Iurepatr. reſeruato primogenitis, poſt alios *Riccius in Praxi deciſ. 223.* concludit patruũ excludi à nepote, vbi teſtatur ita ſeruari. Fauet *Capriol. lib. 1. de ſucceſſ. ab inteſtato num. 624.* vbi poſt alios, docet in Iurepatr. ſicut in feudis, quando tractatur de ſucceſſ. aſcẽdentium, ſemper filius intrat in locum patris, & ſic datur repræſentatio. Contrarium videtur concludere & benè *Riccius ſupra num. 229.* quando ad Iuſpatr. vocatus eſt proximior, Videte *Viuianum lib. 4. cap. 2. nu. 59.* vbi ampliat etſi legitima conſuetudine introductum ſit, quòd ſolus primogenitus ſuccedat in hæreditate paterna, iſte ſolus ſuccedet in Iurepatr. & tali caſu nepos ex primogenito etiam excludit patruum ſecundogenitum.

93 Sed pone, quòd in familia effectiua ipſius teſtatoris vnus tantùm ſit ſuperſtes, & ſic non reperiantur duo, vel tres, in quibus verificari poſſit diſpoſitio teſtatoris, vt præſẽtatio fiat à duobus, vel tribus ſenioribus, vel antiquioribus, &c. cùm certum ſit ob id non extingui Iuſpatronat. vt poſt *Seraph deciſ. 368. notat Ricc. in Praxi deciſ. 198. in fine, & Viuian. lib. 4. cap. 2. num. 32.* An tunc poſſit alius, vel debeant alij de familia contẽtiua, cum iſto vno de familia effectiua præſentare. Reſpõdetur cum eadem diſtinctione, de qua ſupra, vel Iuſpatronat. reperitur reſtrictum familiæ effectiuæ, vel non. Primo caſu non poſſunt concurrere ad præſentationem alij de familia contentiua, ſed ille ſolus præſentabit. Secundo verò caſu poſſunt. Percipitur hæc reſpõſio ex ead. deciſ. Romana Iuriſpatr. 15. Martij 1630. coram Merlino, ibi: *Non obſtat quòd cùm defecerit familia effectiua, nempè deſcendentes,*

dentes, apertum fuit hoc Iuſpatr. cęteris de familia contentiua, ad tradita per Ancharanum conſ. 27. Ruin. cõſ. 110. num. 14. lib. 2. Cardin. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 11. quoniam ſi admittimus Iuſpatr. eſſe reſtrictum ad deſcendentes Chriſtophori, & ſic intelligi de familia effectiuè, deficientibus deſcendentibus, non inde faciendus erit tranſitus ad tranſuerſales, quia in poſtremo deſcendente Iuſpatr deſinit eſſe gentilitiũ, & inde efficitur hæreditariũ; iuxta celebre conſ. Anchar. 51. num. 2. Pariſ. conſ. 47. nu. 21. lib. 4. Ferrett. conſ. 131. num. 10. lib. 1. vbi poſt Rocc. de Curte dicit quòd non reperiit aliquem tenere contrarium. Caſſad. deciſ. 1. num. 3. de Iurepatr. Rota deciſ. 385 num. 1. & ſeq. par. 1. diuerſ. & melius coram Card. Seraphino deciſ. 364. num. 3. & ſeq. Et ita intellige *Viuian. ſupra docentem dicto lib. 4. c. 2. num. 32.* Quòd vbi tres de familia præſentare debent, & illa redigatur in vnum, non extinguitur Iuſpatr. ſed vnus præſentabit, allegat Card. Seraph. deciſ. 364. & Ricc. in Praxi deciſ. 198. vt videtur innuere eod. libr. 4. idem Viuian. cap 9. num. 53. & ſeq. ibi, & denique hic notandum, quòd ſi præſentatio ſit facienda per ſeniores de familia, quando familiæ dumtaxat fuit reſeruatum Iuſpatron. & taxatiuè, tunc extincta familia, extinguitur Iuſpatr. aliàs ſi non ſit reſeruatum familiæ cum dicta taxatiua, tranſit ad hæredes, etiam extraneos, allegat *Stephanum Gratianum adducentem Rotæ deciſiones in ſuis diſcept. Forenſ. cap. 645. num. 10.*

94. Quæ eſt prima extenſio limitationis, quam afferunt communiter DD. cùm docent, quòd etſi regulariter Iuſpatr. gentilitium, extincta familia, efficiatur hæreditarium tranſeundo ad hæredes vltimi patroni, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, vt latè in pluribus deciſionibus ſupra relatis & in ſpecie *hac eadem Praxi num. 54* & in Aliphana Iuriſpatr. 1. Iunij, & 4. Iulij 1629. coram Ghislerio, & ſæpè alibi Rotæ, vt per *Viuian. qui innumeros citat dicto libr. 4. cap. 9. in princip.* tamen ſubdunt, id non habere locum, quando familiæ fuit reſeruatum Iuſpatron. cum taxatiua. *Ricc. deciſ. 60. par. 2. & in Praxi deciſ. 206. num. 254. & habetur in deciſionibus in cauſa Cremon. Iuriſpatron. coram Robu-*

Robustelio apud Viuian. lib. 4. cap. 2. sub num. 14. quia hoc extenditur etiam vbi taxatiua, & restrictiua est facta ratione familiæ effectiuæ, nam illa extincta, vt supra dictum est, non transit ad familiam contentiuã, nec fit libera Cappellania, sed transit ad hæredes vltimi de familia effectiua, vt supra. Nota tamen quòd in dubio, quando testator voluit Iuspatr. esse de sua familia, parentela, &c. non debet intelligi taxatiuè, sed demonstratiuè, ut per *Seraph. d. decis. 364. & habetur in dictis decis. in causa Cremon. apud Viuianum præcit. cap. 2.*

91 Quando autem in Iurepatron. gentilitio vocati sũt ad præsentãdum proximiores ex descendentibus, & successoribus, extantque diuersæ erectiones à diuersis, qui concurrerunt in dotationem Cappellaniæ, cuius proximitas sit attendẽda, clarè percipi potest ex decis. Rotæ in Salamantina Cappell. 27. Maij 1630. coram Ghislerio, quæ cùm loquatur in terminis Iurispatronatus passiui, eam trãscribere putauimus Praxi 6. in secunda parte.

De probatione descendẽtiæ ad finem successionis in Iurepat. gentilitio.

96 *Descendentia non solùm probatur per testes, sed etiam per scripturas, itẽ per famam. & nu. 100.*

97 *Testes deponẽtes super descendentiam, quando debeant deponere de gradibus distinctis, & quando sufficit si de ea deponant in genere, & num. 99.*

98 *Testes quando examinantur super descendentiam quis debeat citari patronus, vel præsentatus. Testis vnus deponens de fama non sufficit. num. 102.*

101 *Scripturæ quæ probent descendentiam enunciatiuæ instrumenti. ibid. & nu. 103. Qualis debeat esse dicta enunciatiua, quibus adminiculis debeat coadiuuari si est vnica. num. 105.*

106 *Successione, quomodo probetur descendentia.*

107 *Libro catastri vel ciuitatis in quo nati describuntur propter officia probatur descendentia.*

108 *Præsentationibus admissis ab Ordinario, vti à descendente, probatur descen-*

descendentiam.

109 *Descendentia an probanda à fundatore, vel ab vltimo præsentante.*

110 *Fratris vnius probata descendentia, remanet probata aescendentia alterius fratris.*

96 DEscendentia, proximitas, vel quòd quis maior sit natu pro lurepatronat. actiuo, de quo hic loquimur, probatur per testes, vel scripturas, vt in Ianuen. Abbatiæ 24. Maij 1624. coram Buratto, quæ apud *Vivian. est decisio 36. num. 11. in fine*. & latiùs in Pistorien. Archidiaconatus 15. Ianuarij 1619. coram Pirouano in fine, ibi: *Neque etiam dubitari potest, quin Franciscus, qui præsentauit Ioannem Baptistam, sit descendens à Iannotio Pandulphino, & maior natu, & sic habeat qualitates requisitas in donatione, quia testes dati vtrumque requisitum benè iustificant, sed magis qualitatem maior natus Francisci, & descendentia à Iannotio Pandulphino plenius probatur ex attestatione Officialitù Ciuitatis Florentiæ desumpta ex libro publico extractionis officialium, vbi omnes, qui nascuntur propter distributionem officiorum, diligenter annotantur, cui libro in his terminis probandæ descendẽtiæ, Rota fidem adhibuit in Florent. Fiscal. comm. de Guidaccijs 21. Iunij 1627. coram D. meo Dunozetto, & priùs in alia Florentin. Cappella 26. Aprilis 1619. probatur etiam descendentia ex arbore, & testibus, vt in illa Lunen. Sarzan. benefic. vltimæ Maij 1627. coram Durano.* Imò quando agitur de lurepatr. restricto ad certum gradum, vt quòd sit proximior, non sufficit, si testes probent descendẽtiam in genere, sed probare debent gradus distinctos. *c. licèt ex quadã vbi doctores, et Parn. in specie n. 12. de testibus.* Et pluries fuit resolutũ per Rotam, vt per *Vivian. dicto cap. 9. nu. 17. latè Marescottus var. resolut. lib. 1. cap. 70. & Riec. decis. 194. par. 4. & in Praxi nouissima resolut. 155. refert decis. Rotæ coram Mantica.* Vbi etiam firmat, quòd si probatio in vno gradu deficiat, destruitur in alijs, quod fuit cõfirmatum ab eadem Rota apud Cocc. decis. 505. & notat *Nonar. conclus. 95. num. 13.* Adde quod nec adest pro hoc casu differentia, etiam quando luspatr. est reseruatum familiæ in genere, ita vt comprehen-

dat non solùm effectiuam, sed etiam contentiuam, & quando vocata est familia tantum effectiua. Rota in decis. Papiens. Iurispat. Collegij Ghislerij 19. Februarij 1601. coram Card. Lancell. ibi: *Cùm autem N. Petri Antonij filius, ad excludendos filios Peregrini, videlicet D. Sebastianum, Antoniam, &c. probasset per gradus distinctos se esse de eadem familia Ghisleriorum, à qua ortum habuit Pius V. dictus verò Sebastianus, & alij descendentiam per gradus minimè necessariam esse prætendentes, cùm ostendissent in actis sufficienter ipsos esse de familia Ghisleriorum..* Et postea: *Cuius dubij resolutio pendebat ab ea inspectione, An Pius V. vocando familiã intellexerit de suo colonello, vel de familia in genere.* Et sic videtur determinatum dubium, quòd aliàs reseruauit. Rota decis. 26. in fine apud *Viuianum*. Quando est vocata familia, an teneatur quis probare descendentiam, vel sufficiat probare, quòd sit de agnatione, quod clariùs videtur decisum in Mediolanen Iurispatr. 30. Octobris 1617. quæ inter recoll. à *Viuiano est* 73. vbi in casu, quo fuerunt vocati ad Iuspatronat. actiuum tres nepotes, fuit dictum, quem non teneri probare descendentiam per gradus distinctos, sed tantùm esse de agnatione, in qua subijciũtur illi tres nepotes refert eandem decis. *Riccius in sua Praxi probationis Iurispatr. resolutione* 159.

98. Circa examen testium in hac materia quis debeat citari, adest decisio in illa Aquilana 14. Martij 1629. coram Durano, ibi: *Nec obstare visum est, testes prædictos examinatos in causa vertenti super pertinentia Iurispatr. inter Palmam, & Gabrielem non probare contra Dominicum nõ citatum, ad l. de vnoquoq; vbi Glos. ff. de re iudicata, quia immo verius est processus, & sentẽtiam inter patronos præiudicare præsentatis scientibus, vt hic, causam inter illos. Glos. communiter approbata in cap. suscipientes §. cæterum verbo nullum præiudicium de elect. in 6. Bald. in l. si sine nu. 23. de re iudicata Lambert. de Iurispatr. lib. 2. par. 2. quæst. 11. art. 9. nu. 2. Rota 12. Ianuarij Abbatia 2. Maij 1624. coram b. m. Buratto.*

99. Testes debent deponere cognouisse maritos & vxo-

res,

res, & specificare nomina, & cognomina, & matrimonia, cum aliis signis ad hoc vt probent descendentiam per gradus distinctos. Rota in illa Veliterna 16. Februarij 1609 coram Caualerio, quam refert *Riccius in dicta Praxi resolutione* 213. quæ decis. est 46. apud Caualerium.

100 Probatur etiam aliquando in antiquis per famam, vt per *Ricc. in Praxi decis. 155. quibus illic allegatis adde Bald. in l. cùm super C. de rei vend.* vbi dicit hæc verba: *Ista lex facit apertè ad quæstionem nobilitũ, qui prætendunt antiquissimum Iuspatr. & non possunt probare vllo modo, quòd descenderint per matrimonia successiua, & legitimam consequentiam, quòd scilicet sufficiat probare per inditia, & per famam.* Refert, & sequitur *Barbat. cons. 6. & 17. num. 26. volum. 2. Roland. à valle cons. 3. num. 6. vbi n. 48.* Subdit quòd fama debeat esse vniformis, nec de ea debet esse contradictio apud peritos, & sic non sufficit leuis, vaga, & contraria, vt faciat plenam probationem, videte, eum, & ita procedunt, quæ in simili notat *Ricc. decis. 288. par. 4. à num. 4.* Ex quo diximus supra descendentiam probari non solùm per testes, sed etiam per scripturas. Adde verba decisionis Compostellanæ Parochialis 12. Nouembris 1629. coram Merlino, ibi: *Quòd autem illi de Garzia descendãt à Bartholomeo, & alij de Zerpe descendant à Ioanne pro rata portionis illius beneficij, probatur ex testibus, qui deponunt de publica voce, & fama, & de communi reputatione, & proinde sufficienter probant ad effectũ, de quo agitur cùm simus in antiquis, &c. præsertim cũ ijdem testes deponunt de successione eorum in bonis, & hæreditate patronorũ, ascendentium, quæ successio solet conferre ad probandam descendentiam, &c.* Habetis dictam decisionem in fine Operis.

101 Quæres, per quas scripturas probetur descendentia? Respondetur, probari primò ex enunciatiuis instrumentorum antiquorum quæ succedunt loco testiũ, vt habetis in Regiensi Iuspatr. 10. Maij 1623. coram Pirouano, quæ apud *Viuianum est decisio 16.* Dixi, enũciatiuis, quia non sufficit vnica, sed ad minus duorum instrumentorum, quæ originem habeant à personis

non suspectis : *Riccius in dicta Praxi nouissima resolut. 157. sub num. 40.* quibus illic allegatis addimus decisionem Rotæ in Mediolan. Iurispatr. *15.* Iunij 1618. coram Pirouano, quæ inter recoll. à *Viuiano post suam praxim est decisio 74* vbi etiã apparet, qualis debet esse ista enunciatiua, & quando vnica enunciatiua adiunctis adminiculis ad hoc sufficiat, quæ decisio cùm sit notabilis in hac materia, hìc illam referam : *Dubitatur an DD. de Cortesella probent se esse de agnatione contentiua ad effectum de quo agitur, non probari, fuit resolutum, quia fundamentum probationis deducitur ex Instrumento anni 1401. in quo enũciatur Clemens filius q. Petri de Cortesella, qui Petrus ex alio Instrumẽto anni 1295. enunciatur Patronus, dum præsentauit Gulielmum de Cortesella filium, quondam Iacobi, & exinde inferibatur, sufficere probare descẽdentiam ab eo. Verùm cùm vnicum sit Instrumentum, & vnica enunciatiua, visum est probationem non concludere, quia sicuti ad probandum factum antiquum non* 102 *sufficeret vnicus testis super fama deponens. Bart. in l. minore §. plurium num. 19. vers. quęro qualiter probetur ff. de quæstionibus. Decius cons. 272. num. 10. Felin. in cap. 3. loco n. 5. de præsumpt. sed plures, saltem duo requiruntur, vt per Clarum in Praxi criminal. §. vltimo q. 6. num. 10. ita vt non vnica, sed plures debent esse enunciatiuæ, quæ succedunt loco testium ad manifestandum factum antiquum. Granett. de antiquitate temporis par. 1. §. ampliatur nu. 8. & Rota diuers. idem firmauit decis. 462. num. 3. par. 1. & decis. 130. par. 2. & in Maceraten. hared. 13. Februarij 1607. coram R. P. D. Man-* 103 *zanedo.* Enunciatiua igitur debet esse de paternitate eius, in quo consistit fundamentum probationis descendentiæ, & clariùs habetur, in alia decis. pro eadem causa 14. Iunij 1619. coram eod. quæ est *decis. 71. apud Viuianum.* Vbi habes quando non sufficit enunciatiua fraternitatis, quin vnus ex fratribus prædicetur de eodem patre filius, nempè quando non sunt simplices enunciatiuæ, sed potiùs dispositiuæ, & expressiones qualitatum, sine quibus res geri nõ poterat Adde verba decis. 61. apud Caualerium, vbi habes, quando etiam quod non

sint

sint antiquæ dictæ enunciatiuæ probent descendentiam.

104 Quò ad secundum, qualis debeat esse talis enunciatiua. Respondet Rota in eadem Regien. quòd non debet esse æquiuoca circa nomina, ibi: *Præterea cùm de anno 1401. seculum intercesserit, in quo multæ personæ eiusdem nominis, & nasci, & mori potuerint, quãuis impossibile non sit secundùm naturam, Clementem tanto tempore superuixisse, attamen ista identitas, in qua consistit totum fundamentum propter possibilem istorum nominum æquiuocationem de Ciuitate Mediolani, & Ciuitate Cumi, concludentiori probationi eget, & animaduertit Abb. in cap. cùm Ioannes sub num. 16. de fide instrum. Decius cons. 36. nu. 4. vers. Primò quia.*

105 Quò ad tertium, quando vnica enunciatiua dicatur sufficere cum adminiculis, &c. Respondet Rota in Regien. ibi: *Non obstat quòd etsi vnica enunciatiua in antiquis non probet, iunctis tamen adminiculis, sufficere voluerit, Affl. & Vrsill. ad tamdem decis. 83. num. 3. & sæpius in Rota resolutũ fuerit, vt in Spoletana bonorum 6. Martij 1592. coram b. m. Penia, & in Burgen. Cappell. 11. Decembris 1600. coram Corduba, quia limitatio est vera, ex quo imperfectè qualibet probatio potest impleri ex enuntiatiuis taliter quòd plenè probet, vt latè per Gabr. de probat. cõclus. 1. Sed itidem necessarium est, quòd in sua specie concludãt pro necesse, non autem pro possibili, vt dicit Bald. in l. spadonem §. qui iura ff. de excus. tutor. talia autem non sunt adminicula, quæ afferuntur, quia tractatus, & nominationes ab eis, qui præsentauerunt, quòd essent consanguinei testes deponentes, quòd habuerint consanguineos in Ciuitate Mediolani, & cùm eis essent ad inuicem consanguinei, & de eadem casata, identitas insignium, & armorum, demum publica vox, & fama non distinguit familiam cõtentiuam ab alia non contentiua, cùm poterat esse de familia Cortesellarum, tamen de contentiua, puta descendentes ab alio stipite, vel ex fœminis de Cortesellis Mediolan. vel è contra Cortesella Mediolan. nati ex fœminis Cortesellis currentibus, & hoc modo contracta affinitas, tractata sit, & nominata, & famigerata per testes, quæ*

non

non sufficit propter dubium, de qua affinitate censerit c. in præsentia de probat. l non hoc C unde legitimi, quin immo visa sunt urgentiores cõtrariæ coniectura, nempè magna distantia temporis ab anno 1293. vsque ad præsentationem de anno 1300. in qua non interuenit neque Clemens, neque Petrus. cùm tamen illi patroni, qui antea præsentarunt, interuenerint, & similiter non leguntur præsentare in alijs duobus de anno 1369. & & 1400 conformitas nominum similium in eadem Ciuitate Cumi, etsi sub nomine diminuitiuo Petrinoli, cũ tamen iustificetur ex qualitate exercitij mercaturæ huic nomini adictæ, qua continuata est vsque ad præsens in eadem hac familia, ac demùm ex priuilegio Ciuilitatis obtentæ, quod verè originarijs necessarium non est, (vt iam dictum est), ex quibus omnibus videbatur has familias inter se non pertinere, aut aliquid commune inter se habere.

106 Secundò probatur ex enunciatiuis, in quo hæres quis instituatur à patrono, vt habetur in Regiens. 10. Maij 1623. coram Pirouano, ibi: *Quòd descendant saltem ab ijs, qui sunt in possessione quasi præsentandi; &c. probatur quia ex Luca descendit Ioseph, qui fuit pater eorumdem Hieronymi, & Raphaelis, pro vt indicant duæ enuntiatiuæ Instrumentorũ, quæ dantur, & melius probant testes dati in summario num. 9. & quòd ipsi prosreati fuerint ab ipso Ioseph, probatur ex testamento eiusdem Ioseph, in quo hæredes instituuntur, qui actus tam quam proportionabilis filiationi solet probare Ruinus cons. 53. num. 6. lib. 5. Rota Romana 2. Iunij prætoriti coram R. P. D. Vbaldo &c.* Item etiam in Florent. Cappellæ 26. Aprilis 1619. coram Pirouano, vbi etiam habetis, quòd ex aditione hæreditatis paternæ probatur descendentia, ibi: *Quòd autem Dominicus, & Veggia fuerint filij Franciſci, & Veggia soror, & hæres Dominici, & quòd Raphael fuerit filius, & hæres dictæ Veggiæ, probatur ex testamento anni 1588. eiusdem Dominici, in quo se enunciat filium Franciſci, & hæredem instituit Veggiam quõdam Frãciſci eius sororem, qua illius hæreditatem adiuit de anno 1588. & Raphael illam Veggiæ pariter adiuit de anno*

1591.

1591. *Ac demùm filij Raphaelis, & instituuntur, vnde cùm omnes prædicti actus sint de proportionabili, probantur ex modo, quo de alijs dictum fuit.* Fauet Rota in Cõpostellana Parochiali relata supra *sub num.* 100 vbi hoc asserit vniuersaliter de successione, quòd scilicet multùm cõferat ad probationem descendentiæ, tãtò magis probatur ex enunciatiua, in qua quis vocatur filius, vt latè per *Riccium in præcitata Praxi resolut.* 153.

107 Probatur tertiò ex enũciatiua Catastri, in quo aliquis nominetur filius eius, qui fuit patronus, vel in eadem Florent. Cappellæ 26. Aprilis 1619. coram Pirouano, vbi etiam reperies alium modum probandi, scilicet per enuntiationem bonorum patris in filium, ibi: *Descendentia Francisci sufficiẽter iustificatur ex Catastro anni 1498. & 1535. in quo nominatur Franciscus Ioannis, & in actu continuationis bonorum de persona Ioãnis patris in ipsũ Frãciscũ eius filium, qui proportionabilis est l. cùm miles cũ glos. ff. quibus ex causis maiores § sui autem institutionibus de hæred. quæ ab intestato &c & cùm concurrunt pro adminiculo duæ enunciatiuæ de anno 1559. ex eodem Catastro per modum continuatiuum, ibi, & postea dicta bona in Dominicum de Francisco de Ioanne, & de anno 1588. in actu additionis factæ per Veggiam de hæreditate Francisci eius fratris iustificatur illa prima enuntiatiua cum actu proportionabili, ne dicatur propter aliud emissa. Paris. conf. 13. num. 29. vol. 2. & probat, & quòd non sit supra centum annos, vt dictum fuit in Bononien. de Gozzadinis 18. Decembris 1606. coram D. Cardinali Lancell. & in altera Bononien. de Pretis 17 Iunij coram R. P. D. Vbaldo, & coram me in Bononien. fidei-commiss. de Cattaneis 9. Februarij 1615.* De alio libro Ciuitatis vbi statim nati describuntur propter officia, facit mentionem alia decis. Florentina, de qua supra *sub num. 96.* De alijs modis probandi descendentiam, filiationem, fraternitatem, quò ad omnem materiam, videte *Simonem de Pretis in suo tractatu de interpretatione vltimæ voluntatis lib. 5.*

108 Probatur 4. ex quo Ordinarius admisit præsentationes factas vti à descendente, vt per Rotam in Veliterna Iurispatron. 16.

Ee

Februarij 1609. coram Caualerio, quæ inter impressas suo nomine est decis. 46. vbi etiam habes quomodo probetur filiatio, & latiùs decis. 61.

Quæri item circa hanc materiam pôtest, an descẽdentia debeat probari à primo fundatore? Et respondetur negatiuè, sed sufficit si probetur ab eo, qui vltimò fuit in quasi possessione præsentandi, pluries in Rota decisũ fuisse testatur *Nouarius in suis singularibus, conclus. 95. nu. 15.* post Ludouisium, qui postea fuit Gregorius XV. S. Pontifex, & repetit *Riccius in Praxi nouissima Iurispatr. resolut.* 151. Addo Rotam in Mediolan. Iurispatr. coram Pirouano 8. Iunij *1618.* ibi: *Et exinde inferebatur, sufficere probare descendẽtiam ab eo, qui semel præsentauit, & fuit in quasi possessione præsentandi, & sic ab vno ex agnatis, non autem à communi stipite, vt per gloss. in cap. ex quadã in verbo gradus, de testibus. Nauarr. cons. 388. num 3. Lambertinus de Iurepatronat. lib. 2. part. 2. quæst 10. artic. 4 nu. 2. quod etiam fuit dictum in vna Papiensi Archipresbyteratus 26. Iunij 1602. coram Cardin. Pamphilio, & aliàs sæpè.* Vnde hanc opinionem sequi Rotã habetur expresè in Regien. Iurispatr. 20 Maij 1623. ibi: *Quòd autem descendant saltem ab ijs, qui sunt in possessione præsentandi, & sufficiat secundùm opinionem, quam tenuit Rota, vt in decis. 146. num. 2. & decis. 274. num. 8. part. 2 & in recent. & in Bonon benef 9. Iulij 1611. coram R. P. D. Vbaldo, &c.* Quòd est adeo verum, vt eadem Rota etiam sæpius resoluit, vt qui est in quasi possessione præsentandi non teneatur probare descendẽtiam, vt infra dicetur. Videatis pro nunc *Nouarium post Rotam, & alios citata conclusione 95. num. 14. & Riccius in supra citata Praxi resolutione 158.* Sicuti probata descendentia vnius fratris censetur probata descendentia alterius fratris, idem *Riccius resolut. 156.* vbi etiam *resolut. 201.* refert decis. Rotæ, & *resolut. 154.* probat quòd sententia lata super pertinentiam Iurispatron. pro vno fratre, prosit alteri fratri, secus si lata esset contra pertinentiam; sed quid si negaretur qualitas hæreditaria in eis qui vltimo loco præsentauerunt? Respondet Rota in vna Laudensi

Cap-

Cappellaniæ apud *Caualeriū decis.* 382. hoc non obstare, sed sufficere, quòd præsentantes de tempore præsentationis, fuerint in gradu successibili, absque eo, quòd probaretur adiisse hæreditatem; sed hoc pertinet potiùs ad Iuspatronat. mixtum, de quo infra.

Quæ personæ succedant in hoc Iurepatronatus gentilitio.

111 *Fœminæ an succedant in Iurepatron. gentilitio, quid vbi essent vocati illi de stipite, vel trõco. Quid si sint vocati descendentes per virilem sexum, seu lineã masculinã. nu. 113. Quid si non extent masculi. num. 114.*

115 *Statutum exclusiuum fœminarum stantibus masculis, non se extendit ad Iuspatronatus gentilitium.*

116 *Maritus quando præsentet in Iurepatronat. vxoris.*

117 *Descendentes ex fœminis an succedant in Iurepat. gentilitio.*

118 *Legitimi filij an succedant in Iurepatr. gentilitio.; Quid in feudo, vel Emphyteusi Ecclesiastica sub num. 120 An excludant substitutum num. 122.*

119 *Argumentum de feudo, ad Iuspatron. validum est.*

120 *Princeps potest præiudicare in acquirendis, non autẽ in acquisitis, & quãdo possit tollere ius tertij. num. seq.*

123 *Legitimati filij per subsequens matrimoniũ, sunt verè filij non per machinamentum vt legitimati per rescriptum, succedũt in Iurepatr. gentilitio. Quid de successione in feudis, emphyteusi Ecclesiastica. ibid. Quis filius per subsequens matrimonium censeatur legitimus. num. 125. Limitationes, num. seq.*

127 *Adoptiui vel arrogati filij quando succedant in Iurepatr. gentilitio, quid de successione in feudis. vel emphyteusi Ecclesiastica, ibid.*

128 *Illegitimi filij an & quãdo succedant in Iurepat. gentilitio, & tribus n. seqq.*

132 *Illegitimorum quæ sunt genera, & qui sint illi qui aliquãdo non succedunt in Iurepatr. gentilitio, ibid.*

135 *Filius illegitimus illegitimi an succedat in Iure-*

patron. gentilitio.

136 *Filij nati in figura matrimonij qui sint, & an succedant in Iurepatron. gentilitio.*

137 *Filius emancipatus an succedat in Iurepatron. gentilitio, quid de filio exhæredato, ibidem in fine.*

138 *Monasterium ex persona ipsius religiosi an succedat in Iurepatron. gentilitio ipsius religiosi, vel quòd ex morte alicuius illi competeret post professionem, in seq.*

140 *Religiosus non gaudet iure primogenitura, quòd videatur amittere quodammodo nobilitatem. ibid*

141 *Monasterium quomodo se habeat loco filij.*

142 *Fratres & Sorores Tertij Ordinis an succedant in Iurepatr. gentilitio.*

143 *Fratres ex uno latere an succedant in Iurepatr. gentilitio, quid de successione feudorum. ibid.*

144 *Familia extincta, Iuspatronat. gentilitium transit ad hæredes extraneos, sitque hæreditarium.*

NVnc autem explicandum in particulari, quæ personæ sint de familia, vel parentela, &c. vt possint succedere in hoc Iurepatronatus.

111 Quærimus primò de fœminis, an sicut ipsæ succedunt in Iurepatr. hæreditario, vt supra dictum est suo loco, ita etiam succedant in hoc Iurepatr. gentilitio, & videtur affirmatiuè respondendum, quia fœminæ sunt de familia, & parentela, & ideo succedunt in hoc Iurepatron. gentilitio, ita per *Viuian. lib. 4. cap. 2. num. 45.* quia vt inquit ipse post Rotam etiam in fœminis durat agnatio, latè ante ipsum *Ricc. in Praxi decis. 175. num. 123.* vbi hoc ampliat etiam in fœminis nuptis, etsi Rota hoc videatur ap-

112 probare, vbi reseruatur Iuspatronat. illis de stirpe, vel tronco fundatoris, vt in Placentin. Cappell. *16.* Maij 1620. ibi: *In prima parte benè sententia iustificatur, quia ex tenore fundationis, qui deducitur ex testamento Sanctiæ Carauacial, colligitur quòd post mortem patris primo loco vocati, succedere debet eiusdem filius maior, & deinceps illi, qui descenderint ex suo stipite, seu ex suo tronco, quo casu fœmina de stirpe, seu tronco Petri comprehensa, & vocata dicuntur, cum non sint incapa-*

cei

in Iurispatr. c. fin. de conceſſ. prebenda. t. ex litteris de Iurepatr. Rotæ. eod. tract. verbo competens q. 1. Caſſad. deciſ. 1. de Iurepatr. Garzia poſt alios p. 3. cap. 9. num. 144. Non tamen videtur id affirmare, vbi ſimpliciter eſſent vocati tantùm agnati, & ſic eſt Iuſpatronat. gentilitium, vt habetur in ead. deciſ. Placen. in fine: *quia ibi non fuit habitus reſpectus ad agnationē, vt clarè demonſtrant verba huiuſmodi fundationis, tunc in ſtirpe, & tronco veniunt comprehenſæ etiam fœminæ, Caſſad. deciſ. 1. de Iurepatr. latè Pariſ. conſ. 35. num. 3. 4. 5. & 6. lib. 3. cap. 9. num. 10.* Ergo quando eſt habitus reſpectus ad agnationem, & familiam, quo caſu, vt in principio huius §. dictum eſt, dicitur Iuſpatr. propriè, & merè gentilitium, fœminæ non veniunt, ita *Riccius mutando ſententiam 3. par. Praxis reſolut. 580.* videtur dicta deciſio procedere iuxta deciſ. inter recoll. à *Viuian. 63.* vbi quòd quando ſunt
113 vocati deſcendentes per virilem ſexum, ſeu lineam maſculinam, non cenſeatur excluſa fœmina deſcendens ex maſculo, & ita clarè loquendo ſcilicet filias fœminas eſſe incapaces Iuriſpat. gentilitij, arguitur ex pluribus deciſ. Rotæ, vbi etiam præſentationibus factis à fœminis, arguitur Iuſpatron. fuiſſe hæreditarium, vt poſt *Stephan. Gratia. deducit Moretti. poſt lib. 14. cap. 2. Viuian. num. 56. & nos ſupra diximus, §. precedenti à num. 42.* ad *num 46.* declaratur an hæc procedant in fœmina nupta in ead. familia.

114 Intellige tamen extantibus maſculis, quia vbi Iuſpatron. ad vnam perſonam debet prouenire, tunc veniunt fœminæ, dummodo nō ſint expræſsè excluſæ à fundatore: ita ſubdit Rota eadem deciſ. Placent. ibi: *Neque refert quòd huiuſmodi patronatus tranſire debeat ad primogenitos, quia eodem modo ceſſante concurſu maſculi, ſuccedit fœmina, niſi expræſsè excluſa. Mol. de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 4 Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 5 num. 1. verſ. rurſus.* Quando dicit (excluſa) Rota intelligit à teſtatore, ſeu funda-
115 tore, quia ſi fit excluſa à ſtatuto, nihil refert pro hoc Iurepatr. gentilitio, cum licèt ſtatutum tale poſſit extendi ad Iuſpatron. hæredit. ratione priuationis hæreditatis, non autem ad gentilitium ratione defectus potestatis ſtatuentium ad iſtud

ius, quod habet annexam spiritualitatem, quod transit absque hæreditate, fauet in simili decisio illa Lucana Iurispatron. 12. Iunij 1606. coram Coccino, quæ inter recoll. à Viuiano est decisio 106. in fine: *Quando non extant masculi de familia, tunc fœmina succedit in Iurepatronat. gentilitio, tamquã ea, in qua verificatur parentela, & familia*: & sic procedere possunt allegata per *Ricc. & Viuian. supra*, & quod docet *Molfes. ad Consuetud. Neapol. par. 4 cap. 40. num. 4.* vbi concludit secundùm easdem consuetudines in defectu masculorum succedere fœminas ad Iuspatr. vt in alijs bonis, de qua doctrina facit etiam mentionẽ *tract. 6. Summæ cap. 5. num. 49. in fine*. Si verò eueniat casus, vt fœmina succedat ad Iuspatronat. ipsaque nu-
116 bat, quæri potest an Ius præsentandi spectet ad ipsã vxorem, vel ad virum, vt videre est apud *Ricc. in Praxi decis. 223. Garz de benefic. part. 5. cap. 9. à num. 147. & alios, quos refert Molfes. lib. 6. Summæ cap. 5. num. 5.* qui concludere videntur, quòd quando Iuspatronat. transit cum vniuersitate bonorum, tunc spectet ad maritum præsentatio, qui habet administrationem, qui subsinet onera matrimonij; secùs si successerit vxor postquam fuit nupta in Iurepatronat. quia tunc ipsa istorum bonorum extra dotem est domina, nisi det administrationem marito, vt diximus in nostro tractatu de Off. & potest. Confess. Recoll 11. sub num. 88. Quæ ratio est vera non solùm in Iurepatr. hæreditario, in quibus terminis loqui videntur citati DD. sed etiam in gentilitio, quia & si tale Iuspatron. sit personale, idest non adhæret fundo dotali villæ, &c. tamen transit cum dote quæ est vniuersitas, maximè quãdo, vt supponimus, dantur in dotem omnia bona, iura, & actiones, vt ex stilo Notariorum fieri solet in simili casu, & latiùs apparebit infra *cùm in specie de pertinentia Iurispatronat. ratione translationis vniuersitatis bonorum*.

117 Sed quid de descendentibus ex fœminis an succedant in dicto Iurepatron. gentilitio? Dic, quòd non succedant stantibus agnatis, vt *per Viuianum d. lib. 4. cap. 2. sub n. 47. & Nouarium apud suum Riccium in Praxi nouissima resolut. 232. num. 2. vide Caualerium decis. 296. num. 6. vbi quòd fœmina exclusa*

clusa à statuto, censetur etiam exclusus natus ex ea. Possunt igitur succedere tamquam extranei, extincta familia, si succedunt, sicut hæredes ex testamento, vel ab intestato vltimæ personæ ab intestato, vel ex testamẽto, quia vt dictum fuit supra sæpiùs, Iuspatronat. gentilitium sine taxatiua, extincta familia, efficitur hæreditarium.

118 Secundò queri potest de filijs legitimatis per rescriptum Principis, an succedãt in eodem Iurepatron. gentilitio. *Rice. in Praxi decis. 203. sub num. 239.* Vbi allegat decis *505. 1. part. diuers.* Respondet affirmatiuè illos succedere in hoc Iurepatr. gentilitio, quia legitimatio tollit omnem maculam, subdit tamen hoc esse verum, quando in legitimatione expressa esset qualitas defectus, & qualitas matris, & quòd modica obreptio sufficiat ad vitandam legitimationem, etsi contineat sub se ampliſſimas clausulas, sed meliùs distinguas inter legitimatum à Principe seculari & legitimatum à Papa; legitimatus à Papa, vt supra succedit in Iurepatr. gentilitio, non autem legitimatus à Principe seculari, quidquid *Viuianus d. lib. 4. cap. 2. sub num. 69.* videatur affirmare non solùm in legitimato vt supra à Papa, de quo non est dubium, sed etiam in legitimato à Principe seculari. Ratio diuersitatis est manifesta, nam secundùm communem opinionem, Princeps secularis legitimãdo, tollit vitium de iure ciuili, non autem vitiũ, quod de Iure Canonico prouenit vt habetur *in cap. 1. dist. 10. vbi notant omnes DD. & in cap. per venerabilem extra qui filij sint legitimi*, vbi hãc afferunt differentiam inter restitutionem famæ factam à Principe seculari, & legitimationem, quia illa iuuat etiam quò ad spiritualia, non autem ista. De Iurepatronat. in specie, & emphyteusi Ecclesiastica loquendo docet *Præpositus in d. cap 1 num. 16. dist. 10.* Dicit indubitatum. *Rocc. de Curte d. tract. de Iurepatron. verb. competens num. 8.* Sed quia supra dictum est, non posse patronos successores præiudicare consanguineis, & de familia vocatis ex prouidentia testatoris. *ex l. vnum ex familia § 1. ff. de leg. 2. cum alijs adductis post Rice. à Viuiano lib. 4. cap. 2. sub num. 24.* quod verificatur in Iurepatron. isto gentilitio, ideo potest quæri, quo-

quomodo per talem legitimationem factam à S.P. potest succedere legitimatus? Præsupponimus enim hic, non interuenisse agnatorum citationem, & consensum in legitimatione, quo casu propriè dicitur fieri præiudicium, vt per DD. supracitatos? Respondent aliqui, hoc esse præiudicium per accidens, non per se, quia à S.P. declaratur legitimus, & sic de familia, quod in consequentiam trahit, vt succedat in Iurepatron. actiuo patris §. *illud* ibi *Nihil à legitimis differentes, Authentico quibus modis naturales efficiantur sui*, licèt secùs sit in legitimatis per oblationem Curiæ. §. *filium verò eod. illo titulo*. De quo modo cùm hodie non sit in vsu, vt per *Capriol. lib. 1. de succeff. ab intestato num.* hìc non loquimur, sed si hi Doctores volunt, ideo succedere per accidens legitimatum in Iurepatr. quia declaratur legitimus, qui succedit ipsi patri, & sic Iuspatr. transeat cum vniuersitate bonorum in eum, benè loquuntur, sed hoc non adaptatur Iuripatr. gentilitio merè, de quo hic loquimur, sed hæreditario, aut mixto, sauet in simili *Decis. Lucana Iurispatr. 12 Iunij 1606. coram Coccino, quæ inter recoll. à Viuiano est decis. 106.* vbi ob hanc rationem quòd gentilitium Iuspatron. non comprehendatur in statuto sæculari priuationis bonorum pro crimine læsæ maiestatis.

Ideò vt huius quæstionis difficultas exactiùs habeatur, distinguendum est inter Iuspatron. à patre fundatum pro filijs, & descendentibus, vel non fundatum à patre, sed ab auo, vel alio ascendente. Primo casu certum est quòd si non adest legitimus, & naturalis; legitimatus, vt supra, per Papam, in eo succedat. Si verò non sit fundatum à Patre, & adsint alij de familia, & agnatione, hìc videtur difficultas, quomodo possit Summus Pontifex ius alteri quæsitum tollere, & quidem placet mihi, quòd in simili de istorum legitimatorum successione in feudis ratiocinatur doctissimè *Andreas Gaill. lib. 2. pract. obseruat. obseruat. 142.* omninò vi- 119
dendus, cùm valeat argumentum de successione feudi ad successionem Iurispat. vt per Rotam in Pientina 10. Iunij 1602. coram Litta post *Card in Clem. plures col. fin. de Iurepatr. Lambert. lib. 3. tr. 8. quæst. 3. princip. 1. par.*

Decian.

Decian. conſ. 32. num. 12. lib. 1. inquit enim ipſe *Gaillus*, quòd poteſt hoc facere in eo feudis Princeps ſecularis, quia ſumus in acquirendis, & non in Iure acquiſito, & Princeps non poteſt tollere alteri ius acquiſitum, ſed benè ius quærendum, quale eſt illud de futura ſucceſſione viuo patrono, ergo tantò magis in caſu noſtro, ſicuti Papa poteſt derogare huic Iuripatron. pro vna vice tantùm prouidendo ipſe, &c. vt infra ſuo loco, ita poteſt ipſe ad hunc effectum legitimare per reſcriptum, diſpenſando enim videtur derogare, ſicut diſpenſando S.P. videtur conferre, vt inquit *Innocent. in cap. innotuit de elect.* Requiritur tamen expreſſio particularis, quòd diſpenſet, & legitimet, etiam quò ad Iuſpatron. de familia, vt in terminis feudi, habemus tex. in *cap. naturales, ſi de feudo fuerit controuerſia in vſibus feudorum, & habetur per Suarez in ſintagmat. opinionem volum. 2. de ſucceſſ. feudi num. 202.* quam opinionem poſt *Boerium deciſ. 123. nu. 4.* & alios dicit veriorem, & communem opinionem, *Capriolus de ſucceſſ. ab inteſtato lib. 1. à num. 211. vſq. nu. 218.* idem dicit de ſucceſſ. Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, quæ feuda & Emphyteuſis fraternizant cum Iurepatronat. vt poſt *Card. Clarum, & alios dixit Rota in Mediolan. Iuriſpatronat. 18. Aprilis 1616. coram Pirouano, quæ inter recoll. à Viuiano eſt deciſ. 70.*

Item debet adeſſe clauſula, *non obſtante exiſtentia, &c.* & clauſula *de plenitudine poteſtatis*, notant *Canoniſtæ in d. cap. per venerabilem 121 extra qui ſint legitimi*, quia Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt tollere ius tertij etſi peccet, quando id facit ſine cauſa, vt latè per *Capicium deciſ. 166.* vel ſaltē legitimatio debet eſſe facta motu proprio, *Boerius deciſ. 122. Gaill. loc. cit.* & ſic intellige *Rotam in Ferrar. penſionis 21. Martij 1627.* quæ inter recoll. à *Viuiano* eſt deciſio *96. num. 25.* ibi: *Quia cùm Papa legitimat, vel cum derogatione obſtantium, remouetur omnis macula natiuitatis. Gloſ. inauth. quibus modis naturales efficiantur ſui §. fin. in verb. particip. Caſtrenſ. conſ. 41. num. 2. lib. 2. Anchar. conſ. 225. nu. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 23. num. 32.* In dubio verò non præſumitur concedere Princeps aliquid in præiudicium tertij *cap. ſuper ea de Offic. deleg. leg. 1. §. ſi*

quis

quis à Principe nè quid in loco publico, Adest Regula Cancellariæ.

Vnde secus est quando in legitimatione adest clausula *citra præiudicium venientiũ ab intestato*. Tunc enim nullo modo possunt prętendere successionem in lurepatronat. gentilitio, cùm descendentes habeant in hoc ius ab intestato, respectu vltimi patroni defuncti, vt percipitur ex *Couarr. in epithome de sponsalibus p. 2. cap. 8. §. 10. DD. omnes in auth. præterea C. de naturalibus liberis*, & latiùs de virtute huius clausulæ in simili materia *Capicius decis. 22. & Rota decis. 352. cum duab. sequentibus part. 1. diuers. Andreas Gaill. loco infra citando.*

Declara tamen supradictam doctrinam de successione legitimatorum in lurepatron. gentilitio, procedere, etiamsi ad lurpatron. sint vocati expræsse filij legitimi, & naturales; secus si fuerint vocati filij descendentes ex legitimo matrimonio, vel legitimè nati, vt expressum reperitur in casu proposito in Pistorien. Parochiali 9 Februarij 1624 coram Merlino, quæ apud 122 *Viuianum est 108.* ita de exclusione substituti ab ipsis legitimatis, habetur per *Capriol. lib. 1. de succes. ab intestato à num. 240. qui alios citat, & notat etiam Andreas Gaill. d. obseruat. 140.*

Dixi in quæsito *de filijs legitimatis per rescriptum*, 123 quia certum est, succedere in lurepatron. hoc gentilitio, legitimatos per subsequens matrimonium, quia non per machinamentum sunt filij, vt est in legitimatis per rescriptum, vbi legitimatio est similis alchimiæ, quæ licèt faciat apparere id, quod non est, non potest tamen commutare vnã speciem in aliam, vt post *Iasonem, prosequitur Andreas Gaill. d. lib. 2. pract. obseruat. obseruat. 140. num. 19.* sed verè sunt, & fiunt legitimi, & nullo iure differunt à veris legitimis, & naturalibus, ac veniunt appellatione legitimè naturalium etiam in materia strictè intelligenda *cap tanta est vis extra qui filij sint legitimi*, & latè per *Capriol. d. tract. de succes. ab intestato libr. 1. à num. 155. & per Andream Gaill. lib. 2 suarum pract. obseruationum obseruat. 14.* vbi reperies, quòd isti habeant ius dicendi nullum testamentũ, & veniant in dispositione *l. si vnquam C. de reuoc. donat.* quod habeant ius

ns prothomiseos, succedant
n feudis, etiam nobilibus,
t in Emphyteusi Ecclesia-
ica, possint promoueri ad
piscopatum, excludāt sub-
itutum in casu deficientiæ
ne filijs, comprehendantur
quacumque dispositione
ue hominis, siue legis lo-
nente de filijs, quòd com-
ęhendantur in statuto stā-
ous masculis, & alijs, vt
r allegatos authores, qui
m ampliant, & si mulier
sponsata, sit vilis, ac etiam
articulo mortis, vel à de-
epito sit contractum di-
im matrimonium, de
a vltima ampliatione latè
e *Thomas Sanchez. libr. 7.*
matrim. disp. 105. ex qui-
s licèt etiā inferre, quòd
cedāt etiā in Iurepatr. vt
è loquendo de Iurepatr.
suo habetur per *Garziā*
t. 7. cap. 2. & Viuianum
6. Praxis cap 4. num. 16.
seq. in specie, quòd legi-
atus per subsequens ma-
nonium non sit irregula-
sed possit ordinari, ha-
ur per *Rotam apud Ga-*
rium decis. 1. nu. 4. Ad
quòd in casu nostro non
necessarium, prout de-
: ciuili interuenisse capi-
matrimonialia, sed suf-
: quòd coram Parocho,
duobus testibus, prout
uit Sacr. Conc. Triden.

sit contractum matrimonium,
quia istud matrimonium, de
Iure Canonico, omnia pur-
gare videtur. *c. quicumque*
17. q. 4 ad notata per The-
saur. decis. Pedamon. 83. *Oza-*
scum etiam decis. Pedamont.
134. *Putium deris.* 8. *lib.* 2.
Brunell. latè de sponsal. con-
125 *clus.* 2. quòd per subsequēs
matrimonium censeatur le-
gitimatus tantùm is filius,
qui naturalis erat, non
autem spurius, etiamsi quā-
do fuit dispensatum à S. P.
ad matrimonium contrahē-
dum, fuerit apposita clau-
sula, *prolemiam susceptam,*
suscipiendamq; legitimam de-
clares, probat *Megal. latè*
cons. 15.

126 Limita tamen primò, vbi
esset reseruatum Iuspatro-
pro se, & hæredibus, & fi-
lijs ex legitimo matrimonio
descendentibus, vt loquen-
do de feudis dicit post alios,
esse communem opinionem
Rolandus à Valle cons. 50.
nu. 39. & 47 *vol.* 2. *Caprios.*
d. lib. 1. *de success. ab intestato*
num. 166. *vbi num.* 7. 164.
secus dicit in eo casu quòd
fuit feudum acceptum pro
se, & hæredibus ex suo cor-
pore legitimè descendenti-
bus, & nos etiam diximus
supra *vers. declara tamen.*

Limita secundò, vbi esset
relictum primogenitis Ius-

patronat. quia tunc si adest legitimus, etiãsi natus post, præfertur antea nato, sed legitimato post suam nativitatem. *Capriol. loco supracit. num. 169. & Gaill. num.*

Limita tertiò, in nepote mortuo filio, ex concubina postea in matrimonium ducta, quia non gaudet his privilegijs, neque est in potestate aui; *Gaill. d. observat. 142. in fine quibus illic allegatis adde in sintagmat. com. opin. vol. 2 fol. 14 nu. 28.*

127 Dicimus tertiò adoptiuos vel arrogatos filios non succedere in Iurepatron. gentilitio, vt veriùs existimat *Rocc. de Curte in tract. de Iurepatronat. verb. ipse, vel is. num. 74.* Quia non sunt proprè de parentela, aliàs enim posset fieri præiudiciũ agnatis vocatis, à patrono qui non est fundator. *Viuian. lib. 4 sua Praxis cap. 2. num. 26. contra Lambert. ab eo citatum.* Vnde *Capriol lib 1. de succes. ab intestato num. 273. post Tiraquellum, & Lambert.* docens simpliciter, adoptiuos succedere in Iurepatron. Ecclesiastico, intelligendus est de Iurepatron. fundato ab adoptante, & sic vbi hoc verbum filius verificari non potest, nisi in adoptiuo, vt de feudi succes. docet idem *Capriol. d. lib. 1. de succes. ab intestato num. 277. Thomas de Marinis de generibus feudorum fito 3. num 52 quod adoptiuus neque succedat in Emphyteusi Ecclesiast. notat Andreas Gaill lib. 2. observat 236. sub num. 15.*

128 Dicimus quartò, quòd filij illegitimi neque admittuntur in succes. Iurispatr. vt supra gentilitij, & si possint admitti in Iurepatr. hæreditario, vt dictum est suo loco, quia non sunt de parentela, vt per *Viuian. d. lib. 4. cap. 2. à num. 65.* & illic allegatis adde decis. Florent. Iurispatron. de Ricasolis 10. Martij 1603. coram Cardin. Lancellot. iuniore, ibi; *Præsertim quòd semper fuit articulatum, quòd præsentare volentes, erant de sanguine, & legitimo matrimonio nati, qua qualitas legitimatis non est necessaria in Iurepatronat hereditario. Bald. cons 374 post med. vers. ex hoc sequitur necessariò libr. 1, Rocc. de Curte verb competens num. 9 vers. in hoc puncto, & pluribus sequentibus, & est necessaria in Iurepatron. gentilitio & familiari. Rocc. d. verb. competens num. 13. ad finem vers. hanc tamen. Lãbert. vbi supra ar. 27. num. 1. & 2.* Ita etiam habetur in

decis.

decis. Ianuens. Iurispatronat.
3. Ianuarij 1612. coram
Card Pamphilio vers. non
obstat etiam, cuius verba su-
ra retulimus in principio
uius *§ de Iurepatronat. gen-*
litio.

Fallit tamen primò vbi
erunt vocati omnes, qui
nt de stirpe, & tronco,
uia veniunt naturales, etsi
concursu cum legitimis;
iam quòd legitimi sint in
radu remotiori, & sit ex-
ina, semper ipsi naturales
cludantur, vt dicit *Rota*
Placent. Cappell. 16 Mar.
1620. coram Pirouano,
æ inter recoll. à Viuiano est
. vbi etiam videtur id as-
rere Rota, quando legiti-
us erit de alia linea, circa
od standum est verbis fũ-
tionis, ibi: *Secunda verò*
òd Laurentius, qui tam
am Patronus, præsenta-
ni Alphonsi, & institutio-
consensum præstitit, non
patronus, benè probatur,
ia etsi naturales, qualis est
Laurentius, non sint in-
paces Iurispatr. &c. in
ncursu tamen cum legiti-
s semper excluduntur, etiã
òd legitimi sint in gradu
notiori, & vocati legan-
per verba naturalia, &c.
que refert quòd illegitimus
ncurrat cum fœmina legiti-
, quia vti capax non potest
excludi, nisi à masculo legi-
timo, vt post alios tradit Mol.
de primogenit. instit. quando
fœmina primogen. propter
masculos remotior. linea, &
gradu à maioratu exclud. lib.
3. cap 5. Neque obstat. quòd
dispositio fundatoris sit con-
cepta per verba masculini ge-
neris, &c. Quia vbi non fuit
habitus respectus ad agna-
tionem, vt clarè demonstrant
verba huiusmodi fundationis
in stirpe, & tronco, tunc ve-
niunt comprehensa etiam &
fœmina, Cassadorus, &c.

130 Fallit secundò, quando
ex verbis, & coniecturis a-
liud percipi potest, exem-
plum habetis in decis. Ia-
nuens. Iurispatron. 23. Fe-
bruarij 1612. coram Cardin.
Pamphil. iuniore apud *Vi*
uian. lib. 4. Praxis cap. 2.
post num. 81. ibi *Quam con-*
clusionem eò facilius DD. in
hoc casu admiserunt, quia
verba fundationis sunt apta
comprehendere etiam illegiti-
mos, cùm ad istum patrona-
tum sint vocati filij & de-
scendentes Nicolai, non per
verba ciuilia, & legitimita-
tem importantia sed per ver-
ba merè naturalia. sub qui-
bus veniunt naturales. *Bar.*
in l. tutelas sub num. 35. &
seq. de capitis diminutione,
& in l ex facto §. Si quis ro-
gatus el 1. & ibi Angel. Imol.

& Aless. ff. ad Trebell. Felin. in cap. in præsentia num. 22. de probat. cum alijs allegatis per Manticam de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit 9. num 2. & fuit dictum in Tirason. eleemosynariæ 26. Apr. 1602. coram eod. Card. Lancel. Præsertim quòd quando fundator præ oculis habuit qualitatem legitimitatis, ad legitimos voluit dispositionem suam restringere, id expressit, vt fuit in linea Alberti, & Vgonis, in qua ad hunc patronatum vocauit solùm illorum filios, & descendentes legitimos, quod cùm non fecerit in filijs, & descendentibus Nicolai, & Federici, vtique datur intelligi, quòd noluit, quò ad ipsos restringere successionem ad solos legitimos, &c. & infra: Et præmissa sustinebatur ex eo quòd fundator, in vers. si verò acciderit, dum vocauit descendentes Nicolai, & Federici, tam legitimos, quàm naturales cum illa disiunctiua, vel, qua non potest violari, nec resolui in coniunctionem, dum potest in vtraque sui parte verificari, &c. ex hoc enim non solùm appareret, quòd naturales non abhorruit, sed etiam resultat, quòd in vocatione facta de filijs, & descendentibus eorumdem Nicolai, & Federici, senserit quoque de naturalibus. Bart. in l. ex facto §. si quis rogatus num. 2. ff. ad Trebell. cum alijs deductis in hac causa 30. Ianuar. 1609 coram b.m. Iusto. Quod etiã clariùs, & expressiùs colligitur ex testamento per quinquennium, post hanc fundationem ab eodem fundatore facto, in quo constituit primogenituram in bonis patrimonialibus ad fauorem eorumdem, quos priùs ad illum patronatum inuitauerat, vocando illos eodem ordine, & cum eadem qualitate Clericatus, prout vocauit in fundatione patronatus, & in illo, in defectum legitimorum expræsse vocat naturales descendentes à prædictis Nicolao, & Federico: ex prædicto autem testamento declaratur qualis fuerit eius voluntas in præcedenti fundatione, vt latè per Manticam lib. 3. de coniect. vltim. volunt. tit. 1. num. 2. & multis sequentibus.

Ex qua decisione, in qua declaratum fuit, quòd quãdo vocantur filij, & descendentes sint verba naturalia, & non excludantur naturales. Quæri potest, an 131 idem sit dicendum vbi vocantur filij, & descendentes ex linea masculina. Rice. in Praxi decis. 203. Firmat illos esse exclusos, quia sicut illegitimi

itimi non sunt de parẽtela,
a etiam non sunt de linea,
ide tamen eamdem decis.
ampilon. Cappell. quæ est
r. apud *Viuianum*, quia
ea, Rota tenet, quòd ver-
um filij, & liberi, sit ver-
um ciuile, non includit ille-
timos, cùm filij propriè
nt, quos nuptiæ demon-
rant. Restat igitur, quòd
rbum naturale sit descen-
s, & consanguineus, quòd
rbũ, descendens, post ver-
, filij, potest illud declara-
, secus si antea, vt etiam
pra diximus §. præcedenti.
Fallit tertiò, vbi ex con-
etudine illegitimi gaudent
bilitate parentum, vt ha-
tur in d. Pampilonen. su-
a proximè citata, vbi ha-
tur quòd etiam hoc casu
idum suum retineat di-
s illegitimus in concursu
m legitimo remotiori, &
tatur Hispanię illegitimos
udere nobilitate legitimo-
m parentum,

Sed quia illegitimorum
ia sunt genera, nam alij
urales, alij spurij, alij ne-
arij, 4 ingestuosi, 5. vul-
quæsiti, 6. adulterini, 7.
nnati, 8. manseres, 9. no-
de quibus per *Vasquium*
3. *Controuers. cap.* 102.
leottum in suo tract. de
his, & spurijs, & alios.
æri potest, qui sint ille-
gitimi, de quibus in limita-
tionibus diximus, aliquando
succedere in Iurepatron. Et
respondeo hos esse solùm
naturales, quia vt inquit
Cassaneus in consuetudine
Burgundiæ Rubr. 8. de succ.
de bastardis, dicuntur ba-
stardi quasi, *Basta*, quod la-
tinè dicimus, sufficit, sat
est, ex eo quia quò ad natu-
ralia, & sanguinem, suffi-
cit, quòd quis sit naturalis,
vt mereatur nomen filij.
Quod secus est in alijs, qui
non merentur nomen filio-
rum, ratio est, quia filius est
nomen relatiuum ad patrẽ,
& alij illegitimi patrem de-
monstrare non possunt, si-
cut naturales nati ex soluto,
& soluta in concubinatu,
&c. Et notant D D. in
Rubrica C. de naturalibus li-
beris, & Balzaranus in §.
naturales in tit. si de feudo
defuncti militis fuerit cõtro-
uersia. Rota diuers part. 3.
decis. 1568. Stephan. Grat.
tom. 1. discept. forens. c 35.
nu. 31. fauet tex. in l in con-
cubinatu, vbi Bar ff. de con-
cubinis latè Capriol. lib. 1. de
succ. ab intestato num. 55.

In terminis nostris fauet
decisio in cad. Iauuens. Iuris-
patron. 28. Februarij 1609.
coram Litta, ibi: *Nisi illi*
obstet spurietas, de qua vo-
lunt, vt particulariter videa-
tur,

tur, &c. Ergo Rota ibi habet pro certo, quòd spurius non succedat in Iurepatr. & solùm reseruauit videre, an talis illegitimus esset spurius, ita enim mihi significat lis, de qua, scilicet spurietate, &c. contrarium autem videtur Rotam expræssè sẽtire in Pampilon. Cappell. 4. Martij 1622. quæ inter recoll. à *Viuiano est decis.* 146. Etsi loquatur in Iurepatron. passiuo, vbi vocatur consanguineus proximior per verba naturalia, ibi: *Quia inspecto iure naturali, etiam illegitimi, & spurij dicuntur procedere ex sanguine, & in eis cadit naturalis affectus.* quando dixi, *Et si loquatur de Iurepatronat. passiuo, non inde inferas, quòd valeat argumẽtum de illo ad actiuum.* & è contra, vt in his terminis loquitur Rota *ibid. num.* 9. & 12.

135 An autem filij legitimi alicuius illegitimi succedere possint, quærunt aliqui DD. & respondent affirmatiuè, hos refert, nec impugnat *Rocc. de Curte verbo competens num. 8 vers. tamen in isto fundamento vltimo.* Sed intellige iuxta supradicta, quãdo testator est vsus dictis verbis naturalibus vocando descendentes, vel consanguineos: secùs si verbis ciuilibus, vel saltem cum tali non concurrat legitimus in pari gradu, vt in Pampilon. Cappell. 4. Martij 1622. coram Remboldo, quæ inter recollect. à *Viuiano post suam Praxim est 45. in fine*, ibi: *Nec obstant in contrarium cumulata, quia illa procedunt vel quãdo fundator vsus est verbis ciuilibus, sub quibus saltem primariò, & aquáliter non veniunt illegitimi, & descendentes ab eis, vel quando agitur de Iurepatronat. honorifico, seu alia re instituta ad illustrandam familiam, &c vel saltem quando cum illegitimo cõcurrit legitimus in pari gradu.* Fauet etiam decis. Ianuens. supra mentionata 23. Ianuarij 1612. coram Card. Pamphilio iuniore.

Potest esse difficultas de filijs natis in figura matrimonij, vt quando matrimonium fuit contractum iuxta Sacr. Concil. Tridentini dispositionem, sed cum impedimento, quod dirimit matrimonium, & nati sunt ante obtentam dispensationẽ. *Capriol. lib. 1. de success. ab intestato à num. 16.* distinguit tres casus. Primus est, quando nullus ex coniugibus sciebat impedimentum. Secundus, quando vnus tantùm

n sciebat. Tertius, quan-
vterque erat conscius di-
impedimenti. In primo
ecundo casu soboles erit
itima, & succedet etiam
enti, ex tex. in *cap. ex te-*
re extra qui filij sint legi-
i. Et testatur fuisse deci-
n in S. Regio consilio per
ncent. de Franchis decis.
o. Vnde talis non dicitur
tus ex matrimonio scien-
contracto cum coniuge
facto coniugato Rota
ud *Caualerium decis* 250.
qua re etiam agit *Riccius*
art. decis 137.

Certum autem est, illum
omnibus esse legitimum,
succedere, quando S. P.
post natum filium, di-
nsauit in hoc matrimo-
irrito, vel dispensando
. in radice matrimonij cũ
usula, quæ solet apponi
similibus petitionibus,
non obstante impedimen-
matrimonium inter se
trahere liberè, & licitè
eant, authoritate nostra
pensis prolemque susce-
m, si qua sit, & susci-
ndam legitimam decernen-
. De qua re latè per *San-*
z libr. 8. de Matrimonio
ut. 7. per totum. Sed etiã
a reputantur saltem vt
timati per subsequens
trimonium. Quòd autẽ
articulus legitimitatis
matrimonij debeat cogno-
sci à Iudice Ecclesiastico,
habetis apud *Capic decis 7.*
qui alios citat.

137 De filio emancipato po-
test etiam dubium excitari,
ex quo licèt hodie sit subla-
ta differentia inter suos, &
emancipatos per ius authẽ-
ticorũ in *auth. in success. C. de*
suis, & legitimis in corpore,
vnde sumitur. Estque com-
munis opinio, teste *Gomez*
tom. 1. variar. resol. cap. 1.
num. 3. Id intelligitur quò
ad ius succedendi, non au-
tem quò ad modum, quia
non succedit vt suus, sed vt
extraneus, est communis
sententia, vt post alios re-
statur *Capriol. lib. 1. de succes.*
ab intestato num. 14. Et ex-
traneus non admittitur in
hoc Iurepatron. gentilitio,
stantibus illis de agnatione,
parentela, &c. vt patet ex
supradictis, ideoque vide-
tur negare *Vtuianus d lib 4.*
cap. 2. num 56 cùm dicat il-
lum succedere, si hæres exi-
stat, sequitur *Riccius in*
Praxi nouissima probationis
&c. resol. 172. Intellige in
Iurepatron. hæreditario, er-
go quando hæres non exi-
stit, & sumus in Iurepatr.
gentilitio non succedit, sed
id non declarant. Contra-
rium tamen est verius, quia
suitatis effectus respiciunt
filium,

filium, vt hæredem, vt latè per *Vasquiū de succeſſ. creatione lib.2 §.19.requiſito 29. limit. 2.* Quæ qualitas hæreditaria cùm non ſit neceſſaria in Iurepatron.gentilitio, imò in eo ſuccenditur primo fundatori, & non patri (de hoc enim patronatu loquimur hìc) ideò etſi amittat filius iura ſuitatis, & habeatur vt extraneus in hæreditate patris, non tamen hoc vendicat ſibi locum, vbi ſuccedit primo fundatori, ad quod ſufficit, ſi ſit deſcendens, de familia, parentela, linea, &c. quæ non poteſt tollere emancipatio. Fauet deciſ.Rotæ in Florentin. Iuriſpatronat. de Ricaſolis 11.Februarij *1604.* coram Cardin. Lancellotto, quam refert *Viuian. lib 4. cap. 1. poſt num. 71.* ibi: *Non obſtat 5. quòd potuerint eſſe emancipati, vel ſeorſum à patribus viuentes. qui poſſunt præſentare, Rocc. verb. competens num. 19. quia ipſe loquitur in Iurepat. merè familiari vel vniuerſitatis, aliàs enim, &c.* Idem dicendum eſt de filio exhæredato, eadem ratione, & *Riccius loco ſupracit.reſol.171.* contrarium docens, intelligi debet de Iurepatron. hæreditario, vt patet in principio dictæ reſolutionis, ibi: *Quia cum non ſit hæres vtique non habebit Iuſpatronat. quod ad hæredem tranſit, &c.*

138 Conſequens eſt, vt aliqua dicamus de filio religioſo Religionis capacis, & quidem, filius iſte antequam Religionem profeſſus ſit, iam obtinuit iure ſingulari patronatum, minor eſt difficultas, & proprìè, tunc verificetur illud proloquiū, Monaſterium ſuccedere in omnia Monachi iura. Dixi, *Religionis capacis*, quia ſi ingreditur Religionem incapacem, & ibi profitetur, certum eſt non tranſire ad Monaſterium, ſed ad alium proximum ſucceſſorem, cui accreſcit etiam vox, vt per Rotā apud *Caualerium deciſ 21.* Dixi, *iure ſingulari*, quia ſi illud habebat iure Collegij, aut Communitatis, non ſingulari; certum etiam eſt, eo profeſſo, deperdi, cùm deſinat eſſe pars illius Communitatis, vt benè *Sanch. lib. 7 cap. 14. ſuæ ſummæ moralis in principio*, vbi *num. 3.* non approbat dictum *Bellamerę*, & *Tiraquell* docentium ſimpliciter, quòd Iuſpatron quod pertinet ad primogenitum, tranſeat ad ſecundum genitum, primogenito profeſſo, quia inquit ipſe cū *Molina*, diſtinguendum eſt, aut Iuſ-

patron.

itron. illud est annexum
aioratui eius naturæ non
anſitorio ad Monaſteriũ,
r ingreſſum illius poſſi-
ntis, vel non, ſed ex fun-
toris voluntate, ita reſer-
tum dictum Iuſpatron. vt
on tranſeat ad Monaſte-
m, ipſo viuente, ibique
m. 6. habes, quid facien-
m, quando talis tranſiret
ſt profeſſionem in aliam
eligionem capacem, vel
n capacem à ſupradicta
ſtinctione *Molinæ*, circa
ſum principalem non vi-
tur etiam diſcedere *Ricc.*
Praxi deciſ. 220. & vide-
etiam ſequi *Viuian. lib.*
Praxis cap. 2. num. 63. Vbi
tet expræſsè loqui de Iu-
patronat. gentilitio tran-
nte cum vniuerſitate bo-
orum.

Non tamen tangere vi-
ntur dicti Authores in
ecie de religioſo iam pro-
eſſo, an ſuccedat Mona-
rium loco ipſius in Iure-
tron. gentilitio, in quod
mortem alterius ipſe
cederet, ſi non eſſet Re-
ioſus, & quidquid ſit de
epatron. hæreditario, vt
loco dictum eſt, ob eam
ionem, quia Monaſte-
m ſuccedit loco hæredis;
ta allegat. à *Ricc. d. deciſ.*
num. 521. De qua re,
icet quando Monaſteriũ
in quod ingreditur hęres, ex-
cludat ſubſtitutum, ſaltem
quò ad vſum fructum, vita
Religioſi durante, videatur
Sanchez lib. 7. cap. 16. per to-
tum. in facto, Reſpondi ne-
gatiuè in illa Pontremol. Iu-
riſpatron. vbi erant vocati
filij, & deſcendentes ſimpli-
citer, & ſic per verba ciui-
lia & naturalia, ſed cum
qualitate familiæ, & paren-
telæ, nam licèt Religioſus
non amittat iura ſanguinis,
Abb. in c. nec amit-
tat eſſe ciuem alicuius Ciui-
tatis, vt per *Ioannem Licie-*
rier. in tract. de primogenitu-
ra lib. 1. quæſt. 24 num. 31.
Et ſit habilis ad ſuccedendũ
ad Iuſpatronat. per medium
Monaſterij, vt per *Lambert.*
art. 25. 2. quæſtionis principa-
lis 2. part. primi libri fol. mi-
bi 139. at. Tamen non per
hoc infertur, quòd profeſ-
ſus ipſe, & Monaſterium
retineat hanc qualitatem
requiſitam à fundatore, fa-
miliæ ſcilicet, & parentelæ.
Non, Profeſſus, quia ipſe eſt
mortuus Mũdo. *l. Deo nobis*
140 *C. de Sacroſ. Eccl.* Et ideo nõ
gaudet iure primogenituræ.
Ioann. Licirier. loco ſupracit.
lib 3. quæſt. 4. num. 25. Ideoq.
dicitur quodammodo amit-
tere nobilitatem. *Gloſ in*
cap. 1. de purgatione Canoni-
ca, & in cap cauſam, quæ

de statu Regular. Non *Monasterium loco ipsius*, quia
141 Monasterium habetur loco filij ciuilis, & non filij naturalis, vt optimè notat *Andreas Barbatius in tract. de præstantia Cardinalium in S. 9. Basilica prima partis num.* 14. At est certum ad obtinendam qualitatem parentelæ, & familiæ non sufficere hanc filiationem, ac agnationem ciuilem, vt omnibus est notum. Cùm igitur illam non habeat professus, quia est mortuus mundo. Nec eò fortius Monasterium cùm sit loco filij ex fictione, sequitur, quòd transire debeat Ius præsentandi apud sororem, quæ in hoc casu repræsentare dicitur familiam, & parentelam, vt supra dictum est *in principio huius §. & notat Lambert. in tract. de Iurepatron. art.* 14. *quæst.* 2. 2. *part. primi libri*, quod etiam procedit si in dicto loco extaret statutum, vt stantibus masculis, fæminæ excludantur, quia licèt Religiosus in tali casu sit Religionis capacis, & sic etiam secundùm aliquos excludat fæminã, vt per *Laurentium de Palea in tract. quod stantibus masculis, &c. num.* 22. Tamen intelligitur quando alius sit habilis masculus, & habeat qualitates requisitas per testatorem, vt per eumdem *Laurentium ibid. num.* 10. At Religiosus, & Monasterium ratione deficientiæ huius qualitatis familiæ, & parentelæ, circa hoc particulare est inhabilis Igitur fauet decisio illa Floren. Canonicatus 16. Ianuarij 1630. coram Card. Verospio in fine Operis referenda, vbi etsi in principio dicat, quòd non sit maior ratio, cur Religiosus præsentauerit potius in patronatu hæreditario, quàm gentilitio, tamen in fine concludit cum *Antonio, Fabro, & alijs*, Religiosum non admitti ad fideicommissum familiæ relictum, quod sufficit p nostro proposito. Sed quid si nõ existeret alius de familia, nisi Religiosus, & vltimus patronus mortuus sit ab intestato? Respõdetur, tunc Capellam remanere liberam: ita post *Bellameram, & Rebuffum* docet *Fuscus de visitatione, & regimine Ecclesiæ lib.* 2. *cap.* 10. *sub num.* 25. qui etsi in fine subdat modernos practicos velle, retineri posse nomine Monasterij, quando Monasterium est capax in communi saltem, & quod ita aliquando fuit iudicatum. Tamen hoc habet locum in Iurepatron. hæreditario, vel

etiam

tiam gentilitio, acquisito
b aliquo ante ingressum
Religionis vt supra, alias
ransit ad hæredem ab inte-
ato eius, qui vltimò mor-
tuus fuit patronus. Quid
utem dicendum sit de fra-
re vel sorore Tertij Ordi-
is S. Francisci, vel S. Do-
inici, patet ex his, quæ de
orum successione in feu-
is, discurrit *Capicius deci-
one* 115. An etiam tales gau-
eant priuilegio fori, habe-
ur per nostrum *Antoninum
Dianam* 1. *part. suarum re-
olutionum moralium tract.
. de immunitate Ecclesiastli-
a resolut.* 84. Vbi refert de-
larationem Sacr. Congre-
gat. hæc verba cõtinentem:
*Fratres tertiarios mantella-
os, corrigiatos, alioſque
imiles; ita demum, ordinis
uius tertiæ Regulæ habitum
ssumpserunt, priuilegijs po-
iri, & ab Ordinarij iurisdi-
ctione exemptos esse; si viri
ollegialiter viuant, seu cum
laustralibus habitẽt, & mu-
lieres virginalem, seu celibẽ,
aut castam vidualem, expres-
so voto, & sub dicto habitu
vitam traduxerint, &c.* Vi-
dete ibi, & *Riccium part.* 2.
decis. 88.

3 Tandem dubitari potest de fratre ex vno tantùm latere, an succedat in Iurepatron. vbi illud non fuit fundatum ab ascendente eius lateris, quo coniunctus reperitur? Et respondetur iuxta ea, quæ docent DD. loquendo de successione feudorum, à qua licet argumentari ad istam successionem, vt supra dictum est, eum non succedere, vt per *Capriolum lib.* 3. *de successione ab intestato nu.* 1, 2. Quia agnatorum linea à feudorũ successione repellitur *Curtius, Afflict. & Decius, quos refert, & sequitur Thomas de Marinis in tract. de generibus feudorum tit.* 12 *num.* 20. Qui *tit.* 11. *num.* 50. concludit, non solùm, quòd frater consanguineus excludatur ab vtrinque coniuncto in feudis prouenientibus à patre, vt per *Capriolum loco supra cit. num.* 123. sed etiã quòd si frater vtrinque coniunctus relinqueret filiam fœminam, alter verò ex vno latere masculum, præferri filium masculum, si feudum prouenit ex illa linea, ex qua suus pater erat coniunctus: secùs è contra, quia inquit ipse, origo vnde feudum prouenit, attendenda est, sicut etiam nos dicimus, procedere deberi in materia successionis Iurispatron. vt in terminis Iurispatronatus passiui infra *Praxi* 6. loquẽdo, affirmamus post *Idelphon.*

phonsum Perez de Cura in suo tractat. de Anniuersarijs, & Capellan. libr. 2. cap. 3. à num. 33. Quibus illic allegatis adde Rotã apud Caualerium decis. 241. ibi: *Cùm enim fundator vocaret Presbyterum proximiorem de su Linaie. Domini dicebant, Aquadum descendentem ex fratre vterino non posse dici vocatum, &c.* Et certum est hoc casu valere argumentũ de successione Iurispatr. passiui ad actiuum, cum militet eadem ratio.

144 Finita linea, vel deficiente descendentia fundatoris, quòd Iuspatron. non efficiatur liberum, sed transeat ad hæredes etiam extraneos, & sic assumat naturam Iurispatron. hæreditarij, patet ex dictis à nobis, post Rotam *supra num. 126. & infra cùm de translatione Iurispatronat per legatum*. Ita pluries Rotam tenuisse, hancq. esse magis receptam scribentium sententiam, testatur *Riccius part. 1. Praxis decis. 206. num. 253.* Vbi ampliat etiam si fuerit Iuspatron. relictum alicui familiæ, cum taxatiua *tantùm*. De qua re *Rota infra sub num. 155.*

§. TERTIVS.

De successione in Iurepatronatus mixto.

145 *Iuspatron. mixtum, quod nam sit, & num. 148.*

146 *Hæreditatem repudians an sit capax Iurispatronat. mixti, Quid si sit cognatus, sed non institutus hæres, num. 149.*

147 *Illegitimi an succedant in Iurepatronat. mixto.*

150 *Successio in Iurepatronat. mixto fit in stirpes.*

151 *Filius legitimatus, vel emancipatus, si instituatur hæres, an succedat in Iurepatronat. mixto.*

145 MIxtum Iuspatron. est illud in proposito nostro, quod requirit in patrono, tam qualitatem hæreditariam, quàm agnationis, vt habetur in Floren Canonic. 20. Maij 1616. coram Buratto, quæ inter recoll. à *Viuiano est decis 41. in fine*, ibi: *Vnde siue Iuspatronat. sit merè gentilitium, siue mixtum, quia requirat vtramque qualitatem sanguinis, & hæreditatis, Octauia tamquam extranea non est capax, &c.* Dixi *in proposito nostro*, non solùm ad differentiam alterius modi loquendi, de quo supra,

vbi

vbi mixtum Iuſpatr. appellauimus, quod competit laico, & Eccleſiæ, prout procedit deciſio Papienſ. Iuriſpatron. 9. Maij 1594. coram Cardinali Millino, quæ eſt *prima inter recollectas à Viuiano poſt ſuam Praxim*. Sed etiam quia dari poteſt aliud Iuſpatronat. quod ex vna parte ſit hæreditarium, & ex alia parte ſit gentilitiũ reſpectu diuerſorum patronorum; quia, verbi gratia, in aliquibus patronis idem Iuſpatronat. habet qualitatem hæreditariam: in alijs verò gentilitiam, vt habemus exemplum in caſu deciſ. Mediolan. Iuriſpatron. 18. Aprilis 1616. coram Pirouano, quæ inter recollectas à *Viuiano eſt deciſio 70.* ibi: *Domini reſponderunt ſtatum Iuriſpatronat. ab anno 1520. citra pro medietate fuiſſe hereditarium, quò autem ad aliam medietatem fuiſſe gentilitium uſque ad annum* 1589.

5 Eſt ita verum, vt requiratur vtraque qualitas in hoc Iurepatr. mixto, quòd non poſſit agnatus repudiare hæreditatem, & retinere ius iſtud patronatus, vt per *Morett. poſt cap. 2. libri 4. Viuiani nu. 53.* Et ſicut gentilitium, niſi extincta linea, vel deſcendentia, vel familia, non poteſt tranſire ad hæredes extraneos, ita Mixtum, vt in Mediolan. Iuriſpatron. 18. Aprilis 1616. coram Pirouano ſupracitata, verbis infra proximè referendis; vnde pro illo obtinendo debet articulari proximioritas, & hæreditaria ſucceſſio, nec eſt facienda probatio legitimitatis, ſeu quòd præſentare volentes ſint de legitimo matrimonio nati, vt in Florentina de Ricaſolis 10. Martij 1603. coram Lancellott. ibi: *Quod ex alio deducitur, quia in legitimatione perſonarum numquam fuit articulata proximitas, nec hæreditaria ſucceſſio prout faciẽdum fuiſſet ſi Iuſpat. ſimplex hæreditarium, vel mixtum fuiſſet ex traditis per Iaſonem in Rubrica num 1. & 2. C. qui admitti præſertim, quòd fuit ſemper articulatum, quòd præſentare volentes, erant de ſanguine, & de legitimo matrimonio nati, quæ qualitas legitimitatis non eſt neceſſaria in Iurepatronat. hæreditario, & eſt neceſſaria in Iurepatronat. gentilitio, & familiari.* Vt ſupra verſ. Dico quartò.

Circa probationem ſucceſſionis hæreditariæ nota, quia ſufficit probare quòd præſentantes de tempore

præ-

præsentationis fuerint in gradu successibili, nec requiritur probare, quòd adiuissent hæreditatem, Rota apud *Riccium in Praxi probationis Iurispatronat. resolut. 93. & nos supra diximus num.*

Dixi, *linea, descendentia, familia, &c.* Quia sicut quãdo est merè gentilitium, non semper est idem Iuspatron. sed aliquando pertinet ad totam familiam, parentelã, &c. aliquando ad lineam, descendentes, &c. vt supra dictum est, ita ex diuersis verbis fundationis, & reseruationis, potest accidere in mixto; vnde Rota in Laudensi Cappellaniæ 9. Martij 1616. apud *Riccium d. resolut. 192.* tractando de simili Iurepatronat. quærit quòd probetur descendentia.

147 Tale esse Iuspatronat. potest argui vel ex verbis fundationis, vbi vocantur filij, & hæredes, vt est casus decis. Aquilanæ Capellaniæ 19. Ianuarij 1629. coram Durano relatę supra §. primo in principio; vel hæredes descendentes, vel hæredes sui sanguinis, de quo facit mentionem post *Lambertinum Riccius in Praxi nouissimæ probationis, &c. resolut. 54. num. 4.* Quid quando fuit reseruatum suis hæredibus simpliciter? Videtur post Rotã affirmare *Riccius part. 1. Praxis decis. 206.* dum posita simili reseruatione disputat, an finita linea transeat tale Iuspatron. ad hæredes extraneos, vel remaneat liberũ, sicut nos supra *num. 144.* diximus de mero gentilitio; vel ex obseruantia, de qua habemus casum in Mediolan. supracitata, ibi: *Et ideo cum ex fundatione, & origine ab anno 1036. per tot sæcula vsque ad annum 1520. Iuspatronat. trahat secum qualitatem gentilitiam, visum est ex sequentibus præsentationibus, in quibus entitiatur, quòd præsentans per tempora tamquam hæres, & vnicus patronus cum descendẽtibus fundatoris per talem actum præsentationis, sufficienter non fuisse obscuratam originem qualitatis gẽtilitiæ, vt inde censendum sit simplex hæreditarium, quia certum est, quòd ipsi præsentantes erãt de agnatione de Cortesella, & qualitas hæreditaria non aduersatur iuri gentilitio, quin & simul possit esse hæredis maiorum, & ex prouidentia fundatorum recognoscere patronatum, & sufficit ista mixtura, vt extraneus excludatur.*

149 Pone quod possidens hoc Iuspatron. mixtum instituat hæ-

hæredes extraneos, cùm adessent de eius sanguine, & agnatione, quis obtinebit, eu succedet in dicto Iurepatronatus? Respondeo, quòd succedent illi, qui sunt de sanguine: per exemplum, si sunt vocati propinquiores, ipsi propinquiores etsi non sint hæredes vltimi patroni, succedent in hoc Iurepatr. mixto, vt per *Viuianum lib. 4. suæ Praxis cap. 9. num. 5.* et sic fuisse dictum per Rotam in Rauennat. Iurispatr. 24 Ianuarij 1594. coram Penia, testatur, vbi Iuspatr. erat reseruatum N. pro suis hæredibus, & descendentibus, & ipsis decedentibus sine liberis, vel non extantibus, propinquioribus, &c, intellige iuxta ea, quæ diximus supra, vbi declarauimus, quando hoc casu deberet attēdi proximitas fundatoris, vel vltimi patroni. Si autem simpliciter vocati sunt hæredes descendentes, debet succedere is, qui ab intestato debebat esse hæres dicti patroni vltimi mortui, talis enim ex prouidentia testatoris, ac fundatoris censeri debet vocatus, vt hæres, & consanguineus; vnde in tali Iurepatron. mixto succeditur in stirpes, vt in Florentina de Ricasolis infra citanda, ibi: *Secundò principaliter obseruantia probatur, quia negari non potest quin semper remotiores de familia simul cū proximioribus admitti consueuerint, quod implicat contradictionem cum Iurepatr. mixto, descendentibus de familia reseruato, quod defertur in stirpes; in eo enim proximioris tantùm de familia admittuntur, remotioribus prorsus exclusis, &c. & fuit resolutum in Pientina, &c.*

151 Dubium proprium huius loci est, an filius legitimatus vel emancipatus, si fuit hæres institutus, succedat in hoc Iurepatron. cùm in eo verificetur vtraque qualitas sanguinis, & hæreditatis, & quidquid alij dubitanter de hac re loquantur, mihi semper placuit affirmatiua sententia, fauet decisio Florent. de Ricasolis 10. Martij 1603. coram Lancellotto relata à Viuiano lib. 4. cap. primo post num. 71. ibi: *Non obstat, quòd in Iurepatronat hæreditario, vel mixto filij emancipati possint præsentare viuis parentibus, nam omisso quòd non constat de emancipatione, omnium prædictorum id repugnat intentioni, DD. de Mileto, quòd scilicet hoc Iuspatronat. vti mixtum non conferatur nisi hæredibus. Couarr. variar. cap.*

cap. 18. num. 7. Et clarum est, quòd filij emancipati non possint esse hæredes viuentis patris pro vt concludunt Làbert. lib. 2. par. 1. quæst 2. art. 5. num. 13. Rocc. verbo competens num. 19. in fine.

CAPVT II.

De pertinentia Iurispatronatus ratione translationis.

IVspatronatus actiuum, seu ius præsentandi, quia trãsferri potest dupliciter de vno patrono in alium specialiter, & vniuersaliter; Dico specialiter, quando transfertur tantùm Iuspatron. de per se; dico vniuersaliter, quando transfertur vnà cum vniuersitate bonorum. Primò videbimus quomodo donatione, legato potest transferri de per se, deinde quomodo cũ vniuersitate bonorum. Scio *Glos. in cap. pia mentis 16. quæst. 7. & DD. quos refert, & sequitur Rocc. de Curte verbo ipse, vel is, Viuian. lib. 4 suæ Praxis cap 1. in principio*, afferre alium casum translationis; patron. scilicet permutationis; sed hûc modum consultò omittam, quia talis modus trãsferendi, vt habetur per eũdem *Viuian. eod. lib. cap. 3.* non potest verificari, nisi quando fieret inter patronos diuersarum Capellaniarum, cùm non possit Iuspatron. absque vitio Simoniæ permutari cum alia re prophana, & ante eum docuit *Rocc. de Curte d. verb. ipse, vel is num. 27.* & tunc circa talem permutationem obseruanda sunt eadem, quæ de donatione, & legato infra dicemus, vt idem *Viuianus ibid.* obseruare videtur, & clariùs per *Rocc. de Curte loco supracit. num. seq.*

§. PRIMVS.

Donatione quomodo transferatur Iuspatronatus actiuum in alium.

152 *Donari Iuspatron. hæreditarium potest, non autem gentilitium, vel mixtum. Ampliatur etiam vbi Iusp patronat. à principio fuit gentilitium, sed postea effectum fuit hereditariũ. num. seq. Item etiam quòd transferatur ad hæredes donantis in perpetuum. num. 202.*

154 *Donans Iuspatronat. hæreditarium, an possit illius*

lius naturam alterare & efficere gentilitium.

5 *Donari quomodo possit Ius patronatus gentilitium. Quando valida ex non reclamatione descendentium. num. 157.*

8 *Filius quando possit venire contra donationem Iurispatronat. factam à patre, & num. sequenti, & num. 197.*

0 *Procurator ad donandum Iuspatronatus quomodo possit stipulare donationem.*

1 *Donatio Iurispatronat. vt sit valida requirit consensum Ordinarij. An teneatur Ordinarius dictum consensum præstare, ibid. num. 164. Quando dictus assensus præsumatur ex cursu temporis, num. 163. Ratio quare requiratur talis assensus num. 169.*

5 *Donatio Iurispatronat. facta compatrono non eget consensu Ordinarij. Filius an dicatur hoc casu compatronus respectu patris donantis, 167.*

6 *Vicarij consensus in donatione Iurispatronat. quãdo non noceat, sed etiam iuuet, & num. præcedenti.*

8 *Ecclesiæ si fiat donatio Iurispatronat. non opus est consensu Ordinarij. Ecclesiæ appellatione hoc casu venit quilibet locus Pius, non autem persona Ecclesiastica ibid.*

170 *Ordinarij appellatione qui veniat, quò ad facultatem consentiendi trsãlationi Iurispatr.*

171 *Vicarius Episcopi quando possit consensum præstare circa translationem Iurispatron.*

173 *Consensus Ordinarij sufficit, si sequatur donationem Iurispatronat. Declaratur ibid. & num. sequenti habes, quando sufficiat dictus cõsensus præsumptus.*

175 *Consensus præsũptus quãdo dicatur interuenire, & num. sequenti.*

178 *Donatio Iurispatronat. an possit ab Ordinario confirmari post mortem donantis, vel donatarij.*

179 *Assensus Apostolicus requiritur in donatione Iurispatronatus Ecclesiastici.*

180 *Iurispatronat. pertinentia vel existentia an probetur per instrumẽtum donationis ipsius.*

LOquimur hìc non de donatione facta à primo fundatore, de qua iam egimus supra, nec de do-

natione vniuersitatis bonorum, cui adhęreat Iuspatr. de qua infra §.3 sed de donatione ipsius Iurispatron. absoluti facienda, vel facta à successore in ipso, circa quam materiam duæ occurrunt difficultates principaliores. Prima est, quod nam Iuspatronatus possit donari. Secunda, quæ requirantur ad talem donationem validè faciendam.

152 Quò ad primam difficultatem; quod nam Iuspatron. possit donari? Patet resolutio ex supradictis, donari scilicet tantùm regulariter posse Iuspatron. hæreditarium, non autem gentilitium vel mixtum, quia ibi diximus in Iurepatron. hæreditario duntaxat valere patronum successorem præiudicare alijs successoribus, non verò in gentilitio ac mixto; quibus illic allegatis, adde decis. in illa Lucana Iurispatr. 20. Iunij 1602. coram Cardinali Millino, quæ inter recollectas à *Viuiano est 12.* ibi: *Non obstat, quòd prima donatio, &c.* Et clariùs in Asculana 24. Februarij 1616. coram Cardinali Verospio, quæ apud eumdem *Viuianum supra, est decis.* 23. ibi: *Non obstat donationem filio suo præiudicare non potuisse, tamquam Iuspatronat. esset gentilitium, nam in præsentationibus de anno 1523. & 1608. quæ sortitæ fuerunt effectum, apparet, nonnullos patronos hæreditario nomine præsentasse, & postea, cùm fœmina vnà cum earum descendentibus dimissæ fuerint ad præsentandum, satis dicitur Iuspatron. hæreditarium.* Quod dicitur verum à Rota etiam vbi fuerit Iuspatronatus à principio gentilitium, sed postea effectum hæreditarium per antiquam obseruantiam, vt in Mediolanen. Iurispatronatus 18. Aprilis 1616. coram Pirouano, ibi: *In discussione cuius qualitatis esset patronatus, de quo agitur, fuit primò firmatum, esse gentilitium vsque ad annum 1520. hodie verò propositum fuit cuius naturæ sit ab anno 1520. vsque ad præsens. Domini responderunt statum Iurispatronat. ab anno 1520. citra pro medietate fuisse hæreditarium, non tamen præiudicasse illis de familia, si adsunt, nisi obstet præscriptio, quam intendunt particulariter exterminare fundamentum primæ partis, deducebatur ex eo, quòd Iacobus Cortesella filius Benedicti vsque de anno 1520. præsentando enuntiat se solùm, & vnicum patronum*

num ex descendentibus fundatoris, & ab Ordinario fuit admissus, & vti talis de anno 1520. eiusdem patronatus medietatem donauit Iacobo Sellæ nouæ, pro se, suis heredibus, & successoribus, & extraneis quibuscumque, quæ donatio cùm effectum habuerit in occurrentibus vacationibus ab anno 1533. vsque ad annum 1589. in quibus donatarij semper admissi fuerunt ad præsentandum cum hæredibus donatoris; nulli dubium quin tam ex voluntate, & potestate donantis transire potuerit Iuspatron. pro illa parte cum qualitate hæreditaria. Abb. in cap. 1. de Iurepatronat. Decius cons. 148. num. 1. Federic. de Senis cons. 111. col. penult. vers. item quæritur. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 13. num. 6. vers. duodecimo non inconsruè. Seraphin. decis. 378.

54 In tali donatione posse alterari à donante naturam ipsius Iurispatron. ita vt licèt fuerit antea hæreditarium, possit donando illud efficere gentilitium, scilicet sibi, & filijs, & descendentibus est certum, etsi vt in ipsis donatarijs dicatur gentilitium, requiratur, vt talis qualitas gentilitia sit effectuata, & illud Iuspatr. amplius non retinuerit di-

ctam qualitatem hæreditariam, quam habuit à principio, vt in terminis legati, quæ est valde affinis huic materię donationis, & à nobis tantùm diuiditur ratione maioris claritatis. Habetur in Pistorien. Parochial. 9 Februarij 1624. corã Merlino, quæ inter recollectas à *Viuiano est decis.* 108. *& infra§ sequenti referam.*

155 Dixi, *regulariter*, quia aliquando etiam potest donari Iuspatron. gentilitium non solùm eius vita durante, quia tunc sibi tantùm præiudicat; vt benè post *Couarr. Morett. apud cap. 2. lib. 14 Viuiani num. 55.* sed etiam in totum, scilicet finita linea, si fuit reseruatum illud lineæ, seu familiæ effectiuæ, vel extincta familia, si fuit vocata contentiua familia, tunc enim vt sæpiùs supradictũ est, si nõ fuit facta reseruatio cum taxatiua, assumit Iuspatron. istud, qualitatem hæreditariam. Notabilis, quò ad hoc propositum videtur decisio Lucana Iurispatron. 20. Iulij 1602. coram Cardin. Millino, quæ est 12. apud Viuianum, vbi non solùm probatur, quòd finita linea possit ab vltimo patrono donari Iuspatron. gentilitium, sed etiam quomodo probetur

hoc casu defectus lineæ, & quis possit obijcere hanc exceptionem, scilicet non defeciſſe lineam, quando fuit facta donatio, ibi: *Quantum ad primam difficultatem, an istud Iuspatron. poterat transferri titulo donationis in familiam de Nicolinis. Domini fuerunt cõcordes, quòd istud Iuspatronat. potuit transferri in familiam de Nicolinis, quia verba non stant taxatiuè, ita vt excludantur, qui non sunt descendentes Georgij; sed stant demonstratiuè, vt non admittantur transuersales, & hæredes extranei, donec adsint descendentes, & propterea cessantibus descendentibus, Iuspatronat. non extinguitur, sed transit ad hæredes extraneos. Anchar. consi. 81. Calder. consi. 4 de Iurepatronat. Cassador. decis. 1. eod. titulo, & fuit resolutum in causa Cremonen. Iurispatr. coram Seraph. & in alia coram me. Et quamuis primo loco Iuspatronat. sit reseruatum descendentibus Georgij, & non probetur clarè, & cõcludẽter quòd Bartholomeus, qui donauit, fuerit vltimus descendens ex linea Georgij. Tamen cùm non versemur in casu vacationis Cappell. ob lineam finitam, non est necessaria probatio defectus lineæ, & sufficit quòd non probetur, alios extitisse de linea, præsertim cùm nemo vnquam contradixerit, & cõcurrat assertio dicti Bartholomei, & obseruantia tanti temporis.* Et postea vers. non obstat quòd prima do-

156 natio, ibi: *Et cessat omnis difficultas, quia non est in causa aliquis de descendentibus Hieronymi, & ista exceptio non potest allegari ab alio, quàm ab eo in cuius fauorem est inducta. Put. decis. 7 de iudic. & in his terminis sensit Clarus §. Emphyteusis quæst. 16. in fine.*

157 Si quæras primò, quando ob non reclamationem illorum de linea, vel de familia contra donationem, censeatur illis illatum prejudicium, habetur in supracitata Mediolanensi, quæ est decisio 70. apud Viuian. in verbis supra etiam relatis. *Non tamen præiudicasse illis de familia, si adsunt, nisi obstet præscriptio, quam intendunt particulariter examinare.* Et postea ibi: *In præiudicium autem non volentis agere, hoc est, de quo particulariter fuit reseruatum videre, quia vti remotioribus fortè de cotempore non pertinebat patronatus, & diligentia in non permittendo extraneos possidere patronatum,*

non

non pertinebat ad eos, viuen-
te proximiore, quod idem cõ-
ueniebat alijs succeſſoribus nõ
notis, quibus non videbatur
poſſe inferri præiudicium. Cõ-
cludere videtur, quòd ad
hoc, vt illi de familia non
cenſeantur ſibi præiudicare
non veniendo contra dona-
tionem factam de Iurepatr.
gentilitio, debet currere
tempus requiſitum ad præ-
ſcriptionem, iuxta ea, quæ
infra ſuo loco dicemus *Prax. ſeq.* Et tale tempus debet
computari à die ſcientiæ
eius, qui ſuſtinet actuale
præiudicium.

3 Si quæres ſecundò, an
ad hoc vt filius poſſit venire
contra donationem Iuriſpa-
tron. factam à patre ſit ne-
ceſſarium, vt ipſe repudiet
eius hæreditatem? Et re-
ſpondendum videtur prima
fronte affirmatiuè, ex regu-
la illa vulgata, quòd hæres
non poteſt impugnare fa-
ctum defuncti, imò tenetur
illud ratificare. *l. cùm à ma-
tre.* C. *de rei vendicat. & alijs
allegatis per Aſſt. deciſ. 285.
num. 10. & Viuianum lib. 4.
Praxis cap. 9. num. 48. &
ſeq.* Quod videtur etiam
eſſe verum, ſiue tale Iuſpa-
tron. ſit mixtum, ſiue merè
gentilitium. Fauet Rota
in Toletana Iuriſpatron. 11.
Februarij 1627. coram Coc-
cino, quę inter recollectas à
Viuiano eſt 112. ibi: *Non
obſtat 2. quòd Anna ſit
filia, & hæres Ioannis filij
Matthęi aui reſpectiuè tran-
ſigentium, & ideò non poſ-
ſint dictam translationem tã-
quam illorum factum impu-
gnare in puncto. Rota apud
S. Mem. Gregor. XV. d deciſ.
418. num. 5. quod procedit
etiam in hærede hæredis. Ro-
ta deciſ. 265. num. 3. 1. part.
recent. Quia quò ad perſonam
Matthęi tranſigẽtis ceſſat om-
nis difficultas, cùm ex inſtru-
mento publico conſtet, Ioan-
nem filium dicti Matthæi, &
Annæ patrem, illius hæredi-
tatem repudiaſſe.* Sed con-
159 trariũ eſt verius, quia d. *l.
cum à matre*, non habet lo-
cum in actu facto à defuncto
contra legem, & ſic de actu
inualido, vt benè alijs ad hoc
adductis habetur per *Tho-
mam Grammat. deciſ 93.* Vbi
in caſu ſimili de hærede eius
qui donauit rem prohibitam
alienari, qui talem aliena-
tionem impugnauit, & ob-
tinuit.

160 Si fiat mandatum procu-
ræ ad donandum Iuſpatron.
hæreditarium alicui ſine
aliqua taxatiua, donatio po-
teſt fieri à procuratore ei,
cui fuit iniunctum in man-
dato pro ſe, & illius hæ-
dibus, & ſucceſſoribus, quia
facul-

facultas donandi recipit interpretationem ab ipso Iurepatr. quod sui natura est transitorium ad hęredes etiã extraneos, vt habetur in præcitata Lucana Iurispatr. 20. Iunij 1602. coram Card. Millino, quæ est 12. apud *Viuianum*, ibi: *Non obstat, quòd mandatum procuræ, &c* Quòd autem procurator cũ libera potestate non possit donare, præsuppono vt certum per ea, quæ latè tractat *Pinellus in. l. 1. part. 3. num. 56. C. de bonis maternis*.

Quò ad secundam partem difficultatis de requisitis pro validitate donationis
161 Iurispatron. Respondetur requiri assensum Ordinarij, de quo si non constat, donatio non est attendenda. *Rice. decis. 180. in princip. ac 3 part. Praxis resolut. 288. & seq. & in Praxi nouiss. probationis Iurispatronat. resolutione 186. Molfes. tractat. 6 cap. 5. num. 82.* Testatur de communi Canonistarum sententia *Suarez tom. 1. de Religione lib. 4. de Simonia cap. 28. num. 16.* Et si aduertat, hoc nullibi in iure reperiri expressè sancitum, quibus illic allegatis adde Rotam in Aquilana Cappellaniæ 19. Ianuarij 1629. coram Durano, ibi: *Non obstat, quòd prædictus Lucas Antonius vnus ex filijs & hæredibus Angeli donauerit vnam portionem Iurispatron. Gabrieli, qui Dominicũ præsentauit, quia cùm non constet interuenisse consensũ Ordinarij dicta donatio non est attendenda. Abb. in cap. illud col. penul. de Iurepatr. Decius qui plures allegat cõsil. 541. num. 2. Put decis. 18. lib. 2. & Rota decis. 176. part. 1. recent.* Rationes, quare dictus cõsensus debeat adhiberi, ponit *Lambert. de Iurepatron. lib. 1. part. 2. quæst. 1. ar. 10.* Quarum illa est præcipua, vt videat Ordinarius, an expediat Ecclesiæ mutare patronum, & euitentur fraudes, ac fictæ vẽditiones, sequitur *Rota in Pisana Cappell. 1. Iulij 1587.*
162 *coram Comitulo*, vbi ampliatur conclusio, vt scilicet sit necessarius dictus cõsensus Ordinarij, vel confirmatio Summi Pontificis etiam quando donaretur ius præsentandi pro vna vice, de quare nos etiam infra.
163 Quando autem præsumatur dictus assensus ex cursu temporis triginta annorum, vel etiam ex assertione ipsius donantis facta in ipsa donatione, habetur latè per *Riccium in Praxi nouissimæ probationis Iurispatron. resolu-*

solutione 187. & 190. vbi refert decis. Rotæ. Quibus adde aliam decisionem in Lucana Iurispatron. 18. Iunij 1628. coram Dunozetto ibi: *Tum etiam quatenus dictus consensus fuisset necessarius ex subsequuta Ordinarij tolerantia plurium annorū, &c.* vt infra.

64 Quia verò talis consensus non est mera gratia, prout est Assensus Regius pro feudo, vel Assēsus Apostolicus pro alienatione rei Ecclesiæ, iuxta *Extrauag. Ambitiosè*, sed eum tenetur de iure præstare Episcopus dum non habet expressè iustam causam illum negandi, vt quādo v.g. fieret donatio Iurispatron. personæ indignæ, vel cum pactis illicitis, si de facto illum denegaret, posset ille, qui ex hac denegatione grauamen sensit appellare ad Metropolitanum & per eum cogi ad consentiendum, vt post *Riccium*, *& Rotam Romanam habetur per Molfesium tract. 6. Summæ cap. 5. num. 82.*

65 Doctrina autem principalis, quòd in donatione Iurispatron. requiratur assēsus Episcopi, intelligitur primò, quando fuit facta donatio laico, qui non erat compatronus, & non de donatione facta compatrono, quia tunc cùm nullus requiratur consensus Ordinarij, vt in Asculana Iurispatr. 24. Febr. *1616.* coram Verospio, quæ apud *Viuianum est decis. 23.* Et confirmatur in Lucana Iurispatr. 18. Iunij 1628. coram Dunozzetto, ibi vigore donationis, de cuius vigore Domini nòn dubitabant, tum quia vti facta compatrono, qualis de illo tempore erat Martinus senior, non indigebat consensu Ordinarij, tantò magis sufficiet consēsus Vicarij. *Viuianus d. lib. 4. cap. 4. num. 7.* Quibus illic allegatis adde præcitatam Lunens. Sarzan. ibi: *Non obstat quod in donatione facta per Augustinam Catharina eius neptæ, & matri Maximiliano de hoc Iurepatronat. non adfit authoritas Episcopi, sed Vicarij, quæ non sufficit, vt sæpius resoluit Rota, quia cum versemur in donatione inter compatronum, Episcopi authoritas non fuit necessaria. Glos. in cap. Nemini in 1. vers. Sed potest dici, & ibi Bellamera 16. quæst. 7. Lambertin. de Iurepatronat. par. 2. lib. 1. quæst. 1. in 1. Parisius de consid. quæst. 28. nu. 184. Achill. decis. 10. num. 2. de Iurepatr. Verall. decis. 284. num. 1. part. 1. & Rota decis. 107 num.*

num. 41. part. recent. Quòd validitati donationis, productio huius tituli insufficientis, scilicet consensus Vicarij minimè noceat, vbi neque erat necessarius consensus Episcopi. Habetur in eadem decisione Lucana supra proximè citata, ibi: *Neque hæc præsumptio elidi-tur ex productione alterius tituli insufficientis, nimirum consensus Vicarij, quia hic non fuit ad effectum ostendē-di esse satisfactum Estrauag. Pauli II. de rebus Eccles. non alienandis, sed fuit productus ex abundanti pro maio-ri cautela, & ad magis re-mouendum scrupulum iuris communis, quo attento, in translatione patronatus, siue Ecclesiastici, siue laicalis (ni-si actum esset de donatione facta compatrono) videbatur adhibendus consensus Ordi-narij, cap. nobis, vbi D D. de Iurepatron. productio au-tem vnius tituli ad vnum fi-nem, & ad effectum, non tol-lit præsumptionem alterius tituli melioris allegatam ad alium finem, & effectum di-uersum, Rota decis. 285. num.*

166 *4. part. 2. recent.* imò datur casus, in quo productio huius tituli, consensus iuuet, nempè vt possit currere præscriptio. *Ricc. in Praxi part. 1. d cis. 180. num. 148. cum alijs allegatis à Viuiano lib.*

167 *4. cap. 1. nu. 27.* Nota autē quòd donatio facta à patrono eius filio, non dicitur facta compatrono, & ideo est necessarius cōsensus Ordinarij, nam viuente patre, filius non est patronus, *Stephan. Gratian. discept 577. num. 37. Barbos. de offic. & potestat. Episcopi allegat. 71. num. 28. Viuian lib. 4. cap. 1. à num. 31.* Vbi consulit, vt semper adhibeatur ad maiorem cautelam etiam in donatione facta in compatronum consensus Ordinarij.

168 Quod dictum est de donatione facta compatrono, idem dicas de donatione facta Ecclesiæ, quia neque requiritur in ea consensus Ordinarij, vt habetur in *cap. vnico, de Iurepatronat. in 6.* & omnes docent, teste *Molfesio d tract. 6. suæ Summæ cap. 5. num. 81.* Quibus ab eo allegatis adde decisionem Rotæ in Mediolan. Iurispatron. sæpiùs allegat. 18. Aprilis *1616.* coram Pirouano, quæ est *70.* apud *Viuian.* in verbis infra referendis *vers. imò sufficit.* Appellatione Ecclesiæ, hic intelligas quemlibet locum Religiosum. *cap. vnico vbi D D. de Iurepatronat. in 6. Rocc. de Curte verbo ipse, vel*

is,

num. 30. Barbos. Gratian. & alij allegati per Viuianum lib. 4. cap. 1. num. 16. Non autem intelligas, Clericum vel aliã personã Ecclesiasticam, nisi ipsi donetur contemplatione Ecclesiæ, vel alterius loci Religiosi, vt per Rotam in Pisana Capellanie 1. Iulij 1587. coram Comitulo, quæ loquitur de donatione facta cuidam Episcopo, & refertur à *Viuiano d. lib. 4. cap. 4. post num. 74.* ibi: *Communis est illa distinctio, vt laicus absq; consensu Episcopi possit trãsferre in Clericum Iuspatron. quando transfert contemplatione Ecclesiæ: secus si iure proprio, & bono ipsius Clerici, notant Bald. Abb. qui tenentur de communi, & alij in d cap illud. Andr. in cap. significasti de Iurepatronat. & ibi Franch. & Anchar. & extra hos terminos procedit decisio Rota 9. in nouis. de Iurepatron. Nec ad rem pertinet quod inter prædictos donatarios cessauit suspitio captandæ mortis. Primò quia consensus Episcopi non ideò requiritur, vt obuietur huiusmodi votum, &c. Secundò, quia authoritas Episcopi interuenire debet in translatione Iurispatronat. vt videat an expediat Ecclesiæ mutare patronum, vt euitentur fraudes ac ficta venditiones, prout aduertunt cõmuniter DD. in d. cap. illud, & liquet, eam posse habere locum, vbi donatio fiat Clerico iure proprio, &c.*

170 Appellatione Ordinarij hoc casu venit Prælatus inferior habens iura Episcopalia cum populo, eius diœcesis vbi sita est Capella de Iurepatron. quia talis potest etiam instituere, si in fundatione ei fuit reseruata institutio, tamquam Ordinarius, vt de Præposito Buxeti, ex resolutionibus Sacræ Congregationis, refert Rota in illa Burgi S. Domnini Iurispatr. 9. Decembris 1622. coram Merlino, quæ inter recollectas à *Viuiano post suam Praxim est decis. 18.* idem dicit *Viuianus dicto lib. 4 cap 1. num. 24.* de Capitulo Prouincialis Ecclesiæ Pisanæ, etsi trepidanter, cum deinde relinquat cogitandũ, venit etiam Vicarius Capituli Sede Vacante, *Riccius in 1. part. Praxis decis. 180. num. 150.* Quia hoc pertinet ad potestatem iurisdictionis non Ordinis, quidquid post *Stephanum Gratianum* etiam dubitare videatur *Viuianus loco citato num. 26.* Et si cõtrarium sit dicendum de Vicario generali Episcopi; si non habeat speciale manda-

tum, vt communiter docēt Doctores apud *Riccium part.2. Praxis resolut.469.& Rota apud Caualerium decis.538.* Et clarius tenuit nouissimè in vna Pistorien si Beneficij 24. Maij 1630. coram Cardin. Verolpio, ibi: *Demum neque obstat validitas donationis, quæ impugnabatur ex defectu potestatis Vicarij, qui eamdem donationem confirmauerat, neque enim dubitari poterat de eiusdem Vicarij potestate; nam præter liberam facultatem, quam habebat in mandato, & litteris sui Vicariatus, ex qua comprehendi poterant casus, qui solent exigere mandatum magis speciale. l. si Procurator; cui generaliter 58.num.2. ff. eod tit.& in l. Creditor §. huius num. 3. ff. mandati, Ruin. cons. 93. num.6. lib. 5.Bero. quæst.33. num.8. & quæst.25. num.2. Hoc etiam videri poterat in eisdem litteris illi concessum, vt posset confirmare donationes patronatus, cum eam præterea facultatem habuerit expresse in mãdato consentiendi erectionibus, ac reseruationibus patronatuum, atque etiam alienationibus bonorũ Ecclesiasticorum, siuè enim eadem sit facultas, ex qua licitat instituere, ac reseruare à principio Iurapatron.* 171

atque ea, ex qua promissum sit consentire eorumdem patronatuũ alienationibus postquam constituti fuerunt, vt late comprobat Ferrett. cons. 327. num. 4. & 5. & cons. 343. num.10. cuius tamen contrarium defendit Lamber. de Iurepatron.libr.1. part.2. quæst.1.art.5. num.2. Et facta dinumeratione horum casuum, qui sub generali mandato non continebantur, concessa censebatur hæc etiam facultas ex clausula, quæ in eodem mandato legebatur, alia omnia, & singula faciẽdi, quæ mandatum magis speciale requirerent. c. qui ad agendum, vbi notatur de Procur. in 6. Abb. in cap. coram nu.5. de in integr.restit. Couarr.in Rubr.de testam. p. 2. num. 14. & var. resolut. lib.1. cap. 6. num. 3. Cassad. decis. 1. de Procur. Rota decis.27.eod tit.in nouiss. & in Valent. Beneficij 3 Decembris 1582. coram Aldobrand. siue etiam, quòd maior dici posset facultas consentiendi alienationibus patronatuum, nõ tamen maior erat facultas consentiendi alienatione bonorum Ecclesiasticorum, quæ in eodem mandato concessa fuit. c. illud de Iurepatron. Achill. decis. 10. eod.tit. Decian. cons.27. num.20. Card. Seraph. decis. 1312. num. 1.

cæus

cùm præterea ad casus simi-
les eadem facultas restricta
dici non posset, dum illa ex-
pressè in eodem mandato con-
cedebatur, etiam in casibus,
qui essent maiores expressis.

Et ex his probata validita-
te donationis, & successione
Vincentij in vniuerso Patro-
natu. Dixerunt Domini, cõ-
cedendam esse institutionem
Angelo, qui cùm esset præsen-
atus à vero patrono, docue-
rat etiam de sua nobilitate,
præsentatione in tempore,
& alijs, quæ de iure ad eam-
dem institutionem obtinendã
requirebantur causæ. c.
quoniam, c. si verò de Iure-
patronat. Rota decis. 620. n.
3 part. 1. & decis. 337. num.
1. part. 2. recent. Adde quòd
dictum speciale mandatum
præsumitur ex cursu longi
temporis, scilicet 30. annõ-
rum, quidquid aliqui con-
trarium doceant; ita *Riccius*
in Praxi nouissimæ proba-
tionis Iurispatronat. resolu-
tione 189. Quibus illic alle-
gatis, Adde Rotam in Me-
diolanensi Iurispatron. 18.
Aprilis 1616. coram Piro-
uano quę inter recollectas à
Viuiano est decisio 70. ibi:
Non obstat, quòd in dicta
donatione non interuenit au-
thoritas Episcopi, sed Vica-
rij, quæ non sufficit, cùm ap-
probare donationem Iurispa-
tron. factam per laicum al-
teri laico, respiciat gratiosam
facultatem, c. illud cap. præ-
terea de Iurepatron. quæ non
transit in generalitate man-
dati Vicarij, &c. Quia ex
decursu tanti temporis præ-
sumitur sufficiens mandatum
vel ratificatio Ordinarij, qui
aliàs non permisisset, patronũ
præsentare prout fecit in oc-
currẽtibus vacationibus. &c.

173 Iste consensus Ordinarij sufficit si sequatur donationem, vt dictum fuit supra de erectione Iurispatron. ita per Rotam in Lucana Iurispatron. 18. Iunij 1628. coram Dunozzetto, vbi ad hoc allegat tex. *in cap. coram, & c. fugestum extra de Iurepatronatus. Rotam decis. vltima eodem titulo in antiquis.* Fauet etiam eadem Rota in Triuentina Benefic. 12. Nouembr. 1629. coram Queipo versùs finem quam habetis in fine Operis. Hæc doctrina benè declaratur per Rotam in Beneuentana Iurispatronatus 26. Iunij 1628. coram eod. Dunozzetto, ibi: *Nec releuat, quòd confirmatio potuerit fieri quandocunque etiam post mortem donãtis iuxta decis. vltimam de Iurepatronat. in antiquis. Nam quidquid sit quando interuenit confirmatio post tri-*

ginta annos, & post mortem tam donantis, quàm donatarij, prout in casu, de quo agitur, visa fuit cessare omnis difficultas, ex quo dicta confirmatio superuenit post vacationem, & post præsentationem factam à prædicta Angelella, vt in Summario num. 1. vnde non potest impedire effectuationem præsentationis factæ ante dictã confirmationem ab existentibus in possessione præsentandi. Lambert. d. art. 17. sub num. 10. circa finem, vers sed si vacaret. Rota decis. 337. num. 7. part. 2. recent. Put. decis. 18. lib. 2. Dum autem Rota non fundat se in eo, quòd post 30. annos, vel post mortem tam donantis, quàm donatarij sit præstitus consensus donationi, sed tamen quòd fuerit præstitus post vacationem, & præsentationem, nam vt dicitur in alia decis. Pisana Cappell. 24. Nouembris 1586 coram Bubalo ante confirmationem donationis non existere abdicatum ius à patronis, & per consequens posse præsentare, merito explicare debemus, quid dicendum sit quando elapsum est tempus triginta annorum, vel interuenit mors donatoris, & donatarij antequam consensus præstaretur.

174 Quò ad primam partem dubitationis, *Viuian. dicto lib. 4. cap. 1. num. 29. & seq.* dicit, quòd etsi regulariter consensus Ordinarij pro cõfirmatione talis donationis debeat esse expressus, quia requiritur pro forma, tamẽ aliquãdo etiam sufficit præsumptus, & tacitus; rationem eam esse huius rei subdit *capit. 4. sub num. 7.* Quia vt diximus supra, non est necesse, vt talis consensus comitetur dictam donationem, sed sufficit si sequatur, modò teneatur dictum consensum prẽstare Ordinarius, vt latè *Viuianus lib. 4. cap. 2. sub num. 48.* Et si
175 quæris ab eo, quando dicatur adesse talis consensus præsumptus, seu tacitus sufficiens? Respondet *dicto num. 29.* quòd hoc contingere potest duobus modis. Primò quando donatarius fuit scienter admissus ab Ordinario ad ea, quæ spectant ad patronum. Secundò quãdo à die donationis elapsum fuit tempus legitimæ præscriptionis, quod tempus, ipse ait, esse cursum 40. annorum, & licèt *cap. 4. sub num. 5. & 74.* dicat, quòd ex lapsu 30. annorum iuncta obseruantia, talis consensus prẽsumatur interuenisse, non per hoc sibi contradicit

cum

cum eo, quòd dixit supra requiri tẽpus legitimæ præscriptionis 40. annorum, quia potest esse, quòd à die donationis nulla interuenerit præsentatio facta à donatario, ac admissa ab Ordinario, & tunc requiritur, quòd elapsum sit à die donationis tempus 40. annorum, vel si fuit facta præsentatio à donatario, & admissa ab Ordinario, & tunc sufficit tempus 30. annorum, ideo addit illa verba, *iuncta obseruantia*, quia vult sufficere 30. annos, tantò magis erit præscriptio, si fuerunt emanatæ præsentationes, & lapsum sit spatium 40 annorũ, vt in prædallegata Luana Iurispat. 18. Iunij 1628. corã Dunozetto in fine ibi: *Præterea cum ab anno 1551. quo Martinus senior præsentauit Pardum, emanarunt per eius hæredes plures præsentationes effectuatæ, & sit lapsum tempus 40. annorum, videbatur etiam Martinus iunior, qui præsentauit Dominicum aduersus prætensiones Capellanorum tutus per præscriptione quadragenaria, & de quarta de præscriptionibus. Couarr. in regula possessor part. 2. §. 10. num. 8. Purpuratus conf. 560. num. 6. Rota decis. 407. num. 1. part. 1. diuersorum.*

Cùm igitur in casu dictæ Beneuentanæ, non solùm nulla fuerit subsequuta obseruantia donationis; sed cõtrarium fuit obseruatum, vt patet in fine decisionis, ibi: *Præsertim quia ex obseruantia per dictam præsentationẽ effectuatam de anno 1599. viuente dicto donatario apparet donationem nõ habuisse effectum*. Ideò etiam nulla potuit currere præscriptio, nec sibi iuuare aliquid tempus 30. annorum, atque etiam non poterat confir-
176 mari, quia sicut donatio effectuata facit præsumi cõsensum, vt in Asculana Iurispat. 24. Februar. 1616. coram Card. Verospi quæ apud *Viuianum est decisio 23.* ibi: *Et in omnem euentum stante donationis effectuatione præsumitur Ordinarij consensus interueniisse. Lambert. de Iurepatron. 2. part. primi lib. p. quæst princip. art. 8. Franc. Marcus decis. 473. num. 3. p. 1. Decius conf. 639. num. 3. & seq. latiùs decis. 20.* Ita si non est effectum sortita pro nulla, & inualida reputatur, etiamsi interfuit confirmatio, vt dicitur per Rotam in Cracouien. Parochialis 22. Maij eiusdem anni 1628. coram Merlino, ibi: *Non cõstat. dictas donationes sortitas fuisse effectum, pro vt*

requi-

requirebatur . Calder. consˢ. 6. de causa possess. & prop. Caputaq. decis 337. num. 2. & seq. part. 2. Gonzal. ad regul. 8. glos. 45 §. 2. num. 37. vbi, quòd quando quis potest alio titulo præsentare, non præsumatur præsentare vt donatarius, ibi: *Neque obstat, quòd immò apparet de effectuatione dictarũ quatuor donationum ex præsentationibus subsequutis, &c. Quoniam in huiusmodi præsentationibus non exprimitur, quòd præsentauerit vigore donationum, & potius intrat præsumptio, quòd præsentauerit iuxta sententias, &c. Et propterea præsentationes referendæ sunt titulo legitimo, & valido. Grau. consˢ. 322. sub num. 3. Dec. consˢ. 297. nu. 2. Beccius consˢ. 6. num. 6. lib. 1.* Si ergo per non effectuationem. actusque contrarios, redditur nulla donatio, etiam quòd adsit confirmatio, tãtò magis non potest ex post facto, etsi lapsi sint 30. anni; confirmari ex regula, quòd ab initio non valet, tractu temporis non potest conualescere; tum etiam ex ratione, quam ponit Rota in Pisana Cappell. apud *Viuianum d. lib 4 cap. 4. post n. 74.* ante confirmationem Ordinarij non abdicari Iuspat. à patrono donante.

177 Quæres hac occasione, an, quando iuncta est obseruantia, necessarium sit tempus 30. annorum ad supradictam præsumptionem? Respondetur, distinguẽdo vtrũ constet præsentatio, vel facta à donatario, & fuerit admissa ab Ordinario sciente, donationem non fuisse confirmatam; vel de hoc est dubium, vtrùm Ordinarius hoc sciuerit, vel non. Primo casu sufficit minus tempus. Secundo casu requiritur dictum tempus 30. annorum, vt in terminis alienationis rerum Ecclesiasticarum sine assensu philosophatur *Ricc. in Praxi decis.* 35. & hoc voluit dicere *Viuianus d. cap. 4 sub num. 5.* Dum postquã dixisset, quòd ex lapsu 30. annorum iuncta obseruantia, præsumitur interueniisse assensum; subdit, si autem Episcopus instituit ad præsentationem donatarij, tunc valet donatio facta sine Episcopi consensu, ex quo instituendo, videtur consentire, vbi allegat decisionem Rotæ in Pistorien. Iurispatron. 27. Nouembris 1587. corã Gipsio, sed clariùs loquitur *Viuian. ibidem sub nu. 74.* de præsentationibus admissis in plurali, & est id quod dicitur in supra relatis

atis verbis decis. Asculanæ, ub num. 176. & clariùs Ro- a in Lucana Iurispatron. 18 unij 1628. coram Dunozet- o, vbi citat eamdem deci- ionem 60 Bononiens. ibi: *Tum etiã quia quatenus præ- atus consensus fuisset neces- arius, satis de eo constare idebatur ex subsequuta Or- inarij tolerãtia plurium an- orum, nec non ex admissio- ibus præsentationum facta- um per Martinum donata- ium, eiusque successores, qua on potuerunt fieri citra ap- robationem donationis. Lã- rt. dicto tractat. lib. 1. part. . quæst. 1. art. 7. in fine. ota in Bonon. de Viola 27. Nouembris 1597. corã b. m. ypsio, & hæc approbatio po- uit quandocumque, &c.* Vbi aulò antea firmauit, bene- lacitum Apostolicum in ienatione Iurispatron. Ec- esiastici præsumi interue- sse ex lapsu 30. annorum, obseruantia subsequuta, supra retuli.

Quò ad secundam partem donatio possit confirma- post mortem donantis, vel onatarij. *Viuian. d. lib. 4. p. 1. sub num.* 39. Respon- t, quòd post mortem do- ntis non potest interue- re confirmatio talis dona- onis in præiudicium hære- um ipsius donatoris, & nu. 44. limitat hoc, si fuit talis donatio iuramento numquã illam reuocandi confirmata. Ac capite 4. num. 74. post Rotam, docet, quòd post mortem donãtis potest Epi- scopus consentire tali dona- tioni in præiudicium hæredis ipsius, non autem post mor- tem donatarij, & decisio ad- ducta pro secunda parte est Pisana Cappell. 24 Nouem- bris 1586. coram Bubalo, vbi præsupponitur, in vita donatarij fuisse obtentam confirmationem Apostoli- cã dictæ donationis in for- ma commissaria directa Or- dinario cum clausula, veri- ficato priùs Iurepatron. & tamen decessisse donatarios ante exequutionem illius, sed id quod dicitur post mortem donantis posse cõ- firmari donationem ab Or- dinario, intellige quando res est integra, idest donans per præsentationẽ post do- nationem non reuocasset dictam donationem, quia prætermissa quæstione de reuocatione donationis an- te, vel post acceptationem, de qua infra, ex quo hoc ca- su debet donatio effectum sortiri, alias est nulla, & in- ualida, vt supra dictum est, consequitur non posse post talem non effectuationem confirmari ab Ordinario

sequi-

sequitur igitur ex dictis, quod quãdo præcedit mora vtriusque, scilicet tam donãtis, quàm donatarij, non posse confirmari dictam donationem.

179 Et si pro confirmatione dictæ donationis regulariter sufficiat assensus Ordinarij, tamen aliquando est necessarius etiam assensus S. Pontificis, nempè quando Ecclesia vellet donare Iuspatr. Ecclesiasticum laico, vel etiã alteri Ecclesiæ ob rationem specialem Extrauag. Ambitiosè, vbi interdicitur alienatio bonorum Ecclesię absque assensu Summi Pontificis, vt per *Viuianum d. lib. 4. cap. 8. num* 30. vbi allegat diuersas decisiones Rotæ, quibus adde decisionem in Lucana Iurispatron. sæpius supra mentionatam 18. Iunij 1628. coram Dunozetto, ibi: *Non obstat allegatus defectus beneplaciti Apostolici, quod videbatur necessariũ in alienatione Iurispatron. Ecclesiastici ex constitutione Paulina de rebus Ecclesia non alienandis; illud enim ex lapsu 30. annorum, & obseruantia subsequuta, præsumitur interuenisse. Ancharan. consil. 136. Seraphinus decis. 671. num. 1. Rota decis 506. num. 2. & 4. part. 2. recentiorum.* Si Iuspatron. pertineret ad Monasterium Regularium tunc deberent obseruari sãcita nouissimè per Decretum Sacræ Congregationis Sanctissimi Domini Nostri Vrbani VIII. Pontificis Maximi iussu editum, de rebus Regularium non alienandis sub die 7. Septembris 1624. cum suis declarationibus.

180 Quòd autem dominium Iurispatron. in illis, qui donarũt probetur ex eo, quòd in donatione, & confirmatione Apostolica fuerit facta mentio, quòd Iuspatron. spectabat ad donantes, si dicta donatio habuit effectum per spatium plurium annorum, habetur in Florentina Iurispatr. 8. Nouembris 1627. quæ inter recollect. à *Viuiano est decis. 104* ibi: *Stricte ad dubium reseruatũ in vltima decisione; an scilicet constet de dominio illorum qui donarunt, & an illud debeant probare per immemorabilem cum præsentationibus effectũ sortitis spatio 50. annorum, quasi agatur de probatione Iurispatron. vniuersitatis, in qua cadit præsumptio vsurpationis, & ideo non docto titulo requiritur præfata probatio ex dispositione Sacr. Concilij Tridentini. Et Domini censuerunt satis constare de dominio, cùm in donatione, & confirma-*

tione

tione Apostolica, fuerit facta mentio, quòd Iuspatron. spectabat ad donantes, quare cùm huiusmodi donatio habuerit effectum spatio 72. annorum, vtique narrata præsumuntur iustificata, & sic quòd Iuspatron. spectaret ad donantes. Rota decis. 739. num. 4. part. 2. Seraph. decis. 642. num. 3. &c. Et præfata eò magis sunt admittenda, cùm patronus non sit in causa, ac ideo in probando Iurepatronat. sufficiunt leuiores probationes, Rota decis. 229. num. 1. part. 1. Donationis Iurispatron. instrumentum non probare Iurispatr. existentiam. dictum fuit supra Praxi 2. num. 29.

1 *Instrumentum donationis quando sit in forma probanti, & quando dicatur Authẽticum, num. 186.*

2 *Citatio partis quando requiratur in exemplatione instrumenti.*

3 *Instrumentum extractum ab alio processu an probet.*

4 *Enunciatiua scriptura facta in motu proprio Sãmi Pontificis probat dictã scripturam.*

5 *Consensus præstiti in coadiutorijs, vel resignationibus habent vim præsentationis.*

187 *Originale instrumentum quod nam dicatur.*

188 *Recognitio instrumẽti quãdo sit necessaria.*

189 *Antiquitas alicuius scripturæ quomodo arguatur per Rotam.*

190 *Notarius forensis quis dicatur.*

191 *Statutum laicorum non determinat contra Ecclesiasticos, & num. 193.*

192 *Donatio quando sufficiat, vt acceptetur à notario, An acceptatio sufficiat, si fiat post mortem donantis vel donatarij, ibid.*

194 *Donatio Iurispatr. facta pro se, &c. quomodo debeat interpretari.*

196 *Captiuo apud hostes quomodo competat Iuspatronat.*

198 *Donatio Iuris præsentandi censetur facta cumulatiuè, & non priuatiuè.*

199 *Simonia suspicio in donatione Iurispatron. quando impediat translationẽ ipsius, & num. sequenti quòd illa non committatur vbi donatio fit in recompensam beneficiorum, num. 201.*

203 *Filiorum natiuitate, & ingratitudine reuocatur donatio Iurispatr.*

204 *Donatio Iurispatron. per*

litteras cõfirmationis Papæ, vel Ordinarij.

CIrca alias solemnitates dictæ donationis respicientes probationẽ ipsius, certum est, debere produci in forma probanti, dicitur autem tale, quando illud fuit exemplatum à successore in officio Archiuiltæ, vt in præcitata Asculana 24. Februarij 1616. coram Cardinale Verospio, quæ est 23. apud Praxim Viuiani; ibi:

181 *Non obstat, donationis instrumentum non esse in forma probanti, nam vltra quòd ante motam litem de anno 1585. fuit illud à Notario in officio Archiuiltæ successore exemplatum, vnde dicitur probare. Felin. in cap. P. Tabellio de fide instrumentor. Caputaq. decis. 101. nu. 3. p. 2. Serapb. decis. 1481.* Nec ab re dicitur ante litem motam, quia si exemplatur lite pendente, debent citari interesse habentes, vt etiã in præcitata Beneuentana 26. Iunij 1628. coram Du-

182 nozetto, ibi: *Non obstat denique quòd Angelella fuerit excluſa à dicto patronatu per donationem de eo factam ab eius patre ad fauorẽ Ioan. Nicolai eius filij, à quo descendit dictus Gabriel, pro vt in Summario Maximiliani num. 2. quia cùm dicta donatio fuerit transumptata lite pendente, & non citatis interesse habentibus non probat. Put. decis. 336. lib. 2. cum aliis latè relatis per Gratianũ discept. 907. num 32. & seq.*

183 An autem sufficiat; si talis donationis instrumentum sit extractum ab alio processu, habetur in Pistorien. Archidiaconatus 15. Ianuarij 1629. coram Pirouano, ibi: *Non obstat, quòd instrumentum donationis, à quo pendet substantia probationis Ioannis Baptistæ non sit in forma probanti, postquam neque authenticum ab eodem Notario rogatum; neque à suo originali, parte citata compulsatum, productũ fuit; sed ab alio processu leuatum, cui fides adhibenda non est, non obstante Cõstitutione Innocentij, dum in illo processu non apparet productum authenticum, & recognitum, Caputaq. decis. 351. num. 5. part. 2. Rota decis. 550. num. 4. coram PP. Gregorio XV. & in Ianuens. portionis 12. Ianuarij 1604 coram Illustriss Card. Millino. Quia etsi hodie probari non possint requisita Innocentiana, quãdo scriptura extracta de alio processu producitur, non tamen deficit forma probans istius Instrumenti, quia*

cum

cùm substantia tenoris illius fuerit registrata in litteris Sixti IV. confirmantis hanc donationem sub data Kalend. Februarij anni 1476. 84 ab Incarnatione, & iterùm enùntiata in litteris motu proprio eiusdem Fontificis de anno 1481. & sic versemur in antiquissimis supra centũ annos, scriptura, aut tenor registratus in litteris Papæ probat factum enunciatum, Alex. cons. 6. in fine lib. 6. Graue de antiq. temp. in princ. num. 8. & 10. dicens, si Papa vt hic motu proprio concedit; etiam in recentibus talem assertionem probare, & in sectione, vers. octaua datum limitatio in fine, & in alia sectione, vers. vidimus in genere num. 13. idem confirmant, Modern. de prob. concl. 918. num. 3. & nihilominus si ageretur de sumpto informi, concurrentibus adhuc adminiculis, & obseruantia, plenè probat. Bald. cons. 400 num. 5. lib. 4. Crau. cons. 158. post princ. & 274. num. 7. Ioseph Ludou. concl. 38. vers. infertur quintò, Seraph. decis. 1334. num. 5. Rota decis. 18. num. 1. part. 2. recent. qua adminicula super abundant, quia ex litteris prædictis Sixti IV. tam de anno 1476. quàm 1481. apertè constat de veritate facta donationis, & idem legitur registratum in libro Capituli Cathedralis Pistorien. de anno 1479. quòd idea familia de Pandulphinis tenebatur ad anniuersarium vigore prædictæ donationis rogata per Nerium de Prato Cameræ Apostol. Notarium, qui est idem descriptus in calce scripturæ donationis pro Notario rogato, quibus accedit enunciatiua emanata in diuersis processibus; nam de anno 1601. Ferrantes de Tucis pro iustificanda narratiua litterarum coadiutoriæ huius dignitatis produxit diuersa iura, inter quæ legitur idem Instrumentum publicum donationis Iurispatronat. Archidiaconatus prædicti facta per Ludouicum Pauli, Petro, Philippo Iannotij de Pandulfinis, & natu maiori pro tempore existenti ex linea, & descendentia dicti Iannotij die 17. Decembris 1476. rogato à Nerio Honuphrij, Notario publico Cam. Apostol. Similiter & in sententia anni 1611. lata ad fauorẽ Honuphrij per Vicarium Pistorien. legitur, viso instrumẽto fundationis, & donationis facta per Ludouicum fundatorem Petro, Filippo Iannotij Pandulfini, & maiori natu. Cæterùm quòd instrumentum prædictum fuerit ex-

per pro authentico obseruatum; patet, quia ab anno 1528. vsque ad vltimam vacationem Pandulfini, nati maiores præsentarunt, seu loco præsentationis consensum præstiterunt resignationibus per tempora factis per Archidiaconos possessores, & in prouisionibus Apostolicis sub sequutis, nempè de anno 1528 in prouisione Frãciſci per resignationem Vincentij, & de anno 1565. in prouisione Baldassaris per resignationem supradictam Francisci, & de anno 1601. in coadiutoria expedita ad fauorem Ferrantis Tucij, & in alia coadiutoria expedita ad fauorẽ Honuphrij Clarentij de anno 1611. per cuius obitum contigit præsens vacatio, & quãuis consensus nõ fuerint præstiti in vacatione per obitum; sed in coadiutorijs, & resignationibus, ijdem tamen
185 sequuntur effectus: quia consensus præstiti habent vim præsentationis etiam ad constituendos patronos in quasi possessione præsentandi. Abb. cons. 54. num. 1. lib. 1. Rot. decis. 154. num. 4. part. 2. recẽt. & 349. num. 2. coram PP. Gregorio XV.

186 Authenticum quando dicatur tale instrumentum, ad propositum hoc nostrum patet ex decis. in cad. causa Pistorien. facta 28. Ianuarij 1630. huius tenoris: Censuerunt Domini standum esse in iam resolutis 15. Ianuarij 1629. quia hęsitatio, quæ erat apud aliquos ex Dominis super existentia donationis, ad quã tota causa hodie restringebatur, per productionem instrumenti authentici cessat, nam scriptura huius donationis continet diem. mensẽ, annum, testes, clausulam, actum, & alia, quæ desiderantur per Glos. in l generali C. de Tabell. lib 10. specul. de Instrum. edit. in princ. Abb. in cap. 1. n. 3. & ibid. Imola n. 2. Felin. n. 2. de fide Instrument. Bart. in l. si quis ex argentarijs §. si initium num. 61. ff. de eden. nec dubitari potest de rogitu, seu publicatione inter partes, quia subscriptio eiusdem Notarij quæ dicit, Nerus Honuphrij de Prato testatur sic, vt præmittitur, & hoc præsens publicum instrumentum manu alterius scriptum confeci, & in hanc publicam formam reduxi, signoque, & nomine meis solitis signaui, ex quibus verbis patet, leuasse hoc secundum à sua matrice iam perfectum, & publicatum,
187 & quodlibet leuatum dicitur originale. Bart. in Auth. si quis in aliquo num. 3. C. de eden. vbi Dec. num. 15. Couar. præct.

pract. quæst. cap. 19. num. 3. Caputaq. decis. 170 part. 1. & 351. part. 2. Rota decis. 1. de fide instrum. in nou. & in Mediolan. decimarum 23. Ianuarij 1612. coram me.

8 *Non obstat, quòd prædictum instrumentum non fuerit recognitum, quia cùm habeat datam de anno 1476. & sic versemur in tempore supra centum annos, non est de iure necessaria alia recognitio. Put. decis. 1. de fide Instrum & 146. lib. 1. in correct. Caputaq. decis. 5. part 3. & decis. 27. num. 2 & 693. num. 7. part. 2. recentiorum, & Rota contentatur oculari inspectione ad agnoscendã scripturæ antiquitatẽ, pro vt in alia Mediolan. decimarum 17. Ianuarij 1617. coram me fuit dictum, & hanc pariter oculis Dominorum subiecerunt, dum causa disputabatur, & vlterius concurrunt plura adminicula ponderata in prima decisione, quæ forte sufficerent, vt scriptura fides esset præstanda ad effectum sufficientis recognitionis.*

Non obstat, quòd ille Notarius sit de Terra, seu Oppido Prati, & sic forensis in ciuitate Pistorien. quia propterea ex Statutis eiusdem Ciuitatis prohibetur rogare donationes, & alia instrumenta sub pena nullitatis.

190 *Quia enunciatiua loci originis non tollit, quin idem Notarius potuerit ciuilitatẽ in alia ciuitate contrahere, vt in terminis ciuilitatis fuit firmatum in Romana centum mill. 28. Ianuarij 1628 coram Illustrissimo Card. Vi-*

191 *rili, vltra quod Statutum Ciuitatis Pistorij defectu potestatis, cùm sit laicorum, non potest aliquid determinare contra Ecclesiasticos, vt plenissimè firmat Surd. cons. 2. num. 14. & 34. & consil. 301. num. 12. & seq. Et ita, &c.* Circa quod vltimum dictum de Statuto, vide infra aliam decis. sub *num. 212*

192 Circa acceptationem requisitam ad validitatem donationis, *Viuian. d. lib. 4. cap 4. à n. 60.* concludit cũ *Card. Mantica*, quòd sufficiat acceptatio facta per Notarium pro absenti, dũmodo subsequatur ratihabitio donatarij, saltem tacita, quæ ex facto conijci possit, non tamen impedit talis acceptatio Notarij pro absenti, quin donator possit reuocare donationem ante ratihabitionem donatarij, vt est magis communis, & verior opinio, de qua testatur *Thesaurus decis. 70. Pedemontana* quia non est textus tribuens talem facul-

cultatem Notarijs extra iudicium. Latè per *Sanch. lib. 1. de matrimonio disput 7. num. 11.* Contrarium tamen est verius, quando donatio est facta causæ piæ cum iuramento, vt per *Molfesium tract. 12. summæ cap. 17. vbi allegat Seraph. decis. 193. & 724. num. 8.* Et sic concordat opiniones contrarias, quod dicit verum Rota apud *Caualerium decis. 606.* etiã nemine stipulante. Donatarium posse etiã post mortem donantis acceptare donationem non reuocatã, decisum refert in Rota Romana *Seraphin. decis. 801. num. 2. & 4. & decis. 1184. num 13. apud Molfesium loco supradicto*. Secus tamen dicas de hærede donatarij, quia non potest post eius mortem acceptare donationem factam defuncto. *Caualerius decis. 354. num. 3.* Quòd vnius donatarij acceptatio profit alteri cõdonatario; post *Seraphin. decis. 472. num. 11. & 12.* docet idem *Molfesius supra*.

193 In eadem decisione Asculana, reperies hæc alia verba ad propositum nostrum. *Nec obstat solemnitatis defectus, cùm in donatione iudicis decretum, & insinuatio iuxta Marchiæ constitutionem non interuenerint? Dicta enim constitutio non habet locũ in Iurepat. sicut neq. in alia re spirituali vel spiritualitati annexa, &c.* Fauêt dicta per eamdem Rotam in Pistorien. vt habetis supra num. 191. Rota in Asculana supra sæpius mentionata, quæ est decis. 23. apud Viuianum, declarauit, quòd

194 quis donãdo hoc modo pro se &c. intelligatur donare, etiam pro hæredibus, & successoribus, & ideo abdicatum esse ius à filijs, & successoribus donantis, ibi: *Non obstat Baldassarem ius suum, non autem filijs, & successoribus competiturum donasse, quia contrarium in donationis instrumento legitur ibi, donauit pro se, &c. quæ clausula pro filijs, hæredibus, et successoribus extenditur. Seraph. dec. 703. n. 2. quòd Iuripat. congruit, cùm donatio ad hæredes donatarij sit trãsitoria. Socc. iunior cõs. 77 n. 4. lib. 2. Rota decis. 17. de Iurep. in antiquis n. 5. & 6*

195 An autem non solùm ius, quod quis habet in præsens, sed etiam & futurum, censeatur donare, adest decisio illa Pistoriensis supra mentionata, ibi: *Neque in donatione, quæ eiusdem patronatus facta fuit à Vincentio ad fauorem Ioannis, ex cuius præsentatione*

venit

venit Angelus, comprehendi non poterat, quòd solùm Ius Vincentij contineret, dum propter eosdem Vincentium, & Catharinam aderat alius, apud quem vltimo loco fuit hic patronatus, alterum scilicet filium nomine Bartholomeum, qui etiam & vnà cum ipso Vincentio successit in eodem patronatu, quasi dum ex donatione, quæ viuente Bartholomeo facta fuit, id solùm ius transferri potuit à Vincentio, quòd sibi ex propria persona competebat, & Catharina vtriusque superstes successerit in eiusdem Bartholomei iure, quod non venit in concessione, & donatione facta à Vincentio. Hæc enim exceptio satis visa fuit ex facto tolli, cum neutrum in facto consisteret, siue quòd donationis tempore viueret Bartholomeus frater, siue quòd id solùm ius donasse visus fuerit Vincentius, quod sibi tunc tempore donationis competebat, nam vel propter præsumptionem. l. Cornelia, de qua in l. Pater num. 10. ff. de capt. & Postlim. reuers. l. 1. C. eod. tit. eum
196 dem Bartholomeum tunc temporis captiuum apud hostes, & qui numquam deinde reuersus fuit, præsumi oportebat mortuum, antequam venisset in hostium potestatem. Alciat. in l. hostes num. 115. ff. de verb. signif. Surd. cons. 303. num. 23. & totius Iurisprud. iam tum hæres fuit Vincentius, cùm illud Ioanni donauit, vel etiã quia ex causa iuris postliminij, quia viuenti apud hostem reseruatur per eamdem l. Corneliam, vt in l. Postliminij ff. eod. tit. l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. §. fin. instit. quibus non est permissum fac. testam. illud ius successionis in fratris hæreditate, considerari non posset in Vincentio, nisi sequuta vera eiusdẽ Bartholomei morte, adhuc idem Ius, & portionem, quæ sibi in hoc patronatu obuenit post mortem fratris, dixerunt Domini fuisse à Vincentio ex donatione translatum, propter clausulas amplissimas,
197 quæ legebantur in instrumento donationis, & eis, quibus, &c. videntur ab eo donata etiam iura, quæ in eodem patronatu acquiri à se futuris temporibus potuissẽt. l. fin. C. quæ res pign oblig. poss. Bart. in l. si ita num 4. ff. de leg. 2. Negusan. de pign. 2 mem. 2. part princip. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 127. num. 35. Vt propterea Catharina eiusdem Vincentij hæres non solùm non potuerit succedere in ea portione Bartholomei,

quæ

qua non erat in hæreditate Vincentij, sed neque possit hodie eamdem donationem impugnare, tamquam factam ab eodem Vincentio, cuius ipsa est hæres. l. cum à matre C. de rei vend. l. vindicantem ff. de euict. l. filius fam. §. cùm Pater, ff. de leg. 1.

198 Item Rota in Salamantina Capellaniæ 27. Maij 1630 coram Ghislerio declarauit, quòd quando patronus donat Ius præsentandi, intelligatur donare cumulatiuè, & non priuatiuè. Habes dictam decisionem supra, cùm de Iurepatron. gentilitio.

Remanet nunc explicare, an & quomodo dicta donatio possit iudicari simoniaca, circa quod adest dictum Rotæ in supracitata decis. Lucana Iurispatron. 20. Iunij 1602. coram Card. Millino, quæ inter recollect. à *Viuiano post eius Praxim est* 12. ibi: *Non obstat postremò quòd ista donatio sit Si-*

199 *moniaca, cùm in continenti post factam donationem coram eodem Notario, & testibus, Ludouicus donatarius affirmet, se esse debitorē Hieronymi donantis in scutis 65 quæ promisit soluere infra sex annos, quia ista promissio habet causam expræssam, & quantitas scutorum 65. præsertim in termino sex annorum non est proportionabilis, & correspondens donationi Iurispatr. trium Cappellaniarum, & propterea exclusa correspectiuitate in hoc casu secundùm Dominos non resultat plena, & concludēs probatio Simonię Mobod. decis. 3. de Simonia. Put. decis. 380. & 440. lib. 1. & tanto magis cùm ex lib. memorialiū detur fumus, quòd ista promissio fuit facta occasione saldi rerum, & pecuniarum solutarum pro Ludouico à Hieronymo.* Item quia aliquando talis donatio solet fieri in remunerationem beneficiorum, vel seruitiorum, quæ regulariter excludit suspicionem Simoniæ, maximè quando fit pro seruitijs, aut beneficijs, pro quibus poterat donans conueniri: vt per Rotā in Calaguritana Præeminentiarum 24. Aprilis 1598. coram Gipsio, & notat *Vinianus d. lib. 4. cap. 4. sub num.* 73. Ideo notanda est alia decisio recentior in præcitata Pistorien. Archidiaconatus 15. Ianuarij 1629. coram Pirouano, vbi agitur de simili re, ibi: *Demum non obstat, quòd scriptura donationis contineat labem Simo-*

200 *niæ, quæ impedit translationem Iurispatron. c. prætera*

rea el 2. de Iurepatr. Rota decis. 302. num. 4. part. 1. recentior. & ex eo dicebatur Simoniam probari, quia in cõtextu præmittuntur beneficia recepta à Pandulfinis, & spes recipiendi maiora, quæ cùm contineant causam finalem, tamquam in proœmio posita, l. 1. vbi Bart. in principio ff. ad Macedon. Becc. cons. 20. num. 11. à vitio Simoniæ videtur non posse separari. Couarr. var. lib. 1. cap. 20 num. 4. Rota dicta decis. 302. num. 4. part. 1. recent. quia vltra quòd ex temporis decursu, nempe 150. annorum, & post confirmationem Apostolicam, exceptio de per se remanet irreleuans propter authoritatem. Papæ, quæ purgat omne vitium. Glos. in cap. cùm pridem in verbo illiciteè de pactis. Paris. de resignat. lib.

201 *6. quæst. 2. num. 68. Donare in recompensam ob seruitia recepta non est simonia, postquam erant conuentione, & pacto ad extinguendã obligationem, & inferunt tantummodo moralem obligationẽ ab honestate, & gratitudine remuneratoria procedentem, vt declarat Couar. dicto cap. 20. num. 4. vers. si verò collator beneficij, & idem firmat Gomes de triennali quæstione 12. vers. & quid dicendum. Paris. de consid. q. 49. num. 5. Rota in Calaguritana confiden. 14. Decembris 1529 coram b. m. Penia.* Quærit *Viuianus d.* 202 *lib. 4. c. 4. à num. 66.* Vtrùm per donationem Iurispatr. transferatur in ipsum, & eius hæredes in perpetuum, vel pro eo tempore, quo poterat esse apud eius hęredes ipsius donantis, & sic an illis deficientibus, Ecclesia fiat libera? Relinquit tamẽ talem quæstionem indecisã, concludendum autem nostro iudicio, transferri in donatarium, & eius hæredes in perpetuum absque alia relatione ad continuationem hæredum donantis, quia quod prius erat Iuspatron. hæreditarium in donante, fuit hęreditariũ in donatario, nec tunc videtur, quòd aliquid fiat contra mentem fundatorum, ac libertatem Ecclesię, cùm non alteretur natura ipsius Iurispatron. quæ est, vt possit donari, & qui concedit antecedens, concedere vi-
203 detur & consequens. Qui etiam à *num. 32.* firmat in donatione Iurispatron. habere locum dispositionem, *l. si vmquam C. de reuocand. donat.* scilicet reuocari ob superueniẽtiam liberorum, ac etiam à *num 42.* probat reuocari posse talem dona-

tionem ob vitium ingratitudinis. Remanet nunc diffinire aliam difficultatem de donatione omnium bonorum, an in ea transferatur etiam Iuspatron. Sed de ea
204 opportuniùs infra §. 3. Rota in Florentina Iurispatron. quæ est *103. apud Viuian.* tenuit donationem Iurispatron. probari per literas cõfirmationis Summi Pontificis, etsi talis confirmatio non probet existentiam ipsius Iurispatron. Vnde idem potest dici de litteris confirmationis Ordinarij. Quasi possessio ratione Iurispatron. quomodo acquiratur ex ipsius donatione patet ex his, quæ Rota discurrit in Florẽtina subdecanatus 27. Ianuarij 1627. coram Durano, quæ est *43. apud Viuianum*, & nos infra referemus *sub num. 211.*

§. SECVNDVS.

Legato quomodo transferatur Iuspatronatus.

205 *Legatum quid sit, & quod nam Iuspatron. possit legari, num seq.*

207 *Iurispatronat. natura per legatum, quomodo possit alterari, & num. 217. & num. 221.*

208 *Consensus Ordinarij est necessarius in translatione Iurispatron. per legatum, quid de donatione causa mortis ibid. An sufficiat si subsequatur dictus cõsensus post mortem legãtis num. 210. An deficiẽte dicto consensu possit legatarius præscribere ius præsentandi, num. seq.*

209 *Feudum non potest relinqui per testamentum absque Assensu Regio.*

212 *Quasi possessionis translatio non fit eodem modo per legatum, & per donationem.*

213 *Legatum per clausulam.* Omni meliori modo nõ resoluitur in donationẽ inter viuos, *factum in testamento nullo, an subsistineatur, num seq.*

215 *Iudex Ecclesiasticus, vel laicus cognoscit de validitate legati, vel donationis Iurispatr.*

216 *Legatum Iurispatr. & iuris priuandi Cappellanos non est idem.*

218 *Iuspatron. in dubio præsumitur hereditarium.*

219 *Centenaria in materia Iurispatr. habet vim immemorabilis.*

220 *Legatum Iurispatron. factum filijs, & descendentibus, an sit hereditariũ.*

222 *Hæres non potest mutare voluntatẽ fundatoris Iurispatr.*

rispatr. absque S.P. consensu.

223 *Iuspatron. gentilitium finita familia non efficitur liberum, sed transit ad haredes.*

224 *Patronus quòd possit successoribus præiudicare, quomodo intelligatur.*

225 *Obseruantia declarat, an Iuspatron. sit hæreditarium, vel gentilitium.*

205 CVm legatum à Iure Consulto definiatur esse donationem quamdam à defuncto relictam, *Instit. de legatis in principio*, huic casui de legato facile possunt applicari omnia, quæ dicta sunt supra de donatione Iurispatr. non adhærente alicui vniuersitati de qua est particularis tractatio infra suo §. particulari.

206 Et primò, quòd Iuspatron. tantùm hereditarium, non autem gentilitium, aut mixtum possit legato relinqui, vt diximus de donatione. Patet in Florēnt. Canonicatus 25. Maij 1616. coram Buratto, quæ apud Viuianum est 41. vbi agitur de Octauia, cui legatum fuit relictum Iurispatron. & in fine ipsius decisionis habetis hęc verba: *Vnde siue Iuspatron. sit merè gentilitium, siue mixtum, quia requirat vtrã; que qualitatem sanguinis, & & hæreditatis, Octauia non est capax tamquam extranea, &c.* Ex quo verbo, *tamquã extranea*, desumitur ratio differentiæ, quare donari, & legari possit Iuspatr. hæreditarium, non autem mixtum, vel merè gentilitium, quæ est ista, quia hæreditarium secundùm suam naturam est transitorium ad extraneos, non autem gentilitium, & mixtum.

Requiritur etiam, quòd legatum sit effectuatum, sicut etiam diximus de donatione, aliàs nihil operatur,

207 si per ipsum sit alterata natura primæua Iurispatr. vt si illud quod erat hæreditarium legaretur pro filijs, & descendentibus, de qua re extat decisio in terminis Pistorienſ. Parochialis 9. Februarij 1624. coram Merlino, quæ apud Viuian. est decisio 106. ibi: *Nec obstare videbatur, quòd de anno 1457 Iacobus de Cancellarijs patronus pro medietate dictum Iuspatron. pro huiusmodi portione ad ipsum tangente iure legati transtulerit in Felicē, eius ex fratre nepotem, & in omnes eius filios descendentes masculos, & postea Domitius pariter de Cancellarijs portionem ad ipsum spectantē similiter iure legati reliquerit fa-*

milia, domui, & cippo de Cancellarijs masculis, &c. & quòd vtrique accesserit Ordinarij consensus, & confirmatio; quoniam fuit responsum, in legato Iacobi non videri posse fieri fundamentum, ex pluribus enim deducebatur, etiam post legatum prædicti Iacobi qualitatem hæreditariam retinuisse, & præsertim ex Bulla. Quò verò ad legatum Domitij, non constat fuisse effectuatum, immo cùm postea dicta Parochialis primo loco vacasset de anno 1599. apparet præsentationē per Braccium, & Paulum factam fuisse, nulla habita ratione dicti legati, vnde non videbatur habendum in consideratione ad effectum, de quo agitur, vt per Gonzal. reg. 8. glos. 45. §. 8. num. 4. & seq. & glos. 55. num. 21. & 22.

208 Est etiam necessarius in legato facto laico, non compatrono consensus Ordinarij, vt supra explicatus, ita per *Abb. in cap. cùm seculum num. 6. & in cap. illud num. 4. de Iurepatron. Viuian. in Praxi lib. 4. cap. 1. num. 18. & seq.* vbi idem dicit de donatione causa mortis, cessione, &c. & supponitur in Pistorien. Parochial. supra citata ibi: *Quòd vtrique accesserit assensus Ordinarij, & confirmatio, &c.* Fauet quod 209 dicitur de testamento super feudo hæreditario, quod requirit assensum. *Capic. decis. 64.* Immo neque substitutio, & fideicommissum, vt docent DD. & licèt vt supra dictum est secundùm aliquos si talis cōsensus subsequetur post mortē donatoris nullum operetur effectum: secus tamen est in omnium opinione, in lega- 210 to, quia sufficit si sequatur assensus præfatus post mortem testatoris ob id, quia natura legati est, vt tale non sit, nisi confirmetur morte testatoris, vt in decisione Florentina mox re- 211 ferenda. Quòd legatarius Iurispatronat. in cuius exequutione non interuenit cōsensus Ordinarij non præscribat ius præsentandi contra hæredem, habetur per *Riccium part. 3. Praxis resolut. 358.*

Circa quasi possessionis translationem est differentia inter donationem inter vinos Iurispatron. & legatū eiusdem; nam primo casu eo ipso transfertur in donatarium, & sic ex quo donās præsentauit, non tenetur producere ad probationem pertinentiæ ipsius, nisi instrumentum donationis. Secundo casu; secus erit. Ratio

tio differentiæ cum decisio-
ne huius articuli habetur in
Florent. Subdecanatus 27.
Ianuarij 1627. coram Dura-
no, quæ inter recollectas à
Viuiano est decis. 43. ibi :
2 Quia fuit benè responsum,
quòd cessio possessionis facta
in vita, & possessionis lega-
tum longè differunt. Etenim
tempore quo fit cessio, cedens
possidet, & sic transfert quod
est, & per se habet; cùm autē
legatum possessionis, sicut nec
testamentum in vita testato-
ris, nec in puncto mortis,
quòd vita, & non morti at-
tribuitur. l. qui minus 14.
§. hæc verba. ff. de manum.
testamento effectum habeant,
sed post mortem conferantur,
impossibile est, quòd possessio
per legatum transferri possit
non in vita, sed in morte
testatoris, & sic dum ipse pos-
sidebat, quia eo tempore le-
gatum, quòd post mortem con-
fertur, non poterat habere
effectum, non etiam post mor-
tem, quia morte testatoris pos-
sessio extincta fuit, ideoque
non valet legatum de ea re
factum, sicut in simili, quan-
do aliquis legat ius quod ha-
bet in re, morte sua periturū,
non tenet legatum. Vbi am-
pliat primò, etiam eo casu,
quòd extaret statutum de
continuanda possessione in
successorem, quia illud non
intrat, nec aliquid operatur quò ad quasi possessionē Iuris præsentandi. Nam cùm quasi possessio versetur circa spiritualia, meritò ex defectu potestatis statuentis non comprehenditur sub huiusmodi statutis, vt etiam habetur in Asculana relata
213 *supra num. 191.* Ampliat secundò, etiam si reperiatur apposita clausula in dicto legato, *Omni alio meliori modo*, quia non per hoc resoluitur tale legatum in donationem inter viuos. Ampliat tertiò, etiam si cedatur dicta quasi possessio per clausulam constituti, & Limitat vbi fuisset legatum Castrum, Villa, vel alia Vniuersitas, cui adhæreat dictum Iuspatron. Ipsam decisionem quæso lector perlegat apud *Viuianum loco supracitato*.

Quod dictum Rotæ aperit viam ad aliam quæstionē, quam huc vsque non reperi
214 tactam à DD. & est, An legatum Iuris patron. factum in testamento nullo, ratione solemnitatis, subsistineatur. Dixi, *ratione solemnitatis*, quia si esset nullum testamentum ratione voluntatis, certum est de iure haberi pro non facto, de qua re habetis exemplum apud *Afflictum decis. 62. & clarius*

rius per Capicium decis. 201. in fine. & latè nos diximus inter nostras consultationes in illa testamenti minus solemnis ? Et respondeo substineri tale legatum, si solemnitas, quæ deficit in dicto testamento sit requisita tantùm de iure ciuili, cui non subijcitur Iuspatronat. quod est aliquid spirituale seu spiritualitati annexum, iuxta ea, quæ dixit Rota in dictis decisionibus Florentina, & Asculana, & notat *Viuianus lib. 4. Praxis cap. 4. à num. 23*. Secus si solemnitas, quæ deficit, sit de iure Canonico, vt in simili distinguit *Capicius decis. 201*. vbi quærit, an si de tali re ageretur in foro seculari, deberent attendi solemnitates tantùm de iure Canonico? & respondet negatiuè, sed illas docet attendendas tantùm, quando agitur in foro

215 Ecclesiastico. Causa autẽ hæc validitatis legati Iurispatr. si non sit illius solius, sed vniuersitatis bonorum, sub qua includatur Iuspatr. certum est, quòd pertinet ad iudicem laicum, vt est communis sententia, de qua eam declarando testatur *Viuian. lib. 11. Praxis cap. 10 à num. 6*. Si verò est legatum solius Iurispatron hìc videtur difficultas. *Viuian. supra cit. cap. 10. num. 5*. videtur in hoc etiam casu affirmare, quòd pertineat ad laicum, quia docet, quòd quando tractatur de excludendo aliquem à Iurepatron. ista causa non est annexa spiritualibus, & ideo de ea cognoscere laicum, tacitè scilicet, an validum sit legatum prædictum, non autem expressè, clariùs *num. 9*. vbi etiam concedit iudici laico cognoscere super actione personali pro Iurepatron. promisso donari, ergo etiam de legato ipsius. Quod enim dicitur de donatione, procedit etiam in legato, quò ad hanc materiam, & è contra.

216 Adde tandem legatum Iurispatron. & Iuris priuandi Capellanos multum differre, vt patet in decisione Lunens. Sarzan. vltima Maij 1627. coram Durano, ibi: *Non obstat, quòd Lancellottus prætendat totum Iuspatron. spectare ad DD. de Cattaneis vti hæredes, & successores Laurę, quæ fuit neptis Francisci fundatoris ex Maria filia eius hærede vniuersali, ad quam propterea cum vniuersa hæreditate prętenditur transijsse hoc Iuspatronat. & non ad Ioannem Franciscum à quo descendũt authores Hieronymi, quãuis*

te-

testator ei legauerit Ius priuãdi Capellanos, ex quo legato non infertur ad legatũ Iurispatronatus? Nam respondetur quòd ex obseruantia subsequuta per plus centum annorum, quæ habuit initiũ immediatè post mortem fundatoris, resultat clara probatio Iurispatrun. ad fauorem Maximiliani, & Francisci & aliorum descendentium à prædicto Ioanne Francisco primo patrono, ita vt absque alia probatione præsumatur melior titulus de mundo non limitatus ad dictum testamẽtum, sed aliunde iuxta iura, & decisiones supra allegatas, & quidquid sit, Hieronymo sufficit esse præsentatũ à maiori parte eorum qui sunt in quasi possessione præsentandi.

217 De legato facto Iurispat. hæreditarij filijs, & descendentibus masculis, vel cippo, ac familiæ, quod per hoc non mutet naturam hæreditarij Iurispatron. & transitorij ad hæredes extraneos; extat decisio Rotæ supra in principio huius quæstionis mentionatæ, Pistorien. Iurispatron. 31. Maij 1628. coram Merlino, quam hic integram referam, etsi aliàs eius partes aliquæ fuerunt alibi relatæ.

Permanserũt Domini post tertiam disputationem in resolutione, quòd hoc Iuspatron. sit adhuc hæreditarium & consequenter transitoriũ ad quoscumque hæredes, vt in decisione sub die 9. Februarij 1624. coram me, quam habes apud Viuianum decis. 108

218 *Præsumptio enim iuris fauet, quòd Iuspatron. sit hæreditarium, dum ex fundatione, vel ex alijs contrarium non deprehendatur. Clem. plures de Iurepatron. DD. in cap. 1. & cap cùm seculum eodem tit. Abb. cons. 54. num. 4. par. 1. Dec. cons. 149. num. 1. Rota decis. 675. num. 1. par. 1. recent. & sæpissimè aliàs, & concurrit etiam obseruantia subsequuta, & possessio in statu hæreditario per centum annos, & vltra supra annũ 1565. tempore vltimi legati*

219 *facti per Domitium, quæ centenaria in materia Iurispatron. quidquid sit ad alios effectus, habet vim immemorabilis. Put. decis. 206. lib. 1. Paris. de confiden. quæst. 28. num. 260. Garz. de benefic. part. 5. cap. 9. num. 107. & ex huiusmodi centenaria, & immemorabili potest allegari, & desumi titulus fundationis, & sic quod in limine fuerit conuentum, tale Iuspatron. fore hæreditarium, & transitorium ad quoscumque. Felin. in c. causam*

sam quæ sub num. 7. de præscript. Peregr. consi. 33. num. 23. lib. 1. Rota decis. 312. num. 4 part 1. recent.

Verùm nodus difficultatis positus erat in duabus scripturis, prima de anno 1457. altera autem de anno 1565. quas tamen hodie etiam Rota censuit non obstare.

220 *Quò enim ad primam, licèt ibi Iacobus legauerit Iuspatron. omnibus suis filijs, & descendentibus masculis, non tamen inde saltem necessariò resultat, quòd fuerit recessum à primæua natura Iurispatron & sic à qualitate hæreditaria, cùm illa verba suis filijs, & descendentibus, intelligi possint de filijs, quatenus sint hæredes, quæ dua qualitates sunt inter se compatibiles, & propterea nec inde fuerit immutatus status Originarius Iurispatron. Dec. consi. 149. num. 1. & seq. Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 7. versi. 3. si proximior. Peregr. consi. 33. num. 9 lib. 1. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst 2. art. 1. num. 15. 22. cum seq. Achill. decis. 9. de Iurepatr. cum alijs cumulatis per Gratian. discept. Forens. cap. 577. num. 45. & per Didac. Spin. in specul. testament. glos. 4 princip. num. 50. & seq. & saltem negari non posse videtur, quin stante statu antecedenti verè hæreditario, verba legati, quatenus essent dubia, possint, & debeant recipere hanc declarationem, vt quanto minus fieri possit, recedatur à voluntate fundatoris, concurrente etiam potissimum post dictum legatum Iacobi obseruantia subsequuta de qualitate hæreditaria, nè dum quia Sixtus IV. legatum prædictum confirmauit pro hæredibus, successoribus, sed etiam quia anno 1550. fuit concordatum, quòd spectaret ad filios, & hæredes cum clausula vni, vel quibus dederint, &c. quæ clausula, & quibus dederint, &c. facit concessionem hæreditariam, & transitoriam ad extraneos, etiam in materia, quæ aliàs ex sui natura non transit, ad hæredes sanguinis. Roland consi. 42. num. 10. lib. 1. Rota decis. 642. num. 4. part. 1. recentior.*

221 *Amplius aliqui ex Dominis dubitabant, an Iacobus successor, esto etiam, quòd voluisset, potuerit immutare naturam, & statum Iurispatron. ita vt de hæreditario efficeretur gentilitium, & sic euertere voluntatem fundatoris, & sui authoris, pro vt in his terminis, non posse patronum, latè tradit Ferret.*

rit. conf. 134. per tot & Parisius conf. 48. num. 8. vers. in quibus, & num. 9. ac 10. lib. 4.

Nec obstare credebant, quòd id procedat si ageretur quòd Iuspatron. gentilitium redigatur in hæreditarium, quod fieri non posse nemo ambigit; secus autem si Iuspatr. quod à principio erat hæreditarij, deinde efficiatur gentilitium. In primo enim casu deterior, vt aliquibus videbatur euadit conditio Ecclesiæ, quia ita diutiùs in seruitute patronatus permaneret ipsa Ecclesia; at in secundo casu melior euadit conditio Ecclesiæ, quia facilius assequetur libertatẽ, si Iuspatronat. non transeat, nisi ad hæredes sanguinis, vt per Lambert. de Iurepatron. part. 2. lib. 1. art. 2. quæst. 2. princip. num. 3. Quoniam ratio, cui Ferrettus, & alij innituntur, quòd non possit per successores immutari status præscriptus à fundatore in Iurepatron. tota posita est
222 in defectu potestatis, cùm hæres nec etiam de consensu Ordinarij possit alterare voluntatem fundatoris, sed tali casu opus esset dispensatione Apostolica, vt vltra Ferret. d. conf. 134. per totum, docet Bald. in l. si testamen. num. 1. & seq. C. de testam. Adden. ad decis. Capell. Tolos. decis. 26. Guidop. decis. 556. Gutier. conf. 1. num. 19 Nec veritati consona est illa ratio præiudicij, & facilioris libertatis in Ecclesia, si ad hæredes sanguinis tantùm transi-
223 ret Iuspatronat. quoniam quando etiam Iuspatronat. est gentilitium, deficiente gentilitate, seu descendentia, non tamen Ecclesia efficitur libera, sed Iuspatron. assumit qualitatem hæreditariam, & efficitur transitorium ad extraneos hæredes, iuxta conf. 4. Calder. de Iurepatron. Anchar. conf 81. num. 2. & seq. Rocc. de Iurepatron. in verb. ipse quæst. 8. num. 19. Paris. conf. 48. num. 11. 21. 22. lib. 4. Ferret. conf. 131. num. 10. & seq. & sequuta est Rota in Cremonen. Iurispatronat. 18. & 21. Maij 1576. coram Robustello, quæ est decisio 385. part. 1. diuers. vbi fuit dictum, hanc esse communem, & veriorem opinionem; & in ead 6. Iunij, & 21. Nouembris 1578. coram Card. Seraph decis. 364 & 378. & in Cremonen. Capell. 14 Ianuarij 1594. coram Illustriss. D. Card. Millino; & in Vrbinaten. beneficij 14 Iunij 1594 coram b. m. Vbaldo, immo fauet Ecclesiæ, quòd fundatorum voluntates non possint immutari, si quæ hæreditaria constituerunt à principio

Iurapatron. vt talia persequerent; hoc enim modo alliciuntur ad fundandum, & non retrahuntur, pro vt sequeretur, si immutatio permitteretur.

Alexander autem conf. 13. num. 10. & conf. 18 num. 6. lib. 5. Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 10. Molin de primogen. Hispan lib. 1 cap. 24. art. 30. & quotquot pro Cancellarijs allegaban-
224 *tur, licèt admittant, quòd patronus possit successoribus præiudicare, & tunc totum prælegare, & etiam in extraneum transferre, nec hæredibus competere quærelam, quoties Iuspatron. est hæreditarium, non tamen concludunt quòd postquam illud vni fuit prælegatum, vel extraneo relictum, non retineat suam primam qualitatem hæreditariam, nec dicunt quòd illã patronus possit immutare, vnde videtur dicendum, quòd possit successor in patronatu hæreditario præiudicare quidem circa translationem Iuris de persona in personam, & ita loquuntur DD. supradicti, sed tamen inde postea permanet natura, & qualitas Iurispatron. ab initio per fundatorem præscripta, & conferunt tradita in Aretina Capell. 24. Ianuarij 1603. coram b.m. Card. Pamph. vers. non obstat, quòd huiusmodi, & semper urget illa ratio, quòd defecit potestas in successore, vt per Guttier. d. conf. 1. num. 19 & quemadmodum vnus successor potuit extraneo relinquere idem, etiam quòd possit, & omnis alius successor, suadet ratio, & sic non violanda voluntas fundatoris, qui dum hereditarium fecit Iuspatron libertatem videtur concessisse omnibus successoribus de eo disponendi, remanente sua prima natura hæreditaria, &c.*

Nec contrarium dixit Rota in decis. 675. num. 2. part. 1. recent. quia procedit in prima creatione, siue in testamẽto, siue in codicillis, non autem in mutatione, & noua impressione diuersæ qualitatis à prima per fundatorẽ infixa, &c.

Quidquid esset de prædictis semper subsistit illud fundamentum, quòd saltem stante hac dubietate circa facultatẽ Iacobi, metiendo voluntatem à potestate, facienda sit omnis interpretatio, quòd Iacobus noluerit immutare naturam patronatus, præsertim con-
225 *currente obseruantia subsequuta, quæ potissimum attẽdi debet ad effectum discernẽdi, an Iuspatronat sit hæreditarium, vel gentilitium, Gabr. conf. 196. num. 6. lib. 2.*

Pe-

Peregr. d. conf. 33. num. 25. & 26. lib. 1. Rota in Florentina de Ricciolis 10. Martij 1603. coram Card. Lancellotto.

226 *Quò verò ad secundum legatum de anno 1565. factum Cippo, & familiæ, applicatur eadem responsio data à Dominis, quòd Iuspatron. hæreditarium non potuerit immutari, & redigi in gentilitium, & quoniam illud legatum fuit confirmatum à Vicario, qui tamen de iure potestatem non habet confirmandi sine speciali mandato Ibrozz. in tract. de Vicar. lib. 2. quæst. 198. Garz. de Benef. part. 5. cap. 9. num. 76. Rota decis. 576. num. 1. part. 1. & decis. 337. num. 5. part. 2. recent. & quoniam etiam hoc postremum legatum non fuit exequutioni demandatum, illo enim non obstante, præsentationes fuerunt factæ iure hæreditario, & de anno 1577 fuit pro una parte donatum tamquam hæreditarium, & huiusmodi donatio cùm facta fuerit in compatronum tenuit, licèt non interuenerit consensus Ordinarij, Abb. in cap ex insinuatione num. 4. de Iurepatron. Caputaq. decis. 284. num. 1. part. 1. & decis. 131. num. 1. & 2. part. 2. Achill. decis. 10. de Iurepatr. & fuit dictum in Asculana Iurispatronat. 24. Februarij 1616. coram Illustriss. D. Cardin. Verospio. Et ita Domini permanserunt.*

§. TERTIVS.

De pertinentia ratione translationis Iurispatron. cum vniuersitate bonorum.

226 *Consensus Ordinarij non requiritur vbi translatio Iurispatron. fit cum vniuersitate bonorum.*

227 *Vniuersitas bonorum, quænam dicantur.*

228 *Palatium, in quo reperitur Capella de Iurepatr. an sit vniuersitas bonorum.*

229 *Fundum vbi sita est Capella de Iurepatron. an sit vniuersitas bonorum.*

230 *Bonorum omnium translatione, an etiam transferatur Iuspatron. personale.*

231 *Donatione omnium bonorum an transeat Iuspatron.*

232 *Venditione omnium bonorum an trãsferatur Iuspatr. & num. 242.*

233 *Cessione, vel renunciatione omnium bonorum, an transeat Iusp.*

234 *Iurepatron. vendito, aut renunciato, &c. quando*

censeantur vendita, & renunciata bona, quæ fundator voluit pertinere ad eum, qui possidet patron.

235 *Confiscatione omnium bonorum, an transeat in fiscum Iuspatron. & nu. 237.*

236 *Delicto patroni, quando Ecclesia patronata efficiatur libera.*

238 *Dos, fideicommissum, & legitima, an sint vniuersitas bonorum, cum quibus transeat Iuspatron. remissiuè.*

239 *Vsusfructus omnium bonorum cui relinquitur, an possit ipse præsentare ad Iuspatr.*

240 *Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum, quando etiam possit præsentare in Iurep.*

SIcut in hoc articulo est indubitatum apud omnes, Iuspatron. transire cum vniuersitate bonorum, cui ipsum adhæret accessoriè, qua
226 ratione non requiritur ad validitatem talis translationis aliquis consensus Ordinarij; sicut supra diximus requiri, quando transfertur per se, & principaliter, vt post *Cardinal. Tuscum, Mantic. & alios notat Vivian. lib. 4. suæ Praxis cap. 1. num. 13. & 14.* Ita difficile, & apud DD. hæsitatum est. Primò, quæ nam sit hæc vniuersitas, & Secundò, quæ etiam sit translatio, cum qua transeat Iuspatr. adhærens, vt supra, quæ duo à nobis breuiter sunt explicanda, ex quo iam supra sit explicatum quomodo hæreditarium, & gentilitiũ transferatur, vbi de successione in talibus.

Circa primum caput difficultatis concordant DD.
227 quòd primò hæreditas; secundò feudum, tertiò castrum seu oppidum, aut villa sint vniuersitates, cum quibus transeat Iuspatron. De hæreditate patet, quia dicitur ius vniuersale, seu quid vniuersum. *l. hæreditas ff. de petit. hæred. l. bonorum ff. de verb. signific.* De feudo etiam, quòd consistat in vniuersitate tã Iuris, quàm facti, testatur *Freccia de subfeudis lib. 3. vers. quia num. 5. in fine.* Ita quoque, quòd Villa, Castrum, Oppidum, Ciuitas sit nomen vniuersitatem continens, nemo nõ est, qui neget, habetur præcipuè per *Bart. in l. 1 n. 7. ff. de edendo, cum alijs allegatis per Rice. in praxi nouiss. probat. Iurispatronatus resol. 195. num. 2.*
228. Dubitatur tamen primò de Palatio, an illo vendito, con-

conceſſo, locato, &c. videatur venditum, locatum, conceſſum Iuſpatron. Cappellæ in palatio exiſtentis, quia *Innoc. Ioan. Andr. Hoſtien. & aliqui alij*, volunt palatium prædictum non dici vniuerſitatem quò ad noſtrum propoſitum, & ſic ſecundùm eos, ipſo palatio vendito, vel locato non trāſire Iuſpatron. cuius contrarium nititur defendere *Cāpanil. in ſuo diuerſ. iuris Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 255. poſt Lambert.* Quando aditus ad capellam non pateat, niſi per palatium, quam opinionem dicit ſatis rationabilem, etſi contrariam fateatur eſſe magis cōmunem, *Genuen. in Praxi Archiepiſc. Neapol. 184. in fine*. Vbi refert in Rota Romana die 19. Februarij 1588. fuiſſe dictum cum vēditione palatij in Regnis Nauar. venire Iuſpatron. quia palatia in dictis Regnis continent ſub ſe triuia, præeminentias, iura, & actiones, & ſic ſunt quid vniuerſale, & alijs allegatis ſequitur *Ricc. in Praxi nouiſſ. probat. Iuriſpatron. reſolut. 192. num. 4.* Vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & communiorem opinionem, qui idem dicit de fundo, quando intus ipſum exiſteret capella, quod præſupponit vt certum. *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de Simon. cap. 28. num. 19* & ſi *Viuian. lib. 4. Praxis cap. 5. num. 7.* putet eſſe differentiam inter fundum, & palatium, quò ad præſens negotium, quod etiam docuit *Genuen. d. cap. 84. num. 4 in princip.* Amplians etiam in caſu, quo aditus non pateat ad Capellam, niſi per fundum, vbi teſtatur de communi opinione, in quo caſu magis placet opinio *Suar. loco ſupracit.* cùm maior ratio vniuerſitatis videatur in fundo, quàm in palatio, vt de per ſe patēt.

230 Dubitatur ſecundò; An etiā dicatur vniuerſitas bonorum in propoſito Iuriſpatron. perſonalis, quando in alium transferuntur omnia bona, iura, & actiones; duas ſententias refert pro hac difficultate *Azor. part. 2. inſtitut. moral. lib. 6. cap. 20. ſub. quæſt. 8.* Qui videtur affirmatiuæ ſententiæ *Panormitani*, adhærere, cùm illam vltimo loco referat. *Nauar. apud Ricc. in ſua nouiſſ. prabat. &c. reſolut. 232. ſub num. 3.* videtur diſtinguere inter Iuſpatr. hæreditarium & gentilitium. Aitque hæreditarium Iuſpatron. tranſferri generali renunciatione,

ne, donatione, & alienatione; non autem gentilitium, etsi intelligendo eum iuxta factum, de quo scribit, possit intelligi de renunciatione, donatione hæreditatis, seu bonorum, iurium, & actionum, quæ spectant ad hæreditatem, quod etiam neq; transit absque difficultate, vt ipse præsupponit, & patebit infra. *Viuian. autem lib. 4. Praxis Iurispatron. cap. 4. sub num. 18.* alio modo distinguit pro praxi: Aut loquimur, inquit ipse, de donatione omnium bonorum, & renunciatione, & transit; vel de venditione, ac alienatione, & non transit Iuspatron. vt supra personale, de hoc enim est difficultas, quia si esset reale adhærens alicui rei ex donatis, venditis, renunciatis, &c. veluti villæ, castro, feudo, &c. vel gentilitium, nulla esset difficultas, vt infra; affert rationem disparitatis, eamdem prorsus, quam indicat *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 24. num. 14.* Quia donatio est aliena à suspicione aliqua Simoniæ, & protinus maiori fauore digna, hanc distinctionem *Viuianus desumpsit à Riccio in 1. par. Praxis decis. 179. in fine*. Quæ cùm sint controuersa, petunt vt in specie à nobis omnia hæc particulariter tractentur, & decidantur.

231 Quæres igitur primò, an sit verum, quòd donatione omnium bonorum transeat Iuspatron personale, vt supra, nulli alteri vniuersitati adhærens? Respondetur, *Innocentium in cap. ex litteris num. 2. & Card. ibidem quæst. 11. de Iurepatron. Baldum in l. finali C. de edicto Diui Adriani tollendo num. 48. Decium Couarr. & Lambertin.* docere simpliciter non comprehendi Iuspatr. sed alij docere videntur cõtrariam sententiam, nempè comprehendi sub tali donatione Iuspatron. hæreditarium, vt supra. Quos Rota Romana sequuta est in Cremonen. Hospital. 5. Martij 1586. coram Seraph. quæ inter impressas est 725. & habes apud *Rice part. 1. Praxis decis. 164. & antea apud Genuen. in Praxi Archiepiscop. Neap. cap. 84. num. 3.* Quæ decisio cùm loquatur in casu, vbi non solùm quis donauit omnia bona, sed etiam vltrà processus fuit donando iura, & actiones vniuersas, quia vt ibi dicitur, tunc *cessat obiectum, appellatione bonorum in contractibus non venire vniuersitatem, vt per Bald. in cons. fin. num. 4 lib. 3. Tiraquel. de retract.*

retract. §. final. glos. 7. num. 3. lib. 1. est necessarium, vt non solùm fiat donatio bonorum, sed etiam iurium, item quod dicta donatio bonorum, & iurium non sit de bonis, & iuribus restrictis ad certum locum, sed vniuersaliter, hoc enim significat Rota in illis verbis *Venit enim Iuspatr. appellatione iurium vniuersorum.* & clarè docet *Viuian. loco supra cit. num. 17.* vbi testatur, idem fuisse à Rota confirmatum in Pisana Capell. 10. Decembris 1597. coram Card. Millino, & ita intelligas *à Molfes. tract. 6. summa cap. 5. num. 79. in fine*, quando ait, transfire cum donatione iurium, bonorum mobilium, & immobilium, quia allegat *Rice.* qui referendo præfatam decisionē, loquitur vbi processum fuerit etiam ad donationem iurium, vt supra, aliàs numquam in tali donatione cōprehenditur Iuspatron. sed quia in tali donatione semper, vt subsistat, reseruatur facultas testandi de aliqua quantitate; dubitatum fuit in facto, an si postea iste testetur, & alium hæredem instituat in illa quantitate reseruata, Iuspatron. spectet ad donatarium, vel hæredem institutum; & dixi spectare ad hæredem institutum, excipitur hæc resolutio ex terminis met: si enim istud est Iuspatron. hæreditarium, ergo potius debet, dato concursu, transire ad hæredem, & ad eum ad quem transit hæreditas, etiam si sit extraneus, quàm ad donatarium omnium bonorum. Quòd tale Iuspatron. transeat ad hęredem etiam si nihil aliud sit in hæreditate, docet *Lambertinus 2 part. 1 libri quæst. 2. principali num. 25. fol. mihi 130. à t.* Institutus enim in re certa excluditur ab hærede vniuersali, cùm tunc habeatur loco legatarij, non autem à donatario omnium bonorum, vt latè scripsi in illa Bisinianen. & ita fuit decisum per illam Curiam Episcopalem. Et patebit etiam ex dicendis infra *quæsito proximo*. Intelligitur etiam quando in dicta donatione non fuit facta descriptio bonorum donatorum vt patet ex dictis supra suo loco.

232 Quæres secundò, an venditione omnium bonorum, & iurium, vt supra, etiam transferatur Iuspatron. personale *Suar. d. lib. 4. de Simonia cap. 28. num. 19.* etsi fateatur affirmatiuam esse communem sententiam Canonistarum; tamen ipse con-

contrarium putat in rigore esse verius, idem videtur docere *Couar.* non eo loco, quo citat eum *Suar.* sed *lib. 1. var. cap. 13. num. 4.* vbi cõcludit, bonorum appellationem vniuersitatem continere, quando agitur de successione alicuius, nam tunc verbum *bona* pro hæreditate accipitur, & ita vniuersitatem significat; in hac opinione videtur residere etiam *Ricc. supra alleg. decis. 179. in fine.* Vbi allegat Rotam in Lucana Iurispatronat. huic opinioni & nos adhæremus ob rationẽ differẽtiæ inter donationem & alienationem supra indicatam, suspicionis scilicet Simoniæ, in qua fundatur alia ratio, quòd hoc casu sit vniuersitas verborum tantùm, & sic resoluatur in singularitates, vt benè post alios confirmat *Ricc. in Praxi nouiss. probat resolut. 195.* Vbi testatur de magis communi, quidquid affirmatiuam sententiam simpliciter docere videatur *Azor. tit. 2. instit. moral. lib. 6. cap. 20. quæst. 8.* & in eam inclinet, & si non clarè *Viuian. d. lib. 4. cap. 4. num. 19. & 20.* Alij autem DD. loquuntur de alienatione vniuersitatis in genere, de qua re non est
233 controuersia. Quando autem DD. dicunt, quòd in cessione omnium bonorum, & iurium neque veniat Iuspatron. vt per *Rotam apud Ricc. loc. supracit.* Intellige, si cessio sit facta titulo oneroso, in quo casu loquitur decisio Rotæ, secùs si ex titulo lucratiuo, quia tunc habetur vt donatio, in qua non adest suspicio Simoniæ & per consequens etsi resoluenda in singularitates, potest extendi ad illud voluntas cedendi, vt per *Suar. loc. supracit.* confirmari potest, quia in renunciatione generali hæreditatis paternæ non veniunt feuda antiqua familiæ, vt post *Dec. & Bart. notat Gaill. lib. 2. obser-*
234 *uat. 154 num. 16.* Quando autem vendito iurepatronatus, renunciato, &c. censeantur vendita, renunciata, &c. bona, quæ voluit fundator pertinere ad eum, qui possidet Iuspatron. tractat subtiliter *Suarez loc. citato in fine sect. 3.*

235 Hinc patet resolutio alterius difficultatis, an facta confiscatione omnium bonorum, iurium, &c. alicuius, ob delictum perpetratum, transeat in Fiscum etiam Iuspatron. de qua latè per *Viuianum lib. 15. sua Praxis cap. 2. à num. 17. & ante eum Garz. part. 5.*

cap.

cap. 9. à num. 27. Certum est enim non transire in Fiscum laicum, quoquo modo sit Iuspatron. siue hæreditarium, siue gentilitium, quidquid sit de aliis opinionibus contrarijs, de quibus apud *Azor. d. libr. 6. cap. 20. quæst. 14 & Garziam loco citat. notat Rice. in praxi nouiss probat. resolut. 196 num. 2.* Quibus illic allegatis adde Rotam in illa Florentina Canonicat. 16. Ianuarij 1630. coram Verospio, ibi: *Siue Iuspatronatus transierit in Fiscum, quam opinionem videtur tenuisse Abb. in cap. quanto num. 9. de iudicijs Ferret. conf. 179. Roccus de Curte de Iurepatron. in verbo ipse, vel is, à quo, quæst. 29. qui tamen contrariam opinionem dicit æquiorem. Clar. recept. sententt lib. 5. §. final. quæst. 78. vers. quæro modò in fine. Pereg. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. num 72 siue secundum opinionem, quam tenet Rota, tamquam quid spirituale non venire in confiscatione facta à Iudice laico, vt in Lucana Iurispatronat. 27. Aprilis 1605. 12. Iunij 1606. & 8 Iunij 1607. coram Reuerendiss. D. meo Decano inter impressas decis. 232. decis. 298. & 351. Rota in recent. decis. 53. num. 5. part. 1. & in Lucana Iurispatr. 2. Decembris 1619. coram Reuerendiss. Seleucien. post Glos. in Clement. Pastoralis verb. subiectæ de sent. & re iudicata Card. in Clem. plures num. 8. in fine de Iurepatron. Felin. in cap. quanto num. 3. de Iudicijs Bald. in l. 1. num. 4. Castrens. num 6. in fine C. de bonis liberorum. Socc Iunior conf. 51. num. 2.*

236 *etsi quando delictum est cõtra Ecclesiam, possit, & debeat Iudex Ecclesiasticus declarare Ecclesiam acquisiuisse libertatem.* Et benè subdit Rota in supra relata Florentina Canonicatus quando hac ex causa Ecclesia libertatem acquirat, ibi: *Ita vt, cum neque delictum commissum esset cõtra Ecclesiam, neque filij Pandulphi à patre solùm causam haberent, non etiam potuerit locus esse declarationi, quàm post bona à Iudice laico cõfiscata facere debet iudex Ecclesiasticus, vt Ecclesia censeatur inde acquisiuisse libertatem, ex ijs, quæ considerauit Rota decis. 237. 298. & 351. coram Reuerendiss. D. meo Decano, quarum decisionum rationes, licèt in illis de Iurepatr. gentilitio ageretur, benè huic casui conueniunt, dum filij Pandulphi, ijs etiam, vt dicebam, successerunt, quos ex eadem portio-*

ne sibi Cardinalis fecerat hæ-
237 *redes*. Vnde apparet in duobus casibus effici liberã Capellaniam de Iurepatr. ratione confiscationis per Iudicem laicum factæ, quando scilicet non est gentilitiũ, vel etiam hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia primi fundatoris, filijs eius, cui fuit facta confiscatio, debitum; item quando delictum commissum fit contra Ecclesiam, tunc enim potest Iudex Ecclesiasticus declarare Capellaniam liberã, vt etiam prosequitur *Ricc. in cit. Praxi nouiss. resolut. 196.* Vbi quòd idem Rota tenuit in materia Emphyteusis, de qua re latè *Andr. Gaill. lib. 2. obseruat. 14.* Quo loco etiam agit de feudo, quando veniat in confiscationem, & quomodo. Quid autem quando Iuspatronat. non est personale, sed reale, quia adhæret feudo, villæ, castro, hæreditati, &c. Respondetur, tunc confiscato feudo, castro, villa, &c. transire Iuspatron. ita decisum fuisse per S. R. Consil. Neapol. post Annam testatur *Ricc. part. 1. Praxis decis. 179. num. 145.* Quomodo autem Sacri Regij Consilij, & sic præsentis curiæ sentẽtia attẽui debeat in hac causa Iurispatron. patebit infra in fine huius capitis & Pra-
238 xis. An & quomodo dos sit vniuersitas, ac etiam fideicommissum, & legitima, ita vt cum eis transeat Iuspatron. dictum fuit supra, cùm *de pertinentia Iurispatron. ratione successionis Praxi 3.* vbi etiam declarauimus an transeat ad institutum in re certa, vide etiam infra *à num. 251.*

239 De vsufructuario etiam omnium bonorum, an possit præsentare, agit *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegatione 71. num. 40. post Garziam part. 5. de beneficijs cap. 9. num. 24.* vbi firmat, *tale Iuspatron. personale nequaquam in eum trãsire, sed benè reale, & si legatum esset vniuersale, sicut non transit cum fideicommisso vniuersali.* Hæc sunt verba *Garziæ*, qui præsupponit cum Rota, prò vt infra *vers. difficultas præcipua.* quòd transeat, quando quis sit institutus hæres in vsufructu omnium bonorum, cùm hæreditas sit ius vniuersale.

240 Quòd autem vxor instituta in vsufructu omnium bonorum, alio hærede instituto post eius mortem habeatur pro legataria, tamquam instituta in re certa, & per consequens ad eam non transeat Iuspatron. Videte

Ca-

Gaualerium decis. 310. vbi habes casum, quando etiam proprietas spectet ad dictã vxorem vsufructuariam. Extat alia decisio in terminis Iurispatron. realis infra referenda *num.* 246.

Quænam sit translatio, per quam transeat Iuspatronatus realis.

241 *In feudatione castri, villæ, &c. quando transeat Iuspatron.*

243 *Alienatione iurium, quæ habet quis in Castro, Villa, &c. an transeat Iuspatron. Et quid de alienatione vsusfructus rei, cui adhæret Iuspatronat. num. seq.*

245 *Præsentandi ius, est fructus Iurispatron.*

246 *Vsufructuarius Castri, Villæ, &c. cui adhæret Iuspatron. an possit præsentare.*

247 *Conductor Castri, & Villæ, cui adhæret Iuspatr. an possit præsentare.*

248 *Sequestrato Castro, Villa, &c. cui est annexum Iuspatron. cui competat præsentatio.*

249 *Creditor, cui datum fuit in pignus, Castrum, Villa, &c. an possit præsentare.*

250 *Curator datus hæreditati iacenti, in qua adest Iuspatron. an possit præsentare.*

251 *Fideicommissarius an habeat ius præsentandi in Iurepatron. reali, & nu.* 253.

252 *Hæreditate vendita, an transeat Iuspatron. reale.*

254 *Maritus an possit præsentare, vbi Iuspatron. spectat ad vxorem.*

255 *Feudo vendito, an in emptorem transeat Iuspatron. illi adhærens.*

256 *Sententia & laudo, an & quomodo transferri possit Iuspatron. de vna persona vel familia ad aliam.*

258 *Præsentatio vnius ex patronis præseruat ius alteri compatrono.*

259 *Præsentatio quo titulo, & pro quibus votibus præsumatur facta, & num.* 257.

260 *Sententia vel laudū quando dicatur esse in forma probanti. & quando dicatur iustificata ex actis, num. seq.*

262 *Laicus quando possit esse arbitrer, & iudex in causa Iurispatr.*

263 *Præscriptione vniuersitatis bonorum, cui est annexum Iuspatronatus,*

quando censeatur etiam præscriptum Iuspatronatus.

CErtum est apud omnes DD. quòd venditio, donatio, hæredis institutio, infeudatio generaliter facta de castro, villa, vel feudo, & fundo, cui adhæreat Iuspatron. fit translatio, cum qua transeat ipsum Iuspatr. absque vllo Episcopi consensu, vt supra latè per *Viuian. lib. 4. suæ praxis Iurispatron. cap. 1. 4. 5. & 6.* De vēditione latè *Suar. & Vasq. locis infra cit.* De infeudatione loquitur Rota in Papien. proximè infra referenda. De legato habetur in Floren. Subdiac. 27. Ianuarij 1627. quæ inter recoll. à *Viuiano est decis. 43. num. 25.* verbis infra à nobis referēdis. Dixi, *generaliter*, quia
241 secus est, si expressio fieret, vel fieri deberet in specie de Iurepatron. ibi adhærente, tunc enim etsi contractus ad alios effectus firmus permaneret, non tamen transiret per illud Iuspatron maximè quando talis expressio non fuit facta declaratiuè, sed coniunctiuè. Ita *Viuianus lib. 4. Praxis cap. 5. à num. 3.* sed rectiùs *Suarez lib 4. de Simon. cap. 28. num. 18.* Non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in foro fori, existimat quocumque modo exprimatur, nisi pretium ideo non excedat, vel aliæ coniecturæ adsint Simoniæ, putat transferri Iuspatron. cui opinioni concordant verba decis. Rotę in Papien. Iurispatron. 22. Maij 1595. coram Card. Millino, quæ est 2. *inter recoll. à Viuiano* post suam Praxim, ibi: *Domini fleterunt in decisis, quia per emptionem factam à Monasterio de anno 1207. totius Castri Villanterij cum omnibus iuribus, & actionibus.* Ecce quomodo fuit translatio generalis: *Fuit translatum Iuspatron. vnde cùm postea de anno 1260 præcedente confessione venditorum, quòd totum Castrum cum omnibus honoribus, & iurisdictionibus spectabat integrum ad Monasterium. Abb. eos inuestiuit de toto feudo, & medietate Aduocatiæ, seu Iurispatronat.* Ecce quomodo fuit facta expressio Iurispat. coniunctiuè, & tamen Rota non dubitat de validitate talis inuestituræ, & tantùm ibi quæritur, an iuxta dictam inuestituram, Iuspatronat. spectet ad vtrumque pro
242 medietate, vnde dicerem, talem expressionem copulatiuam non vitiare etiam vēditio.

ditionem vniuersitatis, quãdo non concurreret suspicio Simoniæ, ad quam suspicionem, an sufficiat si pluris vendatur res ratione Iurispatron. adhærentis, vt supponit *Suarez loco supra citato*, non est contra, quia *Molfes. tract. 6. cap. 5. sub num. 79. posti Molinam, & alios*, probat, neque esse Simoniam simpliciter pluris vendere villam, castrum, &c. ratione Iurispatron annexi illis bonis, nam bona pluris existimantur, & venduntur, consideratis omnibus qualitatibus ipsorum bonorum, vbi allegat *Vasq.* qui eiusdem opinionis est cum *Suar. loc. supra cit.* Hanc opinionem *Molfesij* docet expresse *Garzias part. 5. de benefic. cap. 90. num. 35.*

243 Quando dicimus transire per alienationem, &c. villæ, castri, feudi, intelligitur de castro, villa, vel feudo proprio, vnde vendens legans omnia iura, quæ habet in villa, castro, &c. non suo, sed alterius, non per hoc transfert Iuspatron. vt habetur per *Vasq opusc. de benefic. cap. 2 §. 1. dub. 2. in fine.*

244 Difficultas præcipua in hac materia videtur esse, an per venditionem, donationem, legatum, hæredis institutionem, non proprietatis, sed vsusfructus talis Villæ, castri, feudi hæreditatis, &c. & sic in vsufructuarium talis vniuersitatis transeat etiam Ius præsen-

245 tandi in capellania, quod Ius præsentandi etiam est fructus Iurispatron. vt est certum. *Ricc. in Praxi nouiss. resolut. 192.* Quæ difficultas, cùm fuisset excitata in Rota pro facto contingenti de vxore quadam relicta à marito vsufructuaria omnium bonorum, fuit resoluta pro affirmatiua ad vxorem pertinere præsentationem, & non ad hæredem in proprietate. Hæc decisio est Alexandrina Benef. 29. Maij 1590. coram Mantica, quam citat *Ricc par. 1. Praxis decis 129. num. 142.* & postea de verbo ad verbum refert *Viuianus lib. 4 Praxis cap. 7. num. 8.* Vbi latè de hac materia, & repetit *Riccius in Praxi nouiss. probat. resolut. 194.* & ante eos *Garzias par. 5. de benefic. cap. 9. num. 21.* Quæ decisio fun-

246 datur in ea ratione, quòd vxor fuerat instituta hæres in dicto vsufructu, & hæreditas sit ius vniuersale; sicuti etiam dicta præsentatio est fructus Iurispatron. pro vt à nobis supra dictum est, ideo remanet adhuc res dubia,

bia, quando tantùm donatur, legatur, vel venditur vsusfructus ipsius rei, cui adhæret Iuspatronat. Sed quidem idem dicendum est, cùm sufficiat esse vsumfructuarium illius rei; quæ vniuersitatem continet, hacq; 247 ratione probant DD. conductorem castri, villæ, feudi ad longum tempus habere ius præsentandi, si reperitur in dicta villa, castro, &c. Iuspatr. quia (inquiunt ipsi) æquiparatur talis conductor vsufructuario, ita post *Barbosam, Viuian. d. lib. 4. cap. 5. num. 26. Rice. in dicta Praxi nouiss. resolut. 192. num. 3.* Vbi habes alias opiniones, non placet tamen, quod ipse putat, nempè locationem ad longum tempus esse tantummodo, quando res datur in emphyteusim, & si hoc modo locari ad longum tempus soleãt res Ecclesiasticæ. Dixi, ad longum tempus, quia non transit ad conductorem ad breue tempus, etiam si aliter conuentum sit, vt contra Rebuffum docet *Garzias part. 5. cap. 6. num. 12.* Addit *Viuian. supra, & etiam docuit Rice. eodem loco proximè citato num. 7. Barbosa allegatione 71. nu. 39.* Quòd 248 sequestrato castro, vel villa, si vacet Capellania, præsentatio spectet ad sequestrum, adest decisio Brixien. Beneficij 4 Decembris 1620 quæ apud Viuin. est dec. 89. ibi: *Attamen cùm oeconomus de quo agitur, qui datus est beneficio, non differat à sequestro, ex quo tam onus, quàm alter, fructus & bona Ecclesiæ custodit, ideo sicut sequester potest præsentare secundùm veriorem sententiam, ita visum fuit posse determinari oeconomum,* 249 *&c.* Si autem creditori datum sit in pignus vniuersitas bonorum, in qua adsit Iuspatron. talis creditor & si potest percipere fructus alios, nõ potest præsentare, vt per Rotam in Alexandr. Benefic. 29. Martij 1591. coram Mantica, quæ est decisio 140. in impressis sub eius nomine. Viuianus lib. 5. cap. 2. ad hoc allegat aliam decis. coram Litta, vbi secus dicitur, quando creditor facit fructus suos, & non debet illos restituere, vt clariùs loquendo post Rotam habes per Garziam part. 5. num. 10 & sequen. Quid de 250 Cutatore dato hæreditati iacenti, vide Caualerium decis. 197. vbi etiam habes quòd Iuspatron. non transit in creditorem defuncti, nisi facta subastatione omnium bonorum, sicut de hæreditate

tate iacente, quòd non possit fieri præsentatio, habetur in Floren. 11. Februarij 1604. coram Lancellotto, apud Viuianum lib. 4. in fine capitis primi vers. Rursus.

251. Quæres, an etiam quando Iuspatron. adhæret vniuersitati, illud remaneat apud hæredem, & non transeat ad fideicommissarium, pro vt suo loco, cùm de pertinentia Iurispatron. ratione successionis dictum est de Iurepatron. hæreditario, separato ab omni re? Respondet *Vasq.* etiam remanere apud hæredē *Opusc. de benefic cap. 2. §. 1. dub. 2. num 11.* vbi, inquit ipse, ideo Iuspatron. personale non transit in fideicommissarium cum rè, quia primus, qui fuit hæres constitutus, verè habuit dominium illius rei, & honorem hæredis, vnde illa, quæ ad honorem portus, quàm ad primarium commodum spectant, sunt ipsius hæredis instituti. Sed hæc ratio militat etiam, quando Iuspatron. est reale, ergo. Sed meo iudicio magna est differentia inter Iuspatron. hæreditarium separatum à re, & reale, & ideo tunc potest verificari ista rétentio honoris, vt loquuntur decisiones à nobis supra, cùm de pertinentia Iurispatron. ratione successionis, pro hac doctrina allegatæ, nequaquam autē quādo inter bona fideicommisso subiecta, esset alia vniuersitas, cui adhæreat Iuspatron. quia tunc in hunc fideicommissarium transit simul honor, & commodum. Accedat

252. quod *Vasq. loco cit.* docet quòd vendita hæreditate, in qua adsit vniuersitas, cui adhæreat Iuspatron. transire etiam Iuspatr. ergo etiam translata hæreditate per fideicommissum, nec aliquid suffragari debet ratio diuersitatis ab eo allata, cum illa si esset vera, haberet locum tam in venditione hæreditatis, in qua adest vniuersitas bonorum, cui adhæreat Iuspatron. quàm etiam vbi adest Iuspatron. separatum; quod non est verum, quia in venditione hæreditatis istud Iuspatron. personale non transit, vt benè distinguit *Viuian. lib. 4. Praxis cap. 1. num. 9. & prosequitur Riccius in Praxi nouiss probat. Iurispatronat. resolutione 195.* vbi rectius quàm *1. part. Praxis resolut. 179. num. 2.* loquitur, & allegat decis. Lucanam Iurispatron. quæ affert veram rationem diuersitatis, quia cùm per aditionem deferat esse hæreditas, & effecta illa

bona

bona hæreditatis proprium patrimonium hæredis, alienando quis hæreditatem, cēsetur alienare bona, & iura, quæ continebantur in hæreditate, & sic est venditio vniuersalis verborum tantùm, & non rei; sed quando in hæreditate adest vniuersitas, cui adhæreat Iuspatronat. & ipsa venditur, tunc est venditio vniuersalis non tantùm verborum, sed etiam rei. & ideo hoc secundo casu transit, & non pri-
253 mo casu; quæ ratio etiam militat in fideicōmisso, &c. vt patet, fauet decisio Cracouien. Parochialis 22. Maij 1628. coram Merlino, ibi: *Quoniam vltra quòd cùm dictum Iuspatron. esset annexum villæ, non poterat separari, & præscindi à dictis*
254 *villis, &c.* Etiā si dubium sit apud DD. an vxor, vel maritus præferatur in præsentatione ad Capellaniam de Iurepatronat. quod erat in bonis vxoris, seu dotis, quando illud est separatum à re, vt supra dictum fuit suo loco, tamen quando adhæret alicui vniuersitati datæ in dotem minus est dubium, vt est videre in dicta decis. in terminis Alexandrinæ beneficij apud *Manticam 140. in ordine*.

255 Circa particularem difficultatem venditionis feudi, an transeat Iuspatronat. illi adhærens in emptorem feudi. Distinguendum est, an illud fuit fundatum à Barone, tamquam Barone, vel tamquam persona particulari. Primo casu transit; non autem secundo casu, præsumitur aūt esse erectum tamquā à persona particulari, quando est erectum in Capella Ecclesiæ maioris, sicut è contra præsumitur esse erectum tanquam à Barone, quando reperitur erectum in Capella Palatij ipsius Baronis, vt per *Genuen. in suis practicationibus Ecclesiasticis quæst. 351. post Afflict. 267.* Quia ex eo quòd Iuspatronatus sit fundatum in Capella Palatij Domini Castri, ideo non requiratur in eo forma probationis requisita à S. Cōcilio pro personis, & locis suspectis de vsurpatione, habetur in Regien. beneficiorum 20. Februarij 1619. coram Pirouano, quæ est 87. apud *Viuianum*, & nos retulimus illius verba supra Praxi 2.
256 Non solùm per sententiā potest transferri etiam Iuspatron. quæ transitum fecit in rem iudicatam, siue fuerit litigatum super Iuspatr. siue super vniuersitatem, cui adhæret Iuspatron. vt

per

per Viuian. 4. lib. Praxis cap. 8. num. 20. sed etiam per laudum, vt habetur in Cracouien Paroch. 22. Maij 1628. coram Merlino, ibi: *In proposito autem casu, &c.*

Quòd autem ad quartam donationem, licèt post DD. sententias emanauerit, attamen constat non fuisse effectuatam, quia cùm de anno 1552. orta fuisset controuersia inter omnes octo villas, & mediante laudo transactũ fuit, vt alternatiuè iuxta terminos Clem. plures de Iurepatron. in posterum fieret præsentatio à prædictis octo villis, scilicet, quòd quatuor villæ præsentarent pro vna vice, & aliæ quatuor pro alia vice, alternisque istis præsentationibus procederetur in successiuis vacationibus, quod omnino repugnat donationibus, quoniam vigore dictarũ donationum quinque voces coaluissent in vnam vocem, quæ absoluissent, & superassent reliquas tres voces, & sic semper præualuisset illa vox quæ implicitè habebat in se quinque voces, nempè vnam propriam & quatuor donatas, & tamen in laudo præseruantur distincta octo voces, scilicet vna, cui licèt ex octo villis, seu earum possessionibus.

Neque obstat quòd imò apparet de effectuatione dictarũ quatuor donationum ex præsentationibus subsequutis per solum Dominum villæ Visniuæ de anno 1548. 1552. 1586. vt in summario Iacobi num. 6. 7. & 8. Quoniã in huiusmodi præsentationibus non exprimitur, quòd præsentauerit vigore donationum, & potiùs intrat præsumptio quòd præsentauerit iuxta sententias, quæ iudicatum transierunt, & sic iure, & nomine proprio, cùm per sententias, & rem iudicatam fuerint dictæ donationes reuocatæ, & propterea præsentationes referendæ sunt titulo legitimo, & valido. Crau cons. 322. sub num. 3. Decian. cons. 297. num. 2. Reu. cons. 6. num. 6. lib. 1. Et ex tali præsentatione facta per vnum ex compatronis censetur præseruata possessio aliarum villarum, quæ sunt compatronæ. Caputaq. decision. 292. part. 2 Garzias de benefic. part. 5. cap. 5. num. 115. Rota coram Sanctiss. Mem. Gregor. XV. decis. 417 num. 9 & 452. num. 9 Præsertim cùm non exprimatur in dictis præsentationibus factis per dictam villã Visniuæ, quòd præsentauerit pro quinque vocibus, vnde intrat præsumptio, quòd præsentauerit pro vna

voce, stantibus dictis sententijs, & laudo, in quibus vna tantùm vox assignatur eidem Domino villæ Visniuæ (& quoniam de anno 1573. laudum fuit exequutioni demãdatum) quia quatuor villæ, quibus iuxta turnum præscriptum in laudo, competebat ius præsentandi, præsentarunt de facto Franciscum Bonort, institutione, & possessione subsequuta, vt in Sũmario Martini num. 2. & Iacobi num. 8. in quo etiam animaduertendum est, quòd duæ villæ ex his quatuor, quę præsentarunt, nempè villa Porembe, & villa Damianicæ erant ex illis, quæ donationem fecerant, & sic ex hac præsentatione anni 1573 resultat, non effectuatio donationum, actusque contrarius, & effectuatio laudi, quod fuit promulgatum de anno 1552.

260 *Non obstat, quòd sententia, siue laudũ de anno 1552. non sit in forma probanti, & quod nunc coram Ordinario pendeat lis indecisa super eius falsitate, quoniam de forma probanti apparet ex publico instrumento publicato per Notarium de eo rogatum, quod exhibitum fuit pàrte citata coram b. m. Patriarcha Manzanedo, vt in registro fol. 111.*

Quòverò ad præfatam falsitatem, nec de ea constat, & in omnem euentum sufficerent dictæ duæ sententiæ, quæ in iudicatum transierunt, & effectuatio præsentationis facta de anno 1533. iuxta terminos Clem. plures. Sicut per concordiam etiam potest fieri vt alternatim plures patroni præsentent, nec requiritur consensus Episcopi, vt ibid. num. 20. notat Viuian. post Rotam, & alios authores.

Circa translationem per sententiam, sciendum est, tunc ipsam esse attendendã, quando iustificatur ex actis vt habetur in Lunen. Sarzan. Capel. vltima Maij 1627 coram Durano, & latiùs in alia decis. pro ead. causa 24. Ianuarij 1628. coram eodem ibi: *Vnde non obstat primò dicta sententia Capituli Sarzan. lata de voto Collegij Ferrarien. quia cùm nihil fuerit deductum, ex quo illa iustificetur, iuxta Rotæ consuetudinem, non debet attendi. Put. decis. 397. lib. 1. in nouiss. Seraph. decis. 1261. num. 5. nec facit quòd dicta sententia sit antiqua, nempè à 66. annis vltra, quo casu præsumitur iusta, ita vt probet sine processu. Cassad. decis. 3. num. 1. cum seq. de procurator. Mantic. decis. 296. num. 6. & 7. & Rotæ*

decis.

decis. 143. num. 8. part. 2. diuers. & decis. 143. num. 2. post cons. Farinacc. quia præsumptio iustitiæ cessat in casu nostro, cùm fuerit exhibitus idem processus, super quo Collegium Ferrariense tulit votum, & dicta sententia emanauit, de cuius processus identitate, & integritate videtur sufficienter constare, dum cõtrarium non probatur, ex quo est in forma extractus, siue processus, & in eius principio, & alibi infra, sic scriptum reperitur: Exemplatum à Notario, &c. l. si quis cùm testam. ff. de testam Bar. in rubr. num. 8. ff de nou. oper. nuntiat. Gregor. XV. decis. 59. in princip. vbi additur etiam Seraph decis. 1028 nu. 6. & præsertim quia fuit productus à parte altera. Verall. decis 188 num. 4. part. 1. Rota decis. 144. num. 1. post 2. vol. cons. Farinacci, vnde cùm in dicto processu non probetur, quòd hoc Iuspatr. pro medietate pertineat ad Cattaneos; immo per negatiuam coarctatam in dicto processu, constat de contrario, propterea dicta sententia vti iniusta, non est attendenda, maximè contra dictum statum primæuum per vltra 100. annos elarum, & indubitatum ad fuorem Maximi, & Francisci, qui Hieronymum præsentarunt ex deductis in d. decis. in hac causa facta.

262 Est differentia vtrùm sententia, vel laudum feratur supra Iuspatron. vel supra rem, seu vniuersitatem, cui adhæret Iuspatron. nam primo casu Iudex, vel Arbitrer debet esse persona Ecclesiastica. Secundo casu sufficit si sit laicus, iuxta notata à Viuiano lib. 11. suæ Praxis cap. 10. num. 5. & seq. vbi benè aduertit, quòd quando agitur de vniuersitate, coram Iudice laico, neque in libello, neque in sententia debet fieri mentio Iurispatron. & addit alios casus, in quibus Iudex laicus cognoscere possit in causa Iurispatron, vt ibi est videre, & ita procedunt illa verba Rotæ in Fesulana Parochiali 12. Maij 1631. coram Pirouano, ibi: *Et quatenus determinaret quæstionem pertinentia vocum defectu potestatis laicæ in causis Ecclesiasticis non esset attendenda, &c.*

Per præscriptionem vniuersitatis bonorum, an etiã præscribatur Iuspatron. illi adhærens, tractat *Barbosa de Officio, & potestate Episcopi num. 42.* Vbi videtur concludere affirmatiuè, quãdo dicta præscriptio est 40. annorum cum actu consu-

mato bona fide, videre ipsum, quia hic cessaret difficultas de qua egimus supra Praxi 2. an cum quadragenaria sufficeret vnica præsentatio, vel non;

PRAXIS Quarta:

Probationis, quasi possessionis præsentandi.

1 *Præsentatio facta ab eo, qui est in quasi possessione, præfertur. Nec talis tenetur probare pertinentiam. nu. seq. An autẽ teneatur probare existentiam in aliquo casu, num. 3.*

4 *Quasi possessionem potiùs, quàm proprietatem attendi debere, quomodo intelligatur.*

5 *Proprietatem absorbere possessionem, quid significat.*

6 *Euidenter quando dicatur constare de proprietate, & quando incontinenti, num. seq. & num. 8. & 10.*

9 *Actore nõ probante, reus absoluitur.*

11 *Quasi possessio iuuat in possessorio, non autem in petitorio; Quid faciendum quando facta institutione, conflat in petitorio de proprietate contra quasi possessionem.*

13 *Quasi possessio nõ iuuat vbi sumus in vniuersitate, vel persona potenti, in qua cadit suspicio vsurpationis.*

14 *Quasi possessio habet locum etiam in materia collationis tamquam de libero. Item etiam vbi agitur de competentia collationis inter Episcopum, & inferiorem Episcopo. num. 18. & 20.*

15 *Patronorum non vsu, vel negligentia, Ecclesia non acquirit libertatem, nisi aliâ quædam concurrant.*

16 *Iuspatron. æquiparatur seruituti vrbanæ, potiùs quã rusticæ.*

17 *Status beneficij non mutatur ex sola prouisione Papæ, vel Ordinarij, absque præscriptione.*

19 *Alternatiua habet locum in beneficijs, quæ sunt de libera collatione ordinarij non autem inferioris Episcopo.*

21 *Quasi possessio an iuuet aduersus regulam 8. Cancellar. de reseruatione beneficiorum, An contra preuisum Apostolicum. num. 23.*

22 *Quasi possessio facit de inhabili habilem ad finem possessorij.*

sessorij, quando attendi debeat in possessorio, etiam vbi constat euidenter de proprietate, num. 24.

25 *Præscribere potest vnus patronus contra alium patronum.*

26 *Præsentationes quæ suffragentur ad effectū præscriptionis quadragenariæ, & num. 30.*

27 *Scriptura quando dicatur in actis, sed non de actis.*

28 *Præsentatio difformis, quæ nam sit, & pro qua parte vocum censeatur facta ad finem quasi possessionis. num. seq.*

SOlet aliquando constare de existentia, & pertinentia in genere Iurispatr. iuxta formam traditam à Concil. controuerti autem inter aliquos patronos de pertinentia eiusdem in particulari, quo casu, vt communiter docēt Doctores, & pluries fuit decisum per Rotā,

1 illa præsentatio debet admitti, quæ fuit facta ab eo vel eis, qui sunt in quasi possessione præsentandi, vt latè per *Garziam part. 5. de beneficijs cap. 5. à num. 4. & Viuian. alios citantem lib. 1. Praxis cap. 2. 36. & sequen.* Quia vt habetur in Pistor. Paroch. 17. Iunij 1619. coram Pirouano, quæ inter recollectas à Viuiano est decisio 76.

2 *Positus in quasi possessione ad effectum præsentandi, non eget alia sui iuris pertinentiæ iustificatione, vt sæpè fuit firmatum per Rotam coram Episcopo Lugdun. inter recent. 284. num. 7. & coram b.m. Penia 374. 3. par. 1. partis.*

3 Dixi *constare de existentia, &c.* quia si de illa dubitaretur, esset que, vt ita dixerim, res turbida, tunc sola quasi possessio non suffragaretur. *Viuianus latè d. cap. 2. & cap. 5. versus finem, ante eum Garzias part. 5. de beneficijs cap. 5. à num. 137.* qui *num. 141.* refert infrascripta verba Rotæ in Pisan. Capell. 20. Maij 1590. coram Blanchetto, quæ declarant hanc nostram propositionem, ibi: *Non obstat, quòd quasi possessio non debeat attendi post Concilium Trident. nisi fuerit adhibita causæ cognitio, iuxta decis. Sacræ Congregat. quia decisio procedit, quando est controuersia super libertate beneficij, secus quando agitur inter præsentatos super pertinentia Iurispat. nam hoc casu Cōcil. nihil innouat.*

Ante quàm deueniamus ad modū probationis istius quasi possessionis, illiusque requisita aliqua, quæ secundùm Rotam nouissimè fue-

runt

runt decisa circa vim & effectum prædictum ipsiusmet quasi possessionis, hic annotabimus. Ad cuius materiæ exactam intelligentiâ necesse est declarare propositionem illam, quam docēt DD. communiter, & approbauit Rota præcipuè in Pistorien. Pleban. 24. Martij 1623. corã Nauarro, quæ est 84. apud
4 Viuia. quòd scilicet quasi possessio potiùs attẽdi debet, quã proprietas præsentandi, pro institutione præsentati faciẽda. Innoc. in cap. ex litteris de restit. spoliatorum, Abbas in cap. de consultationibus extra de Iurepatron. & fuit dictum in allegata Lucana Paroch. 3. Decembris 1618. coram Card. Sacrato, & in cad. 7. Februarij 1620. coram Domino meo Vbaldo. Ipsa enim videtur de brocca contra aliam propositionẽ iuris, à Rota sæpiùs approbatam, proprietas absorbet possessionem, intelligitur enim prima propositio de proprietate, quæ non euidenter in continenti cõstat. Viuianus lib. 5. Praxis cap 40. post num. 69. & latè ante eum Garzias part. 5. cap 5. num. 52. & seq. Dicitur autem euidenter constare, quando ipsa proprie-
6 tas probatur vno ex tribus modis. Primus est per rem iudicatam, ideſt sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. Secundus per confessionem partis. Tertius per Instrumentum fundationis clarum. De qua re extat notabilis decisio Rotæ in Lucana Iurispatron. 23. Ianuarij 1612. coram Penia, quam refert Viuianus d. lib. 5. cap. 2. sub num. 42. omninò quò ad hanc materiam videnda, quia probat quòd quando constat ex instrumento publico testamenti, fundationis, & dotationis in forma probanti in actis exhibito, vbi pãteat cui cõcessa sit præsentatio Sacerdotis, qui debeat missas celebrare, atque eiusdem testamenti, seu ordinationis factæ circa hanc rem à testatore effectuatio, tunc etiam in possessorio præferri debeat præsentatus à vero patrono, præsentatis à putatiuis, nec talem verum patronum debere docere de non iure quasi possidentis. Accipite tamen alia verba Rotæ primò in Lucana Iurispatron. 18. Iunij 1628. coram Dunozetto, ibi: *Domini dixerunt, Dominicum esse instituendum. tamquam præsentatum à Martino existente in quasi possessione præsentandi. cap. consultat. vbi Butr. num. 9. de Iurepatr.*

Ripa

Ripa in cap. Ecclesia Sutrina num. 130. de causa possess. & proprietatis. Rota decis. 167 num. 7. & 8. part. 2 diuers. hæc enim sola attenditur ad hunc effectum, nisi plenè, & concludenter doceatur de proprietate alterius Iurispatr. per rem iudicatam, confessionem partis, aut instrumentum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi possit. Butr. in cap. ex litteris num. 8. de Iurepatronat. Lambertin. lib. 2. quæst. 2. art. 6. num. 4. part. 1. Rota in Lucana Iurispatr. coram b. m. Penta inter recent. decis. 374. num. 4. Hanc decis. refert Viuianus libro 5. cap. 2. sub num. 42. & in Romana Iurispatron. 15. Maij 1630. coram
7 Merlino, ibi: *Non obstat, constare de proprietate euidenter nempè hoc Iuspatron. spectare ad DD. de Iacobatijs iuxta Bullam Alexandr. VI. in qua Iuspatr. reseruatur antiquioribus viris familiæ de Iacobatijs, quales se profitentur DD. Prosper, & Dominicus de Iacobatijs, Dominos Millinos, & Palutium esse tantummodo cognatos, cùm per fœminarum successionem prætendant ad se spectare hoc Iuspatron. & non præferri præsentatum ab existente in quasi possessione, quando vel ex re iudicata, vel ex confessione, vel ex instrumento fundationis incontinenti apparet de proprietate, tradunt Abb. in d. cap. consult. num. 9. Nouar. Lambert. Rota decis. 374. part. 1. recent. Proprietas enim absorbet possessionem, & veritas præferri debet opinioni, seu præsumptioni, quæ resultat ex dicta quasi possessione, Quoniam respondebant Domini cùm ita euidenter constare de hac proprietate DD. de Iacobatijs, adeò vt remouendus sit præsentatus ab existente in quasi possessione. Dato enim (veritate illæsa) DD. de Iacobatijs esse saltem contensiuè de eadem familia, Christophori Iacobatij patris Dominici, &c. dictumque Christophorum fuisse patrem Laurentij, à cuius stipite proueniunt d. Prosper, & Dominicus (in quo erit tota difficultas, cum de proprietate principaliter agendum sit) nihilominus dubia est an ad ipsos spectet hoc Iuspatron. cùm fuerit reseruatum antiquioribus viris familiæ huiusmodi de Iacobatijs, licèt enim, &c.* & versus finem:
8 *Et quatenus præmissa aliquã pateretur difficultatem, sat est D. Dominico, rem esse dubiam, & turbidam, ita vt non dicatur incontinenti cõstare de proprietate, prò vt*

requi-

requiritur ad effectum expellendi præsentatum ab existente in quasi possessione, de qua proprietate alias videndum erit particulariter pro interesse præsentantium. Et in fine decis. *Ex quibus vtraque parte informante per D D. conclusum fuit D. Angelum non esse instituendum, sed D. Dominicum esse absoluendum, cui cùm sit reus, & possessor, sat est, vincere per non ius actoris. l. qui accusare, C de edendo, lege final. C de rei vindicat. victoriamq. meretur, deficientibus probationibus eiusdem actoris. l. actor C. de probat l. extat de Iure Fisci cap. inter dilectos. de fide instrum. cap fin. de iure iurando.*

9

10 Dicitur autem constare incontinenti de proprietate, quando id vt supra constat ante institutionem, præter notata à Viuian. lib. 14. post secundum cap. num. 30. Est notabilis ad hoc propositum decis. Cracouien. 9. Iunij 1627. coram Patriarcha Hierosolymitano, quæ inter recollect. à *Viuian. est decis. 42.* in qua, cùm per duas sententias, & plures præsentationes effectum sortitas competere prætenderetur Iuspatron. ratione fundationis, & dotationis alteri, quàm ei, qui per vnicam præsentationem factam, veniebat ex quasi possessione, fuit per Rotam non deberi attendi dictam quasi possessionem, sed tunc proprietatem absorbere causam possessionis, præsertim non constito de scientia, & patientia Patronorum in dicta præsentatione vltima, &c. clariùs in alia decis. in ead. causa facta 22. Maij 1628. coram Merlino, ibi: *Quòd præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi non remoueatur, licèt Iuspatron. euincatur iuxta cap. consultat de Iurepatron. Sed tamen hac sibi locum non vendicat, vbi vel ex re iudicata, vel ex confessione constat de proprietate veri patroni, quia tunc nõ attenditur quasi possessio. Abb. in cap. consultat. num. 9 de Iurepatr Lamber. Rocc. Paulus de Cittad. Rota, &c. Et ratio est, quia veritati, quæ ex liquidissimis probationibus deducitur incontinenti, cedit præsumptio, quæ resultat ex quasi possessione, & proprietas absorbet causam possessionis; in proposito verò casu constat de bono iure villarum, sententijs latis ab Ordinario Cracou. de anno 1523. & 1536. in quibus fuit pronunciatum, Iuspatr. spectare ad Dominos & possessores dictarum octo villa-*

villarum ab immemorabili tempore, ipsisque adiudicandum fore, & esse, prò vt in eisdem sententijs adindicatur, & huiusmodi sententia in rem iudicatam transierit. Non obstant quatuor donationes facta per quatuor ex dictis, &c. Quæ dicta sunt de præsentatione priuatiuè quò ad alios, habent etiam locum quò ad numerum vocum in præsentando, quia etiam attenditur quasi possessio, vt in Florentina Iurispatronat. de Lamfigliazzis 14. Maij 1629. coram Durano verbis infra referendis, cùm de probatione quasi possessionis, & nouissimè in Fesulana Parochialis 27. Iunij 1631. coram Pirouano.

11 Intelligitur secundò hoc procedere in iudicio possessorij, & sic ad effectum manutentionis, non autem in petitorio. Rota in Pistorien. Paroch. 15. Ianuarij 1621. coram Pirouano, ibi: *Et cognitio ipsius pertinentiæ pertinet ad petitorium, de quo non est tractandum in hoc summarijssimo retinendæ l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo. Menoch. de adipiscen. remed. 4 quæst. 87. 88. & 169.* & clariùs in fine, ibi: *Si verò nitatur ex persona alterius, à qua deducat iuspossessionis, de ea adhuc non constat per rem iudicatam, aut partis confessionem, ita vt in continenti possit concurrere ad præsentandum illum, secundùm Abbatem in cap. consultat. num. 9. de Iurepatron. & si merita petitorij sint discutienda, ius controuersum non habetur in consideratione ad retardandum effectum præsentationis respectu eorum, qui sunt in quasi possessione præsentandi, vt supra dictum fuit.*

12 Quæres facta institutione in personam eius, qui erat præsentatus ab eo, qui reperiebatur in quasi possessione, si postea in iudicio petitorij constet de proprietate, seu pertinentia respectu aduersarij, An euincatur dicta institutio, ita vt de nouo debeat institui is, qui fuit præsentatus ab eo, qui obtinuit in petitorio? Respondetur negatiuè, sed vtetur hoc suo iure, quando primò vacabit Capellania, &c. Ita per Rotam sæpius fuit dictum, & nouissimè confirmatum in Romana Iurispatr. 15. Martij 1630. coram Merlino, ibi: *Orta controuersia inter D. Angelum præsentatum à DD. Iacobatijs, & D. Dominicum præsentatum à DD. Millinis, & Palutijs, isque cum rem*

esset, & possessor, dedi dubium an esset danda institutio D. Angelo, siue potius absolutoria D. Dominico; & Domini denegandam putarunt institutionem illi, huic autem concedendam esse absolutoriam, quoties enim est cõtentio inter plures præsentatos, præfertur qui præsentatus est ab existente in quasi possessione præsentandi, sique euincatur Iuspatron. non inde tamen remouetur præsentatus huiusmodi, sed veris patronis in futurum dumtaxat reseruatur exercitium eorum præsentationis. capit. consultat. &c. Mantica decis. 86. num. 1. & in recent. decis. 181. num. 1. vbi monet, Sacr Concilium Trident. quò ad hoc nihil immutasse, & decis. 274. num. 6. part. 2.

13 Intellige tertiò, hoc procedere, quando versamur in priuatis, secus si in vniuersitate, vel personis potentibus, qui prætendant quasi possessionem, vt benè per Rotam in Cracouien. Parochial. 9. Iunij 1627. coram Patriarcha Hierosolymitano, quæ inter recollect. à Viuiano post suam praxim est decisio 42. ibi: *Secundò, quia versamur in vniuersitate, in qua intrat dispositio Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. propterea ab illa præsentatus non debet institui, donec doceat de legitimo titulo ex fundatione, & dotatione iunctis præsentationibus, saltem spacio 50. annorum continuatis, & effectuatis, vt requirit Conc. vnde cùm Iacobus ab vniuersitate iuristarum præsentatus fundet tantùm in vltimo statu, & in quasi possessione eidem vniuersitati acquisita vigore præsentationis de anno 1597. & Conc. deroget non solum titulum, sed etiam quasi possessionem cuiuscumque Iurispatron. aliter, quàm modo supracitato acquisiti. Gonzal. super Regul. 8. glos. 18. num. 23. dicendum est dictam quasi possessionem collegio nõ suffragari, & consequenter nec præsentationem de Iacobo factam sustineri, ac sententiam, mandantem illum institui, fore reuocandam, & ita &c.*

14 Intellige quartò, vt etiam quasi possessio liberæ collationis possit acquiri per Ordinarium contra patronum, quando constaret Ordinarium contuliss Capellaniã, vt liberam, sciente, & patiente patrono. *Viuian. lib. 5. cap. 4. num. 55. & sequen.* Circa quam materiam omninò est præ oculis habenda decisio Rotæ Lucana Iurispatr. de Podijs 20. Nouembris

bris 1620. coram Coccino, quæ inter recoll. à Viuiano est decisio 30. maximè ibi. *Verùm Domini supradicta die licet nullam habuerint difficultatem, quòd Iuspatr. probetur; Ecclesiam tamen non acquisiuisse libertatem, respondirunt*, & infra: *Neque suffragatur potentia patronorum vsque ad annum 1618. de quo tempore fuit mota lis; nam aut prætenditur ex non vsu, Ecclesiam acquisiuisse libertatem, aut ex præscriptione statum beneficij fuisse mutatum, si primum nihil releuans deducitur, quia cùm sit probatum Iuspatron. per solum non vsum, & negligentiam patronorum, Ecclesia non acquirit libertatem, sed necessarium est aliquod factum positiuum de directo contrarium seruituti, quod hic nõ* 16 *adest, vt de seruitute vrbana, cui potius quàm rusticæ æquiparatur Iuspatronat. vel etiam requiritur scientia, & patientia patronorum, & quòd desistant à præsentatione, credendo, Iuspatron. ad eos non spectare, vel quòd volentes præsentare non fuerint admissi, quæ etiam hoc casu non adsunt. Si verò prætenditur secundùm statum beneficij fuisse mutatum, pariter* 17 *nihil releuans deducitur. Vera est conclusio, quòd prouisio Papæ, siue Ordinarij, non mutat statum beneficij, nisi interueniat præscriptio, ad quem effectum duo copulatiuè requiruntur, & quòd collatio fiat à legitimo collatore, scienter de Iurepatron. tamquam de libero, vel de regulare, tamquam seculari, & è conuerso, & cursus 40. annorum, &c. Hic autem non adest non vsus contrarius seruituti, vel alius actus positiuus, aut legitima præscriptio cùm collationes non fuerint factæ vti de beneficio libero.*

18 Idem dicas de quasi possessione Prælati inferioris in conferendo contra Episcopũ, vt in Regien. Beneficiorum 20. Februarij 1619. coram Pirouano, quæ est 87. de recollectis à Viuian. ibi: *Quò ad Ioan. Alexandrum, videtur constare de illius non iure, qui ab Ordinario fuit prouisus de vacanti in mense Octobris, qui est de reseruatis Sedi Apostolicæ in regula 8. nec ad substinendam prouisionem iuuari potest alternatiua, qua gaudet Episcopus, cùm illi locus sit in beneficijs tantummodo, quæ sunt de libera collatione Ordinariorum, vt in verbis regulæ le-* 19 *gitur, secus autem in beneficijs alterius collationis, prò*

vt sunt ista, de quibus agitur, quæ pertinent ad Archipresbyterum Mezzadellarum, vt ex collationibus datis, &c. Ex quibus probatur quasi possessio conferendi, sufficiens ad excludendam pertinentiam in Ordinario, Grauetta cons. 322 num. 8. Seraph. decis. 306 in fine.

20 Ita etiam è contrario, quando controuersia est inter Episcopum, & inferiorem circa collationem, si Episcopus, licet semel contulerit, ipsaque collatio fuerit effectum sortita, constituat vltimum statum, & sic acquirit Episcopus quasi possessionem conferendi, vt in cad. causa Regien. supra relata coram eod. fuit dictum 25. Iunij 1621. & est 88. apud *Viuianum*.

21 Intellige quintò de iure patronatus, quòd non sit ex priuilegio, etiam si sit tale ob augumentum dotis iuxta ea, quæ dicta fuerunt à nobis *Praxi 2. num 5 & sequentibus*. & dicta quasi possessione velit iuuari aduersus regulam 8. Cancellariæ de reseruatione beneficiorũ quia cùm regula illa non solùm inficiat titulum, sed etiam quasi possessionem, illa non potest iuuari aduersus regulam illam, ita vt in mẽse reseruato nequeat S. P. prouidere, vt latè in decisionibus Cęsaragustanis Paroch. coram Coccino, quas refert *Viuianus lib. 4. cap. 10. num. 30. & seq.*

22 Alius effectus eiusdẽ quasi possessionis præsentandi, est, quia sufficit ad hoc, vt aliàs inhabilis præsumatur habilis, vt in Pistorien. Plebaniæ 24. Martij 1623. corã Nauarro, quæ inter recoll. à *Viuian. est decisio 84.* ibi: *Nec obstat, quòd Iacobus descendat à Bertoldo filio spurio cuiusdam alterius Iacobi incapacis Iurispatr. Rocc. de Iurepatr verbo competens, num. 13. & coram Litta in Ianuen. Iurispatron. 30. Ianuarij 1606. cum alijs ab eo allegatis, quia sufficit quòd sit in quasi possessione iuris præsentandi ad effectum, vt præsumatur habilis, & interim manuteneri debeat, vt sæpissimè firmauit Rota, & fuit dictum in dicta Lucana coram Illustriss. Sacrato, & D. meo Vbaldo.*

23 Habet vim etiam contra prouisum Apostolicum, vt patet ex infrascripta decis. Aliphana Iurispatr. 4. Iulij 1619. coram Ghislerio, ibi: *Non obstat, quòd ex quo agitur contra prouisum Apostolicum, sola possessio non sufficiat ad effectum manutentionis, nisi pariter doceatur de*

legi-

legitimo titulo ex fundatione, & dotatione, vt tenuit Rota in Compsana Iurispatron. 23. Iunij 1604. coram Litta, & coram Paleotto decis. 519. lib. 3. p. 3. Nam supradictæ decisiones procedũt, quando agitur in petitorio ad iustificandum titulum; secus autem in summario possessorio manutentiõnis, cum tunc sufficiat, vt attendatur vltimus status beneficiorum etiã contra prouisum Apostolicũ. Seraph decis. 499. num. 3. vltra quod supradictæ procedũt in prouiso Apostolico, vigore Regul. 8. contra quod non suffragatur quasi possessio præsentandi, Seraph. d. decis. 499. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 469. num. 4. & 5. Caputaque decis. 29. & 326 lib. 1. & in manuscriptis. Rota recent. decis. 224. num. 3. Non autem in alio prouiso vigore alterius reseruationis, maximè quia in hoc casu nullam adesse reseruationem, censuerũt Domini, postquam beneficiũ vacauit mense Decembris, nec potest dejuri ob seruatã formam Conc. Trident. Sess. 7. cap. 6. ex quo fuit facta tanquam de beneficio libero ob lineam finitam non vocatis hæredibus vltimi ex familia, &c.

24 Quæres, an detur casus, in quo, etiam quando constet de proprietate in possessorio, præferatur habens quasi possessionem? Et respondetur affirmatiuè. Casus est, vbi talis quasi possessio sit præscripta. *Perez lib. 2. de anniuers. & Capellan. cap. 1. num. 13. post Gabriel. conf. 85. quem sequitur testando, esse iuxta decis Rosales, Garz. de benefic. part. 1. lib. 2. in addit. ad n. 174* habetur clarè à contrario sensu in Fesulana Paroch. 27. Iunij 1631. coram Pirouano, ibi: *Nec quasi possessio, quam prætendunt habere Domini, præsentandi pro duabus vocibus, illis suffragari potest in hoc iudicio proprietatis & pertinentiæ, quia considerabilis nõ est, nisi continuata fuerit spacio 40. annorum capit. de quarta de præscript. Lambert. de Iurepatron. lib. 1. par. 2 quæst. 11. art. 5. num. 1. Rota decis. 284. num. 8. part. 1. recent.* Ratio est manife-

25 sta, quia inter patronos potest vnus aduersus alium præscribere quadraginta annis concurrentibus. *Viuianus lib. 4. Praxis cap. 8. præcipuè num. 24.* Vbi habes, an sufficiat intra dictũ tempus vna præsentatio, vel non; circa hanc materiã præscriptionis, in terminis quasi possessionis præsentandi, notanda est decisio

in

in Lunen. Sarzan. Capellaniæ 24. Ianuarij 1628. coram Durano, præcipuè ibi: *Non obstat prætensa obseruantia quadragenaria Cattaneorum, per quam Iuspatr. præscribitur aduersus compatronum, etiam sine titulo, &c. quia dicta obseruantia prætenditur ex tribus præsen-*
26 *tationibus, &c. quæ nullo modo suffragantur ad effectum dictæ quadragenariæ, vt ex particulari earum discussione patebit. Prima de anno 1561. & sic per annum ante dictam sententiam non dicit, quòd Cattanei pro dimidia præsentauerunt, ideo in dubio debet intelligi facta pro vna voce, quam solam illi habeant. Abb. in c. cùm Victorien. num. 3. de electione, &c. & quamuis in ea concorditer cum Furlanis dictum fuerit, vt præsentatio intelligeretur facta iuxta declarationem faciẽdam cum voto Collegij Ferrarien. tamen cùm votum prædictum fuerit insustum, & partes ei stare noluerunt, vt infra dicetur, non est habendum in consideratione; sed præsentatio debet intelligi solum facta pro iure cuique competẽte. Secunda præsentatio de anno 1566. & sic post quatuor annos à dicta sententia, non est de actis, quia licèt Hieronymus fuerit citatus ad dicendum contra iura, tamen citatio fuit reproducta, & ideo exhibitio remansit sine citatione, & consequenter quia præsentatio dicitur*
27 *esse in actis, sed non de actis, potiùs ex ea excluditur prætensa quadragenaria, quia est difformis ab alijs iuxta Doctores, & docet Bartolus in l. 2. num. 22. ff. soluto matrimonio, Decius cons. 215. num. 2. versic. hoc idem Crauett. cons. 949. num. 29. & in puncto idem Crauett. cons. 134. num. 20. vers. præterea illud.*

28 *Quòd autem hæc præsentatio fuerit difformis, appareat, quia vacante tunc hoc beneficio; Furlani, & alij authores Maximi, & Franciſci, qui nunc Hieronymum præsentarunt, comparuerunt coram Capitulo Sarzan. & nulla facta mentione dicta sententiæ, sed solùm narrata fundatione huius beneficij, nec non narrato dicto statu anteriori, & asserentes ad eos spectare Iuspatronat. & quòd erant in quasi possessione præsentandi ab annis 100. & citra præsentarunt quemdam Ioannem Antonium Bottinũ, qui propterea visi fuerunt interrumpere quadragenariam, comparuerunt etiã Cattanei separatim corã Capitulo,*

pitulo, & expresè impugnando prædictam præsentationem Furlanorum, asserentes ipsos solos esse patronos, ad eosque totum hoc Iuspatr. pertinere, præsentarunt eumdem Bottinum, quem Capitulum Sarzan. vt supra per ambas partes separatim nominatum instituit, vnde patet, quòd dicta præsentatio fuit difformis, & quòd nec vna, nec altera pars voluit stare dictæ sententiæ, cum iuxta eam non præsentauerint, & quod Capitulum Sarzan. Bottinum simpliciter instituit, & consequenter ad præsentationem illorũ, qui potius, & melius Ius præsentandi habebant, quales erant Furlani, & alij authores Maximiliani & Frãcisci iuxta prædictum anteriorem statum. Igitur dicta secunda præsentatio non solùm destruit pretensam quadragenariã, quin imò Furlani possũt ex ea iuuari ad probandam cõtinuationem prioris status, prioriſque possessionis, & quòd ex ea declaratur, quòd prima præsentatio de anno 1561. fuit facta pro iure cuique in eo statu tunc competenti.

Tertia, & vltima præsentatio Cattaneorum de anno
29 1609. qua tantat pro medietate, fuit facta separatim à præsentatione Furlanorũ, qui non restrictè pro medietate, sed simpliciter præsentarunt, vnde dicta enunciatiua pro medietate, Furlanis absentibus, & ignorantibus, facta, non nocet iuxta consil. Cald. 12. de Iurepatr. sæpiùs per Rotam canonizatum, Verall. decis. 339. par. 2. & Gregor. XV. decis. 417. num. 2. & Rota in Ianuen. Paroch. 19. Aprilis 1627. coram me. Nec in Furlanis in eorum præiudiciũ præsumitur scientia de eo tempore, quòd Cattanei præsentauerint pro medietate. Ferrett. conf. 132. num. 3. Crauett. d. conf. 134. num. 18. Rota decis. 274. n. 5. part. 2. recent. & eo maximè, quia præsentarunt separatim, & in actu institutionis non legitur, quòd Capitulum admiserit præsentationem Cattaneorum pro medietate, sed pro eorum voce. Et ita vtraque, &c. & causa ab omnibus Dominis visa, &c. De eadem materia agitur in Lucana Iurispatr. 18. Iunij 1628 coram Dunozetto, ibi: *Præterea cùm ab anno 1551. Martinus senior præsentauit Pardum, emanauerunt per eius hæredes plures præsentationes effectuatę, & sit lapsum spatium quadraginta annorum, videbatur etiam Martinus Iu-*

nior

nior, qui præsentauit Dominicum aduersus prætentiones Capellanorum tutus præscriptione quadragenaria cap. de quarta de præscript. Couarr. in reg. successor par. 2. §. 10. nu. 8. Purpur cons. 560. num. 16. Rota decis. 107. num. 1. par. 1. diuers.

De modo probandi quasi possessionem.

31 Quasi possessio præsentandi per quos actus probetur. An per vnicam præsentationem effectum sortita. num. seq.

33 Vltimus status attenditur etiam in quasi possessione.

34 Consensus præstitus in resignatione constituit præsentantem in quasi possessione, idem dicitur de consensu reseruato in prouisionibus Apostolicis, & permutationibus, num. seq. Quid de consensu præstito præsentationi ab altero facta, num. 39.

36 Tutor potest consensum pro pupillo præstare, permutationi resignationis.

37 Donatione iuris præsentandi ad primam vacationem acquiritur quasi possessio.

38 Præsentatio quando dicatur effectum sortita ad effectū quasi possessionis acquirendæ, & num. 43. Quid si præsentatio fuerit nulla. num. 40. De præsentatione, quę dedit causam liti num. 43.

41 Deputatio in Ecclesia regulari præsumitur facta ad nutum ammouibil. & non perpetuum.

42 Procuratoris præsentatio, quando sustineatur.

43 Recursus ad Iudices laicos, an impediat acquisitionem quasi possessionis.

44 Actus inducentes quasi possessionem debent esse clari, & certi, non autem turbidi, & dubij.

45 Confessione alicuius ex patronis, vel admissione ad præsentandum, quando acquiratur quasi possessio.

46 Sententia quando tribuat quasi possessionem, quid requiratur ad id, num. seq. & num. 48. lata super statu beneficij facit ius quò ad omnes, num. 49.

50 Insignia apposita in vim sententię tribuunt quasi possessionem.

51 Sententia in iuribus incorporalibus trahit secum executionem absque alio facto hominis.

52 Vltimus status in beneficialibus semper attenditur.

53 Sententia vt probet, debet iustificari ex actis.

54 Iu-

54 *Iudex Ecclesiasticus pronũciat super quasi possessione præsentandi.*

55 *Possidens vniuersitatem bonorum, cui est annexum Iuspatron. dicitur esse in quasi possessione iuris præsentandi, & si numquam præsentauerit.*

56 *Dignitatem, vel beneficium obtinens, cui est vnitum Iuspatron. est in quasi possessione, etiam præsentandi ad Iuspatron.*

57 *Præsentatione vnius ex patronis, quando conseruetur: & præseruetur quasi possessio respectu alterius patroni.*

58 *Quasi possessio quò ad vnum beneficium de Iurepatron. quãdo iuuet quò ad aliud, item quando eadem quasi possessio, quò ad vnum actum, prosit quò ad alium actum, num. seq.*

60 *Quasi possessio non transfertur in successorem vniuersalem, vel particularem fallit num. 62. & 64. iuuat tamen aliquando quasi possessio antecessoris, ipsi successori, num. 61.*

63 *Hæres an possit præsentare, non dum adita hæreditate.*

65 *Quasi possessio quomodo amittatur, & num. 67.*

66 *Sententia lata contra præsentatum, an noceat patrono, & è contra, ius accrescendi quomodo habeat locum in iure præsentandi, & num. 70. & 71.*

QVoniam vt effectum supradictum consequatur quasi possessio, debet probari, & iustificari ab allegante, vt per Rotam dictum est, & habetur in Macerat. Iurispatron. 15. Decembris 1625 & 1. Iulij 1626. quæ apud *Viuian. est decisio 24. in fine*, ideò hic subijciendũ à nobis, quibus modis probetur, conseruetur, transferatur, & amittatur talis quasi possessio.

Circa primam partem de actibus, ex quibus acquiri-
31 tur quasi possessio, Concordant DD. hos esse actus, pro quibus deuentum sit ad actum facti, vt per Rotam in Pistor. Plebaniæ 24. Martij 1623. coram Nauarr. quæ est *164. apud Viuian.* Qui Doctores etiam pro actu facti communiter intelligunt præsẽtationes effectum sortitas, factas ab eo, qui ipsam prætendit, non autem actum alium alterius exercitij, *Viuian. lib. 5. cap. 4. num. 62.* Vnde asserunt è cõtra, numquam quasi possessionem præsentandi quæri absque actuali præsentatione, quæ effectum sit sortita,

vt habetur in Florentina Subdecan. 27. Ianuarij 1627. coram Durano, quæ inter recoll. à Viuian. est decis. 43. ex qua colliges ad effectum, de quo hic, sufficere ad illam inducendam vnam tantùm præsentationem effectum sortitam, vt per Rotam in Cracou. Paroch. 9. Iulij 1627 coram Illustriss. Patriarcha Hierosolym. quæ apud *Viuian. est decis. 42.* & in Pistorien. Parochial. 15. Ianuarij 1621. coram Pirouano, quæ apud eumdem *Viuian. est decis. 78.* & nouissimè in Aliphana Iurispatron. 1. Iunij 1629. coram Ghislerio.

32 Intellige quando dicta vnica præsentatio fuit eius, per cuius obitum contingit vltima vacatio, vt clarè habetur per Rotam apud *Cauallerium decis. 197.* Vbi habetur, quòd talis possessio sufficiat, vt præsentatus ab existente in ea instituatur absq. eo, quòd constet de aliqua præsentantium descendentia, de qua re latius habetur apud *eumdem decis. 382.* & nouissimè in Florent. Iurispat. de Lamphigliazzis 14. Maij 1629. corã Durano, ibi: *Quòd autem Marius habeat maiorem partem patronorum existentium in quasi possessione est clarum, quia fuit præsentatus à Vincentio, qui pro medietate, & à Ludouico, qui pro sua portione, quam asseruit habere in alia medietate, præsentarunt Carolum, per cuius obitum hoc beneficium vacauit, ex qua præsentatione constituti fuerunt in quasi possessione præsentandi respectiuè modo prædicto, etiam quòd sit vnica præsentatio. Vnde cùm Stephanus fuerit præsentatus à solo Horatio, qui vt constat ex dicta præsentatione de Carolo facta solùm est in quasi possessione præsentandi pro sua portione, quam habet in alia medietate, institutio, vt dictum est, debetur Martio.* & iterum in Beneuentana Iurispatronatus 26. Iunij 1628. coram Dunozzetto, ac clariùs in Romana Iurispatr. 15. Martij 1630. corã Merlino, ibi: *Constat autem DD. Millinos, & Palutium esse in quasi possessione præsentandi ad istas Capellanias, cùm iam præsentauerint D. Ioannem Baptistam, per cuius obitum hæc vltima contingit vacatio, & ex vnico actu inducitur quasi possessio ad effectum beneficij dicti cap. consultat. glos. in d. cap cùm Ecclesia Sutrina in verb. trium, & in verb. breuitatem; & ibi Abb. num. 22. de causa possess. & propriet. Garz. de benefic. part. 5. cap.*

cap. 5. num. 59. Rota dec. 174. num. 1. & decis. 758. num. 4.
33 *part. 2. recent.* Ratio est manifesta, quia vltimus status in ista materia attenditur in dubio, vt latè per *Viuian. lib. 11. Praxis cap. 6. num. 12. & 21.* & in terminis pertinentiæ habetur in Pistorien. Plebaniæ 14. Martij 1623. coram Nauarr. quæ est decisio *84. apud Viuianum*. Clarius ex Pampilonen. Vicariæ de Ataun. 12. Maij 1599. coram Penna relata à Garz 3. *part. de benefic. cap. 5. num. 142.* ibi: *Cùm non agatur de canonizatione Iurispatron. nec Ordinarius se opponat, sed tantùm agatur, quis ex præsentatis veniat instituendus, & ad istum effectum satis est, istos de Lescano, & eorum domum, & familiam esse in quasi possessione præsentandi, quæ ex vnico etiam actu acquiritur, vt apparet ex præsentatione facta ab eius proauo, & alijs duobus ab eius Auo, quæ effectum habuerūt, præferenda est enim præsentatio illius, qui reperitur in quasi possessione, & status vltimus est attendendus, cap. consultationi, &c.* & nouissimè confirmatum reperitur in Fesulana Parochial. 12. Maij 1631. coram Pirouano, ibi: *Quia quidquid sit, quando alij patroni non docent de eorum prætenso iure, vt illa quasi possessio suffragetur successoribus ad probandam pertinentiam, & substinendum vltimum statum, &c.* Sed præsentatio eius ob cuius obitum, resignationem, &c. vacat Capellania constituit vltimum statum, ergo illa etiam constituit quasi possessionem. Clariùs meo iudicio habetur per Rotam apud *Caualerium decisione 197. num. 21. & 30.*

Quod dicitur de præsen-
34 tationibus, idem dicendum est de consensu præstito resignationi, vt in Regien. Iurispat. 10. Maij 1623. coram Pirouano, quæ inter recol. à *Viuiano est decis. 16.* ibi: *Nec dubitari potest, quin ex solo consensu præstito resignationi, sequatur effectus quasi possessionis præsentādi, prò vt ex ipsamet præsentatione oritur, quia hoc resolutum, patet in pluribus decisionibus, vt in Vicentina beneficij 16. Ianuarij 1608. coram Sanctissimo, & in Mediolan. Iurispatron. 4. Nouembris 1609. corā Epi-*
35 *scopo Attrebat.* Sicut etiam de consensibus patronorum reseruatis, & præstitis in prouisionibus Apostolicis,

habetur in decis. Floren. Canon. 11. Decemb. 1615. corã Buratto, quæ apud eumdem *Viuianum est decis 41.* ibi: *Prædicta quasi possessio iustificatur tum ex cõsensibus patronorum reseruatis, & præstitis in pluribus prouisionibus Apostolicis, qui consensus vim habent præsentationis. Rota decis 534. num. 4. par. 1. diuers. & in d. Sorana ben fic. coram b. m. Cardin. Pamphil.* Ita etiam de consensu præstito permutationi, habetur in Lucana Iurispatron. 18. Iunij 1628. coram Dunozetto, ibi: *Quasi possessio Martini satis est iustificata ex cõsensu præstito de anno 1622. permutationi factæ de hoc beneficio in manibus Ordinarij, cuius vigore fuit quæsita quasi possessio, etiam in casu vacationis per obitum. Abb cons. 54 in fine part 1 recent. decis. 2. de Iurepatron. Put. decis. 301. lib. 2. recent. Rota coram S M Gregor. XV. decis 349.* 36 *vbi Add. num 97. & hic cõsensus benè potuit præstari per tutorem pro Martino tũc pupillo. Feder de Senis cons. 102 in 1 dubio Lambert. lib.* 37 *2. par. 1 quæst. 2. art. 4.* Quòd etiam quasi possessio acquiratur per donationem iuris præsentandi ad primam vacationem habetis per Rotã in Pistorien. Parochial. 15. Ianuarij 1621. coram Pirouano, quæ inter recoll. à Vivian. est decis 78. nu. 10. ibi: *Demum non obstat, quòd instrumentum à quo deducitur possessio Pauli, & Ricciardi videatur restrictum ad primam vacationẽ, &c. Quia & si relata ad vnicum actũ, sufficit ad acquirendam quasi possessionem.* At etiam patet ex supradictis in *Praxi 2. num. 54. & 55. vbi habes num. seq.* quando dicta 38 præsentatio, resignatio, vel permutatio ad hunc effectũ, dicatur effectum sortita, de qua re in terminis nostris loquendo latè discurrit *Vivian. lib. 11. Praxis cap. 6.* Vbi reperies modum articulandi dictam quasi possessionem cum forma libelli, seu præsentationis, & ante eum *Garz. part. 5. de benefic. cap. 5. à num 99.* Vbi habes, quòd si institutio sequatur non præuio edicto, vel fuerit sequuta contra decretũ irritans positum in aliqua dispositione, vel si præsentatus manserit in possessione ex causa concordiæ, non dici illam effectuatam, & reassumit *Vivian. d. lib. 5. Praxis cap. 4 num 52. & seq.* Idem est si fuit præsentatio admissa cum clausula sine præiudicio, &c. vt habe-

tur

tur in Pisana Capellaniæ coram Blanchetto, relata à *Garz. d. part. 5. cap. 5. num. 141.* ibi: *Huic quasi possessioni non obstant præsentationes Monialium S. Martæ, quia anno 1572. illarum præsentatio non fuit admissa, & à talium admissione non fuit per eas appellatum; & alia fuerunt admissa cum clausula (sine præiudicio partium)* latè *Viuian d lib. 5 cap. 2. nu. 12. in fine.* Vbi subdit, quasi possessionem, vt supra, 39 acquiri per consensum præstitum præsentationi ab alio factæ, dummodo talis consensus sit petitus infra tempus datum ad præsentandū, & fuerit præstitus purè, & non sub conditione, *quatenus beneficium sit de Iurepatr. & non aliter, &c.* Ex quibus potes concordare duas decisiones, quæ videntur contrarium sibi inuicem docere. Prima est decisio Asculana Iurispatr. 24. Februarij 1616 coram Verospio, quæ est 23 *apud Viuian.* 40 Vbi Rota firmat, ex præsentatione nullitèr facta, etiam quòd fit effectuata non conseruari quasi possessionem. Secunda est decisio Ianuen. Paroch. S. Andreę 19. Aprilis 1617. coram Durano, quæ est decisio 86. apud eumdem, vbi contrarium videtur Rota asserere, quòd & si effectuatio præsentationis sequuta fuerit ex institutione nulliter facta acquiratur tñ quasi possessio. Nã quod dicitur in 1. decisione procedit quò ad nullitatem essentialem ipsius institutionis, quia scilicet fuit admissa absque edicto, vel contra decretum irritans, vt supra, vel etiam ipsa præsentatio fuit admissa ignorãtibus patronis veris, vt est casus d. decis. & patet ibi: *Nec valet dicere, Iuspatron. abdicatum non fuisse ab Antonuccio donantis filio, qui non obstante huiusmodi donatione, per præsentationem de anno 1585. suam quasi possessionem conseruauit. Nam cùm ille seorsum à Falconeriis, & ipsis ignorãtibus præsentauerit, sibi præseruare non potuit quasi possessionẽ. Abb in cap. cùm Ecclesia Sutrina num. 25 & ibi Ripa num. 64. de causa possess. & propriet. Caputaq. decis. 342. part. 2.* Quod verò asseritur in secunda decis. procedit quò ad nullitatem accidentalem v.g. quia præsentatio fuit admissa ab alio, quàm ab eo, à quo admitti poterat, vt in casu decis. Bononien. relatę à *Garz. d. cap 5. num.*

num. 104. in qua ad præsentationem patroni Vicarius vniuit, cùm ipse non possit vnire, vel quando fuit admissa alio modo, quo debebat admitti, vt in casu dictæ Ianuens. Paroch. ibi: *Non obstat præterea, quòd Moniales prætendant esse in quasi possessione præsentãdi Vicarium, ad nutum earum ammouibilem, cùm tamen Lazzarus non fuerit deputatus ad nutum, nec Vicarius enuntiet istam qualitatem, sed solùm simplicem præsentationem. Etenim respondetur, quòd nec etiam enunciat, quòd deputatio fuerit facta in perpetuum, vnde præsumitur temporalis iuxta naturam suam, & iuris dispositionem, qua attenta in Ecclesia regulari, qualis est hæc Monialium, deputatur Vicarius temporalis, &c. Et quando ex hoc, aut alio ex supradictis obiectis præsentatio Lazzari pateretur difficultatem, tamen quia fuit effectuata, fuit ex ea acquisita Monialibus quasi possessio in præiudicio dicti Archiepiscopi etiam quòd effectuatio sequuta fuerit ex institutione nulliter facta per eius Vicarium, &c.* Adde quòd præsentatio facta à Procuratore, & admissa, si non constet de mandato procuræ infra tempus, vt supra, non inducit quasi possessionem, notat etiam post Rotam *Viuian. supra num. 24.* imò hoc casu debet etiam constare, mandatum procuræ habuisse effectum, vt habetur in Pistorien. Plebaniæ 12 Iunij 1623. coram Nauarr. quæ est *decis. 85. apud eumdem Viuian.* Alia requisita talis effectuationis, vt scilicet sit bona fide, absque violentia, cum scientia, & patientia habentium, vt per *Viuian. libr. 11 cap. 6. num. 12.* Ad istud caput violentiæ reducitur casus de eo, qui habẽdo recursum ad iudices laicos, obtinuit talem possessionem, quia præter quòd talis est excommunicatus in Bulla Cœnæ, *Caualerius decis. 529.* vbi extenditur etiamsi fuit habitus per procuratorem, neque tribuit possessionem, vt in Arboren. Canonic. 8. Martij 1632. coram Merlino referenda in fine operis. Et in specie quòd præsentatio, quæ dedit causam liti, non tribuat quasi possessionem, notat *ibid. num. 11. habeturque per Garz. supra à num. 66. & latiùs per Vinian. d. lib. 5. cap. 4. num. 29.* Qui *num. 37.* concludit dictos actus debere esse claros, & certos; non autem sufficere

re ad acquirēdam quasi possessionem, si sint turbidi, & dubij, per quas autem scripturas probentur dictæ præsentationes, dictum fuit supracitata *Praxi 2. num. 37. & notat latè Garz d. cap. 5. à num. 105. Viuianus lib. 5. cap. 2. num. 48.* Quòd autem quasi possessio in vacatione per obitum suffragetur in vacatione per resignationē & è contra post Rotam in Firmana Iurispatron. 3. Iunij 1594. coram Blanchetto notat Viuianus lib. 5. Praxis cap. 2. num. 13.

45 Confessione alicuius ex patronis, qui asserat aliquem habere ius præsentandi in præiudicium aliorum non potest augere numerum, & sic tribuere quasi possessionem, vt habetur per Rotā in supracit. decis. Pistorien. Pleban. *85. apud Viuianum.* Quando fuit à patronis admissus ad præsentandum is, qui non est patronus, sibi præiudicant dicti patroni, & talis admissus absque cōtradictione acquirit quasi possessionem, post Rotam & alios habetur per Viuianum lib. 5. cap. 4. num. 61. Secus si quis ab vno ex patronis se facit præsentare ignorante alio patrono, Viuianus ibidem cap. 2. num. 74.

46 Secundo modo acquiritur possessio per sentētiam, quæ iam transiuit in rem iudicatam: nam per eam etiā firmatur vltimus status Iurispatron. quò ad pertinentiam, vt habetur per Rotam in Pistorien. Paroch. 27. Ianuarij 1620. & 18. Ianuarij 1621. coram Pirouano, quæ inter recoll. à *Viuiano sunt 77. & 78.* & si ibi sit sermo de resolutione quasi possessionis per sententiam annullatiuam donationis, à qua non fuit appellatum, vt ibi est videre, maximè circa materiam illam, quando præsentatio sit facta à medietate patronorum habentium quasi possessionem Iurispatron. & clariùs in casu positiuo habetur in Motulen. Iurispatr. 18. Februarij 1630. ibi: *Sed ex quatuor sententijs ad eorum fauorem cōtra capitulum latis, per quas canonizata fuit pertinentia Iurispatron. & vulnerata littera vnionis, &c.* & latiùs in Pistorien. Plebaniæ 24. Martij 1623. coram Nauarro, quæ inter recollectas à *Viuian. est 84.* In qua habetur, quando, & quomodo, & pro quibus sententia tribuat quasi possessionem, ideo illam hic ferè integram transcribam: *Non enim iustificatur gratia*

in

in eo, quod requirit consensum medietatis patronorum, quia licèt de existentia, & pertinentia Iurispatron. ad nobiles de Quazzalottis dubitari non possit, tum ex sententia de anno 1461. in qua declaratur inter alia, hanc plebaniam spectare ad nobiles de Quazzalottis, quæ excedens metam 100 annorum, probat, &c. tum ex consensu præstito, &c. & successiuè per continuatas, & effectuatas præsentationes vsque in personam Vincentij resignantis, ex quibus sufficienter Iuspatron. probatur, præsertim inter compatronos, inter quos leuiores probationes sufficiũt,
47 &c tamen non constat, quòd D. Ioannes Vincentius, & Maynardus eius filius, quorum nomine fuit præstitus consensus, sint veri patroni, vel in quasi possessione præsentandi existant, vt faciant medietatem patronorum, vt Zenobio suffragari possit. Nõ ex sententia de anno 1461. quia in ea probatur Iuspatr. ad fauorem de Quazzalottis, sed non verificatur Ioannem Vincentium, & Maynardum prædictos esse comprehensos in dicta sententia, vel descendere à comprehensis in ea, & continuasse quasi possessionem præsentandi, qua cessante non suffragatur, eo magis quòd datur vna præsentatio facta à Philippo tantùm de anno 1552. & eadem responsio applicatur alijs sententijs de anno 1573. & 1603. quia in ipsis non legitur Ioãnes Vincentius, & Maynardus, vt non rectè legebatur in summario Zenobij in sententia de anno 1613. registrata in processu primæ instantiæ fol. 69. pro vt neq; videtur obstare fides Cõmunit. Praten. & Terræ Lauri, & arbor descendentia, ac litteræ Iacobi, quia præter quàm non sunt de actis, prò vt fuit coram me decisum, dicebatur non esse attendendas, quousque contrarium probari potest, respectu quasi possessionis, in qua Philippus, & alij reperiuntur, pro vt in simili fuit dictum coram me in nullius, seu Spoletana be-
48 neficij 20. Maij 1623. Philippus verò, & consortes habent quasi possessionem cum canonizatione Iurispatron. per sententiam ad fauorem Iacobi fratris, & filiorum, qui nunc sunt in causa cum quadam muliere D libera, post cuius obitum consolidatur totum Iuspatronat. in Iacobum, & eius filios, qua sententia lata de anno 1590. transiuit in iudicatum, & fuit declaratum, excquutioni demandandam, & fuit inti-

intimata Rectoribus quamplurium Ecclesiarum contentarum in dicta sententia, & in specie Vincentio Rectori Ecclesiæ, de qua agitur, vt recognoscerent in patronos dictos Iacobum fratrem, &
49 filios. Quæ sententia tamquam lata super statu beneficij, facit ius quò ad omnes. Achill. decis. 5 de sentent. & re iudic. Mantic. decis. 35. num. 6. Scrapb. decis. 1141. num. 8. & exequutioni demãdata in vacationibus aliarum Ecclesiarum in ea contentarum, ad quas Philippus, & consortes præsentarunt. Quæ quasi possessio suffragatur etiã respectu huius de Auiolo, cùm omnes vnica determinẽtur. Mol. de Hisp. lib. 2. cap. 6. num. 17. Surdus cons. 323 num. 44. Rota decis. 17. num. 1. & 2. part. 2. diuers. & vno & eodem iure censeri debent. l. cum hoc iure ff. de vulg. & pupill. Rota decis. 17. num. 8. vers. quoniam respondetur.
50 Accedat quòd respectu huius Plebaniæ Philippus, & consortes reperiuntur in quasi possessione, dum obtinuerunt in vim dictæ sententiæ demandato Iudicis, apponi insignia familiæ ipsorum, tamquam patronorum, ex quo etiam Iurispatron quasi possessio probatur, quia fuit deuentum ad factum, ex quo acquiritur quasi possessio. Achill. decis. 5. de causa possess. & propriet. Caputaquin. decis. 420. num. 3 par. 2. cùm ex ijs soleãt inferri ad Iurispatron. pertinentiam. Rota in recent. decis. 13. num. 3 & 518. num. 5. par. 1. vltra
51 quòd in ijs iuribus incorporalibus sententia trahit secum exequutionem absque alio facto hominis. Innoc. in cap. cum nostris col. pen. & ibi Cardin. quæst 22. & Butrius num. 19. de conces. prębendæ in 6. & ideo cùm pro Philippo, & alijs consortibus fiet vltimus status canonicatus in dicta vltima sententia anni 1590. & actus præsentandi in alijs Plebanijs in eadem sententia contentis, non videtur posse dubitari ad ipsos recurrendum esse pro consensu in gratia requisito, etiam si conflet de anteriori statu, & de iure præsentandi authorum Ioannis Vincentij ad tex. in cap quærelam de elect. cap. consultat. de Iurepatron. & cap. olim de causa possess. & propriet. Rota decis. 229. num. 1. & 2. par. 1. in recent. & coram Sanctiss. decis. 77. Attenditur enim quasi possessio potius, quàm ipsa proprietas, &c. Denique cùm pro Philippo, & consor-
52 tibus fit vltimus status, qui in beneficialibus semper attẽditur.

ditur : Gonzal. ad regul. 8. glos. 45 §. 2. num. 14. Rota decis. 2. num. 2. de prabend. in nouiss. & decis. 188. num. 1. par. 2. in recent. cum alijs in Neotastr. Paroch. 18. Aprilis 1622. coram me, non potest firmari Patronorum cõsensum interuenire, cùm ex illis, qui secundùm vltimum statum reperiuntur patroni, nempè Philippus, & consortes, vt ex supra relatis, nullus consenserit, & cùm Papa relatum fuit adfuisse consensum medietatis patronorũ, intellexit de his, ad quos Iuspatr. pro tempore spectabat, qui sunt intelligendi secundùm vltimum statum, & rẽ iudicatam, ad tradita per Ferret d. conf. 135 num. 6. Mandos. conf. 7. num. 17. iuxta cap. decernimus 16 quæst. 7. Felin. in cap. cùm Bertoldus num. 8 de sent. & re iudicata, quia paria sunt consentire prouisioni, & præsentare. Abb. in cap. 1. de religiosis domibus, & conf. 54. num. 3. vers. pro hoc etiam facit lib. 1. Gabr. conf. 192. num. 10. lib. 2. reiecta opinione Decij contrarium sentientis in conf. 149. num. 4. tenuit Rota coram Mched. decis. 10. num. 3. & 4. de Iurepatron. Put. decis. 301. lib. 2 Crescen. decis. 2 de Iurepatron. & in recent. decis. 195. num. 3. par. 1. & coram Sanctiss. dec. 349. num. 2. & decis. 417. num. 1. & sic cùm ad Philippum, & consortes spectet Iuspatron. per quasi possessionem ex supra relatis. Gratia nec vtique iustificata reperitur, neque in valore expresso, neque in idoneitate Zenobij. Idem fuit confirmatum in eadem causa coram eodem 12. Iunij eiusdem anni.

53 Nota tamen, quia vt sententia probet, debet iustificari ex actis, vt in terminis quasi possessionis habetur in Lunen. Sarzan. 24. Ianuarij 1628. coram Durano, ibi: *Vnde primò non obstat dicta sententia Capituli Sarzan. lata de voto Collegij Ferrarien. quia cùm nihil fuerit deductum, ex quo illa iustificetur iuxta Rota consuetudinem, non debet attendi, &c. nec facit quòd dicta sententia sit antiqua, nempè à 66. annis & vltra, quo casu præsumitur iusta, & ita vt probet sine processu, &c. quia præsumptio iustitiæ cessat in casu nostro, cùm fuerit exhibitus idem processus, super quo Collegium Ferrar. tulit votum, & dicta sententia emanauit, de cuius processus identitate, & integritate, videtur sufficienter constare, dum contrarium non probatur, ex quo vt in forma extractus*

tractus, siue processus, & in eius principio, & alibi sic scriptum reperitur, exemplatum à Notario, &c. & præsertim, quia productus fuit à parte altera, vnde cùm in dicto processu non probetur, quòd hoc Iuspatron. pro medietate pertineat ad Cattaneos, immò per negatiuam coarctatam in dicto processu constat de contrario, propterea dicta sententia vti iniusta non est attendenda contra dictum statum primæuum per vltra 100. annos elarum, & indubitatũ ad fauorem Maximi, & Franciſci, qui Hieronymum præsentauerunt, &c. Decisionem istam integram habetis in fine operis, videatur etiam circa hanc materiam decis. in Pistor. Beneficij 31. Maij 1617. coram Buratto, quæ est 15. *apud Praxim Viuiani, & Viuianus lib. 11. Praxis cap.* 549. Quòd autem dicta sententia debeat esse Iudicis Ecclesiastici, non autem laici præter notata à Viuiano locis supra citatis habetur in Fesulana Parochial. 12. Maij 1631. coram Pirouano, quã habetis in fine Operis.

55 Item eo ipso, quòd quis probat se possidere Castrũ, Villam, vel Ciuitatem, ratione cuius competat Iuspatron. ad Capellam ibi, vel alibi sitam, licèt numquam antea præsentauerat, dicitur esse in quasi possessione præsentandi, vt contra Doctorem Sagum, post Rotam, & alios, probat *Garz part. 5 de benefic. cap. 5. num. 9. & seq. qui num. 15.* explicat quando idem sit de possessore maioratus, cui annexum sit Iuspatronat. & *num. 20.*

56 etiam declarat, quando illa transeat ad possessorem dignitatis, vel beneficij, ex quo possessio semper dicitur retenta per beneficium, & dignitatem, vt fuit dictum sæpius per Rotam. *Vivian. lib. 5. cap. 2. num 18.* dummodo tamen probet talis, quòd iam acceperit possessionem Dignitatis, vt post Rotam *Garz. par. 5. cap. 5. num 83.* Nota tamen ad hoc decisionem Caualerij 589. Iuuenal. præeminentiarum 22. Aprilis 1622. vbi habes, quòd possessio acquiritur dignitati in rebus ad eam pertinentibus, tamẽ ad effectum manutentionis nõ prodest successori, si medio tempore alteri possessio sit acquisita.

Circa secundam partem, quomodo scilicet dicta quasi possessio præseruetur, seu conseruetur, Doctores do-

57 cent per præsentationem vnius ex patronis præser-

uari quasi possessionem alteri compatrono, præter notata per *Viuianum lib. 5. cap. 4. num. 44.* Vbi tradit sex limitationes; ad hoc notanda sunt verba Pistorien. Plebaniæ 12. Iunij 1623. coram Nauarro, quæ est 85. *apud Viuianum* ibi: *Cessant præterea, quæ dicebantur, quòd per præsentationē vnius ex patronis præseruatur quasi possessio alteri compatrono, quæ iuris conclusio procedit quando ambo sunt patroni constando de pertinentia, vt licet colligere ex Doctoribus supra allegatis, & decision. Sanctissimi 452. num. 6. & compatronus præsentat, quod nec vtique in hoc casu dicendum, quia nec Ioan. Vincentius, nec Maynardus præsentarunt, nec ius ipsis ex aliorum præsentatione præseruatum dicendum, quibus nullum ius competere comprobatum relinquitur, &c.*

58 Item quòd per præsentationem factam ob vno ex contētis in sententia, cōseruetur quasi possessio alijs in eadem sententia contentis. Habetur in supracitata Pistorien. Plebaniæ 24. Maij 1629. quæ inter recoll. à *Viuian. est decis. 84.* ibi: *Quæ sententia tamquam lata super statu beneficij facit ius, quò ad omnes. Achill. decis. 5. de sentent. & re iudic. Mātica decis. 35. num. 6. Seraph. decis. 1141. num 8. & exequtioni demandata in vacationibus aliarum Ecclesiarum in ea contentarum, ad quas Philippus, & consortes præsentarunt, quæ quasi possessio suffragatur etiam respectu huius de Auiolo, cùm omnes vna sententia determinentur. Molin. de Hisp. lib. 2. cap. 6. num. 17. Surd. cons. 323. nu. 44. Rota decis. 17. num. 1. &* 59 *2. par. 2. diuers.* Et generaliter nota possessionem quò ad vnum actum iuuare, quò ad alios actus, vt habetur in Regien. Beneficiorum 25. Iunij 1621. coram Pirouano, quæ est 88. apud Viuianum, & in specie quòd præsentatio facta ad aliqua beneficia contenta in donatione, iuuet quò ad alia, habetur in decis. 103. apud eumdem Viuianum.

60 Circa tertiam partem de translatione eiusdem possessionis in hæredem vniuersalem, vel singularem, præter notata à *Garz. par. 5. de benefic. cap. 1. num. 33. & Viuiano lib. 5 cap. 2 & latiùs cap. 4. à num. 64. & decisione Florentina Subdecanatus 27. Ianuarij 1627. de qua mentionem fecimus supra Praxi 3. cum de translatione Iurispatron. per legatum.*

tum. Notanda ad hoc propositum successionis vniuersalis (de qua hìc agitur) verba decisionis Pistorien. Plebaniæ 24. Martij 1623. coram Nauar. ibi: *Tamen non constat, quòd D. Ioannes Vincentius, & Maynardus eius filius, quorum nomine fuit præstitus consensus, sint veri patroni, vel in quasi possessione præsentandi existant, vt faciant medietatem patronorum, & Zenobio suffragari possit. Non ex sententia, quia in ea probatur Iuspatron. ad fauorem de Quazzalottis, sed non verificatur Ioann. Vincentium, & Maynardum esse comprehensos in dicta sententia, vel descendere à comprehensis in ea, & continuasse quasi possessionem præsentandi, qua cessante, non suffragatur, nam possessio non transfertur in successorem, &c.* Et in Lucana Paroc. 7. Februarij 1620. coram Vbaldo, vbi, quòd nec possessio patris transit in filium, & procedit conclusio, etiam si adesset statutum, per quod possessio continuatur in hæredem absque apprehensione, quia cessat in quasi pos-
61 sessione præsentandi. Nota tamen, quòd & si quasi possessio non transfertur in successorem, tamen multum iuuat quòd aliqua domus, vel familia, siue antecessores præsentantis fuerint in quasi possessione, nam saltem constituunt vltimum statum, vt in Pampilon. Vicariæ de Athaun. 12. Maij 1599. coram Penna relata à nobis post Garziam supra vers. circa primam partem, & clarius habetur in decis. Fesulana verbis infra referendis num 69.

62 Fallit tamen supradicta doctrina, quòd quasi possessio præsentandi non transeat in hæredem, nisi apprehendatur, quando cum hærede esset aliquis, qui simul cum hæredis authore præsentauit, vt fuit dictum in Papien. Iurispatron. 18. Iunij 1595. coram Card Blanchetto, quam ad hoc allegat *Viuian. lib. 5. cap. 9. sub num. 17.*

63 Hæres autem, an possit præsentare ante aditam hæreditatem, vide *Garz. par. 5. cap. 5. num. 82.* Rota autè in Aretina Capell. 4. Iulij 1603. coram Cardin. Pamphil. allegata à *Viuian. lib. 5. Praxis cap. 2. num. 8.* tenuit quòd hæres necessè habet, vt adeat hæreditatem infra tempus datum ad præsentandum, ad hoc vt præsentatio valeat.

64 Dixi (*in hæredem vniuer-*

salem,

salem, vel particularem) quia quid sit sancitum, vbi quis succedit in vniuersitate bonorum, vel dignitate, cui est annexum Iuspatron. iam dictum fuit supra in fine primæ partis, secus est etiam in Iurepatr. gentilitio, vbi vocatur familia, quia tunc quasi possessio antecessoris prodest successori, vt in Pampilonen. Vicariæ de Athaun. 12. Maij 1595. coram Penna, quam refert *Garz. par. 5. de benefic. cap. 5. num. 14.* in verbis, quæ supra retulimus *vers. clariùs*.

65 Circa quartam partem, nempè quomodo amittatur ipsa quasi possessio. Dicimus, Primò illam amitti per sententiam adiudicatoriam Iurispatronat. alteri; habetur per Rotam in Pistorien. Plebaniæ 12. Iunij 1623. coram Nauarr. quæ inter recollectas à *Viuiano est decis. 85.* ibi: *Et in specie quòd per sententiam adiudicatoriam Iurispatron. sic quæratur ius auctori, quòd tollatur quasi possessio alijs. Calder. cons. 3. in fine de causa possess. & proprict. Ferrett. cons. 135. num. 3. Gabriel. cons. 192. num. 7. lib. 2. Rota in recent. decis. 402. num. 5. par. 1.* Intellige de sententia, quæ transiuit in rem iudicatã, vt ibidem pau-

66 lò ante habetur. Quando autem sententia dici possit, quòd transierit in rem iudicatam, item etiam quando sententia lata contra præsentatum, noceat patrono præsentanti, & è contra, latè discurrit *Viuian. lib. 11. Praxis cap. 9. per totum*. de quo vltimo, scilicet quando sententia lata contra præsentatum non noceat præsentanti, nempè quando non est lata super statu beneficij, habetur expressè in Lucana Iurispatron 26. Iunij 1619. coram Dunozetto, quæ est 26. *apud Viuian.* & è contra quòd sententia lata contra præsentantem noceat præsentato. Habetur in Ianuen. Abatiæ 24. Maij 1624. coram Buratto, quæ est 36. *apud eumdem Viuian.* Et confirmatur in Aquilana Capellaniæ 14. Martij 1629. coram Burano, ibi: *Imò verius est processus & sententiam inter patronos præiudicare præsentatis scientibus, vt hic causam inter illos verti glosa communiter approbata in cap. cupientes §. cæterum verbo nullum præiudicium de electione in 6. Baldus, &c.* Quòd per sententiam annullatiuam donationis auferatur quasi possessio præsentandi. Habetur in Aretina Capell. 15.

Ianua-

Ianuarij 1621. coram Pirouano, quæ est 78. *apud Viuian.*

67 Amittitur etiã talis quasi possessio per non præsentationem tanto cursu temporis, quantum potest sufficere ad præscribendum contra patronum alium, vel alios, vt supra diximus. Requiritur autem, vt dictæ præsentationes factæ ad effectũ præscribendi vt supra, quòd sint factæ animo priuandi alios, qui cùm possent præsentare non præsentauerũt, item scientia, & patientia illorum, vt latè per *Garz. d. par. 5. cap. 5. num. 115.* Vbi etiam reperietis, quando præsentatio dicatur facta animo priuandi alios iuxta supradicta à nobis vers. circa secundam partem, non solùm illi, qui non præsentauerunt, nequaquam amittant quasi possessionem præsentandi per non vsum, sed per præsentationem ab alijs factam, illis præseruatur quasi possessio. Dixi *tanto temporis cursu*, quia si vna vice non præsentauit, non sufficit, sed requiritur spatium 40. annorum *Viuian. lib. 5. cap. 2. num. 38.*

Hoc autem casu, quando aliquis ex pluribus non præsentauit per cursum 40. annorum, vel alia quacumque ex causa resoluto dominio alicuius portionis,

68 quæri potest, an, & cui accrescat dicta pars, seu vox? Et respondetur nemini accrescere dictam partem, sed solùm diminui numerum patronorum, vt loquendo de vno ex pluribus patronis decedente sine hærede. post Rotam in supracit. Aretina Capell. notat *Viuian. lib. 5. Praxis cap. 2. num. 9.* Quibus illic aliegatis accedit Rota in supracit. Pistorien. Paroch. 15. Ianuarij 1621. coram Pirouano, quæ est 78. *apud Viuian.* ibi: *Inde duo inferuntur pro sustinenda parilitate vtriusque stipitis, vel quòd resoluto dominio Iacobi defectu potestatis Hieronymi inualidè translato, & mortuo Petro possessore, & domino dicta sexta partis, illa accreuit pro medietate portionibus Pauli, & Riccardi, alio hærede non appetente, vel quòd adhuc incertum sit, ac indeterminatũ, ad quem spectent illæ duæ partes prouenientes ex hæreditate Petri, & hoc casu quia possessio pro dicta sexta parte iam euanuit, & resoluta remanfit per rem iudicatam super non iure transferentis, semper narratiua medietatis patronorum in possessione præsentandi existentium verifi-*

rificabitur, quia Braccius, & Ricciardus, qui sunt in alia linea, probare non possunt quasi possessionem præsentandi pro pluribus portionibus, quàm quinque, & pro alijs quinque Ricciardus, & Paulus, qui veniunt ex alio stipite. Quæ omnia clariùs dilucidantur in Fesulana Paroch. coram Pirouano 12. Maij 1631. Vbi hoc amplia tur, etiam vbi alius esset in quasi possessione præsentãdi pro sua voce & de fic ẽtis ibi *Propterea non obstat allegata quasi possessio præsentandi pro duabus partibus ex tribus, quam deducunt ex præsentationibus anni 1597. & 1602. cum præsentia illorum de Morellis, qui potuerunt successoribus; maximè haredibus præiudicare, & effectum sortitis, & in decisionibus huius causæ admissis, quæ dicebantur ne dum in possessorio; sed etiam in petitorio suffragari, ad probandam pertinentiam fauore successorum. Rota decis. 337. num. 3. par. 2. recentior. & in Placentina Capellæ 30. Ottobris 1625. coram D. meo Decano. Quia quando actor plenè, & concludenter probauit intentionem suam, prò vt fecerunt Morelli in æquali voce, Dini similiter tenentur probare propriam, quæ sola præsumptione quasi possessionis præsentandi non impletur, admissio enim & consensus illorum de Morellis potuit quidem constituere Dinos in quasi possessione præsentandi pro alia parte, sed non inde sequitur, quòd fecerint illos de Dinis patronos portionis ad familiam de Caualcantibus pertinentis, Lambertin de Iurepatronat. in 1. part. libr. 2. quæst. 3. ar. 17. num. 11. Rota ita distinguens decis. 228 in princip. par. 1. diuers & clariùs decis. 284. num 7. par. 1. recent. quę reassumitur per Addin. ad decis. 417. num 13. coram Papa Gregor. XV. Nec contrarium dicunt decisiones 337. & Placentina Capellæ, quia quidquid sit quando alij docent de eorum pretenso iure,* 69 *vt illa quasi possessio suffragetur successoribus ad probãdam pertinentiam, & sustinendum vltimum Statum; attamen secus est vbi patroni fundant illorum intentionem vt fecerunt Morelli; nam hoc casu decisiones allegatæ non contradicunt irreuelantia probationis deductæ ex præsumptione, quæ sola non sufficit etiam in reo, & possessore secundùm opinionem, quam Rota seruat, vt ex ea non transferatur onus probandi in aduersarium. Achil.*

decis.

decis 1. de probat. Seraph. decis. 1171. & coram Papa Gregor. XV. 278. num. 6. & 379. num 3. & cùm nullus pro Caualcătibus compareat, Morelli remanent in æqualitate, aut comparere nequeunt ob familiæ deficientiam per ius accrescendi, vel non decrescendi succedunt in portione cum Dinis per eamdem Clem. plures de Iurepatron. & in eadem æqualitate reperiuntur.

Nec aliqua vis facienda est in scriptura, quę asseritur sentĕtia Magistratus Florentini, quia ex ea non colligitur distinctio vocum, pro quibus partibus respectiuè præsentant Morelli, & Dini, sed tantùmodo quòd Morelli, & Dini sint patroni, quod & hodie idem admit-
70 *titur, cùm possint esse in æqualitate per ius accrescendi ob deficientiam familiæ de Caualcantibus, & quatenus determinaret quæstionĕ pertinentiæ vocum defectu potestatis laicæ in causis Ecclesiasticis, non esset attendenda. c. quanto de Iudic Rot. decis. 305. impress. post 2. volum. Farinac.* Et clariùs in alia decis. desuper eamdem causam facta 27. Iunij eiusdem anni coram eodem, ibi: *Non enim dubitatum fuit de iustitia sententiarum Nunciȳ, & Canonici, cùm essent fundatæ in iure coæquali familiæ de Morellis præsentādi cum familijs de Dinis, & Caualcantibus, quarum altera, vel non præsentat, vel deficiente, per ius non decrescendi, vel accrescendi remanet semper in eadem paritate cum Dinis, nisi de contraria d ficientium voluntate doctum fuerit per Clem. plures de Iurepatron. & alijs in prima decis. allegatis, nec quasi possessio quã prætulit habere Dini præsentandi pro duabus vocibus illis suffragari potest in hoc iudicio proprietatis, & pertinentiæ, quia considerabilis non est nisi continuata fuerit spatio quadraginta annorum c. de quarta, de præscript Lãbert. de Iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 11. art. 5 num. 1. Rota decis 284. num. 8 par. 1. recentior.*

71 Sunt alij casus, ex quibus quis amittit ius præsentandi ratione infamiæ, vt quando est meretrix, &c. de qua re supra, idem de condemnato ob adulterium asserit Viuianus lib. 5. cap. 2. num. 9 in fine de alijs causis, ex quibus Iuspatron. siue absq; delicto, siue ob delictum amittatur à Patrono, habetur per Viuianum lib. 15. cap. 1, & 2. De præsentatio-

ne facta à patrono excommunicato, siue laico, siue Ecclesiastico, late agit Garzias par. 5 cap. 4. num. 316.

PRAXIS

Quinta;

Probationis præsentationis in tempore.

72 *Præsentatio debet fieri debito tempore, vt sequi possit institutio. Quod nam sit illud tam respecta patroni laici, quàm Ecclesiastici, num. seq. Quid si laici simul cum Ecclesiasticis sint patroni, num. 74.*

75 *Præsentatio, lite pendente, quando valida sit.*

76 *Tempus cõcessum pro præsentatione, quando incipiat à die vacationis, vel scientiæ. Quid in Episcopo quò ad collationem ibid. Quomodo computetur, num. 82.*

77 *Notitiam habuisse patronus vacationis, quando dicatur, & num. sequ. A quo id probandum, n. 79. Quomodo etiam probetur ignorantia, num. 80.*

81 *Impedito non currit tempus à iure datum ad præsentãdum; quomodo probetur, & à quo tale impedimentum, ibid. An ignorantia, vel impedimentum vnius ex patronis alijs compatronis suffragetur, num. 84.*

83 *Termino concesso ad præsentandum elapso, ad quẽ deuoluatur ius conferendi capell. de Iurepatr.*

85 *Ampliare vel restringere tempus à iure præfixum ad præsentandum quis possit, & num. 87. 88. & 89.*

86 *Edicta sunt necessario affigenda pro institutione ad Iuspatr. & num. 91. Infra tempus præfixum in edicto non comparens patronus, an audiendus. num. 90.*

92 *Procuratoris præsentatio quando dicatur facta in tempore, & nu 94. Mandatum procuræ, an exhibendũ infra tempus quatuor vel sex mensium, n. seq.*

95 *Præsentatio conditionalis vel alternatiua quando sit valida, facta post lapsum tempus debitũ quando sufficiat num. seq.*

97 *Variare in præsentando quis patronus possit, & quo;*

quomodo, nu. seq. & 98. 99. 100 & 103. In dubio, an censeatur facta accumulatiuè, nec nè num. 102.

101 *Iurans patronus non variare, si postea variet aliè præsentando, an valeat talis præsentatio, Quid si iurauit non reuocare præsentationem per accumulationem, num. 105. 109. Quid si tantum promiserit absque iuramento, num. 115.*

106 *Actus factus contra iuramentum quando sit validus, & si committatur periurium, Quid si primo loco præsentatus renuntiauerit. num. 111.*

110 *Appellare quãdo possit præsentatus primo loco contra variationem factam à patrono.*

112 *Præsentatus quodnam ius acquirat ex præsentatione, & an possit resignare ad fauorem num 114.*

113 *Auditores Rotæ sunt loco Ordinarij.*

115 *Promissio de præsentando, vel non reuocando præsentationem, quando sit nulla, vel simoniaca, aut vsuraria.*

116 *Donans alicui Ius præsentandi pro prima vacatione an possit variare. An vt dicta donatio sit valida requiratur assensus Ordinarij, vel Summi Pontificis.*

117 *Variatio quando concedatur & si non sit accumulatiuè facta.*

72 VBi præsentatus in Capell. vacante probauit non solùm existentiam Iurispatr. vt supra, sed pertinentiam eiusdem ad eum, qui ipsum præsentauit, vel quasi possessionem præsentandi, si adsit contradictio, debet etiam probare ipsum fuisse præsentatum in tempore, quo erat concessum patrono præsentare, vt præter decis. in principio huius *Quæstionis IV.* adductas, habetur in Romana Benef. S. Laurentij in Damaso 22. Maij 1623. coram Coccino, ibi: *Quia cùm Franciscus probet Iuspatron & se fuisse præsentatum in tempore, &c.* Ideò hic explicandum est, quando quis dicatur præsentatus in tempore ad Capell. de Iurepat. Dixi, *si adsit contradictio*, nam aliàs sæpe præsentatio præsumitur facta in tempore, vt per *Vivian. lib 7. cap 6. num. 5.*

73 In qua re præsuppositâ differentia inter Capell. de Iurepatron. laicali, & Ecclesiastico, quòd scilicet patronus laicus habeat tantũ

quatuor menses ad præsentandum. Patronus verò Ecclesiasticus, prout declaratum fuit *in principio huius quæstionis* habeat sex mẽses, vt est certum ex textu in *cap. quoniam iuncto cap. extra te de Iurepatr. cum alijs allegatis per Azor. par. 2 suarum Institut. Moral. lib. 6. cap. 21 quæst. 11. Viuianum alios citantem lib. 1. suæ Praxis cap. 3. Nouar. in suis singul. conclus. 112. num. 1. Vbi allegat varias decis. Rotæ, latè Garz. par. 5 de benef. cap. 9. num. 209.* Qui benè subdit
74 *num. seq.* quòd quando simul laici, & Clerici sunt patroni, etiam quòd laicus haberet partem maiorem alicuius Capellæ, vel Ecclesiæ, omnes habent sex menses; nam istud Iuspatron. mixtum, quò ad priuilegia iudicatur Ecclesiasticum, quò verò ad derogationem laicale. Accedit *Paulus Squillantes in suo tractatu De Priuilegijs Clericorum cap. 10 Priuil. 19.* Quibus ab eo allegatis adde *Viuianum lib. 14. Praxis cap. 1. à num. 10. vbi num. 113.* Limitat quando inter patronos Ecclesiasticos, & laicos facta fuit conuentio de præsentando alternis vicibus, quia tunc in turno Ecclesiastici habet sex menses, in turno laici quatuor, referteque ad hoc plures decis. Rotæ; & hoc voluit nostro iudicio inferre *Perez lib. 2. de Anniuers. & Capell. cap. 9. num. 17.* Vbi limitat eamdem doctrinam, quando laï-
75 cus patronus seorsim præsentaret ab Ecclesiastico, ac habetur per Squillantem loco supracitato: supponimus enim non pendere litem super Iuspatronat. & quòd ipsum non sit litigiosum, maximè quando lis est super titulo, & non super possessione, quia in illo casu præsentatio facta lite pendente est inualida. *Cauallerius decis. 200. & 333.*

76 Quæres primò, quando ad hunc effectum incipiat tale tempus? Respondetur, ex supradictis authoribus communiter incipere non à die vacationis, vt aliàs tenuit Rota antiqua, sed à die notitiæ dictæ vacationis in specie. *Garz. part. 10. cap. 2. num. 2 Viuian. lib. 7. Praxis cap. 2 sub num. 8.* Vbi affert rationem differentiæ, quare Episcopo currat tempus conferendi à die vacationis, patronis verò à die notitiæ ad præsentandum, & clarius idem *Viuian. lib. 5. cap. 2.* Sed hinc insurgit ma-
77 ius dubium, quando dicatur patronus habuisse notitiam

titiam dictæ vacationis, maximè per obitum? *Perez de Anniuers. & Capell. lib. 2. cap. 9 num. 35.* putat id euenire, quando verisimile est ipsum sciuisse dictam vacationem; sed contrarium est verius, quia debet probari scientia certa, & indubitata; vt latè post Garziam Gonzal. Rotam, & alios habetur per *Viuianum lib. 3. cap. 2. à num. 7.* & Rota nouiss. in illa Salamantina Benefic. 4. Februarij coram Ghislerio cõfirmauit ibi: *Non obstat Hieronymum non comparuisse intra terminos edicti propositi per Ordinarium, tum quia erat absens, & ignarus, & tamen non sufficit verisimilis scientia, sed debet esse certa, & concludens. Lapus allegat. 78 num. 12. Seraphin. decis. 1178. num. 3. Rota decision. 178 num. 1. & 186. num. 2. part. 2. recent.*

78 Dixi, *maximè per obitum*, quia quando ex aliqua alia causa succedit vacatio, puta per priuationem, &c. debet notificari patrono, & à die dictæ notificationis incipit currere tempus. *Viuian. lib 7 Praxis cap. 4. in fine.* Sed de hac re adest decisio Parmensis relata à *Garz. d. cap. 2. num. 36.* Vbi fuit resolutum non currere tempus ad præsentandum ad beneficium vacans per priuationem, nisi à die notitiæ sententiæ, & priuationis. Clariùs in Firmana benefic. relata ab eodem *Garz cap. 3. d part. 10 num. 13.* ibi, nec quidquam facit scientia plebani, quia cum beneficium vacaret deinde, & non de facto collatur, nõ dicitur in mora, nisi data scientia vacationis de iure.

79 Talis scientia patroni est probanda ab allegante, cùm ignorantia semper præsumatur, nisi probetur scientia. *Abb. in cap. pastoralis num. 8. de except.* aliàs præsentatio præsumitur facta in tempore, imò debet plenè probari, cùm sit de substantia, vt post alios habetur per *Garz. d. cap. 2. num. 34. ad finem.* Sed an sufficiat probare vacationẽ ita notam, quòd scire illam debebat patronus. *Garz. lot. supracit.* affirmat, quia ista est scientia præsumpta, inquit ipse, quæ differt ab interpretatiua, de qua loquuntur supraciratæ decis. ac asserunt, non esse sufficientem verisimilem scientiam, nec contrarium videtur Docere *Viuianus lib. 3. cap. 2. nu. 2.* dum affirmat scientiã debere esse certam, & non præsumptam, quia

postea *num. sequen.* subdit, quòd si vacatio fuit adeò nota, vt inde appareat negligentia patroni, qui scire debuit, tunc tempus incipere deberet à die, quo scire debuit, vel verisimiliter scire potuit, allegatq; pro modo probãdi dictam scientiã decisionis in Parmen. coram Bubalo 1589. 1590 & 1598. Nota ex Rota in nouiss. decis. 6. aliàs 263. de Iurepatron. in simili, saltem talem modum probationis transferre onus probandi suam ignorantiam in negantem
80 talem scientiam. Petes autem quomodo probabit iste suam ignorantiam. Rota subdit ibidem, quòd quando ignorantia esset probabilis, statur eius iuramento. Additio ibi mouet dubium, an quando præsumptio sit in contrarium (puta patronum sciuisse vacationem, quia erat notoria) etiam tunc possit dicta ignorantia probari per iuramentum, & allegat Abb. & Felinum in cap. quosdam de præsumpt. vbi videntur affirmare in casu, maximè vbi non agitur de magno præiudicio, prout est in casu nostro, fauent dicta à nobis in casu probationis ignorantiæ nullitatis professionis *Praxi 1. num. 84.* Quando autem dicatur probabilis dicta ignorantia, subdit Rota ibidem sequens *Panorm. in cap. quia diuersitatem. num. 7. de concess. prebenda.* & si non loquatur de patrono, sed de Episcopo, vel Archiepiscopo intra tempus sibi concessum non conferentibus; circa hunc articulum, non posse dari certam doctrinã, sed id remitti arbitrio Iudicis inspecta qualitate beneficij, modo vacationis, di-
81 stantiæ, &c. Adde, quia impedito patrono, neque currit tale tempus, vt per DD. supra allegatos, similiter tale impedimentum probari debet ab ipsis allegantibus, vt supponunt ijdem *Viuian. & Garz.* qui *Viuian.* ex hac causa impedimenti, docet, numquam deuolui beneficia pertinentia ad præsentationem Regis, seu
82 Coronæ. In casu, quòd patronus non præsentet inter quatuor, vel sex menses, qui computantur secundùm Kalendarium Romanum, & de momento ad momentum, vt habetur latè per *Garz d. cap. 2 à num. 42. & Viuian.*
83 *d lib. 7. cap. 4 à num. 14.* deuoluitur ius conferendi ad Episcopum, quo etiam negligente infra sex menses cõputandos non à die vacationis, nec à die, qua transfacti

facti fuerunt quatuor menses, vel sex, vt supra, sed etiã à die notitiæ dictæ negligentiæ deuoluitur ad Archiepiscopum, qui Archiepiscopus si etiam negligens fuerit in conferendo per sex alios menses, etiam vt supra computandos, deuoluitur ad Põtificem, in quibus terminis loquitur supracitata decisio 263. & latè per *Garz. loco supracit. cap* 3. Sed pro praxi impetrationis Capellaniæ ex isto capite deuolutionis ad Summum Pontificem notanda sunt verba Rotæ in Casertana Benefic. 1595. coram D. Blanchetto relata à *Garz part. 10. de benefic. cap. 3. sub num. 14.* ibi: *Non fuit iustificata gratia circa caput deuolutionis; nam, cùm in gratia adsit limitatio, dũmodo collatio deuoluta existat, debet impetrans probare gradatim lapsum temporis præfixi inferioribus collationibus iunctis eorumdem scientia vsque ad Sedem Apostolicam.* Clarùs in Spoletana 31. Ianuarij 1594. coram Mantica relata ab eodem *Garz eod. cap. 3. num. 11* Scio *Panormitanum d. cap. ex parte de concess. prebenda.* tradere cautelam impetrandi non absolutè pro vacatione certo modo, sed etiam addita alia clausula, *nec non quouis modo, &c.* ad hoc vt impetrans non teneatur probare dictã deuolutionẽ, &c. sed id non sufficit, vt benè *Garz dicto cap. 3. sub num. 16.*

84 Hæc autem procedunt, vbi vnus fuerit patronus, quia si plures coniunctim essent patroni, tunc & si vnus sciret vacationẽ, alius ignoraret, ignorantia alterius ex ipsis sufficit, vt non fiat deuolutio, & sic sint sẽper omnes in tempore præsentandi, vt etiam per DD. supracitat. scilicet *Garz. & Viuian.* citantes quotas.

85 Quæres secundò, an dictum tempus ordinarium præsentandi à iure præfixum possit ampliari, & restringi? Et de patrono primo communis opinio se habet tam pro Iurepatr. laicali, quàm Ecclesiastico, in limine fundationis cum consensu Ordinarij posse non solùm prorogari dictum tempus, vt post alios notat *Perez de Anniu. vs. & Capell. libr. 2. cap. 9. num. 29.* vbi *num. 32.* hoc limitat si Ecclesia patronata esset Parochialis propter animarum præiudicium, quia tunc non posset prorogari, nisi ad decimam diem, sed etiam restringi, vt per *Viuian lib. 7. Praxis cap. 1. in fine.* Vbi etiam

num.

num. 15. admittit, quòd etiã talis prorogatio, & restrictio possit induci ex consuetudine, & obseruantia antiqua.

86 De Ordinario autem verum in edictis, quæ ad validitatem institutionis beneficij, seu Capellæ de Iurepatron. sunt necessariò ab Ordinario affigenda, vt patet ex supradictis *Praxi præcedenti*. Vbi firmauimus post alios, non acquiri quasi possessionem per præsentationem, & sequutam institutionem absque affixione edicti, & notat latè *Rice. part. 1. Praxis decis. 160.* Vbi *decis. seq.* firmat, quòd institutio facta intra terminos edicti sit nulla. Certum est posse Episcopum prorogare dictum tempus, quando agitur tantùm de eius præiudicio. *Nouar. in suis singul concl. 112. num. 60. & ante eum suus Riccius part. 1.*

87 *Praxis decis. 217* Difficultas est an etiam possit Ordinarius dictum tempus restringere. De qua re latè discurrit post alios *Vivian. lib. 7. cap 7. à num. 1.* Extatque decisio nouissima in Salamantina Benefic. 4 Februarij 1630. coram Ghislerio, ibi: *Vacante Capell. in Ecclesia S. Crucis Augustinus Polanto filius sororis fundatoris ad eamdem Capell. præsentauit Alphonsum Polanto fratrem, qui elapso termino sex dierum dato ab Ordinario ad comparendũ quibuscumque interesse prætendentibus ius, in huiusmodi Capell. & patronatu, vt in edicto. de quo in summario, cùm nullus comparuerit, obtinuit immitti, sed de his habita notitia per Hieronymũ Martinez de Zunica ex Maria filia fundatoris præuia præsentatione ad sui fauorem reportauit sententiam fauorabilem; quæ collatio facta Alphonso fuit reuocata, & sibi Capellania adiudicata, à qua interposita appellatione, dubitaut, an constaret de bono iure dicti Hieronymi ad effectum, vt Capellania veniat sibi adiudicanda: Nec controuertunt partes quin Hieronymus sit proximior, sed tantùm illius ius excludere conantur, quia re non integra, & post tempus edicti, & post sententiam Ordinarij instituentis Alphõsum, comparuit. Ex Gonzal. glos. 9. §. 1. à num. 115, Garz de Benefic. part. 9. cap. 2. num. 200. & cap. 4. num. 14. iuxta notata in Valentina benefic. 27. Iunij 1607 coram Penia. Hoc tamen non obstante voluerunt Domini constare de bono iure Hieronymi,*

nymi &c. Nec obstat Hieronymum non comparuisse intra terminos edicti propositi per Ordinarium: tum quia erat absens, & ignarus; & tamen non sufficit præsumpta, & verisimilis scientia, sed debet esse certa, & concludens. Lapus alleg. 78. num. 12. Seraphin. decis. 1178. num. 3. Rota 73. num. 1. & 186. num. 2. par. 2. recent. Tum quia Ordinarius non potuit restringere, neq; abbreuiare tempus patronis concessum à iure ad præsentandum secundùm tex. in l. 4. ff. de re iudic. & ibi notãt Bart. & DD. nam indultum à iure beneficium, non potest per iudicem tolli. c. Indultum de reg. iur. in 6. Felin. in cap. cùm Bertoldus num. 13. de sent. & re iudic. vbi plura latissimè confert. Non obstant Gonzal. & Garz supra allegati, quia procedunt quãdo agitur de beneficijs liberis, quæ per oppositionem prouidentur; non autem in Iurepatron. laicali, nam patronus habet tempus quadrimestre ad præsentandum iuxta tex. in cap vnico de Iurepatr. in 6. Nec facit, quòd allegata decis. coram Penia procedat etiam in beneficijs Iurispatr. quia ibi institutus fuerat præsentatus à patrono, & ideò non potest considerari tempus quadrimestre ad fauorẽ proximioris comparentis postea re non integra, quia cùm illius respectu de iure non sit præfinitus certus terminus, locus est præfixioni termini per edictum iuxta tex. in c. final. de elect. in 6 Durante itaque quadrimestre constituto à iure patronis ad præsentandum, semper quò ad patronum res est integra. cap. vnico §. verum licèt de Iurepatron. in 6. qui casus non consideratur in dicta Valentina coram Penia, imò præseruatur, dum ibi dicitur, quòd ideò potest Ordinarius tempus statuere suo arbitrio, quia non reperitur tempus datum à lege. Quare cùm Ordinarius comperierit se canonizasse præsentationem factam ab eo, qui verè patronus non erat, & instituisse præsentatum, qui non habebat qualitates in fundatione requisitas, meritò potuit suã sententiam reuocare.

88

89 Habes igitur in præsenti decis. quando possit Ordinarius restringere terminum datum à iure, scilicet vbi de nullius præiudicio agitur, & ita intellige *Perez de Anniuers. & Capell. lib 6. cap. 9. à num. 46.* vbi latè de hac materia; an patronus teneatur infra tempus edicti præsentare, vel possit tacere,

& præsentationem facere infra tempus sibi à iure concessum: & nostrum *Reuerendiss. Riccium in 1. part. Praxis decis. 162.* simpliciter docentem post *Oldradum, Lambert. Marium Antonium, & alios*, non esse
90 audiendum, qui non contradixit in tempore præfixo per edictum: de quare habes etiam decis. in Florent. Iurispatron. de Lamfigliazzis 17. Nouembris 1629 coram Durano, ibi: *Quin immò cùm Vincentius, & Ludouicus similiter patroni habentes aliam dimidiam non comparuerunt intra tempus edictorum, deinde Stephanus haberi debet, ac si fuerit præsentatus ab omnibus patronis, quia cùm Iuspatron. sit indiuiduum, &c.* & latè agit *Vivian lib. 9. cap. 1. 2. & 3.* Vbi reperies formam edicti, & alias quæstiones in hac materia.

91 Nota quòd in Vrbe non attenditur hæc solemnitas edictorum, qua stante consuetudine, omissio edictorum non attenditur. Rota in Romana Iurispatron. 15. Martij 1630 coram Merlino ad finem, ibi: *Minus obstat institutionem Dominici saltem validè nondum sequutam fuisse, & idèo non applicari dispositionem c. consultationibus, de præben institutum à proprietario. ita Abbas in dicto cap. consultationibus num. 9. Decius cons. 127. num. 1. & cons. 149 num. 2. Garz. de benefic. par. 5. cap. 5. num. 45. quia proprietas absorbet causam possessionis. Non esse autem validè adhuc institutum D. Dominicum deducitur ex eo, quòd ante institutionem non præcesserint edicta, & nimis properè actum fuerit, & sic ceciderit ab omni beneficio etiam præsentationis iuxta cap. Auaritiæ de elect. in 6. Quoniam cessat obiectum, cũ in Vrbe non seruetur hæc solemnitas edictorum, prout etiam asseritur à Reuerendiss. D. Vicesgerente in instrumẽto institutionis Dominici, & Notarij fori Illustriss. Vicarij Vrbis idem deposuerunt, & aliunde etiam Dominis id conflabat, qua stante consuetudine omissio edictorum non attenditur. Bellamer. decis 619. Lambertinus de Iurepatronat. par. 2. lib. 2. quæst. 6. art. 14. per totum, & alij.*

92 Nota quòd quando præsentatio fit per procuratorem, debet constare de mandato, aut ratificatione patronorum, intra quadrimestre, si sint patroni laici; & intra semestre, si sint Ec-

clesia-

clesiastici, alias præsentatio per procuratorem, eorum nomine facta, non attenditur. Hæc sunt verba decisionis Rotæ Romanæ in illa Florentina Iurispatronatus de Lamphigliazzis 14. Maij 1629. coram Durano, vbi allegat *Lapum alleg. 22. Rocc. verb. honorificum quæst. 5. num. 26. Lamber. libr. 2. par. 2. q. 1. art. 21. num. 5. Put. decis. 311. num. 2. lib. 3. correct. Rot. decis. 443. num. 3. part. 2. recent. & Adden. ad Gregor. XV. decis 177. num. 7.* Quæ intellige iuxta aliam decis. eiusdem Rotæ in illa Lunen. Sarzan. Benef 31. Maij 1627 coram eod. Durano in fine, ibi: *Non etiam releuat, quòd præsentatio Maximiliani, & Francisci de Hieronymo fuit facta per procuratorem, quorum mandatum non fuit intra quadrimestre exhibitum, qua ideò videtur non posse suffragari etc. Quia ex quo in termino fuit facta productio verbalis cum clausula, animo exhibendi, potuit productio realis postea fieri extra terminum. Vestr. in Praxi lib. 4. tit. de dolo, & contumacia num. 16. vers. quòd si verbo tantum. Decian respon. 41. num. 14. & seq libr. 3 & cessat penitus difficultas; tum quia mandatum fuit rogatum per Notarium Actuarium Capituli, coram quo fuit facta præsentatio, & ideo productio non fuit necessaria. Fulgos. cons 195. vers. cùm itaque; tum etiam, quia vt dicitur, Maximilianus pater, apud quem residet dimidia pars Iurispatr. intra quadrimestre visus fuit ratificare, cum interim accessit ad Vrbem, & impetrauit litteras Apostolicas, vulgo pro præsentato nuncupatas: ratificatio autem intra quadrimestre sufficit. Läbertin. dicto artic. 21. num. 7.*

Adest alia declaratio facta per Rotam in hac materia pro eadem supra relata decis. Florentina Iurispatronat. de Lamfigliazzis coram eodem Durano ibi:

94 *Neque obstat, quòd dicta compatronorum mandata debuerint produci intra quadrimestre, quia cùm deuentum fuerit ad institutionem post terminum edictorum: & institutio fuerit actus extraiudicialis; ex quo ante institutionem oppositor comparuit, potuit Ordinarius se extraiudicialiter informare, prout præsumitur ad sustinendum actum præsentationis, & institutionis; & tanto magis, quia in hoc casu fuit facta præsentatio coram*

Ordinario eum enuntiatiua mandati, & relatione ad certum Notarium, & certam diem: & Ordinarius in institutione dixit visis, &c. Vnde oritur vrgens coniectura, quòd tunc illud fuerit exhibitum, aut quòd de eo Ordinarius extraiudicialiter fuerit certificatus, ex quo mandatum erat necessarium ad actum. Habes integram decision. infra in fine operis.

95 Nota quòd idem dicendum est de præsentatione facta sub conditione alternatiua, & dubia, licet electio, & collatio sic facta, sit semper nulla, & inualida. ex *cap. 2. de elect in 6.* vt alias nos pro facto occurrẽte scripsimus, & habebitis inter nostras cõsultationes morales, tamen præsentatio valet, dũmodo dicta dubietas, alternatiua conditio, & incertitudo purificetur intra tempus datum ad præsentandũ, vt latè per *Garz. 8. part. de benefic. cap. 2. à num. 3. Viuian. lib. 8. Praxis cap. 6. num. 24 & seq.* Adde casum vbi etiam post lapsum quadrimestris, vel semestris potest patronus præsentare,

96 scilicet quando præsentatus à patrono, sua tamen culpa non obtineat institutionem, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio dari, nec debet negligentia præsentati nocere patrono, vt post *Zerol. notat Ferez de Anniuers. & Capell. lib. 2. cap. 9. num. 5.* vbi declarat, quomodo intelligi debeat pactum à patrono appositum: quod si præsentatus intra tale tempus non prosequatur præsentationem, possit alterum præsentare. Et hoc casu incipit currere quadrimestre, vel semestre aliud à die notitiæ talis negligentię, sicut obseruari debet quando præsentatio est nulla ex aliquo defectu alio, à patrono ignorato, vt Rota pluries dixit præcipuè in illa Capell. Mediolan. apud *Viuian. libr. 5. cap. 2. num. 27.* quæ procedunt etiam in patrono Ecclesiastico. *Viuian. libr. 10. Praxis cap. 1. num. 16.*

Et quia alia differentia à præcedente, quando, & quomodo patronus, qui semel præsentauit variando, possit iterum præsentare, manans inter Iuspatr. Ecclesiasticum, & laicale circa eamdem materiam præsentationis est quòd patrono Ecclesiastico non permittatur variatio circa præsentationem, laico autem concedatur variatio *d. cap. sùm autem de Iurepatron.*

cum

cum alijs allegatis per Azor. supra quæst. 13. & Nouar. num. 7. alios antiquiores citantes. Dixi à præcedenti manans, quia ideò datur maius tempus, scilicet sex mensium Ecclesiastico patrono, & minus laico, quia patrono Ecclesiastico negatur variatio, quæ laicis permittitur; ita post alios *Perez de Anniuers. & Capell. lib. 2. cap. 9. num. 9.* vbi reperies alias rationes; quibus adde duas rationes positas per *Lancell. in suis instit. Iuris Canon. titul. de instit. & Iurepatron. §. sunt autem, prosequitur Viuianus in sua Praxi Iurispatr. lib. 10. cap. 1. à num. 3.* Amplia igitur, quod diximus de patrono laico, etiam si clericus, vel Ecclesia possideat Iuspatron. de iure laicali. Præter *Viuian. citatum supra* accedunt *Lancell. vbi supra verb. licèt, Perez libr. 2. cap. 9. num. 11. de Anniuers.* Ideo circa hanc materiam variationis, quæ potest fieri à patrono laico, sunt explicandæ à nobis aliquæ difficultates.

Pro praxi igitur facias hanc regulam, quæ est certa apud DD. [s]uprac. & alios
97 communiter, variationem posse fieri à patrono laico, non recedendo tamen à prima præsentatione, sed accumulando; ita quod vterque possit ab Ordinario in tali beneficio instituí. Quæ regula vt patet, habet duas partes. Prima est, quòd possit dictus patronus laicus variare. Secundá, quòd ei tantùm id sit licitum cumulatiuè; vtraque pars recipit suas limitationes. Quod autem diximus de patrono, idem dicendum de procuratore, nisi mandatum sit ad semel præsentandum, patronus tamen hoc casu potest variare, etiam si procurator eius vnum præsentauerit. *Viuian. latè lib. 10. cap. 3.*

Prima enim pars, quòd possit variare, ampliatur etiam si sit Collegium laicorum, vt infra *num. 171.* Limitatur communiter contra *Decium in cap. quantò de iudicijs, quem ex modernis sequitur Azor. par. 2. instit. moral. lib. 6. cap. 21. quæst.*
98 *13. in fine*. vt hoc non liceat toties, quoties voluerit dictus patronus, sed semel tantùm post primam præsentationem; vt post Calder. & alios, dicit esse veriorem sententiam in puncto iuris. *Rocc. de Curte d. verb. honorificum num. 3. ad finem*. Et docent omnes DD. in *cap. cùm autem de Iurepa-*

repatron. vt testatur *Perez de Anniuers. & Capell lib 2. cap 9. num. 8. Garz Viuian. aliique citati per Ricc. in 1. part. Praxis decis. 173. in fine, & Nquar. in suis singul. Conclus. 112. num. 8. post Viuian. lib. 10. cap. 4.* Quibus ab eis allegatis adde sæpius decisum per Rotam fuisse, vt habes in illa Compostell. Parochialis infra proxime referenda.

99 Limitatur secundò, quòd tantùm possit id facere ante institutionem Episcopi, non autem post, quia tunc res non est integra, & per consequens non est amplius locus vacationi. *Ricc. loc. supracitat. in princip. Viuian. lib. 10. cap. 1. num. 15.*

100 Limitatur tertiò, quando lis penderet inter duos præsentatos à diuersis patronis. *cap. 1. vt lit. pend.* est communis, vt post alios testatur *Viuianus lib. 10. Praxis cap. 1. num. 12.* sicut etiam testatur tenuisse Rotam Romanam, nisi fieret fauore collitigantis, ex quo tunc cessaret ratio prorogationis litium ex multiplicatione aduersariorum: habetur per *Caualerium decis. 281. & habes in eadem decis. infra num. 104.* intelligee etiam, vt per *Viuianum supra, & Ricc. d decis. 176.* Si vnus ex præsentatis moreretur, vel cederet liti, & fuit dictum in vna Zamoren. benefic. de Morales 30 Maij 1586. coram Orano apud *Viuianum d. num. 12. in fine,* vbi *num. sequen.* restringit etiam id quod dictum est de præsentatione collitigantis, in eo casu, quando iam lis esset inter supradictos contestata.

101 Limitatur quartò, vbi quis iuraueric non variare, vt benè *Roccus de Curte d. verb. honorificum quæst. 12. num. 37.* & est idem, quod tenuit Rota in decis. *infra num. 111. & seq.* dum facit differentiam inter promissionem, & iuramentum non reuocandi præsentationem, etiã per accumulationem, vt *infra num. 175.* & iuramentum non accumulandi, quia semper variatio regulariter procedit accumulatiuè, vnde concludit *Rocc. de Curte loc. supracit. quæst. sequ. ac etiam alijs allegatis prosequitur Barbosa de Offic. & Potest. Episcopi allegat. 72.*

102 *num. 159 in fine.* Quòd patronus præsentando simpliciter censeatur accumulatiuè variare, quia in dubio, quis non præsumitur velle, nisi quod iuris est. Et quia in hoc particulari

fuit

fuit lata decisiò supra mentionata Compostell. Parochialis 20. Februarij 1630. coram Merlino, ideo illam hìc transcribam, cùm sit notabilis, & nouissima. verba ipsius sunt ista.

Hæc Parochialis est de Iurepatronatus, quòd Domini putarunt diuidi posse in sexdecimas voces respectu personarum, quę præsentant, & apparet Bernardum habere pro se duodecim voces. quatuor verò dumtaxat Gũdisaluum, sed dubium fuit iam sub die 12. Nouembris prateriti excitatum, an præsentationes in fauorem Bernardi suffragarentur; quoniam Gregorius, & Ferdinandus Xerpe, prius præsentauerunt Alphonsum Rodriquez, & promiserunt sub iuramento se non reuocaturos dictam præsentationem, neque accumulaturos, quam-
103 *uis regulariter patronus laicus semel possit variare, non recedendo à priori præsentatione, sed solummodo addendo, & cumulando. cap. quòd autem, cap. cùm autem, cap pastoralis de Iurepatron. Calder. cons. 16. eod. titulo, Nauarr. in cap placuit num. 167. & seq. de pœnit. dist. 6. Lambert. de Iurepatron. par. 2. libr. 2 quæst. 7. art. 1. num. 1. & seq. Gutti er. de iuram. confirmat. part. 3. cap. 13. num. 4. & 5. Garz. de benefic. part. 5 cap. 9. num. 214. & fuit dictum in Bononien. Parochialis 24. Nouembris 1598. coram Litta, & aliàs sæpiùs. Attamen hæc conclusio habet plures limitationes, quæ ad hunc casum be-*
104 *nè applicantur. Quarum prima & præcipua est, quando hęc accumulatio fiat lite pendente, quia tunc uti attentata licita non est. Crauett. cons. 63. num. 3. in fine. Crescent. decis. 10. de Iurepatronat. Couarr. pract. quæst. cap. 36. num. 7. vers. tertiò quandoq. Lancell. de attent. part. 2. cap 4 in præfat num. 583. Paris. de resignat. lib. 12. quæst. 3. num. 27. Garz. de benefic. part. 5. dicto cap. 9. num. 217. Rota decis. 442. num. 6. part. 1. diuers. & in Zamoren. Beneficij de Morales 30. Maij. 1536. coram Orano; nisi tamen hæc noua præsentatio, siue accumulatio fieret in collitigantem, ita vt non inde difficilior euaderet exitus litis, nec diutius protraheret iudicium, tunc enim cessat ratio cap. 2. vt lit. pend. vt benè Rocc. de Curte de Iurepatronat. in verb. honorificum quæst. 23. num. 53. Lancell de attent. lit. pendent. in præfat. num. 576. & 590. Garz. de benef. part.*

part. 3. dicto cap. 9. num. 220. & fuit dictum in Mediolan. Iurispatronat. 29. Ianuarij 1596. coram b.m. Card. Blanchetto, quæ est impressa apud eumdem Garz. de benef. part. 10. cap. 3 num. 8. in Aretina Capellaniæ 24. Ianuarij 1603 coram b.m. Card. Pamphil. & in Romana Iurispatron 9. Maij 1603. coram bon. mem. Iusto; in præsenti autem casu non apparet, quòd data hac variatione lis, quæ erat inter Bernardum, Alphonsum, & Gundisaluum, inde facilius esset terminatura.

101 Secunda limitatio est quãdo quis sub iuramento promisit non reuocare, nec etiam quod magis est cumulare, vbi enim patronus simpliciter promisit, & iurauit non reuocare, non dicitur contrauenire per secundam præsentationem, quia re vera non reuocat primam, sed solum modo addit, & cumulat, ita vt Ordinarius possit etiam primum præsentatum instituere, vt rectè animaduertunt Castr. conf. 361. num. 4. lib. 2. Rip. in rubr. de iudic. num. 68. Lambert. de Iure patron. part. 1. libr. 2. quæst. 4. art. 13. num. 3. & part. 2. lib. 2. quæst. 7. art. 16. num. 2. quos refert, & sequitur Burs. at conf. 369. num. 14. lib. 4. & Rot. decis. 547. num. 4 par. 3. diuers. Sed quando, pro vt in casu isto, Patroni signanter sub iuramento promiserunt, quòd non reuocarent, neque accumularent, tunc noua præsentatio in spretum Religionis iuramenti non est attendenda: regulariter enim licèt actus gestus contra prius emissum iuramentum sustineatur, quamuis ipse contraueniens efficiatur per-
106 iurus; pro vt si quis promiserit, & iurauerit non reuocare procuratorem, tamen reuocatio facta subsistit. cap fin. & ibi glos. communiter approbata in verb. reuocatus de procurat. lib. 6. & iurans non reuocare testamentum, si reuocet, peccat quidem, sed valida est reuocatio. glos. in cap. vlt. voluntas 13. quæst. 2. quam extollit Couarr in rubr. de testam. par. 2. num. 15. vers. est alia
107 ratio, & si quis contrahat sponsalia, & iuret, se non cõtracturum matrimonium cum alia, si tamen contra facit, & contrahit cum alia, validum est matrimonium, & penitus irritantur priora sponsalia, vt est tex. in cap. sicut ex litteris extra de sponsal. quibus rationibus innixus ita in his terminis præsentationis cõsuluit Alex. conf. 16. num. 3. & sequ. lib. 3

cuius

cuius dicta ponderat Roccus de Iurepatron in verb. honorificum quæst. 12. num. 37. in prine. nihilominus in terminis præsentationis contrarium est dicendum, quòd scilicet illa non attendatur contra iuramentum prius emissum, quia actus gestus contra emissum iuramentum sustinetur, quoties talis actus est, qui liberè, & absolutè pendeat à sola voluntate facientis, pro vt est constituere procuratorem, contrahere matrimonium, facere testamentum, vt obseruant Couar. in cap quamuis pactum, part. 2. § 2 num. 5. sub vers. sed, & in glos. de pact. & Sanchez de matrimonio lib. 6 disp. 13 n. 5. non potest enim quis per iuramentum efficere quòd actus ille non sit validus, nec coercere voluntatem, nè validè velle possit, quod volitura est, sed hoc est solùm potestatis superioris, vt doctè explicat Suarez de Relig. tom. 2. tract. de iuramen. lib. 2. cap. 19. num. 17. Sanchez super Decalogo tom. 1. lib. 3 cap. 12. num. 32. at quoties actus non pendet ad sui perfectionem à sola voluntate facientis, sed vel infringitur à iure, vel expectat approbationem, & factum iudicis, pro vt est præsentatio, quæ debet admitti ab Ordinario mediante institutione, tunc iuramentum prius emissum impedit, ne Ordinarius teneatur approbare secundam præsentationem, nec instituere hunc secundo loco præsentatum, quia aliàs fieret particeps delicti, periuriumque illud confaueret, ita in his terminis reprobato Alex. dixerunt Lambert. de Iurepatron part. 2. lib. 2 quæst. 7 ar. 16. per tot. vbi num. 4 dicit se mirari Alexandrum ita consuluisse Roueſque in addit. ad d. cons. Alex. vbi quod contra ipsum stet communis opinio. Grammat. cons. ciuil. 32. num. 8. 9 Couar. in d. cap. quamuis pactum par. 2. §. 2. num 5. vers. prædicta verò conclusio Anton Gomez ad l. 50. tauri num. 58. Guttier. de iuram. part. 2 cap. 13. nu. 13. vers. his tamen non obstant. Spim de testament. glos. 4 num. 77. Mattien. ad l. Castellæ lib. 5. tit 10. lib. 2. glos. 13. num 7. & seq. nec contrarium censuit Rota decis. 513. & 547 par 3. diuers. quia in decis 513. nihil firmatur, sed articulum Rota reseruauit indecisum, in alia verò absolutè non approbatur cons. Alex. nec ibi hoc opus erat, quia non ade-
109 rat contrauentio, cùm non fuisset promissum cum iuramento de non cumulando, vt

in casu præsenti, sed simpliciter iuratum de non reuocãdo, per cumulationem autem non dicitur reuocata prima præsentatio, nec ab illa recessum, & in hoc fundamento tunc Rota insistit, vt in fine d. decis. 547. dicitur.

Non obstat, quòd Ordinarius admiserit hanc secundã præsentationem, & propterea ista præsentatio sustinetur iuxta opinionem Alex. & stante huiusmodi admissione cessat contraria opinio Castren. pro vt ita conciliarunt Ripa in rubr. de Iudic. num. 68. Couarr. in cap. quãuis pactum part. 2. §. 2. num. 9 vers. prædicta verò de pact. Mattien. in l. 3. glos. 13. num 7. tit. 10. lib. 5. qui dicunt quòd opinio Alex. procedit quando Iudex expresiè, vel tacitè variationem cumulando admittit; opinio verò Castren. quando Ordinarius non admittit secundam præsentationem, vt etiam obseruat Roues. in addit. ad d. cons. Alex.

Quoniam quidquid sit de opinione Guttier. de iuram. confirmat pa. 3. cap. 13. num. 13 vers. sed ego dubito, qui dictam conciliationem impugnat, & contendit, quòd quãdo Ordinarius admittit secũ-
110 dam præsentationem, primo loco præsentatus possit appellare, de qua Guttier. sententia aliqui ex DD. dubitabant, destituit enim communem opinionem, quæ fundatur in eo, quòd superior non debet admittere variationem, si verò admittat, licèt patronus efficiatur periurus, variatio nihilominus tenet, nec intrat appellatio, cùm Episcopus nõ debeat admittere variationem, non ex eo quia parti præiudicium inferatur; quo casu benè intraret appellatio, sed quia non debet esse in causa, vt pars, quæ iurauit contraueniendo faciat peccatum, cessare hic videtur difficultas, tum quia non constat Ordinarium sciuisse primam præsentationem munitam esse cum iuramento de non variando, nec cumulando; ntq; in hac secunda præsentatione fuit narratum, quod in prima præsentatione fuit narratum, quòd in prima iuratum fuisset de non accumulando, & sic admissio secundæ præsentationis est obreptitia, vt benè per Guttier. vbi supra vers. sed ego dubito in princ. tum etiam quia verè Ordinarius admisit cum præsuppositio, quòd Alphonsus primus præsentatus renunciauerit in fauorem Bernardi, quæ tamen renunciatio, vt infra dicetur, non

est

ist attendenda, & quod prius est, idem Alphonsus in actu admissionis secundæ præsentationis nedum non assensit, sed reclamauit, & apposuit generalia contra, & insistetit pro sua institutione, vt in regist. fol. 101.

111 Minus obstat, quòd Alphonsus renunciauerit præsentationi de se factæ, & ideò iuramentum emissum in fauorem ipsius Alphonsi, nempè in confirmationem illius præsentationis, amplius non obstet, quoties enim iuramẽtum principaliter est gratia, & fauore partis præstitum, vt quia cedit in illius commodum, & lucrum, tunc licet per iuramentum Deus testis aduocetur, ipseque ratum, & acceptatum habeat, attamen si pars remittat, vel cedat, censetur etiam quod Deus ipse remiserit, qui eatenus illud Iusiurandum ratum, & acceptatum habet quatenus est in commodum, & fauorem partis, cùm autem pars possit cedere iuri suo, vtique remittente parte, remittat etiam Deus, ita ex Theologis tradit D Thomas 2.2. quæst. 89. art. 9. ad 2. Sotus de iust. & iur. libr. 8. quæst. 2. art. 9. ad 2. & ex Canonist. Butr. in cap. 2. nu. 9. & ibidem scribentes communiter de spons. Couarr. in cap. quamuis pactum part. 1. §. 3. num. 1. & seq de pactis plenè. Less. de iust. & iur lib. 2. cap. 17. dub. 7 num 53. Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 52 num 6. & super Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 20. num. 4. quoniam hæc renunciatio Alphonsi suffragaretur quidem, si in manibus Ordinarij simpliciter, & liberè facta fuisset, etiam post acceptationem, atque in manibus etiam solius patroni. Rot. decis 7. de Iurepatronat. in antiquis, & decis. 8 eod. tit. in nou. Rocc. de Iurepatr. in verb. honorificum num. 84

112 quia per præsentationem acquiritur tamen ius ad rẽ, non autem in re. Sarnens. in reg. de iure quæsito non tollend. quæst. 11. num. 29. vers. secundus est modus. Rebuff. eadem reg. glos. 6. num. 38. Belamer. decis. 167. & tunc patroni præsentare potuissent Bernardum, nec contrauentum esset iuramento, quia nec reuocassent primam, nec cumulassent, cùm prior præsentatio expirasset per liberam renunciationem, sed cùm Alphonsus renunciauerit ad fauorem Bernardi coram Ordinario non potest resignare ad fauorem, dum non est à superiore institutus, vt ex Bero. conf. 5. nu. 77, lib. 1. tradit Paris. de resignat. lib.

2.quæst.23. num.13. & 51. & de facto fiat, resignatio irrita est, ac nulla, vt firmat Vgol de Simon. tab.1.cap.18 §.4.per tot.

113 *Quapropter ex his rationibus Domini, qui iuxta Clement. auditor, sunt loco Ordinarij noluerunt admittere præsentationem factam per Gregorium, & Ferdinandũ in personã Bernardi, & censuerunt non esse attendendã, ex quo facta fuit contra religionem iuramenti ex supradictis. Eidem Bernardo obstat renuntiatio prædicta Alphonsi in sui fauorem obtenta, & nulla ex supradictis;*

114 *quoniam non constat, quòd illam ipse acceptauerit, nec apparet quòd scientiam habuerit de prima præsentatione cum iuramento de non cumulando, & sic de inualiditate secundæ præsentationis, & renuntiationis primi præsentati.*

Ex hoc motiuo DD. putauerunt sententiam Ordinarij Compostellani esse infirmandam, Bernardo tantum informante. Concordat Viuian. lib. 10. cap.2. num. 6. vbi subdit, quòd hoc casu quando quis iurauit non variare: potest absolui à iuramento, & potest variare. adest alia decisio in hac causa in fine operis, in qua confirmantur supradicta.

115 Dixi in principio limitationis, *iurauerit*, quia secus est, si tantùm promiserit, vt per *Viuianum lib. 10. Praxis Iurispatronat. cap.2.* imò, vt ipse subdit, potest dari casus, in quo dicta promissio sit nulla, scilicèt si fuit facta de præsentando, ante quàm vacaret Capellania, imò etiam simoniaca, vt ibi per eum, & latius *lib. 5. cap. 5. in fine*, & nos tetigimus supra, *quæst. 2.sect 4.num.57.* vbi habes quòd simoniaca præsentatio possit esse, etiam ignorante ipso præsentato, quo casu, an incurrat pœnas suspens. excommun. &c. vide *Suar.tom.1 de Relig. lib.4. de simonia cap. 56. Molfes. tr. 6.num. 15.* Adde quòd potest talis promissio esse non solùm simoniaca, sed etiam vsuraria, quando v.g. cùm quis mutuat cum pacto, vt ille, qui recipit mutuum, præsentet, vt supra ad Capell. Eccles. quia non solùm datur temporale pro spirituali, sed etiam illa obligatio tollit libertatem præsentati, & proinde est pretio æstimabilis: ita *Reginal. lib. 25. Praxis cap.11.num.190. & Rebell.part.2.de oblig iust. lib.8. quæst.4 num.15.* Qui subdunt, quòd in confessione

sione vtraque deformitas debeat explicari. Idem docet *Leſſ. lib. 2. iuſt. cap. 20. num. 64.* Etſi addat limitationem communem in iſta materia de ſimonia, & vſura, ſcilicet, niſi pactum illud ſit non iuſtitiæ, ſed amicitiæ, nempè vt clariùs explicat *Malder. in 2. 2. tract. 5. cap. 3. dub. 6.* Si quis ſolùm daret non in pretium præſentationis de benefic. Eccleſ. ſed vt hac ratione acquirat amicitiam, & gratiam patroni. Et latè explicabimus *in 3 part. tract. cùm de Offi. & Poteſt. Confeſſ. circa ſimoniam, & circa peccatum vſuræ*, vbi definimus an ſit vera opinio *Petr. Navarr. de reſtit. lib. 3. cap. 2. part. 2. dub. 6.* Dum docere videtur, quod deducere in pactum præſentationem, vel etiam collationem beneficij ſtatim faciendam, non ſit vſura, quia tantùm obligatio in poſterum, aliquid faciendi eſt pecuniæ æſtimabilis.

Dixi, *ad Capell. Eccleſiaſticam*. quia ſecus erit quãdo Capel. eſſet prophana, vt ſuo loco dicetur. Videatur pro nunc *Ricc. in Praxi deciſ. 82.* Vide *Megal. conſ. 48.* vbi decidit caſum illum, an quis poſſit tuta conſcientia præſentatum ad Iuſpatron. cogere vt ius ſuum alteri cedat, ex eo quòd promiſerat hanc ceſſionem facere ſub promiſſione alia conferendi ei aliud beneficium, & *conſ. 65.* vbi quærit, an procurans promiſſionem præſentationis, ad benefic. Iuriſpatronat. cùm vacauerit peccet, nec ne.

116 Aliam cautelam circa hanc materiam videtur aſſignare *Rocc. de Curte d. verb. honorificum, ſub num. 31.* Vt ſcilicet donet Patronus exercitium Iuriſpatr. ideſt, præſentationem, hic non poterit (inquit ipſe) variare; poſtea ſubdit, an autem fieri poſſit talis donatio ſine conſenſu Epiſcopi, me remitto, &c. Quòd autem non requiratur conſenſus Epiſcopi in tali donatione, docet *Perez de Anniuerſ. & Capell. lib. 2. cap. 9. num. 23.* Sed contrarium docet *Roland. à Valle conſ. 47. num. 68.* Qui ſubdit neque ſufficere dictum conſenſum Ordinarij, ſi fieret talis donatio de beneficio non vacato adhuc, ſed vacaturo; ad quod vide *Viuian. lib. 5. cap. 2 ſub num. 4.* Vbi hoc ſecundò caſu requirit confirmationem Papæ, vel Ordinarij alternatiuè, ſed ex deciſ. quam ipſe refert *lib. 4. cap. 4. Piſana Capell. ſub num.*

num. 74. apparet esse necessariam confirmationem Summi Pontificis, vt supra latiùs dictum fuit, cùm *De pertinentia Iurispatron. ratione donationis Praxi 3* Videte *Garz. in Proœmio 2. num. 32.* Quia videtur dicere, quòd si patronus donet Ius præsentandi, intelligatur donare cumulatiuè, & non priuatiuè; & sic posse stare simul, quòd donatarius præsentet, & quòd ipse præsentare possit; quod dicere videtur Rota in Salamant. Capell. 27. 1630. coram Ghislerio, quam habes infra.

117 Secunda pars, quòd variatio debeat fieri non recedendo à prima præsentatione, sed cumulatiuè; limitatur vbi adesset iusta causa recedendi à prima præsentatione, vt videtur innuere ex Rota Romana in illa Bononien. Paroch. 24. Nouembris 1593. *Rice loc. supracit. decis. 173. vers. & Rota.* Non tamen refert decisionis verba, nec aperit, quæ sit hæc iusta causa, putarem tamen, hanc esse non solùm mortem præsentati, vel si interim præsentatus fuerit prouisus, quando hæc eueniant non lite pendente, quia aliàs si lis penderet, & maximè quando lis est inter præsentatos à diuersis patronis, haberent locum dicta *supra in secunda limitatione*, cùm cumulatio sit necessaria ad hoc, vt nõ excludatur primus præsentatus, & ius, quod acquisiuit Episcopus ob dictam præsentationem: quæ omnia cessant stante morte, vel promotione. Adderem etiam alium casum; quando primo loco præsentatus esset prorsus indignus, quia perinde est immeritũ nominare, ac nullum, *cap. 2. de translat. Prael. cap. fua de Cleric. non resid. & in simili notat Abb. in cap. inter vos n. 5. in fin. extra de officio Ordinarij*, Et si semper consulerem, vt fiat cumulatiuè. Inter supradictos casus nequaquam numeraui causam cessionis iuris factæ à præsentato, cùm eo casu contrarium velle videatur Rota in illa Cõpostell. supra relata. Sed hìc dubitari potest, an cùm talis præsentatio in prędictis casibus habeatur pro non facta, possit iterum, & tertiò prę sentare cumulatiuè? non reperi tactum. Responderem autem negatiuè. quia etiam per actum inualidum censetur consummata facultas faciendi actum, vt docẽt DD. item quia ex delicto non

debet

debet quis reportare lucrū, quod deliquerit præsentando indignum, est certum, quia peccat mortaliter, vt infra *Praxi 6.*

Præsentatio vbi facienda est à pluribus patronis, quando facienda sit in stirpes, & quando in capita.

118 *Quantitas patronorū eiusdem Capellæ vnde deprehendatur.*

119 *Præsentatus à maiori parte patronorum, qui sunt in quasi possessione præsentandi, est instituendus Ampliatur etiam si præsentatus à minori parte sit magis idoneus num. 123.*

120 *Numerus maior patronorum attenditur in concreto, non in abstracto. Quid si tale Iuspatronat. spectet ad vniuersitatem, vel collegium, num. seq.*

124 *Gratificatio respectu plurium præsentatorū, quando concedatur Ordinario num. 126. Limitatur, nu. 125.*

127 *Ordinarij obligatio instituendi idoneiorem ex præsentatis an vrgeat tam in foro poli, quàm in foro fori.*

128 *Appellatio an detur à gratificatione Episcopi.*

129 *Idoneum præsentare, vel instituere prætermisso idoneiori, an sit licitum, de qua idoneitate hoc sit intelligendum, num. 131.*

130 *Idonior, & dignior respectu scientiæ, vel morum quis dicatur.*

132 *Successio in Iurepatronat. quando fiat in capita, vel in stirpes. Quid sit succedere in capita, vel in stirpes, num. 134. & 144.*

133 *Iuspatronat. quando diuidatur in vncias.*

135 *Successio in capita quando fiat in Iurepatron. gentilitio.*

136 *Ordo successiuus quando censeatur in fundatione Iurispatr. consideratus, vel non ad excludendam successionem in capita, num. seq. & 140.*

138 *Donatio, vel legatum de Iurepatronat factum descendentibus, quando illis competat in stirpes, vel in capita. An hoc casu possint fœminæ præsentare stantibus masculis.*

141 *Verbum (descendentes) non semper intelligitur pro hæredibus, nec semper denotat ordinem successi-*

cessiuum.

142 *Omnes de familia, vel descendentes cùm vocantur ad Iuspatronat. an excludatur ordo successiuus.*

143 *Descendentes masculi vbi vocantur ad Iuspatron. censentur vocati etiam si non sint haredes.*

145 *Ius accrescendi habet locum, vbi succeditur in stirpes, non autem in capita.*

146 *Conuenire possunt patroni de præsentando alternis vicibus, tam vbi succedunt in stirpes, quàm in capita.*

REmanet nunc vt aliqua dicamus de præsentatione facienda eo casu, vbi non vnus tantum est patronus, qui habet ius præsentandi; sed plures, qui etiam plures præsentant. In qua re
118 primò est certum; Pro firmanda quantitate patronorum, in dubio recurrendum esse ad præsentationes anteriores; & probare, quòd præsentantes vel sint illimet, qui præsentauerunt vltimum Capellanum, vel quòd descenderint ab illis. Hæc sunt verba Rotæ in Florentin. Capell. 26. Aprilis 1619. coram Pirouano, quæ inter recollect. à *Viuian. est decis. 65. & decis. 84. apud eumdem.* Ac etiam in Fesulana Paroch. 12. Maij 1631. coram eod Pirouano, quam habetis infra in fine operis. Secundò est etiam certum,
119 quòd hoc casu præsentatus à maiori parte patronorum, qui sunt in quasi possessione præsentandi, debet institui. Est tex. apertus in *cap. quoniam de Iurepatron.* Habetur in specie in Florentina Iurispat. de Lamfigliazzis 17. Iunij 1629 coram Durano in principio, ibi: *Cum ad Parochiales S. Mariæ, & S. Andreæ vnitas, quæ de Iurepatron laicorum esse dicuntur, Marius de Doctis, & Stephanus Bonfantes à diuersis patronis fuerint præsentati. Dubitaui hodie in Rota, quis eorum sit instituendus: & fuit ad fauorem Marij resolutũ, quia cùm ille fuerit præsentatus à maiori parte patronorũ existentium in quasi possessione præsentandi, ei debetur institutio. cap. ex frequentibus, vbi glos. de instit. cap. consultationibus de Iurepatronat. Glos. in cap quoniam vers. qui maioribus, eodem titulo. Ferrett. conf. 23. num. 4. lib. 1. Mantica decis. 86. num. 4. Rota decis. 202. recent. & in Lunen. Sarzan. Benefic. 31. Maij 1627. coram me.* Vbi etiam fuit notabiliter dictũ,

& con-

& confirmatum 17. Ianuarij eiusdem anni coram eodem. Quòd cùm Iuspatr. *Sit indiuiduum, & totum*
120 *sit penès singulos, non attenditur maior numerus patronorum in abstracto (ideſt qui præsentare possunt) sed in concreto (ideſt eorum qui realiter præsentant infra legitimum tempus) Ioan. Andreas in cap. 3. verb. plurimorum, & ibi Abb. num. 13. de Iurepatron. Decius conſ. 127. in fine verſ. in ista materia, Lambert. vbi supra lib 1. par. 3. art. 2. quæst 4. per totum. Gonzal. in regul. 8. gloſ. 45. num. 69. Garz. de beneſic. part. 5. cap. 5. num 47. Rota apud Reuerendiſſ. D. meum Decanum deciſ. 212. num. 4. & in Compoſtell. Parocb. 15. Martij 1627. coram b. m. Patriarcha Manzanedo.* In qua Compoſtellan. declaratur magis supradicta doctrina, in quo casu procedat, ibi: *Verùm cùm etiam demptis iſtis quatuor vocibus, quæ reſultant ex præsentatione prædicta Gregorij, & Ferdinandi, adhuc ipſe Bernardus habeat octo voces, quæ nulla exceptione lædi possunt. Güdiſaluus habeat ſolũ quatuor voces; reſoluerunt Domini, ex iſtis octo vocibus, Bernardum eſſe inſtituendũ, cum habeat maiorem partem, vocum reſpectu collitigantis, licèt non reſpectu totius ſũmæ, ſeu omnium patronorũ.*
121 *nec verſamur in Iurepatr. Vniuerſitatis, vel Collegij, ſed in Iurepatron. particulari, in quo ſufficit maior pars reſpectu minoris, non autem totius, ſiue omnium. cap. 3. de Iurepatronat, & ibi Abb.*
122 Nota quòd præfertur in casu suprapoſito habẽs maiorem partem patronorum, etiam ſi præſentatus à minori habeat maiora merita, quia ſufficit, ſi præſentatus à maiori parte ſit idoneus: ita *Gloſ. in cap. quoniam de maioribus de Iurepatron. &*
123 *infra latiùs*. Ratio cur attendatur maior numerus in abſtracto, indicatur per Rotam apud Caualer. deciſ. 197. quòd ſcilicet non præſentans tali casu cenſetur conſentire præſentationi factæ ab aliis patronis: & habetur etiã in Flor. de Lamfigliazzis 17. Nouẽbr. 1629. coram Durano, referenda à *nobis in fine Operis*.
124 Tertiò certum eſt, quòd quando vnus patronus præſentat plures ſucceſſiuè, ſcilicet vnum, & poſtea alium accumulando per variationem, prout ſupra proximè explicauimus, & loquitur Rota apud *Caualer. deciſ. 21. num. 2.* Item etiam quando

sunt plures patroni, quorum medietas præsentat vnum, & alia medietas præsentat alium, tunc poterit Ordinarius, qui habet ius instituendi in tali patronatu, data paritate meritorum, quem maluerit ex ipsis instituere, nec respicere tenetur, qui primò, vel postea sit præsentatus, & hi sunt casus, in quibus, vt loquuntur DD. datur locus gratificationi, vt habetur in *cap. cùm autem, & ibi Panorm. & alij de Iurepatron. post Rocc. de Curte, & Lambertin. Ricc. 1. part. Praxis decis. 181 Barbos & alij quos refert, & sequitur*, latè tractando hanc materiam per casus particulares, *Viuian. lib. 2. Praxis cap. 9. per tot. vbi in fine post eumdem Ricc. loc. Jupracit. decis. 17 & Rotam*. contra aliquos, firmat dictam gratificationem absêre Episcopo competere Vicario Generali ipsius. Sed limitat secundâ partè nostræ conclusionis *Panorm. in d.*
125 *cap. cùm autem num. 2.* Vbi ad Collegiũ pertineret Iuspatron. cuius persona d uersum præsentat, quia eo casu (inquit ipse) potior in tempore, erit potior in iure.

Quò autem ad illa verba, quæ addidi, *data paritate me-*
126 *ritorum*, nota, quia hoc tantùm casu conceditur gratificatio Ordinario, aliàs si vnus alteri sit idonior, & dignior, tenetur Ordinarius conferre digniori, & idoniori. *Abb. in d. cap. cùm autem num. 4 Goffred. in summ. tit. de Iurepatr. num. 4. Rota apud Caualer. decis 21. num. 2. & decis. 515.* Hocque significat ipsum verbum *gratificare*, *Rebuff in rubr. de collat. §. Statuimus 1. vers. gratificare*. Vbi in fine benè aduertit, quòd gratificans vnum, non possit variare etiam si inhabilem, & minus idoneũ gratificasset, quia functus est suo officio. Quod autem *Hostien. & alij DD.* dicunt, hoc casu posse Episcopum etiam de iure alium præsentare, intelligendum est quoties præsentati sunt penitus indigni: Tunc enim non habet locum gratificatio. *Paulus de Cittadinis de Iurepatron. 6. part. art 4 num 6. Lambertinus eod. tract. 3 part secundi lib. 5. quæst. principali art. 1. num. 2. & aliàs sæpe*. Dicitur autem indignus, qui omninò nescit legere. *Paulus de Cittadinis de Iurepatron. 6. part art. 4. num. 5. & 6.*

Sed hinc oritur difficultas, quæ iudicio meo à Doctoribus non reperitur huc vsque

vsque pro Praxi benè expli-
127 cata. An obligatio Ordinarij instituendi digniorem, & idoniorem, militet tantùm in foro conscientiæ, vel etiam in foro exteriori? Quòd tantùm ea obligatio sit quò ad forum conscientiæ videtur docere expressè *Rocc. de Curte tract. de Iure patronat. verb. honorificum num. 42. cui opinioni fauent Couar. Didac. Perez, & Guttier. quos refert Garz. part. 9. de benefic. cap. 4. num. 33.* docentes, quòd dignior prætermissus post sequutam institutionem non possit appellare. Idem docet *Riccius part. 1. Praxis decis. 230.* tamen *Garz. loc. supracit.* contrarium docet post alios, quòd scilicet talis possit appellare, sequitur, alijs allegatis, *Viuian. supra cap. 9. num. 7.* Ratio est illa, quam prosequitur *Riccius vbi supra*, quia & si hoc remittatur iudicio Episcopi, tamen
128 eius iudicium non per hoc debet esse irrationabile, & per consequens potest ab eo appellari, ex quorum verbis, videtur apparere declaratio opinionis contrariæ, non dari scilicet appellationem à gratificatione Episcopi, quando sunt præsentati æquè digni; sed reuerà decisiones allegatæ tam à *Garz. quàm à Viuian.* loquuntur in terminis Capell. quæ venit appellatione simplicis beneficij, vt supra dictum fuit à nobis *quæst. 2.* non autem in terminis beneficij Curati, & sic in Ecclesijs Parochialibus, in quarum collatione ob Constitut. Pij V. Episcopus tenetur expressè præferre digniorem, ideoque in his terminis sæpè vidimus dari appellationem ab irrationabili arbitrio, & iudicio Episcopi, vt latè habetur per *Mascomb. in sua Praxi habendi concursum; & patet ex decis. Barchinon. Paroch. 29. Nouembris 1623. coram Buratto allegata à Viuiano loc. supracit. pro casu nostro.* & sic semper mihi placuit opinio eorum, qui volunt, simpliciter non dari appellationem à gratificatione Episcopi in institutione alicuius ex pluribus in Capellania, & alijs beneficijs sim-
129 plicibus facta de digno: & si fuerit prætermissus dignior, & per consequens, non esse talem obligationē Ordinariorum in foro fori, nec etiam in foro conscientiæ, sicut nec adesse talem obligationem pro ipsis patronis, qui debent præsentare, sed sufficit ipsis præsentare idoneum, & dignū;

multi DD. docent, & nos innuimus supra *quæst. 2. sub num. 28.* Estque ratio clara diuersitatis inter Capell. & Paroch. Eccles. quia ibi sufficit, vt quis sit idoneus pro recitando Officio, & ad Missam celebrandam; hic autem debet esse habilis ad omnia Sacramenta administranda, ad verbum Dei prædicandum, &c. vt diximus *part. 1. nostri tract. de Offic. Confessar. recoll. 1.* & infra latiùs dicemus.

Ad maiorem tamen explicationem suprapositæ doctrinæ. Notandum est, quòd quis potest esse dignior, & idonior ad Capell. duobus modis. Primò ob scientiam, vel mores. Secundò, ob qualitates requisitas à fundatore Capell. vel beneficij, Doctrina à nobis supradicta procedit quò ad maiorem idoneitatem, Primo casu.

Nota pro casu vbi appelletur ab irrationabili arbitrio, & iudicio Episcopi in collatione Parochialis, quæ res est difficilis probationis, vt inquit Rota in Barchinon. supracit. quæ apud *Viuianum est decis. 101. pro-*
130 *pe num. 18. Digniorem non simpliciter dici illum, qui doctior sit, vel sanctior, sed eum, qui iuxta munus, cui præficiendus est aptior eius ministerio apparet, & hic est præferendus, vt ex sentent. D. Thom. tradit Couarr. in reg peccatum 2 par. §. 7. sub num. 4. vers. dignior verò, dixit Rota in Beneuen. Paroch. 13. Iunij 1590. coram b. m. Orano, & in Rauen. Paroch. 2. Decembris 1594. coram Card. Arigon. in nullius Paroch seu concursus 4. Decembris 1610. coram Reuerendiss. D. Bonon. ex quo censuit S. Congregat. Eminentissimorum Cardinalium Concilij Interpretum præferendum, cuius mores noti, probatique sunt, ei cuius vita ignoratur, licèt doctiori.* Hactenus Rota. Vbi subdit, istam esse rationem, quare Ordinarij arbitrio, & iudicio id sit remissum, ibi: *Ordinarius præsumitur instructus de vita, & moribus concurrentium, & alijs vltra doctrinam requisitis tamquam eius diœcesanorum.* Non autem hoc vendicat sibi locum in Capell. seu alijs beneficijs simplicibus, vbi de iure sufficit, quòd talis sit Clericus, & idoneus ex fide Ordinarij, vt infra Praxi sequenti.

131 Secus erit, quò ad maiorem idoneitatem secundo modo, respectu qualitatum requisitarum à fundatore

tore in Capell. & beneficijs simplicibus, tunc enim non solum datur appellatio pro eis, & sic viget obligatio in foro externo; sed etiam Ordinarius peccaret mortaliter, & obligaretur ad restitutionem, vt per *Riccium dicta decis. 230. & prosequitur Viuianus d cap. 9.* De qua materia infra late Praxi sequen. Probationis habilitatum, seu qualitatum requisitarum.

Iuxta hanc distinctionem apparet sensus verborũ decis. Ror. in Floren. de Lamphigliazzis 17. Decembris 1629. coram Durano, ibi: *Domini ex nouiter deductis recedendo à decisis, dixerunt Stephanum esse instituendum, vti gratificatum per Ordinarium tamquam præsentatum à dimidia parte patronorum, & habentem alias qualitates de iure requisitas, &c.*

132 Dubium alterum in hac materia meo iudicio restat in explicãdo practicè, quod supra sæpius fuit repetitum *Praxi 2. cùm de pertinentia Iurispat. ratione successionis.* Quod scilicet in Iurepatr. hæreditario succeditur in stirpes; in Iurepatronat. gentilitio vero in capita, quod habetur expresse in decisione Florent. Iurispatr. de Ricasolis relata à *Viuian lib. 4 suæ Praxis in fine primi capitis.* Vbi in secunda decis. 11. Februarij 1604. vers. his tamen nõ obstantibus, habes intellectũ. *Clement. plures de Iurepatr ibid. à glos. controuersum, & à DD. confusum*, ibi: *Præmittebant non versari in puris terminis contra dispositionem iuris, nam & si in Clement. plures, dicatur Iuspatronat. deferri in stirpes, tamen procedit in Iurepatron. hæreditario; secus in merè gentilitio, vt fuit decisum in Regiens. Iurispatron. coram R.P.D. Penia, & quamuis de sui natura Iuspatron. hæreditarium censeatur, tamen hic videtur esse in confesso, quòd non sumus in Iurepatr. merè hæreditario; sed dubium est, an sit mixtum, &c. Et sic dubium versatur præter dispositionem, & præsumptionem iuris: Item quòd Iuspatronat. de quo agitur, fuit fundatum longissimis temporibus ante Clem. plures, & ideo non debet decidi eius dispositione. Cap final. de constit. præcipuè cùm antea, valde contrquersa fuisset illa quæstio inter Innoc. & Hostien. s. ex vna volentes succedi in stirpes, & Vincent. Bernard Goffredum, & alios volentes succedi in capita,*

exem-

exemplo Iurispatron. libertorum, ad tollendas fraudes, quibus mediantibus, posset vnus patronus instituendo copiosum numerum hæredum, si in capita succederetur, præiudicare alijs patronis, vt ibi per Imolam num. 4. in medio vers. item pro hac opinione facit æquitas, nec liquet prius contrariam opinionem fuisse communem, & ideo in huiusmodi fundationibus antiquissimis non posse allegari dispositionem Clemen. plures, fuit decisum in Regien. Prioratus 16. Nouembris 1601. coram R. P. D. meo Penia. Nota illa verba, *quibus mediantibus posset vnus patronus instituendo copiosum numerum hæredum, &c.* Quia ista successio in stirpes pro dicto Iurepatron. etiam hæreditario vendicat sibi locũ non in primis hæredibus institutis, vel nominatis à fũdatore, quia ipsi succedunt in capita, cùm singuli habeant suam vocem, sed in hæredibus dictorum hæredum, qui repræsentant dictos primos hæredes, vt in exemplo posito à *Viuian. libr. 4. cap. 1. num. 59. & sequen. Rice. part 1. Praxis decis 210. Clarius Molfes. tract. 6. cap. 6 num. 98. & Viuian. lib. 12. cap. 8. num. 7.* Item verificatur in illis locis, vbi non adest statutum, vel con-
133 suetudo, vt diuidatur in vncias, pro vt Neapoli, adesse talem consuetudinem vt voces diuidantur in 12, vncias; sicut diuiditur hæreditas. Testatur *Glos. in d. Clem. plures*. Quo casu qui maiorem partem habet hæreditatis, habet plures voces. *Viuian. d. libr. 4. cap. 1. num. 57.*

Præsuppositа enim intel-
134 ligentia terminorũ, quòd successio in capita, sicuti in alijs bonis contingit, quoties tot fiunt portiones bonorum, quot sunt personæ succedentes: successio verò in stirpes vbi plures personæ vocantur ad vnam portionem bonorum iure repræsentationis, vt per *DD. in auth. cessante, & in L. lege duodecim tabularum C. de legitimis hæredibus, & in §. hoc etiam inslit. de legitima agnatorum successione*. Ita in terminis nostris præsentationis ad Iuspatronat. (in hoc enim sistit difficultas, quia quò ad alia præter præsentationem certum est, omnes tam in Iurepatron. gentilitio, quàm hæreditario venire in capita) Successio in capita est, vbi præsentatio venit facienda secundùm numerum personarum: successio verò in

stir-

stirpes, vbi venit præsentatio facienda secundùm numerum non personarum, sed stirpium, vt percipitur ex verbis eiusdem decisionis Florentinæ de Ricasolis 16. Martij 1603. apud Vivianum supra, ibi: *Quartò ex distributione expensarum facta inter omnes patronos, siue proximiores, siue remotiores, nulla stirpium distinctione habita, sed secundùm numerum personarum, quod significat delationem in capita.* Præter igitur ea, quæ diximus supra *Praxi secundâ cùm de successione Iurispatronat. gentilitij.*

135 Sciendum in primis hanc regulam, vt in Iurepatron. gentilitio præsentatio fieri debeat in capita secundùm numerum personarum ipsius familiæ, vel descendentiæ, procedere quoties ex verbis fundationis constat non fuisse consideratum ordinem successiuum, videlicet vt proximior in eo succedat, & post eum alius proximior, quia tunc si reperiantur plures proximiores in eodem gradu, omnes succedunt in capita, etiam quò ad præsentationem, hoc mihi significant verba decision. Floren de Ricasolis 11. Februar. 1604. coram Lancellot. relata à *Viuiano libr. 4. in fine capitis primi*, ibi: *Quòd verò ad secundum decisionis fundamentum, non obstat, quòd etiam Iuspatron familiare deferri debeat salua gradus prærogatiua, vt in Pientina Iurispatron coram Litta, quia id procedit in Iurepatr. mixto, & non in merè gentilitio; & ita procedit decis. in Regiens. Prioratus coram R. P. D. Penia. Vltra quòd non excluditur successio in capita ex eo quod seruari debeat gradatim ordo successionis Auth. post fratres la 2. C. de legitimis hæredibus §. si verò neque fratres in Auth. de hæredib ab intestato venientibus, hoc enim probant ista iura vltimo loco allegata.*

136 Tunc autem constat fuisse consideratum ordinem successiuum, quando reseruatur familiæ, vel parentelæ simpliciter, dictum fuit supracit. *Praxi* 2 vel descendentibus, optimè vtrumque confirmant verba antecedentia supracit. decisionis Florentin. Iurispatr. de Ricasolis, quibus respondet Rota per verba supra proximè relata, ibi: *Ex secundo autem decis. fundamento defendentes DD. de Meleno argumentum pro se desumebant, quia Iuspatron. etiam*

etiam gentilitium, hoc est familiæ relictum, vel pro descendentibus defertur ordine successiuo, iuxta proximitatem, &c,

137 Sicuti è contra constat non fuisse consideratum hunc ordinem, & sic præsentationem pertinere ad omnes de familia, siue proximiores, siue remotiores in capita, non solùm quando competeret familiæ alicui, ratione legati, vel donationis factæ à fundatore alterius familiæ, vt dictum fuit supradicta *Praxi secunda*. Quibus illic allegatis adde eumdem *Ricc. in Praxi nouiss. Iurispatron. resolut. 180. num. 4. Molfes. tract. 6. summ. cap. 5. nu. 92. Viuian. lib. 4. cap. 1. num. 62.* Vbi testatur ita fuisse decisum in vna Regien. coram Penia.

Dixi, *alicuius familiæ*, quia secus est quando fuit

138 factum legatum, vel donatio descendentibus alicuius, vt in casu Bononien. Parochial. quæ est 68. apud Caualerium, vt patet ibi: *Quòd autem Hieronymus habeat consensum medietatis patronorum, deducebatur ex eo, quia cùm hoc Iuspatronatus fuisset donatum descendentibus Marci Antonij de Marsilijs, ex ea familia tempore gratiæ Hieronymi extabant Pompeius, Cornelius, & Marcus Antonius iunior, & Cæsar filius fratris Marci Antonij iunioris, & sic in totum, vel erant quatuor voces, vel tres, quarum vna spectabat pro dimidia ad Marcum Antonium, & pro alia dimidia ad Cæsarem filium fratris Marci Antonij*. Fitque magis clarum ex verbis decisionis Fesulanæ 12. Maij 1631. coram Pirouino, quam habetis in fine Operis, ibi: *In quo titulo legati reliquit filiabus suis & earum filijs masculis, & descendentibus patronatum, de quo agitur, à quibus postea descenderunt tres familiæ, nempè Morelli. Et Dini hodie collitigantes, & tertia de Caualcantibus, quæ non venit ad iudicium, quæ cùm succedere debeant in stirpes, tam ex voluntate disponentis, id expresiè mandantis, quàm attenta dispositione iuris Clement. plures de Iurepatronat. Lambert. eod. tract part. 2. lib. 1. quæst. 1. princip. ar. 25. num 19. & sequ. Rot. decis. 251. num. 5. par. 2 recent.* In specie, quòd quando Iuspatron. fuit legatum, vel donatum familiæ, non possint præsentare fœminæ, stantibus masculis, docet *Ricc. par. 3. Praxis resolut.*

580.

508. & in Praxi nouiss. resol. 160 num. 3. Dixi in principio, à fundatore alterius familiæ, quia si non esset factum legatum, vel donatio ab ipso fundatore, sed ab alio patrono Iurispatron. hæreditarij, tunc vendicant sibi locum ea, quæ diximus supra Praxi secunda. Vbi habetis, an hoc casu immutetur in gentilitium post Rotam in Pistorien. Parochial. quæ apud Praxim Viuiani est decis. 108.

140 Sed etiam id constat, quãdo fuit reseruatum omnibus & singulis de familia, vel omnibus descendentibus, vt præter allegata per Rice 3 part. Praxis resol. 587. quæ est vltima; & in Praxi nouiss. resolut. 180. num. 7. Quidquid contrarium videatur docere part. 1. Praxis dec. 198. & seq. Habetur clarissimè in supradicta decis. Florent. Iurispatron. de Ricasolis 11. Februarij 1604. vers. sed nihilominus, ibi: Qui deponunt hoc Ius præsentandi spectare ad totam, & vniuersam familiam indistinctè communiter, & absque alia distinctione, & quòd familia est patrona, quæ verba necessariò important delationem in capita. Et clariùs infra, ibi: Postremò quòd ad secundum non obstat, quòd in sententia Abbatis de Coltibono, dicatur Iuspatronat. spectare ad descendentes Bindarij, quia non semper ver-

141 bum (descendentes) debet supplere de hæredibus descendentibus. Ancharr. cons. 81. num. 2 vers. & fortè, Natta cons. 531. num. 18. quem refert, & sequitur Simon de Preris de interpret. vltim. volunt. lib. 3. fol. 11. num. 24. nec semper importat ordinem successiuum, sed potius æqualiter cum parentibus, non solùm ex obseruantia, verùm etiam ex alijs coniecturis; vt per Cæsarem de Grassis decis. 4 num. 9. & seq. de testam. sed in proposito non solùm concurrit obseruantia in contrarium, verùm etiam

142 adsunt illa verba, Omnes, & singulos, &c. quæ tollunt difficultatem, ex Bertrio, Ancharr. & alijs in decis. citatis, qui licèt loquantur de dictione (quemlibet eorum) & tamen idem importat dictio, omnibus, & singulis. Bald. in Rubr. C. qui accusare non possunt. Decius consil. 619 num. 2. Decian respons. 2 num. 1. lib. 2. & facit tex. in cap. solita de maioritate, & obedien. & concurrit clausula (in solidum) id est in capita, vt sentit Vitalinus in d. Clement plures num. 41. in fine, & num. 42. de Iurepatronat.

& plus operari, quàm fortè aliàs operaretur. Felin. in cap. 1. num. 57. & seq de rescriptis. Aymon. cons. 118. num. 9. & cons. 139. num. 24 Surdus consil. 143. num. 38. etiam si aduersaretur dispositio iuris communis. Grauett. cons. 201. num. 13. & quamuis ista verba non videantur in sententia exarata, tamen satis censentur expressa per relationem expresse habitam ad seriem litterarum Nicolai V. & petitionis, in qua leguntur, l. asse toto ff. de hæred. instituend. Castren. s. cons. 367. num. 1. vers. quòd autem lib. 1. Grauett. cons. 188. num. 1. Felin. in cap. 2. num. 35. de rescriptis. Præterea dicta sententia, & litteræ dicunt, quòd Iuspatronat. spectet ad descendentes, nec distinguunt stirpes, quamuis enim nominentur tres patroni de familia, tamen dicitur quòd Iuspatronat. pertinebat ad cæteros de Ricasolis, à q. Bindacio descendentes, & sic patroni sunt cæteri de Ricasolis; verbum autem (descendentes) ponitur adiectiuè, & non substantiuè. Menoch. cons. 461. num. 5. & si spectat ad cæteros, ergo ad omnes, quia hæc dictio omnes comprehendit, & sic in capita. l. cùm optio ff. de optione lega-

ta, & per hunc tex. dicit Bartol. in l. si tibi in princip ff. eod. tit. l. cæterorum ff. de verb signific. cap. quia 100. dist. cap. deinde 20. distin. & in dispositiua dicitur, si sibi constiterit Carolum, nec non Angelum, & Albertaccium, Bracchium prædictos, nec non eorum progenitores à d. milite descendentes esse veros patronos, &c. quare numquam se restringit ad descendentiam ordine succes-

143 *siuo, &c. & post descendentes sequitur verbum (masculos) quo casu nomine descendentium veniunt omnes etiam non hæredes.* An autem, quando Iuspatron. competit vniuersæ familiæ, & non descendentibus, sit necessaria probatio descendentiæ. Vide Rotam in Lucan. Iurispatron. de Podijs, quæ est 26. apud *Viuian. num.* 29.

144 Vbi autem non constat ex fundatione, an successio fieri debeat in capita, vel in stirpes, tunc recurrendum est ad obseruantiam, quomodo scilicet in præteritis præsentationibus fuerit obseruatum, vt clarè habetur in dictis decis. Florentinis de Ricasolis apud Viuian. supra, ac etiam in Florentinis Canonic. coram Verospio in fine huius ope-

ris

ris relatis, vbi habes, quòd quando reperiuntur plures, & diuersę obseruantię, quòd vltima obseruantia firmet etiam vltimum statum. Item quòd quando neque constat hæc vltima obseruãtia, potior sit obseruantia, quæ pro statu hæreditario deducitur, cùm etiam in dubio de iure præsumi debeat, Iuspatron. potius hæreditarium, quàm gentilitium, vt aliàs etiam dictum fuit sæpius à nobis *citata Praxi 2.*

145 Nota differentiam inter eum casum, vbi successio fit in stirpes, vel in capita, nam ius accrescendi habet locum primo casu, non autem secundo: ratio est manifesta, nam primo casu succeditur per modum repræsentationis, vt dictum fuit supra. Secundo autem casu fit præsentatio ratione numeri personarum: quomodo autem fiat hoc ius accrescẽdi in his terminis, habetur per *Viuian. libr. 3. cap. 1. in fine*. Quibus illic allegatis adde Rotam in Florent. Capell. quæ est 65. apud *Viuianum*, & in Pistor. Paroch. quæ est 78 & 84. apud eumdem. Et in Fesulana Paroch. 17. Maij 1631 coram Pirouano, quã habetis in fine Operis. Et in Firmana apud Caualeriũ referenda infra num. 150.

146 Conuenit tamen vterque modus succedendi in hoc, quia tam vbi succeditur in stirpes, quàm vbi succeditur in capita, possunt conuenire in primo casu stirpes; in secundo personæ, vel familiæ ob discordiam euitandam, vt fiat præsentatio alternis vicibus; quod non solùm est verum primo casu, in quo procedit *d. Clem. pluries*. sed etiam secundo casu, in quo non habet locum d. Clem. Videte *Viuian. libr. 4. cap. 1. num. 69. & seq.* & habetur per Rotam in Floren. de Ricasolis 16. Martij 1603. ibid. ab eodem *Viuiano relata vers. supradictis accedit*.

Quando præsentatus in patronatu cõpetente pluribus, habere dicatur æqualem, vel maiorem partem patronorum.

147 *Partem maiorem stipitis, qui habet, dicitur habere totum stipitem. Ampliatur num. 149.*

148 *Præsentatus à maiori parte vnius vocis, est in pari gradu cum præsentato ab alia voce integra.*

149 Præsentatus à maiori parte, vel dimidia stipitum quis dicatur, & tribus num. sequentibus.

153 Maior pars stipitis an computetur respectu omnium, vel dumtaxat minoris partis.

154 Maiorem partem, vel dimidiam patronorũ, quis dicatur habere in Iurepatron. in quo succeditur in capita, An sufficiat si sit maior pars respectu minoris partis. num. 160.

155 Iuspatron. competens pluribus vti singulis quomodo differat ab eo, quod competit vt vniuersis, & num. sequ.

157 Iuspatronat. est gentilitiũ, ergo competit vt vniuersis, non valet consequentia, sicut ex quo præsentatio fuit facta separatim, non arguitur, præsentationem esse faciendam in stirpes.

158 Iuspatronat. in dubio potius censetur spectare ad plures vti singulos, quàm vti vniuersos.

159 Forma c. quia propter delect. an seruari debeat in præsentatione, quæ fit à pluribus vt vniuersis, in quibus electionibus habeat locum, num. sequ. & 163.

161 Constitutio Religionis an possit statuere, vt electio discreti pro Capitulo generali facta à maiori parte, respectu minoris partis valeat?

162 Electio per procuratorem ad dandum certum votum pro alio, an fieri possit. An tunc seruetur secretum requisitum in d. cap quia propter, & nu. 165.

164 Vota eligentium quomodo debeant esse secreta. Quid ex vi S. Concil. Tridentini, sub num seq.

166 Discretus electus pro Capitulo generali, vel Prouinciali, an habeat officium.

167 Electiones duas de se factas non potest quis prosequi, & num. seq.

169 Præsentare quando quis possit vt persona priuata, & de collegio in eod patronatu.

171 Iuspatron. quod competit pluribus collegijs, vel vniuersitatibus quomodo fiat præsentatio. Quid si spectet ad vniuersitatem, & ad personam particularem, num. precedenti.

172 Congregari vbi debeãt patroni, qui collegialiter debent præsentare.

173 Precedentia non tollitur ratione accessus ad alium locum.

174 *Patronus quando etiam censeatur deputatus executor quò ad opus pium eonium Iuripatronatus.*

175 *Dictio similiter est respectiua omnium præcedentium, & ostendit similitudinem, num. 179.*

176 *Extractio scripturæ sufficit, vt fiat à successore in officio, vt dicatur esse in forma probanti.*

178 *Vsus loquendi in eadem dispositione attendi debet.*

180 *Præsentatus à minori parte patronorum quãdo instituí debet, omisso præsentato à maiori.*

ETsi ex hucusque dictis videatur satisfactum huic quæsito, vt scilicet tunc præsentatus ad Iuspatron. hæreditarium, vel mixtum censeatur habere æqualem, vel maiorem partem patronorum, quando habet maiorem, vel æqualem numerũ stipitum, & præsentatus ad Iuspatron. merè gentilitium, quando habet æqualem, vel maiorem numerum ipsorũ, qui sunt patroni; tamen adhuc pro Praxi supereſt explicandum magis distinctè, quando id vtroque casu contingat, maximè cùm circa istum articulum sæpe sæpius in Rota lites insurgant.

Quò igitur ad primam partem de Iurepatron. hæreditario, est in primis certum, quòd ille dicatur habere aliquem stipitem, seu vocem stipiti competẽtem, qui habet maiorem partem illius stipitis, seu dictæ vocis. Habetur per Rotã apud *Cavaler. decis. 436.* ibi: *Tota difficultas restringebatur ad vocem illorum de Bocconis, quos non controuertebatur esse in quasi possessione præsentandi, sed dicebatur ipsos non habere nisi tertiam partem tertiæ partis, & sic nonam partem tantùm vnius vocis, & ideo non esse attendendam, sed integram vocem censeri residere penès illos de Villanoua, penès quos residebat maior pars dictæ vocis, nempè duæ tertiæ partes. Cassad. decis. 2. de Iurepatron. & fuit dictum in Aretin. Capell. 9. Maij 1603. coram b. m. Cardin. Pamphil. &c.* & clariùs, ac latiùs *decis. 519. apud eumdem Cavaler. vers. asseidebat*, ibi: *Et consequenter hæc particula vocis Bocconorum absorbebatur à maiori parte residente penès illos de Villanoua iuxta dictas decis. Cassad. & Card. Pamph vbi præsentatus à maiori parte vnius vocis dicitur habere integram vo-*

vocem, quod est præcipuum fundamentum; cui Domini inhæserunt, pro cuius corroboratione fuit allegatus Lambertinus de Iurepatron. libr. 1. part. 2. quæst. 1 art. 25. sub num. 19. & libr. 2. part. 3. quæst. 4. ar. 7. num. 1. post Card. quem ibi allegat, & subest ratio, quia qui habet maiorem partem corporis, interpretatiuè dicitur habere consensum omnium. Abb. in cap. pastoralis num. 6. vers. nam si habetur de reseriptis. Rocc. de Iurepatron verb ipse vel is, à quo sub num 6. vers. & mouetur, quia & factum à maiori parte habetur, ac si factum esset ab omnibus Capituli. Abb. ibid. Cassad. decis. 2. num. 2. de Iurepatron. & maior pars descendentium ab vno, suffocat, & absorbet minorem. Lambertin. d. lib. 2 par. 3. quæst. 4 art 7. num. 2. & lib 1. par. 2 quæst. 1. ar. 27. num 1 in fine, ita vt de suffragio minoris partis non sit curandum. idem Lãbert. d. art. 27. sub num. 2. vers addit etiam Rocc. Et in 148 puncto quod præsentatus à maiori parte vnius vocis, sit in pari gradu cum illo, qui præsentatus fuit ab omnibus patronis vnius vocis; ita vt sit locus gratificationi. Rocc. vbi supra sub num. 7. vbi allegat Felin. & Hostien. 149 &c. Ad hoc autem vt maior pars stipitis dicatur præsentasse, sufficit si vnus ex eis cum mandato aliorum facientium maiorem partem præsentet, vt est casus decis. Florentin. de Lamphigliazzis in fine Operis referen. sicut quando pertinet ad quatuor voces, præsentatus ab vna voce, & maiori parte alterius vocis dicitur præsentatus à dimidia parte patronorum, & quãdo sunt tres stipites, vel voces censeri deberet præsentatus eo casu à maiori parte patronorum, vt in Firmana Iurispatronatus apud Caualerium decision. 21. ibi: *Ex quibus Valerianus fuerit præsentatus ab integra voce descendentium Dominici. Item à maiori parte descendentium Nicolai, qui erant octo, ex quibus sex præsentauerunt Valerianum, vnus verò Leonardum, vltimus neminem præsentauit. Et licèt vnus ex prædictis sex, esset factus Frater S. Francisci,* 150 *tamẽ eius vox alijs accreuerat, & in omnem euentum cùm Valerianus haberet maiorem partem, dicebatur habere integram vocem.* Cassad. decis. 2. de Iurepatron. Lapus in Clem. plures, num. 3. vers. & quò ad dictum eodem tit. Ruinus cons. 50. num. 7. lib. 5.

Vnde

Vnde constabat Valerianum habere duas integras voces, &c.

151 Item quòd quando competit quatuor familijs instirpes, qui habet totum stipitem duarum familiarum & medietatem aliorum duorum stipitum, dicatur habere maiorem partem patronorum. Patet in Compostellan. Parochial. 12. Nouembris coram Merlino referenda in fine Operis, ibi: *Quò enim ad præsentationem respectu familiæ de Garzia, apparet Bernardum fuisse præsentatum ab omnibus illis qui sunt superstites ex Bartholomeo Garzia, ad quem firmatum fuit spectare Iuspatron. nimirum à Ludouico filio, & hærede dicti Bartholomæi, & Maria, Agatha, atque Alberta filiabus Garzia, Suarez, filij pariter, & hæredes eiusdem Bartholomæi: respectu verò familiæ de Xerpe, patet dictum Bernardum fuisse præsentatum à Maria, Ferdinando, & Gregorio filijs Ioannis Xerpe, ad quem Iuspatronat. spectare fuit resolutum, & à Martino Turne eiusdē Ioannis nepote, & sic benè deprehenditur, Bernardum habere totum stipitem vtriusque familiæ. & medietatem aliorum duorum stipitum, & consequenter diuidendo pertinentiam istius patronatus in 16. voces, apparet dictum Bernardum habere 12. voces*

152 *&c.* Nota alium casum, super quem consuluit *P. Megalius cons. 47.* de quodam patronatu reseruato tribus familijs, ea tamen adiecta conditione, vt vna earum habeat vnam vocem, & reliquæ duæ simul retineant aliam vocem, ita vt dimidium Ius præsentandi sit penès vnam familiam, & aliud dimidium penès alias duas, nam tunc qui est præsentatus ab ea familia, quæ habet integram vocem, & vna ex alijs duabus familijs, quæ habent aliam vocem, dicitur præsentatus à maiori parte patronorum. Quid si fundator instituat tres patronos, & iubeat, vt non instituatur, nisi præsentatus ab omnibus tribus, an præsentatio facta à duobus valeat? Respondet affirmatiuè post Rotam *Riccius par. 1. Praxis decis. 174. in fine.*

153 Quæres, quomodo computetur maior pars alicuius stipitis? Respondetur, quòd computatur respectu nonminoris partis, sed omnium præsentantium, vt per *Vivian. lib. 4. cap. 1. num. 65. & lib. 12. cap. 69. num. 7.* Vnde si quinque personæ sint in

vno

vno stipite, si duo præsentant vnum, & duo alium, & vnus alterum, nemo dicitur habere maiorem partem, nisi qui fuerit præsentatus à tribus ex ipsis, ex eo quia tres faciunt maiorem partem: nam cùm totius stipitis sit vna vox, tunc apud omnes, vel apud maiorem partem, illa residere videtur. Dixi (*præsentantium*) quia illorum tantùm habenda est ratio in computo, & non patronorum, qui habent Ius præsentandi, quia vt dixi supra *num.* 140. non attenditur numerus patronorum in abstracto, sed in concreto.

Quòd ad secundam partem de Iurepatron. gentilitio, vbi succeditur in capita, 154 clarum est, quòd habens plures personas, censeatur præsentatus à maiori parte patronorum; sicut præsentatus à dimidia parte personarum, dicitur etiam præsentatus à medietate patronorum. Sed quia dubium esse potest, quando hoc casu quis dicatur habere plures personas, & sic maiorem partem patronorum; ideo resoluas illud hac distinctione; aut Iuspatron. competit vti singulis dictis perso- 155 nis, vel vti vniuersis: quando competit alicui familiæ vti singulis, tunc sufficit maior pars respectu minoris: quando verò competit ei, vti vniuersis, tunc necessaria est maior pars, non respectu minoris, sed totius vniuersitatis, seu eorũ de familia, qui simul conuenerunt ad præsentandum, patet ex verbis decisionis Compostel. Paroch. 15. Martij 1627. coram Manzanedo relatis supra *num.* 121. ibi: *Nec versamur in Iurepatr. vniuersitatis, vel Collegij, sed in Iurepatron particulari, in quo sufficit maior pars respectu minoris; non autem totius, seu omnium. cap. 3. de Iurepatron. & ibi Abbas latè Ricc. 4 part. Praxis resolut. 400.* Quòd autem familiæ vni, vel diuersis familijs possit competere Iuspatron. vti vniuersis, & sic iure Collegij, DD. non dubitant, qui etiam addunt, quòd signum, & coniectura id di- 156 gnoscendi sit, quando ex fundatione, vel obseruantia conuenire soleant simul ad præsentationem faciendam; ad probationem vtriusque dicti, præter notata à *Ricc. part. 1. Praxis decis. 177. Viuian. lib. 8. cap. 2.* & deinceps, accipite verba decis. Florentin de Ricasolis 11. Februarij 1604. coram Lancellotto. relatæ à

Vi-

Viuiano libr. 4. in fine cap. 1. ibi: *Non obstat, quòd cùm in illis præsentationibus non consueuerit adhiberi simultaneus, & collegialis patronorum consensus, Iuspatr. non possit competere in capita ex deductis in causa Taurin. Iurispatron. 11. Ianuarij 1585. coram R. P. D. meo Decano, quia quamuis iste sit actus cognoscendi, Iuspatronat. spectare in capita, tamen ex hoc necessariò sequitur, quòd si patroni non conuenerint collegialiter ad præsentandum, Iuspatron. possit spectare, vt ad singulos, & in capita, nam nec decisio, nec DD. allegati id tale dicunt. Imò, quòd quando Iuspatronat. spectat ad aliquos, vti singulos, & non vti vniuersos, possint separatim præsentare, dicit Lambert. qui alios allegat lib. 2. part. 2. quæst. 2. art. 157 5. num. 5. 10. & 11. Nec valet consequentia, quòd Iuspatron. sit familiare, ergo competit vti vniuersis; sicut quòd præsentationes non sint factæ ab omnibus cõgregatis; non autem quò minus dici possunt facta in capita, non autem in stirpes, præsertim vbi numquam vnaquæque stirps separatim, ac de per se præsentauit, vt declarauit Rota in ead. Taurin Iurispatronat. 1. Aprilis 1585. coram R. P. D. meo Decano. Allegata verò in contrarium procedunt, quando Iuspatronat. competit familiæ, vel Collegio vti vniuersis. Nec obstat opinio Abbatis in cap. 3. num. 22. de Iurepatronatus, quia est sibi contrarius cons. 76. in 2. dubio parte 2. & communiter reprobatur in Iurepatron quod vti singulis defertur. Decius in cap cùm omnes num. 48 vers. sed tamen, in prima lectura de conflit. Aymon cons. 63. num. 1. & reprobauit Rota apud Cæsarem de Græssis decis. 169. & 170. aliàs 1. & 2. num. 1. de Iurepatron. & in vna Calagur. benefic. de Ali 20. Iunij 1588. & 17. Maij 1591. coram Comitulo. & in ead. sub die 4. Martij 1594 coram Illustriss. Mantica; & in dicta Taurin. Iurispatron. 11. Ianuarij 1585. coram R. P. D meo Decano. Idem fit clarum in Lucana Iurispatron. de Podijs 31. Ianuarij 1620. coram Dunozetto, quæ est 28 apud Praxim Viuiani, vbi tractatur de Iurepatron. familiari, in quo ad præsentationem simul congregabantur illi de 158 familia: Quòd in dubio potius præsumi debeat præsentationem pertinere vti ad singulos, quàm vti ad vniuersos, præter allegata

per *Viuianum lib. 8. cap. 2. sub num. 10.* habetur in supra allegata decisione Florentina de Ricasolis vers. immediatè sequenti, ibi: *Quòd verò Iuspatronat. competat vti singulis, patet tum ex obseruantia ipsa præsentandi separatim, & non collegialiter iuxta prædicta, tum etiam ex enunciatiuis prænarratis, quæ cum sint antiquissimę plenè probant. Achill. decis. 7. de Iurepatron. tum denique ex regula iuris, quod in dubio præsumit competere vti singulis, & propterea non requiri simultaneũ consensum. Felin. in cap. cùm omnes num. 29. ad finem vers. in dubio autem de constit. Lambertin. de Iurepatr. 2. part. lib. 2. quæst. 2 principali art. 4. num. 14. Cæsar de Grassis decis. 169. & 170. num. 2. & fuit repetitum in omnibus prædallegatis decis. & in vna Pampilon. Rectoria 19. Decembris 1585. coram Orano.*

Ex his, quæ diximus supra, quòd vbi Iuspatron. competit pluribus vti vniuersis, & sic iure Collegij, requiratur maior pars respectu totius Vniuersitatis, Collegij, vel familiæ præsentans, dummodo ad minus sint duæ partes ipsius, quod etiam explicitè docet *Abb. in cap. Ecclesiasticorum sub num. 6. de elect. & post Calder. Viuian. lib. 12. Praxis cap. 8. num. 8. & lib. 8. cap. 3.* Vbi habes, quis debeat eos conuocare, & quomodo. Nota quòd hoc est verum, 159 & si in præsentatione regulariter non seruari debeat forma tradita in *cap. quia propter de elect.* vt post *Abb. ibid. tradit Viuian. d. lib. 8. cap. 2. in fine & lib. 5. cap. 1. num. 22.* Vbi alias differentias enumerat inter electionem, & præsentationem. Ratio est, quia in illis, quæ pertinẽt ad plures vti vniuersos, vt requiratur consensus maioris partis respectu omnium, & non minoris partis, non solùm prouenit à dispositione dicti *Capituli quia propter*, sed à regula generali tradita in *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, vt in omnibus explicandis ab vniuersitate, talis maior pars requiratur, vt per eumdem *Panorm. cap. Ecclesia vestra num. 4.* Est tamen benè ve- 160 rum, quòd dicta forma *cap. quia propter*, solùm habet locum, quando tractatur de elect. in dignitatibus, quibus Ecclesia viduatur, vt Episcopatus, Parochia, &c. secus in beneficijs simplicibus, vel Canonijs, vt per

Pa-

Panormit. & alios in d. *cap. quia propter*, & *Henric. Boich in cap. Ecclesia vestra de elect. & per glos. in cap. si qui, eod tit. in 6.* & in his casibus, in quibus non tractatur de beneficijs, pro quibus viduatur Ecclesia, potest statuere Capitulum, vel Collegium ad euitandam discordiam, vt sufficiat maior pars respectu minoris, *Abb. in d. cap. Eccles. vestra num. 5. & in cap. quoniam sub num. 13. de Iurepatron.* Ex qua doctrina benè probaui iure
161 in quibusdam Religionibus, admitti electionem vocalis, seu discreti pro Capitulo Generali, vel Prouinciali, factam à maiori parte etiã respectu minoris, quia & si talis discretus verè habeat officiũ, vt infra, tamen non habet dignitatem propter quam Ecclesia viduatur vt supra, præter quod cùm ista electio non sit à iure requisita, sed ab eadem constitut. concessa, nihil mirum erit, si ab eadem constitutione potuerit etiam assignari hic modus eligendi, iuxta regulam vulgatam, qui dare potest esse, dare potest etiam formam ad ipsum esse, & habetur per *Vincentium de Franchis decis. 2. num. 31. infra medium, vers. non mirum*; Vnde fauet in simili casu *Cap. quia propter*, decis. Firmana Præbendæ Iunæ 17. Nouembris 1629. coram Pirouano tenoris sequentis.

Censuerunt Domini sententiam Rotalem esse confirmandam, quia de illius validitate dubitari non potest; cùm de ea constat ex reuolutione processus, ex quo apparent iurisdictio, citationes, mandata, & alia, quæ ad validitatem actorum solent desiderari, per Caputaquen. decis. 160. par. 2. iustitia est etiam patens ex decis. in hac causa facta sub die 25. Iunij 1627 in qua fuit firmatum, narratiuam electionis à medietate Canonicorum esse iustificatam, non obstante quòd Canonicus Guarnerius voluerit per procuratorem.

Neque hodie de validitate dictæ amissionis ad votandum fuit dubitatũ secundùm ter-
162 *minos Cap. quia propter de elect. requirentis, vota debere esse secreta, cuius contrarium præsupponere videtur mandatum ad votum pro alio, quod omnibus de Capitulo notum esse debet per illius exhibitionem, & admissionem. Quia forma electionis, de qua in d. cap. quia propter de elect. secundùm quam vota debent esse secreta, habet quidem locum in ele-*

163 *ctione Episcopi, vel aliarum dignitatum, per quorum obitum Ecclesia viduatur: non autem in electione Dignitatum, aut personatuum eiusdem Cathedralis, ex quarum vacatione Ecclesia nõ viduatur. glos. Abb. Ioan. Andr. Butr. Imol. in d cap. quia propter, Franc. Marc. decis. Delphin. 924. num. 5. & idem sensit Rota in Leodien. Decanatus 15. Decembris 1627. coram me. Et propterea Ioanni Dominico sufficiat, fuisse electum collegialiter in ipso Capitulo à maiori, & seniori parte. glos. in cap. seruent formam de elect. in 6. cap. Ecclesia vestra, vbi Abb. num 4. eod & cons. 25. num. 4 lib. 2.*

164 *Non obstat allegata consuetudo Ecclesiæ Firmanæ eligendi per vota secreta, quia talis consuetudo non probatur, & probata non releuaret ad excludendum legitimè impeditum, quin possit alteri committere vocem suam in ferendo voto suo, ad commodum tertij, & est textus expressus in cap penultimo in princip. & in §. porro de election. in 6. quia etiam secundùm terminos, cap. quia propter, cùm vota non debeant esse perpetuò secreta nihil probibet, quin electio fiat per secreta suffragia, quæ postmodum redigantur in scriptis, & publicentur iuxta formam d. cap. quia propter.*

Et in omnem casum, cùm Canonicus Guarnerius dederit mandatũ generale ad præsentandum omnes, & quoscumque Procuratori benè visos; si etiam ageretur de consuetudine eligendi per vota quæ perpetuò deberent esse secreta, nõ tamen legitimi Procuratores essent excludendi, pro vt censuit S. Congreg. relata per Garziam de benefic. part. 5. cap. 4 num. 200. in materia electionis Abbatissæ, quæ iuxta formam Trident. Sess. 25. cap. 6 de Regular. debet fieri per vota secreta, & ita fuit resolutum Ioanne Dominico informante, &c.

166 Nota tamen in terminis electionis vocalis, seu discreti pro Capitulo Generali, vt supra, illam debere fieri per vota secreta, non vi dispositionis dicti *Capituli quia propter*, sed *S. Concilij Tridentini Sess. 25. cap. 6.* Vbi præcipitur, vt in electione quorumcumque Officialium Regularium, quorum appellatione venit talis discretus, vt per *Sigismundum Bononiensem in tract. de electione, & Potestate Prælatorum regularium dub. 6. & 113.* procedatur

datur per vota secreta ita vt numquã publicentur nomina eligẽtium de cuius decreti S. Concilij intellectu agit *Nauarr. cons. 9. aliàs 4. de electione*, *Castellinus de electione cap. 4. num. 3. & versus finem cap. 7. item Suarez tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 5. Sigismundus Bonon. loco supracit. dub. 24.* Vbi excipit casum, in quo numerus eligentium esset ita paruus, vt necesse sit fieri electionem per accessum, an per Sacrum Concil. vbi supra fuisset sublatæ quò ad Regulares aliæ formæ *cap. quia propter*, vt per *Castellinum d. cap. 7. num. 7. Garz. part. 5. de benefic. cap. 4 num. 204.*

167 De dispositione capit. *vt quis duas de elect. in 6.* vbi habetur, quòd quis non potest simul prosequi duas electiones de se factas, sed tenetur declarare, quam prosequi velit ex illis, illam habere locum in præsentatione facta à patronis vti vniuersis, est clarum per notata post alios à *Viuiano lib. 5. cap. 2. num. 9.* Difficultas tantùm est, vbi sumus in personis præsentantibus iure particulari, & Rota in Burgen. Iurispatron. apud *Cauzler. decis. 297.* tenuit,

168 quòd etiam vbi præsentatio non fuit facta à patronis, vti vniuersis; si tamen adsit contrarietas, teneatur quis declarare, qua præsentatione vti velit, ibi: *Difficultas oriebatur ex distinctione eiusdem Lambert. art. 3. quæst. 5 princip. part. 2. lib. 2. num. 4. vers. & ideo, vbi distinguit, quòd si Iusp. patronat. spectet ad Collegiũ aliquod, vel ad vniuersitatem, & sic ad aliquos vti vniuersos, tunc habeat locum dispositio d cap. vt quis duas, quia debent patroni inter se conuenire, cùm possint discordare, & facere præsentationes contrarias: si verò sumus in personis præsentantibus iure particulari, quia possunt esse tot præsentationes, quot patroni, tunc præsentatus non tenetur declarare, sed potest vti omnibus, quando nõ sunt contrariæ. Vnde tota vis distinctionis est in contrarietate, quæ si adsit, tunc præsentatus non potest vti nisi vna: si verò non adsit potest vti omnibus. Verùm in casu proposito, Domini dicebant adesse contrarietatem, quia licèt hæ præsentationes non fuerint factæ vti ab vniuersis, tamen idem Donatus, qui prima vice præsentauerat vti vnus de familia; secunda vice præsentauerat vti senior de familia, ad quem*

esse-

asseruit, spectare ex consuetudine aliàs seruata Ius præsentandi, & Ioannes Antonius præsentatus prosequutus fuit in partibus iudicium, & medio iuramento produxit petitiones ad probãdum, hoc Iuspatron. spectare ad seniorem; & quòd dictus Donatus est senior, &c. Nec visum fuit obstare quòd Donatus in secunda præsentatione apposuerit clausulam (inhærendo primæ præsentationi, & ab ea non recedendo) nam per dictam protestationem nõ tollitur contrarietas, cùm incompatibile sit Iuspatr. spectare ad seniorem de familia, & sic ad vnum sólum, & spectare ad omnes, vel ad maiorem partem, & sic ad plures.

169 Quando autem Iuspatr. pro vna voce spectat ad aliquod Collegium, & pro alia parte ad aliquam personam particularem, prout in dubio censeri debet spectare ad Collegium, & Vniuersitatem; hoc casu scilicet vt vniuersos, & non vt singulos, qualitas enim inhæret subiecto, eique formam dat: *l. si Titius ff. de Militari testam. cap. statutum de elect. in 6. in terminis notatur per Viuianum lib. 4. Praxis cap. 1. num. 67.* Si talis particularis sit de Collegio, vel Vniuersitate, non impeditur quin possit præsentare, & tamquam priuatus, ac etiam interuenire Collegio etiam in eadem præsentatione, & si ille priuatus secularis sit, vel aliàs iure laicali Iuspatronat. possideret posset variare post vtramq. præsentationem, vt per *Vivian. lib. 4 cap 4. in princip.* vbi affert exemplum in sua patria, de quodam Iurepatronat. quod pro dimidia pertinet ad Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ Pisis, & pro alia dimidia ad nobiles Pisanos domus Bocca, quòd scilicet quando ex dicta familia adfuit aliquis Canonicus, vtroque modo præsentare fuit consuetum, & tamquam priuatus, & tamquam Canonicus. Non declarat tamen vtrum illis de familia dictæ domus Bocca pertineret Iuspatron. vti singulis, vel vti vniuersis, quia idem est vtroque casu; & in specie, quòd Iuspatron.

170 quando competit plurib. Collegijs, vel Vniuersitatibus, censeatur competere, ita vt quælibet Vniuersitas constituat vnam vocem. Notauit *Ricc. part. 1. Praxis decis. 210. núm. 268 Viuian. suprad. lib. 4. cap. 1. num. 61.* quod intelligo, nisi fundator iusserit congrega-

ri

ri simul dictas Vniuersitates ad præsentandum, quia tunc omnes simul haberent tantùm vnam vocem, & electus à maiori parte interuenientium pro ipsis Vniuersitatibus, diceretur præsentatus iuxta supradicta
171 à maiori parte: Quòd etiã Collegium laicorum possit cumulando variare, post *Barbos. notat Viuian. lib. 10. cap 1. num. 19.*

Circa locum vbi debeant congregari tales, qui vt vniuersi debent præsentare; certum est in primis debere
172 seruari voluntatem fundatoris; illa autem non apparente, debet attendi consuetudo, & obseruantia, quæ alicubi est, vt in Ecclesia vacante conueniant, & de Eccles. Paroch. in qua habent ius præsentandi Parochiani. Habetur per *Viuian. lib. 8. cap. 2. num. 15.* vbi etiã de præsentatione pertinente ad totum populum agit *num. 19.* Cæterùm pro primo casu, scilicet seruandæ voluntatis fundatoris, quò ad locum vbi debeant conuenire præsentantes, notabilis est decisio in terminis similibus Operis pij Corduben. Iurispatronat. 19. Iunij 1628. coram Vbaldo tenoris sequentis:

Fuit hodie dubitatum, an Capitulum teneatur accedere ad Ecclesiam S. Augustini pro exequutione pij Operis, & fuit absque difficultate affirmatiuè resolutum, quia verba Codicillorum, quæ dãtur in Sũmario Prioris num. 2. sunt clara, ibi, Congregentur in Conuentu S. Augustini, vnde dum constat apertè de voluntate Testatoris non est vlterius indagandum. Sed ea debet seruari tãquam lex §. disponat Auth. de nupt. idque tanto magis, cùm testator ostenderet circa hoc suam enixam voluntatem, dum cogitauit, quòd Capitulum posset non acceptare vacationem propter onus accedendi ad dictam Ecclesiã, & adhuc tamen voluit alios uocatos ibi congregari, reuocando uocationem Capituli; signum euidens, quod uoluit in omnem casum, adimpleri hanc suam dispositionem in Ecclesia S. Augustini. in qua propterea debet fieri congregatio, ne aliàs uoluntas testatoris alteretur contra legis dispositionem.

Non obstat, quòd illa dispositio circa accessum Capituli continere videatur aliquam indecentiam propter eiusdem Capituli dignitatem, & ideo sit reijcienda: non autem seruanda, quia fuit responsum, quòd Prior per

ipsum

istum accessum non intendit
173 habere, nec acquirere aliquam præcedentium, sed solùm id fit ad satisfaciendum voluntati testatoris, quæ cùm sit certa respectu loci, & possit impleri, non ast aliquo pacto alteranda, præsertim cùm in Ecclesia S. Augustini sit sepultus testator, & possit verisimiliter credi, quòd ratione sepulturæ fuerit ibi ordinata congregatio, ad hoc vt maiori decore, & honore afficeretur memoria ipsius testatoris. Bald. in l. si quis num. 9. vers. iuxta hoc C. de Episcop. & Cler. & in l. final. num. 58. C. de his quæ pœna nomine, Imol in cap. nos quidem num. 23. de testam. & dum Capitulum accedit non vti subiectum, sed solùm pro adimplenda supradicta voluntate testatoris, non est dubium, quòd illi nullum potest inferri præiudicium in præeminentia, ad decis. falic. record. Gregor. XV. 17 num. 3. & passim videmus quòd maiores pro exequutione similis operis pij accedunt ad Ecclesias inferiorum, nec per hoc inducitur subiectio, aut aliqua præeminentia acquiritur.

Non obstat, quòd in omnem casum Prior sit tantùm deputatus patronus Capellæ, seu Iurispatron. non autem sit deputatus administrator, etiam respectu Operis pij ma-
174 ritandi puellas, quia ex lectura Codicillorum, Domini dicebant constare de contrario, nempè quòd deputatus fuerat exequutor respectu vtriusque Operis pij, tam in maritandis puellis, quàm in administratione Capell. fundatæ pro celebratione missarum: considerabant enim quòd testator in Codicillis refert ordinationem sui testamenti tam circa maritaggiũ, quàm circa Capell. dicendo, quòd fecerat patronos, & administratores, Damianum, Portionarium, & Capitulũ, & statim subdit, & vigore huius Codicilli, nomino similiter pro patronis dicta memoria, & Capell. Andream nepotem ex fratre, & Priores. Vnde nominatio debet censeri facta ad vtrumque,
175 cùm tam dictio illa (similiter) quàm dictio (dicta) sit respectiua omnium præcedẽtium. l. à filio §. testator de Alimen. & cibar. leg. §. similiter instit. de excus tutorum. Seraphin. decis. 577. num. 7. & decis. 584 num. 8. & decis. 1384. num. 1. Et si testator voluisset dare compatronum, in Capellania tamen superfluum fuisset facere mentionem etiam de maritaggio, de quo propterea etiam intelle-

xit

xit vltra Capellaniam, dum post factam mentionem de maritaggio, subiunxit dicta memoriæ, & Capell. vt supra. Et iste intellectus comprobatur ex eo, quòd testator in suis Codicillis addidit, quòd Priores faciant, & compleant, prout ipse disposuit, & mandauit, quæ dispositionis, & ordinationis effectuatio, si benè consideretur, magis conuenit maritaggio, cui data est certa forma eligendi, quàm Capellaniæ, cuius electio est ad libitum. Non obstat, quòd iura non sint in forma
176 probanti, quia fuit responsum, extractionem fuisse factam à successore in officio, quo casu non requiritur aliqua solemnitas. Rota decis. 649. num. 7. & 706. num 6. part. 2. in recent. Et ita decisum vtraque, &c. Adest etiam alia decisio in causa eadem coram eodem 18. Iunij 1629. quæ cantat vt sequitur.

Domini steterunt in decisis, quòd Capitulum teneatur accedere ad Ecclesiam S. Augustini pro exequutione Operis pij, quia hoc testator expressè disposuit, & Opus pium continet maritaggium puellarum, & institutionem Capellaniæ, pro quibus omnibus Prior S. Augustini fuit deputatus compatronus, & administrator, vt in decis.
177 cui non obstat, quòd verba illa, memoriæ, & Capellaniæ, in Codicillis appositæ sint vnum & idem; & idò restringi debeant ad solam Capellaniam, non autem cõprehendere etiam Maritaggium, quia huic obiectioni fuerunt datæ plures responsiones in d. decis. quæ Dominis placuerunt, & insuper fuit consideratum, quòd dum testator voluit Maritaggium puellarum comprehensis sub nomine generico Operis pij, ibi administratores Operis pij, quod institutum relinquo pro maritandis, &c. Et postea sub speciali nomine fecit mentionem de Capellania, ibi, etiam pro Capell quam institutam relinquo, &c. sequitur quòd dum postea prouidendo de compatronis vtitur non solùm verbo generali memoriæ, sed etiam speciali Capellaniæ, sequitur inquam, quòd appellatione memoriæ voluerit comprehendere maritaggium, pro vt illud comprehenderat superius sub simili verbo generali Operis pij; ad interpretandam enim testatoris voluntatem pluri-
178 mum facit illius vsus loquendi in eadem dispositione. l. si seruus plurium §. vltimo ff. de leg. 1. l. cum alimenta ff. de alimen. & cibar. leg. Pa-

rif. conf. 50. num. 19. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 9. num. 6. Rot. dec. 495 num. 8. & decis. 544. num. 12. coram Sanctiss memor. Gregor. XV. & aliàs fuisset frustratoria geminatio illa verborũ, memoriæ, & Capell. nisi etiam Maritaggium comprehenderetur. Deinde cùm testator in deputandis cõpatronis vsus sit verbo similiter, & dictione dictarũ, quæ sũt repetitiua præcedentium, dicendum est, quòd sicuti patroni fuerãt superius deputati tam ad opus Maritaggij, quàm Capell. sint pariter eodem modo ad vtrumq; deputati compatroni, cùm

179 *præsertim dictio illa (similiter) ostendat similitudinem facti, & modi, denotando quamdam æqualitatem. Honded. conf. 4. num. 83. lib. 1. Surd consil. 303. num. 534. Menoch conf. 124 num. 6 Et ita vna tantùm parte informante fuit conclusum.*

180 Datur casus, in quo præsentatus à minori parte sit instituendus, & præsentatus à maiori reijciendus, scilicet vbi præsentatus à maiori parte sit indignus, & præsentatus à minori sit dignus, vt per *Viuianum libr. 12. cap 8. num. 13* vbi *num. seq.* habetis, quòd in hac materia præsentationis (intellige, tam vbi fit à patronis præsentatibus vti singulis, quàm vti vniuersis) sufficiat, si sit facta à maiori parte de digno, nec requiratur, vt in electione, vt etiam sit facta à seniori; Quod dicitur supra de indigno præsentato à maiori parte. Idem dicatis de inhabili iuxta legem fundationis; vt Rota declarauit apud *Caualer. decis. 231.* quam habetis infra *Praxi seq.* vbi ex Rota apud *Ricc. 1. parte Praxis decis. 205.* videbimus an hoc habeat locum vbi præsentatio talis inhabilis à maiori parte fuerit facta cum cõ-

181 ditione impetrandi dispensationem, dicitur autem omnino indignus, qui nescit legere & scribere, vel qui non habet scientiam requisitam ad beneficium; quia verbi gratia, non potest ordinari ordine requisito ad beneficium, vt supra dictum est, & infra latius dicetur. Videatur pro nunc *Paulus de Cittadinis de Iurepatron. part. 6 art. 4 fol. mihi 595.*

Circa ea, quæ dicta fuerunt à Rota verbis relatis sub num. 165. vbi admittit votum in præsentando datũ per procuratorem; nota verba decis. Calaguritanæ 13 Nouembris 1620. coram Vbaldo, quæ sonãt vt infra: *Domini dixerunt sententiam*

Ro-

Rotalem esse confirmandam, quia contra validitatem nihil apponebatur, & ex processu apparebat, seruat a esse omnia requisita de quibus per Verall decis. 260 part. 2 & de iustitia constat ex latè deductis in decisione in hac causa facta 24. Maij anni præteriti coram R. P. D. meo Pamphilio. Data enim paritate inter vota præsentantium Petrum, & Ioannem, potuit Ordinarius gratificari instituendo Petrum pro vt fecit cap. cùm autem de Iurepatr. Nec facit fundamentum in quo nititur sententia Metropolitani, quia Ioannes haberet quatuor vota, ex quo Christophorus vnus ex præsentantibus votauit ad fauorem Ioannis, tum nomine proprio, tum nomine Sanchez, tunc absentis, cuius erat procurator iuxta cap. congregato de elect. & sic Ioãnes esset præferendus cap. dudum, cap auditis de electione. Quia huic obiecto abundè fuit responsum in decisione, quòd in hoc casu cessant requisita ad hoc vt votum absentis per procuratorem possit sustineri; quæ sunt, vt quis sit in loco vnde euocari possit, & quòd iusto impedimento detentus venire non possit, glos. in cap. quia propter §. illud verb. venire, & ibi Abb. & alij de electione cap. si quis iusto in princip. & ibi Franc. num. 1. eod. tit in 6. & quòd procurator habeat mandatũ ad iurandum super dicto impedimento, vt per glos. in dicta §. illud, & in d. cap si quis iusto, vers. sed cautum est cum alijs de quibus in decisione. His autem probatum est per testes, quòd Sanchez de tempore vacationis morabatur in Curia procurando alia negotia. Nec facit, quòd dicta iura procedant in electione, nos autem versamur in præsentatione, cùm isti beneficiati verè non faciant Collegium nec beneficium electiuũ Caput. quen. decis. 295. num. 1. part. 1. cum alijs per Gonzal. ad regulam 8 glos. 19. num. 12. & seq Quia cùm hæc præsentatio fiat per patronos Ecclesiasticos habet vim electionis, vt dicit Puteus decis. 181. in fine libr. 3. Gonzal. vbi supra à 2. maximè stante consuetudine, & Synodali constitutione (vt hoc casu) quòd beneficiati simul congregati debeant præsentare, vt in terminis fuit decisum in alia Calaguritana Beneficij de Ali 28. Martij 1594. coram b m Card. Mãtica, quæ est decis. 268. num. 5. inter eius impressas confirmata decis. 288. Non obstat allegata consuetudo votandi

per procuratorem, quia non fuit probata in terminis, in quibus versamur, videlicet alijs contradicentibus in actu votandi, prout in hoc casu contradixerunt, potuit enim admitti tale votum pro absente alijs non reluctantibus, vt per Abb. in d. cap. quia propter §. illud num. 1. vers. vnum tamen scias, Lambert. de Iurepatron. par. 1. secundi libri quæst. 4 num 5 vers. primum. Nec probatur in casu, in quo deficerent omnia requisita supra narrata, prout hic defecerant, certum autem est, consuetudinem non sufficere probatam esse in genere, sed esse probandam in individuo casu, de quo agitur, vt bene in decis. & post plures tradit Surdus consil 382. num. 40. lib. 3. & ita fuit decisum vna parte informante, cùm alia sæpissimè citata, non comparuerit.

Præsentatio coram quo facienda.

182 *Præsentatio debet fieri coram eo, qui potestatem habet instituendi.*

183 *Episcopus de iure communi potest instituere præsentatos ad Capell. de Iurepatronat. Potest talem facultatem alteri delegare num. seq. Quid si Capellania existat in finibus duarum Diœcesum, ibid. Quid si sit exempta, num. 187. An etiam hoc sit verũ in beneficijs maioribus, num. 189.*

185 *Capitulum sede vacante potest instituere præsentatum ad Capellaniam. An eo casu ante annum possit dare dimissorias ad primam tonsuram, ibid.*

186 *Vicarius generalis Episcopi quando possit instituere præsentatum, & num. 199.*

188 *Prælato inferiori quibus ex causis possit competere ius instituendi in Capellania de Iurepatr.*

190 *Auditores Rotæ sunt Ordinarij quò ad institutionẽ ad Capellan de Iurepatr. Quid de Auditore Cameræ, num seq*

192 *Superior Regularis quando habeat ius instituendi in Capellanijs suæ Ecclesiæ, vel vnitis suo monasterio.*

193 *Episcopus non semper instituit in Iurepatronat. Ecclesiastico, cùm in eo habeat locum reseruatio*

194 *Acceptatio præsentationis est necessaria, vt fiat ab ipso præsentato: qualis debeat esse, & intra quod tempus, ibid.*

195 *Præsentatio probatur ex fide Vicarij.*

196 *Scriptura an sit necessaria in præsentatione.*

197 *Testes quando non sint necessarij in præsentatione.*

198 *Consensus alicuius vbi requiritur, sufficit si præstetur à procuratore.*

200 *Præsentatio an sufficiat si fiat coram Notario. An necesse sit vt admittatur ante institutionem, num. sequ.*

202 *Appellare ab institutione sequuta, an quis possit.*

203 *Arbitrium Rotæ an intret post tres sententias Rotales super præsentatione ad finem retardandi exequutionem.*

204 *Sententiæ quando dicantur conformes super institutione, & quando nullæ, num. 207.*

205 *Mandatum procuratoris quomodo probetur ad finem, vt sententia contra eum lata non sit nulla.*

206 *Falsitatis probatio magis exacta requiritur, quando agitur de impedienda exequutione trium conformium.*

208 *Appellare à non institutione quando possit præsentatus.*

QVoniam autem non sufficit aliquem esse præsentatum in tempore, vt supra visum est, sed etiam requi-
182 ritur, præsentationem fuisse factam coram habente potestatem instituendi, vt præter decis. in Roman. benefic. S. Laurentij 22. Maij 1623. coram Coccino relatã in princip. huius Praxis. Patet in Gerũd. benef. 16. Iunij 1628. coram Pirouano, ibi: *Quia cum Ignatius habeat instrumentum suæ præsentationis, & illud produxit in Rota intra tempus quadrimestre coram habente facultatem instituendi, &c.* Ideò hic examinabimus quis dicatur habere talem facultatem instituendi.

Certum est in hac re;
183 Episcopum solùm de iure communi regulariter posse præsentatos ad Capell. istas collatiuas instituere, cùm ipse eodem iure communi habeat institutionem fundatam in omnibus beneficijs suæ diœcesis, *Viuian. libr. 8. cap. 7 & lib. 12. cap. 2. Ricc. 4. part. Praxis resolut. 416. nu. 1. & 2.* Qui etiam notant,
184 quòd dicta facultas instituendi possit ab Episcopo delegari, etiam ante vacationem, quia cùm institutio fiat coactè ad nominationem, & præsentationem pro-

uisi

uisi, cessat votum captandæ mortis: vbi etiam declarat in specie *Viuian.* quis Episcopus in Capellania, patrono existente in finibus duarum Diœcesum: Appel-
185 latione Episcopi hoc casu venire Capitulum sede vacante, & si non possit conferre beneficia, fatentur cõmuniter DD. vt habetur apud *Viuian. & Ricc. locis supracit.* Adde ex *Viuiano lib. 6. suæ Praxis Iurispatr. cap. 6. num. 56.* Quòd si is qui præsentatur ad Iuspatron. sede vacante, non sit adhuc initiatus prima tonsura, tunc posse Vicarium Capitularem ei dare dimissorias ad ipsam primam tõsuram, tamquam artato, vbi allegat *Quarantam, Riccium, Vgolinum, Garziam, & Monetam.* Quod an sit verum vbi talis præsentatus non sit neque ratione domicilij, nec originis subditus dicto Vicario Capitulari, fuit grauissimè dubitatũ, tamen respondi pro affirmatiua, si enim præsentatio, vt supra reddendo artatum tribuit dicto Vicario facultatem cõcedendi dimissorias, ergo etiam tribuit ei iurisdictionem circa eumdem præsentatum, tamquam subditum ratione beneficij, ratione illius iuris, quod tribuit dicta præsentatio, in qua nulla est controuersia, pro vt de eo, qui fundat aliquod beneficiũ extra Diœcesim in qua est originarius vel habet domicilium, quòd possit ab Episcopo beneficij insigniri prima tonsura, nisi esset beneficium ita leuis redditus, vt in fraudem proprij Episcopi hoc factum esse conspiciatur. Dixi in facto, & habetis inter meas consultationes morales.

Quòd etiam Vicarius Ge-
186 neralis veniat appellatione Episcopi docent Viuianus, & Riccius locis supracitat. & si in eo aliqui requirant speciale mandatum, ita *Barbos. de Officio, & Potestate Episcopi allegatione 54 num. 74. Ibrotius de Officio Vicarij lib. 2. quæst. 31. Garzias par. 5. de benefic. cap. 9. num. 75. Gratianus in suis disceptationibus forens. cap. 303. num. 12. Viuianus libr. 2. cap. 1. num. 10.* & si alij, tale speciale mandatum non esse necessarium contendant; ita *Rolandus à valle cons. 47. num. 45. vol. 1.* Cui opinioni fauet Rota in Ianuen. Abbatiæ 39. apud *Viuianum*, ac etiam in Firmana infra referenda num. 199. & in alia decis. quæ est 86. apud eumdem *Viuianum*, Intellige controuersiam prædictam

vbi

vbi præsens, vel parum abesset Episcopus, quia si degeret in remotis, certum est id posse præfatum Vicarium etiam absque speciali mandato, vt in Auximana relata ab eodem *Viuiano cap. 1.*
187 *lib. 2. sub num. 13.* Ampliat *Viuianus supra loco citato sub num. 19* Hanc regulam etiam in Capell. existentibus in Ecclesijs exemptis, nisi ad alium ex priuilegio, vel immemorabili pertineat: vbi habes omnia illa, quæ spectant ad Episcopum in dictis Ecclesijs exẽptis de iure communi; & præcipuè in Ecclesijs Religiosorum militãtium. Dixi *ex priuilegio, vel immemora-*
188 *bili*, nam ex his duabus causis potest cõpetere Prælato inferiori ius instituendi in ipsis Capell. de Iurepatr. vt habes latè per *Viuian. d. lib. 12. cap. 3.* & de Capitulo Canonicorum, quod potest ex priuilegio, vel immemorabili instituere. Patet in Lunen. Sarzan. Benefic. vlt. Maij 1627. coram Durano, quæ est *110. apud Viuian.* De Capitulo Primatialis Ecclesiæ Pisanæ *Viuian. lib. 4. cap. 1. sub num. 24.* De Capitulo Lateran. habetur per
189 *Gaualer. decis. 424.* Ampliat 2. *Garz. part. 5. de benefic. cap. 1. num. 591. in Addit.* non solum procedere supradictam conclusionem in Capel. & beneficijs minoribus; sed etiam in maioribus, exceptis Episcopatibus, Abbatijs, Prioratibus, alijsq; dignitatibus concistorialibus, contra *Couarr.* & sequaces, qui volunt, in dignitatibus, alijsque beneficijs maioribus reseruatis in Regula Cancellar. 2. & 3. tantùm Summum Pontificẽ instituere, & si sint de Iure patron. laicali.

190 Appellatione etiam Ordinarij venit Auditor Rotæ quando causa super Iuspatron. fuit introducta in Rota; nam ipse potest conferre beneficium tanquam subrogatus loco Ordinarij, immò immittendo in possessionem, videtur prius conferre, vt in Pistorien. Paroch. 6. Februarij 1623. coram Merlino, quæ inter recoll. *à Viuiano est 81.* & in terminis institutionis præsentati, in Gerund. benef. 16 Iunij 1618. corã Pirouano, ibi: *Quia cum Ignatius habeat Instrumentum præsentationis sub die 13. Augusti 1625. & illud produxit in Rota intra tempus quadrimestre coram habente facultatem illum instituendi vigore Clem. Auditor de rescriptis, sufficit ad effectum obtinendæ adiudica-*

dica-

dicationis. Rot. nouiss. decis. 3. num. 1. de Iurepatron. Et in Compostellan. Parochial. 20. Februarij 1630. coram eodem Merlino clarissimus, ibi: *Quapropter ex his rationibus Domini, qui iuxta Clemen. Auditor sunt loco Ordinarij, noluerunt admittere præsentationem factam per Gregor. & Ferdinand. &c. & censuerunt non esse admittendam, ex quo facta fuit contra Religionem iuramenti item, &c.*

191 Secus est in Auditore Cameræ, quia ipse nullam habet iurisdictionem in causis beneficialibus. Egid. decis. 210. Achill. decis. 24. de Appell. & sæpius fuit dictum per Rotã, vt in Bonon. Capell. 28. Nouembris 1612. corã Caualer. quæ inter impressas suo nomine est *decis.* 227. latè *Garz. par. 10. cap. 3. num. 14.*

192 Religiosi, quibus Ecclesiæ pleno iure subijciuntur, veniunt etiam in hac materia institutionis, appellatione Ordinarij, vt per *Ricc. 4. part Praxis resol. 396. in fine.* Quando autem Ecclesia est vnita Monasterio non tamen illi subiecta pleno iure, tunc competit eis tantùm præsentatio; & institutio pertinet ad Ordinarium. *Caualer. decis 419.* Dixi *Episcopum regulariter*, quia

193 si est Capell. de Iurepatr. Ecclesiastico, cùm cadat sub reseruatione non spectat sẽper ad Episcopum, sed aliquando ad Summum Pontificem, nempe quando contingit vacatio in mensibus reseruatis, vel vacaret in Curia, &c. vt supra *quæst. 3 sect. 7.* vt per *Rotam in decis. relata à nobis supra quæst. 3. sub num. 116. & infra Praxi sequenti, Gennad. & Viuian. post suam Praxim decis. 83.* Plures affert limitationes ad hanc regulam *Garz. de benefic. cap. 1. num. 557. & seq.* Quando hoc habeat locum etiam in Iurepatron. mixto infra. Vide casum, in quo redditur turbida reseruatio, etiam quò ad Iuspatronat. laicale *decis. 53. num. 9 apud Viuian.* Sicut etiam in casu Iurispatr. Ecclesiastici habetur in Gerund. referẽda à nobis infra Praxi sequenti, cum de subrogatione gratiosa decisione 3.

194 Non sufficit præsentatio facta intra tempus, & corã habente facultatem, vt supra, sed etiam requiritur, vt ipsa acceptetur à præsentato, vt latè per *Viuian. lib. 8. Praxis cap. 7. à num. 20* Intellige intra tempus datum ad præsentandum, vt ibid. *num. 22.* vbi quod quã-

do

do præsentatur aliquis præsens, censetur facta acceptatio, sicuti quòd non requiratur acceptatio expressa, sed sufficiat si fiat per vsum, & productionem ipsius præsentationis, habetur in Florentina Capell. 25. Maij 1616. coram Buratto, quæ est 41. apud *Viuian.* ibi: *Quod sine difficultate procedit, quia Carduccius nedum tacitè, sed expressè illam approbauit, acceptando præsentationem, exhibendo, & producendo. Verall. decis. 188. part. 1. &c.* Vbi etiam habetis, quòd dicta acceptatio intelligatur facta cum omnibus qualitatibus eius.

Ex quibus apparet quomodo sint vera illa verba, quæ leguntur in decis. Motulen. Iurispatronat. 18. Februarij 1630. coram Mot-
195 manno *quòd præsentatio recte probetur ex fide Vicarij*, quia sufficit, vt Vicarius attestetur, quòd talis coram eo produxit instrumentum præsentationis, vel fuerit oretenus à vero patrono præsentatus, ipseque acceptauerit dictam præsentationem.

Circa alias circumstantias præsentationis faciēdæ, multa essent dicenda, nota tamen pro nunc ad illius va-
196 liditatem, scripturam non esse necessariam, & si esset optima cautela illam in scriptis redigere. *Viuian. lib. 8. cap. 7. num 41.* vbi de alijs requisitis ad præsentationem, de qua re agit etiam *Ricc. part. 1. Praxis decis. 186. & 3. par. resol. 371.* vbi quòd patronus potest præsentare per litteras, vel per nunciū, debet tamen præsentatus esse præsens sensibus prælati, cui fit præsentatio, vt ibi per eum & *par. 1. Praxis decis. 156.* limita tamen, vt per eumdem ibid. *decis. 158.* vel quādo vbi alias præsentatus est notus habenti illum instituere, vel quando intra tempus datum ad præsentādum ille præsentialiter compareret. Quòd autem publica instrumenta præsentationū faciant probationē indubitatam, & manifestam dixit *Rota in Compostell. Paroch. 12. Nouembris 1629. coram Merlino in fine Operis referenda, vbi allegat Bart. in l. 1. num. 8. in fine. Iason. num. 10. ff. de operis noui nunciatione. Alexand. cons. 62. num 6. libr. 7 Card. Seraphin decis. 736 num. 1. cum alijs.*

Quò ad requisita præsentationis, adde decis. in Firmana Iurispatron. 16. Iunij 1608. coram Caualerio,

quæ inter impressas suo nomine est decisio 28. ibi : *Cùm enim duo opponerentur contra præsentationes ; Alterum quòd essent factæ sine testibus, & quod ideo non videntur subsistere, vt aliàs dictum fuit in vna Mediolanen. Iurispatron. 20 Maij coram Illustriss. Cardin. Blanchetto . Alterum verò, quòd factæ fuerunt coram Vicario Generali ; non autem coram Epiſcopo, vt requiritur . cap. cùm laici . cap. si verò, cap. quod autem de Iurepatron. Placebat responsio ad primam oppositionem, quia cum hæ*
197 *præsentationes fuerint factæ per procuratores patronorum coram Vicario pro tribunali sedente, & sic in forma iudicij non erant necessarij testes, vt de communi testatur Albericus in l. in donationibus num. 2. C. de donation. Mandos. ad Lapum allegat. 81. num. 3. vbi etiam de communi . Præterea cùm gratia Papæ sit fundata super consensu meditata-*
198 *tis patronorum, satis de huiusmodi consensu constare visum fuit, si non ex præsentationibus, saltem ex instrumentis constitutionum procuratorum, & nominationum ad præsentandum Valerianum, iuxta decis. Achill. 12 de Iurepatronat. Ad secundam benè respondebatur quòd cùm non agatur de collatione, quam Vicarius non potest facere, cap. vlt. de Off. Vicarij in 6. sed de institut.*
199 *Et cùm Vicarius Generalis possit præsentatum instituere . Cap. ex frequentibus, vbi Abb. num. 7. de instit Roman singul. 607. consequens est, vt coram ipso etiam possit fieri præsentatio vti actus necessariò præcedens institutionem . Lambertin. de Iurepatronat. lib. 2 part. 2. quæst 4. art 12. num. 3. vers. collige, &c.* Item aliam decis. Neapol. beneficij, quæ est *197. apud eumdem Caualerium,*
200 vbi habetur, quòd & si præsentatio fieri debeat coram Ordinario, & non coram Notario, sufficit tamen si illa sit producta coram Ordinario pro iustificatione Iurispatron. ibi : *Similiter dum opponebatur, præsentationem non fuisse factam coram Ordinario, sed coram Notario ; vnde non subsistebat ex cons. Abb. 76. n. 2. vers. tamen puto, lib. 2. cum alijs allegatis. Responsum fuit fuisse necessariò reproductam coram Ordinario, cùm fuerint proposita edicta, & deuentum ad iustificationem, & alios actus qui non, nisi reproducta præ-*

senta-

sentatione fieri poterant. De iure, quod acquirit quis per præsentationem, infra §. *sequenti* erit locus opportunior, videte pro nunc *Riccium part. 3. Praxis resolut.*
201 371. vbi etiã habetis, quòd in præsentatione non est seruanda forma *cap. fin. de electione in 6.* vt scilicet post præsentationem teneatur illam admittere Prælatus, & potest instituere, & si honestè faciat, vt (ipse ait) si præsentatus, ipsi coram quo fuit facta præsentatio non est sufficienter notus, informare de illius idoneitate.

202 Quia ab institutione sequuta, ad præsentationem alicuius ex patronis potest appellari, vt post Rotam habetur per *Riccium 1. part. Praxis decis.* 229. vbi habetis, quando possessio capta post dictam appellationem causet attentatum, & post tres sententias obtentas ab instituto, dubitari aliquando contingit, an intrare possit arbitrium Rotæ pro illarum exequutionis retardatione, ideo putaui non agere extra propositum, si referam decisionem factam circa hanc materiam in Lunen. Sarzan. 26. Februarij 1625. coram Reuerendiss. Seleucien. quæ cantat vt sequitur. *Tres fuerunt latæ sententiæ Rotales super Lazari institutione ad beneficium, de quo agitur. Prima à b. m. Ortimbergo. Secunda à b.m. Pania. Tertia à R P. D. meo Buratto,*
203 *Vnde dubitaui an intraret arbitrium pro illarum retardatione; & fuit resolutum non intrare, quia cùm arbitrium reguletur à iure, de iure est vt tres sententiæ conformes demandentur exequutioni. Clem. vt calumnijs de re iudic. Rot. decis. 42. num. 3. part 2. in recent.*

Quod maximè procedit in hoc casu, in quo iam fuit relaxata exequutio, ac mandatum de immittẽdo concessum, per quem actum exequutio dicitur iam capta ne vlterius possit retardari. Rot. decis. 826. part. 4 diuers. Adden. ad decis. Gregor. XV. 458 num. 10.

Nec obstare visum fuit quòd testamentum conditum de anno 1454. super quo se fundat decisio, & sententia R. P. D. Buratti non fuerit exhibitum coram primis Iudicibus, & sic super hoc testamento adsit tantùm vna sententia, quia placuit responsio, quòd in dictis sententijs non fuit expressa aliqua causa, nec fuit canonizatum
204 *aliquod instrumentum, sed omnes fuerunt latæ super in-*

stitutione Lazari, in quo sunt conformes, & cum vna non contineat plus altera, tamquam conformes veniunt exequendæ: nec consideratur, quo iure sint latæ. Ruin. cons. 114. num. 15. vol. 5. Gabr. de exeq. rei iudic. concluſ. 1. num. 3. Soccin. iunior cons. 74. num. 1. & 2. libr. 2. Theſaur. deciſ. 112. & deciſ. 218. num. 2. Alexand 35. var. reſolut lib. 2. reſol. 16. tit. de appell. Scace. eod. tit. libr. 3. cap. 2 quæſt. 17. limit. 1. num. 28. Rota in recent. deciſ. 98. num. 3. part. 1. & ſic viſum fuit non obſtare deciſ. in Salaman. portionis 19. Martij 1586. coram Robuſterio, quia ea loquitur de ſententijs latis inter diuerſas perſonas, contra quas diuerſis iuribus quis poterat ſe iuuare, & allegata in contrarium per Felin. in cap inter cæteras ſub num. 4 de re iudic. cum alijs per Carpan. ad ſtatut. mediolan. cap. 116. num. 142 poſſe procedere quando ex lectura ipſarum met ſententiarum apparet, ipſas fuiſſe latas ex diuerſis cauſis, quod non applicatur huic caſui, certumque eſt deciſiones eſſe actus extraiudiciales, quæ non immutant, aut alternant naturam iudicij.

205 Defectus mandati, qui opponebatur contra vltimam ſententiam in comparent pro Lazaro, ex facto fuit ſublatus, ne dum ex epiſtola Lazari in actis producta ad tex. in l. ſi procuratorem ff. de procur. ſed etiam ex impenſa facta à d. comparente pro ſportulis, & alijs. Put deciſ. 339. num. 3 lib. 2. Caputaquen. deciſ. 190. num. 4 par. 1. Rolan. in recent. deciſ. 440. ſub num. 6. part. 2. & apud Gregor. XV. deciſ. 44 num. 5.

Quò ad fidem Theutonici, & alias ſuſpiciones falſitatis verſus excitatas contra dictum teſtamentum de anno 1454. Placuerunt reſponſiones datæ in deciſionibus in hac cauſa factis, & præcipuè 11. Aprilis 1622. coram Reuerendiſſ. P. D. meo Buratto,

206 præſertim ad effectum, de quo agitur, impediendi exequutionem trium conformiũ Rotalium, quo caſu requiritur magis exacta probatio. Felin. cap inter cæteras num. 2. de re iudic. Dec. in cap. quoniam contra num. 159. & ſeq. de probat. Rota deciſ. 163 num. 2. par. 2. in recent. Et ita deciſum fuit vtraque parte informante, &c.

207 Circa caſum vbi prætenditur nullitas contra dictas tres ſententias conformes latas, per quas fuit pronuntiatum aliquem tamquam præſentatum à veris patro-

nis

nis esse instituendum, habetis decis. tres in Pistor. benefic. quæ apud Viuian. sunt 14. & 15. & 16.

208 De appellatione à non institutione, quia v. g. Ordinarius nolit instituere præsentatum, agit *Rice. 1. par. Praxis decis. 159.* qui concludit præsentato tunc licere vt supra appellare, quando Ordinarius recusaret illum instituere absque causa iusta, nempè quando est persona indigna, &c. vt ibi per eum.

Prouisio Apostolica de Capella Iurispatr quando & quomodo profit ipsi prouiso.

209 *Conferri Capellan. de Iurepatron. quando, & quomodo possit à Summo Pontifice.*

210 *Derogatio Iurispatronat. quando sit necessaria in prouisione Apostolica de eo; Quando illa est necessaria quomodo fieri debeat num. sequ. & num. 113. Cui autem patrono præiudicet num. 117. & 120.*

212 *Papa non præsumitur voluisse mutare naturam beneficij.*

214 *Derogatio generalis quando iuuat impetranti: An sit necessaria in Iurepatron. mixto, num. 118. & num. sequenti, item num. 123. Quid in resignatione num. 124.*

215 *Conuentio inter plures patronos de præsentando alternis vicibus fieri potest & num. seq.*

221 *Iuspatron. Ecclesiasticum quando non subiaceat regulis reseruatorijs, & sic debeat ei derogari.*

222 *Beneficia electiua Ecclesiastica non subiacent regulis reseruatorijs.*

225 *Derogatio in totum Iurispatronat. quando fieri soleat, & quando pro parte à Papa.*

227 *Litteræ Apostolicæ debent iustificari, vt habeant exequutionem, in quibus potissimè debeant iustificari, num. sequ. & 131. 132. 133. & 135. Quid in prouisione facta per resignationem, num. 129.*

230 *Probare Iuspatron. ad effectum validitatis impetrationis, quid significet.*

234 *Clausula (verificato prius &c.) facit gratiam conditionalem.*

236 *Ius quando dicatur alicui acquisitum in beneficio Iurispatron. Quid in casu, in quo plures patroni,*

ni, plures etiam præsentauerunt.

138 *Præsentatio quando tribuat ius considerabile ipsi præsentato, Quòd istud ius sit ad rem, num. sequenti.*

140 *Præsentatus quando dicatur legitimus contradictor ad impediẽdam gratiam, & an possit aliquid soluere collitiganti, vt à lite discedat absque vitio simoniæ, num sequ.*

142 *Clausula (Parito litteris arbitrio Rotæ) iuuat vbi litteræ non sunt in omnibus iustificatæ.*

143 *Iudicium an sit agitandũ vt possessorium, vel vt petitorium, quando agitur de immissione, vigore gratiæ.*

ALiquando solet obtineri Capell. de Iurepatronat. non per institutionem factam ab Ordinario prævia præsentatione, sed per prouisionem Apostolicam, ideo vt materia ista remaneat perfectè declaraia, aliqua circa hunc modum obtinendi ipsam, hic sunt subijcienda.

Certũ est in primis, quòd
109 vt talis prouisio prodesse possit impetranti, si Iuspatron. est laicale esse necessarium in prouisione, seu Bulla, obseruetur regula Cancell. 41. quæ refertur à *Quarãta in sua Summa Bullarij verbo Regulæ Cancellariæ*, his verbis: *Item voluit, quòd super quolibet beneficio Ecclesiastico de Iurepatron. laicorum non expediantur litteræ, nisi ponatur expresse, quòd tale beneficium tanto tempore vacauit, quòd eius collatio ad Sedem Apostolicã legitimè deuoluta, vel quòd tempus patronis laicis ad præsentandum præfixum lapsum existat, aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus, & si per ipsum Iuripatron. huiusmodi derogari contigerit, Iurispatron. huiusmodi mentio dispositiuè, & specificè, & determinatè, non autem conditionaliter fiat, & si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in litteris prouisionis vel mandati de prouidendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum.* De qua fecit mentionem recensendo authores illam glossantes *Garz. par. 5. de benefic. cap. 1. num. 189.* ac plura circa illius Praxim ibi tractat tamquam subordinata ad aliam regulam de reseruationibus, ideo enim requi-

quirantur supradicta in prouisione Iurispatronat. laicorum, quia ipsum non cadit sub regulis reseruatorijs; de quibus regulis ibi agit *Garz. & latius per Viuian. lib. 14. suæ Praxis cap. 1. num. 100. & cap. 2. num. 1.* Rationem verò, quare noluit Sũmus Pontifex includere hoc Iuspatron. sub regulis reseruatorijs, habetis in illa Romana Iurispatron. coram Sacrato relata à nobis *initio huius quartæ Quæstionis, & propriè num. 37.* ibi videatis.

110 Habetis igitur ex hac regula, quòd semper in prouisione talis Iurispatron. facienda sit illius expressio, aliquando tamen sine derogatione ipsius Iurispatron. & aliquando cum derogatione, vt patet ibi: *Etsi per ipsum Iuripatron. huiusmodi, &c.* non est necessaria derogatio, quando prouidetur per deuolutionem ad ipsum Summum Pontificem factam, vt in primo capite, ibi: *Quod tanto tempore, &c.* tunc enim sufficit exprimere, quòd sit deuoluta prouisio ad ipsum Summum Pontificem, vel quòd tempus patronis laicis concessum lapsum sit, vt patet in littera, & notat *Staphil. in suo tract. de litter. gratiæ, cũ de modo, & forma impetrandi, titulo de Iurispatron. præsentatione num. 5.* vbi *tit præcedenti*. Habetis alios casus, in quibus non est necessaria derogatio: Quomodo autem ab impetrante debeat probari deuolutio, habetis decis. in Ianuen. Abbatiæ 22. Iunij 1626. coram Buratto, quæ est 39. apud *Viuianum*, vbi reperietis etiam quando prouisio emanata motu proprio releuet ab onere, talem deuolutionem probandi.

111 In casu autem in quo est necessaria dicta derogatio, non sufficit qualisqualis, seu per verba æquipollentia, vt v. g. si dicatur, *etiam si ad præsentationem alicuius spectaret, vel ad cuiuscumque dispositionem, nominationẽ, &c.* vt latè per *Viuian. d. cap. 1. à num. 101. & lib. 14. cap. 1. num. 19. Paris. de resignatione beneficiorum lib 2. quæst. 4. num. 35. & sequ. Rice. 3. part. Praxis resolut. 148. & part. 1. decis. 219.* Vbi habes ampliat. & limit. Prosequitur *Nouar. in suis singul. conclus 75. Azor par. 2. lib. 6. cap 23. quæst. 2.* Vbi testatur de communi; & probant *Molfes. tract. 6. cap. 5. nu. 87. & seq Layman tract. 2. de benefic. cap 11.* Aliàs . . . lis prouisio tamqu . . . sol-

reptitia non valeret, cùm
112 numquam Papa præsumatur velle mutare naturam beneficij in præiudicium patronorum, vt dicitur in Lucana Iurispatron. 23. Martij 1620. coram Dunozetto, quæ apud *Viuian. est decis.* 29. Sed debet exprimi in derogatione, *non obstante quod sit de Iurepatron. laicorum*, & licèt in quibusdam derogationibus etiam soleat addi familia, vel familiæ, ad quam, vel quas spectet: tamen non est necessarium,
113 & sufficit si dicatur quòd sit de Iurepatron. laicorum, vel nobilium laicorum cum derogatione dicti Iurispatr. quatenus opus est pro illa vice, vt patet in Lucana supracit. sicut etiam quando esset Iuspatron. Ducum, aut Principum debet etiam hoc addi in derogatione, vt habetur in dicta regula, & post *Garz. loc. supracitat. & alios, notat Ricc part 2. Praxis resol. 403.* Vbi firmat, per Duces, & Comites intelligi, qui non recognoscunt superiorem. Item si fuerit Iuspatron. Regum, non sufficit si derogatio fit respectu Ducum, vel Comitum, sed debet exprimi, Regum, *Ricc part 3. Praxis*
114 *resol. 345. num. 2.* Prædicta autem derogatio generalis iuuat, quando non est necessaria derogatio, neque mentio Iurispatron. vt in casu deuolutionis, &c. Habetur per *Staph loc. supracit. tit. de Iuris præsentandi, & Iurispatron. differentia num. 5. in fine.* Stante tamē conuētione inter patronos de præsentando alternis vicibus iuxta *Clem. plures*, & nos diximus supra, quibus illic allegatis, adde *Roland. à Valle cons 80. num. 3. vol. 1.* Intellige siue per se ipsos, siue per laudū fit facta dicta conuentio, vt in Cracouien. Paroch. 22. Maij 1628. co-
115 ram Merlino, vbi fuit approbatum laudum, vt alternatiuè fieret præsentatio ab illis octo villis, scilicet quod quatuor villæ præsententent pro vna vice, & aliæ quatuor pro alia vice.
116 Vtrùm autem hoc procedat in diuisione passiua, scilicet vt alternis vicibus debeat fieri præsentatio de aliquo vnius familiæ. Videte *Viuian. in Append ad suam Praxim, Lambert lib. 2. par. 3. quæst. 5. art. 4. num. 10. & Rotam in Lunen. Sarzan. Iurispatron. 16. Decembris*
117 *1626. coram Durano.* Stāte ergo dicta diuisione derogatio præiudicat illi patrono, ad quem pro alia vice spectabat. *Viuian. libr 14.*

cap.

cap. 1. num. 137.

118 Quòd autem talis derogatio sit necessaria non solùm quando Iuspatron. est simpliciter laicale, sed etiam quando est mixtum, scilicet laicorum, & Ecclesiasticorum: pluries Rota declarauit, vt per *Garz part. 5. cap. 1. num. 582. Pariſ. de reſignatione Benefic. lib. 2. quæſt. 4. num. 49. Ricc. part 3. Praxis reſolut. 386.* Vbi refert decis. *Achill.* Vnde communiter docent DD. quòd Iuspatron. mixtum, & si quò ad tempus præsentationis iudicari debeat Ecclesiasticum, tamen quò ad derogationē iudicari semper debet vt laicale, *Caual. decis. 639. num. 4.* Intellige tamen quando vel pro maiori parte, vel saltem æqualiter compete-

119 ret laicis; quia si è contrario minorem partem vocum in præsentatione haberent laici, maiorem verò Ecclesiastici, iudicaretur etiam quò ad hunc effectum, tamquam Ecclesiasticum. *Viuian. lib. 14 ſua Praxis cap. 1. num. 110.* Quibus illic allegatis adde *Caualer. deciſ. 547. & 571.* Vbi in hoc casu, quo fundator ordinauit patronos, ipsius hæredes, & descendentes masculos pro vna voce, & Petrum nepotem ex fratre pro alia, & Rectorem Sanctiss. Natiuitatis, & Priorem Prædicatorum pro tertia. Rota tenuit ex tali dispositione nō probari, quòd Ecclesiastici habeant maiorem partem vocum, & *deciſ. 551.* laicos non habere maiorem partē; dixit eadem Rota, vbi Iuspatron. mixtum erat concessum duobus senioribus de familia illorum de Ceptis de Terra Viqueriæ, & Archipresbytero pro tempore Ecclesiæ S. Laurentij eiusdem terræ, & sic non debere regulari iuxta morem Iurisp. Ecclesiast. quod subiacet regulis reseruatorijs, *Caual. dec. 278. num. 3.* Quibus illic allegatis adde aliam decis. moderniorem in Anagnina benefic. 15. Martij 1627. coram Vbaldo, quæ est 83. *apud Viuianum* latè *Garz. loc. ſupracit. num. 615.*

120 Vbi dicit, quòd si inter laicos, & Ecclesiasticos sit facta conuentio de alternis vicibus præsentando in dicto Iurepatronatu mixto, quod fieri posse communiter DD. docent, in turno Ecclesiastico iudicari debet vt Ecclesiasticum, & ideo cadere sub reseruatione; & prosequitur *Viuian d. lib.*

121 *14 cap 1. num. 175.* Nota, quòd & si regulariter Iuspatronat. Ecclesiasticum subia-

ceat regulis reseruatorijs: fallit tamen vbi certis personis debetur nominatio; putà quia ab Ecclesiastico patrono debet præsentari consanguineus, vel proximus ipsius testatoris, vel de familia, vel cum tali qualitate, *Garz. d. part 5. de benefic. cap 1. num. 562.* & sic debet fieri derogatio, vt supponit Rota in Gerund. Benefic. 7. Martij 1630. coram Motmanno, quæ cantat, vt sequitur.

Domini inhærendo decisioni in hac causa factæ die 12. Februarij præteriti, hodie dixerunt intrare arbitrium ad effectum superfedendi tãtùm executionem litterarum Apostolicarum gratiosæ subrogationis.

Licet enim ex testamento fundatoris pro parte Stephani dato in hac disputatione constet Iuspatronat. vti relictum Sacristæ effectum fuisse Ecclesiasticum cap. 1. de Iurepatron. in 6. Paris. cons. 35. num 21. lib 4. ac propterea beneficium, de quo agitur sub regula reseruatoria mensium esse comprehensum, Felin. in tract quand. litter. Apost. nec patr. lim. 3. num. 11. Gonz. ad d. reg glos. 18. num. 6. Cassad. decis. 4. sub num. 1. cum seq. de Iurepatr. Seraph. decis. 1420. num. 1. Rot. decis. 541. num. 4. par. 2 in recent. & apud Gregor. XV. S. M. decis. 48. num. 4. Attamen quia ex allegatis in supradicta huius causæ decisione constat huiusmodi beneficium esse certo generi personarum debitum, quo casu ita Põtifex de reseruatis prouidet personis de genere; sicuti Ordinarius in alijs mensibus tenetur instituere eas dè personas per patronum præsentatas glos. magna in cap. cum in Ecclesia tua in fin de præben. in 6. Rota decis 180. num. 5. part. 2. in recent. & coram Gregor. XV. S. M. decis. 240. num. 19. & ibi adden. num. 22. Ideò visum fuit prouisionem Papæ redditam esse turbidam propter defectũ illius voluntatis, dum prouidet de beneficio tamquam liberæ collationis, vnde non apparet derogasse Iuri patron. cui propterea non censetur voluisse præiudicare cap. alleg. 96. per tot. & ibi add. in littera M. Staphil. de mod. & form. impetr in cap. de Iurispatronat. prærogat. num. 8. cum seqq.

Non obstat, quòd sententia Ordinarij Gerunden. quæ probat huiusmodi qualitatẽ, fuerit reuocata per aliam sententiam Metropolitani, & ideo videatur cessare fundamentum decisionis, quod firmat

mat huius beneficij vltimum statum, quia idem Metropolitanus dum in sententia reddit rationem suæ reseruationis sub his verbis: Quòd quãuis constet Guglielmum tunc fuisse presentatum ad dictum beneficium, non tamen constat ipsum esse de genere, & parentela fundatoris, eo saltem modo, quo constare debet, vtique per hanc quoque sententiam probatur beneficium esse debitum personis de genere fundatoris, adeo vt potius appareat dictam sententiam Ordinarij per eumdem Metropolitanum fuisse confirmatam, Rota decis. 22. de appell. in antiq. Felin. in cap. cùm inter num. 13. vers. & adde de re iudic. atque ita vtraque parte informante, conclusum fuit supersedendo donec particulariter discussum fuerit, An Ioannes sit de genere, &c.

122 Idem habetis apud *Caualerium decis. 278.* Vbi reperietis aliam limitationem, scilicet vbi beneficium esset electiuum, putà quia electio esset facienda per Capitulũ Cathedralis vel Collegiatæ. Addit *Garzia supra num. 557.* tertiam limitationem, nempè in Hispania præcipuè pro Regnis castella quia ibi etiam Iuspatronat. Ecclesiasticum non subiacet regulis reseruatorijs; imò neque ibi sicut etiam in Gallia admittuntur derogationes *Parisius de resignatione beneficiorum libr. 2. quæst. 3 num. 43.*

123 Quando etiam dictum fuit supra, Iuspatron. laicale vel mixtum non subiacere reseruationi, & indigere derogatione, in eius impetratione, vt ibid. fuit explicatum. Intellige non solùm de reseruatione respectu *Regulæ Octaua*, ideſt quando vltimus Cappellanus mortuus est in mense reseruato Summo Pontifici, in quibus terminis loquitur decisio relata supra quæst. 3. nu. 41. Mutinensis Plebis, seu Iurispatronat. quę apud *Vivianum* est decis. *87.* cui adstipulatur Rota apud *Caualerium* decis. *639.* num. 4. Sed etiam de reseruatione

124 in corpore Iuris clausa. Vnde etiam quando similis Capellania prouidetur per resignationem, vel renunciationem in manibus Summi Pontificis debet fieri derogatio, vt latè per *Parisium lib. 2. de resignatione beneficiorum quæst. 4 per totum, & præcipuè num. 31. Garziam dicta parte 5. cap. 1. num. 591.* Vbi refert ad hoc decisionem Rotæ, sed adde aliam decisionem mo-

derniorem in Lucana Canonicatus 14. Maij 1590. corã Bubalo, quæ apud *Viuian.* est decis. 35. vbi etiam habes, quòd si Iuspatron. est laicale, debet fieri derogatio illius in specie, nec sufficit si derogetur Iuripatron. mixto, vt præsupponitur in alia Lucana Iurispatron. 23. Martij 1620. coram Dunozetto, quæ inter recoll. à *Viuiano est decis. 29.* Vbi ideo concludit, tales resignationes non posse deseruire pro mutatione status Iurispatronat. imò illud præseruare, quod confirmatur per Rotam in alia decis. subsequ apud eumdem *Viuianum*, sicut etiam idem debet seruari si reseruatio sit ratione personæ, quia is, qui vltimò illam possidebat erat familiaris Cardinalis, Prothonotarius, &c. In quibus terminis loquitur Rota apud *Caualer decis. 551.*

125 Idem est dicendum si vacaret per obitum in Curia, quia neque per hoc Capell. de Iurepatronat. esset reseruata, & si prouideretur de ea per Summum Pontificem deberet fieri derogatio Iurispatronat. *Garz. d. cap. 1. num. 571. ad finem.* Est tamen verum, quòd in his casibus solet Papa derogare in totum, scilicet vbi Iuspatronat. est mixtum, vel vacauit apud sedem, nempè si fiat resignatio ex causa permutationis, Rota in Burgi S. Sepulchri Beneficij 15. Iulij 1632. coram Merlino, referenda in fine Operis; vel in Curia, quia mortuus est Capellanus in Vrbe, solùm faciendo mentionem Iurispatron. vt latè per *Garz. d. part. 5. cap. 1. num. 171. & deinceps Rebuff. & Couarr. quos sequitur Azor part. 2. Suar. institut. moral. lib. 6. cap 22. quæst. 7. Staph. Mãdos. Gomes, & alij, quos refert, & probat Viuian. in sua Praxi lib. 5. cap. 5. num. 158. & lib. 14. cap. 2. num 8. & nouiss Ricc. part. 3. Praxis resolut. 149.* Vbi habes alios casus, in quibus derogatur in totum ipsi Iuripatron. laicali, quia id certum est de Ecclesiastico, imò etiam de mixto, vt per *Caual. dec. 517 in principio*, nempè quando competit Iuspatron. non ex fundatione, constructione, vel dotatione, sed ex priuilegio, vel præscriptione, quando ipsum Iuspatr. est litigiosum, vel confertur vni ex patronis, vel datur retentio in fauorem prouisi ad Episcopatum. Et de casu Iurispatron. litigiosi agit latè idem *Ricc 1. part. Praxis resol. 345.* de alijs *Staph.*

de

de litt. gratia, cùm de modo, & forma impetrandi dub. 4. de Iuris præsentandi, & Iurispatron. differentia, Parisius de resignatione beneficiorum libr. 2. quæst. 4. à num. 45.

126 Vbi tamen est simpliciter laicale, tantùm Summus Pontifex solet vt plurimum derogare pro medietate vocum, &, etiam aliquando pro duobus tertijs, vt per *Staph. loc. supracit. Parisium supra à num. 53.* cum clausula (pro hac vice.) Sic per *Rebuff. in sua Praxi benefic. in 3. part. signaturæ verf. nec non Iurepatr. num. 21. & 31.* Vbi quòd in Gallia neque isto modo recipitur, ficut *Couarr. pract. quæst. cap. 36. num. 45.* testatur de Hispania. His præmissis quò ad rem nostram

127 est certum, quòd licèt litteræ Apostolicæ propter sui reuerentiam habeant exequutionem paratam, *Glos. in cap. si capitulo, in verb. exequatur de conces. præbenda in 6. Rota decis. 332. num. 1. & decis 755. num. 1. par. 1. recent.* hoc tamen procedit, quando sunt iustificatæ. *Cæsar de Grassis decis. 12. num. 1. & 2. de probat.* Ea ratione, quia tacitam censetur habere conditionem, si preces veritati nitantur. *l. fin. in princ. C. de diuersis rescriptis. Felin. in cap fin. num. 29. circa finem de præsumpt.* Et propterea omnis narratiua ante omnia est iustificanda. *Rot. decis. 20. de præbend. in nouis, & fuit dictum in Gerund. Paroch. 14. Ianuarij 1628.* Hæc sunt verba formalia decis. nouiss. in vna Basilien. Canonic. 17. Martij 1631. coram Dunozetto, quam habetis in fine Operis; & in Romana Beneficiatus S. Laurentij 22 Maij 1623. coram Coccino habetur ista alia verba. *Cessat omnis difficultas, quia Nicolaus Antonius non iustificauit suam gratiam, & propterea non potest iuuare ex aliqua vacatione, quia gratia non iustificata non meretur nomen gratiæ, Ancharan. cons. 34. in principio.* Om-

128 nia autem iustificanda, seu quæ solent narrari sunt ista; Possessio eius, ex cuius persona successit vacatio, clericatus, valor narratus, præsentatio à medietate, vel tertia parte patronorum existentium in quasi possess. præsentandi, seu Iuspatron. vt patet in nouiss. decis. Motulen. Iurispatron. 18. Februarij 1630. coram Mormanno, vbi casus versabatur inter prouisum vt supra, & Capitulũ Cathedralis, quod præ-

prætendebat vnionem dicti beneficij Iuriſpatronat. ibi: *Iuſtificatur autem poſſeſſio d. Ioannis, ex cuius perſona ſucceſſit præſens vacatio vſq; ad tempus contracti matrimonij, per teſtes datos in ſum. num. 16. deponentes de perceptione fructuum illius beneficij. Grauett. conſ. 107. num. 2. verſ. ſecundò quia, Gregor. XV. S.M. deciſ. 160. num. 2. Item de Clericatu cõſtat in litteris patentibus Ordinarij. Felin. in cap. poſt ceſſionem ſub num. 3. verſ. in gloſſ. 1. & num. 11. d. Probat. Puteus deciſ. 140. num. 5. cum ſeq lib. 2. in nou. Rota deciſ. 321. num. 5. part. 1. in recent.*

Præterea valor narratus per nõ exceſſum probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama. Rot. apud Seraph. deciſ. 962. num 2. & deciſ. 1229. num. 1. & in recent. deciſ. 736. num. 2. in fine part. ſecunda. Inſuper de præſentatione Donati appareret ex fide Vicarij Motulen. data in Summario num. 17. Denique Iuriſpatron. exiſtentia ante annum 1580. quo tẽpore Capitulum prætendit vnionem ad ſui fauorẽ emanaſſe, probatur tam ex duabus enunciatiuis antiquiſſimis, quarum vna eſt de anno 1394. altera verò de anno 1560. Ferrett. conſ 293 num. 6. lib. 2 Rota deciſ. 684. num. 1. par. 1. Diuerſorum, & in recent. deciſ. 360. num 3. cum ſeq par. 2. & ex longa patronorum poſſeſſione, Rota in recent. d. deciſ. 360. num. 6. par. 2. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 74 num. 2. quàm etiam, quia in ipſomet inſtrumento vnionis ad preces Capituli emanata, &c.

129 Quando etiam narratum fuit in reſignatione, beneficium eſſe de Iurepatron. & obtenta derogatione, vt ſupra, debet impetrans probare tale beneficium reſignatum eſſe de Iurepatron. alias impetratio erit nulla. *Pariſius lib 2. de reſignatione beneficiorum quæſt. 4. in fine.* Quòd autem idem ſit probare hoc caſu Iuſpatron. & eum, vel eos, qui præſentauerunt eſſe patronos, ſeu in quaſi poſſeſſione præſentandi, patet in Maceraten. Iuriſpatron. 1. Iulij 1626. coram Coccino, quæ eſt 24. apud *Viuian.* in principio, ibi: *Nam gratia Valentini non poterat canonizari, cùm non fuerit iuſtificata, pro vt de Iure requiritur, Verall. deciſ. 27. num. 3. part. 1. Primò quò ad Iuſpatronat. cùm non conſtet Iulium, qui illum præſentauit, eſſe patronum, &c. Secundò principaliter*

liter gratia non fuit iustificata in eo, quod narrauit Va-
131 *lentinus, quòd esset præsentatus à medietate patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, quæ possessio non iustificatur, pro vt debuit iustificari, vt in punctlo fuit resolutum in causa Asculana Iurispatron. 18. Martij 1616. coram b. m. Sacrato, & ita concluſum, &c.* Et clariùs in Benevent. Iurispatron. 26. Iunij 1628. coram Donozetto, ibi: *Non obstat quòd Maximilianus obtinuerit prouisionem Apostolicam, seu derogationem medietatis vocum, quia non*
132 *iustificatur, quòd fuerit præsentatus à medietate patronorum, cùm fuerit solus præsentatus à Gabriele vno ex compatronis, & sic à tertia parte, non autem à medietate. Præterea narratiua illa, quòd fuerit præsentatus à medietate patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, in casu, de quo agitur non potest iustificari, cùm dicti Ioannes Petrus, & Angelella semper præsentauerint. Lambert. de Iurepatr. part. 1. lib. 2. quæst. 3. num. 8. Rota decis. 167. nu. 7. part 2 diuersorum, & fuit dictum in Forlinien. Capell. 26. Martij 1615. coram b. m. Buratto.*

133 Adde quòd si narratur, esse de Iurepatron. alicuius familiæ, etiam hoc debet probari, vt patet in Lunen. Sarzan. 31. Maij 1627. coram Durano, quæ apud *Viuian. est decis. 110.* ibi: *Non obstat gratia Apostolica Lancellotti, quia ipse quò ad tria non iustificauit suam gratiam vti debuit: nam in primis narrauit, quòd hoc Iuspatron. est familiæ de Cattaneis ex fundatione, & dotatione, quod ideo debuit iustificari. Rota decis. 531. num. 1. part. 1. diuers. & præser-*
134 *tim stante clausula ibi, Verificato dicto Iurepatr. quod ex fundatione, & dotatione dictæ familiæ de Cattaneis existente, quæ facit gratiam conditionalem. arg. tex. in l. Lucius 83. ff. de condit. & demonstrat. quæ propterea requirit præcisam, & concludentem probationem. Alex. conſ 59. num. 8. lib. 2. Ruin. conſ 68. num 14 lib. 1. Marta de clausulis part. 1. clauſ. 190. Rot. decis. 573. num. 1. & 701. num. 5. par. 1. recent. quòd tantùm abest, quòd Lancellottus probauerit, quod imò est improbabile, quia vt supra monstratum est, hoc Iuspatron est familiæ de Figasecchis ex fundatione, & dotatione. Præterea Lancell. narrauit, quòd ipse fuit præsenta-*

sentatus à patronis existentibus in quasi possessione præsentandi, quod non est verum, quia quamuis illi de Cattaneis quandoque præsentauerint, tamen eorum possessio non fuit translata in eorum filios, & successores, qui Lancellottum præsentauerunt sine noua apprehensione, idest sine nouo actu, & exercitio iuris præsentandi, &c.

135 Nota etiam quòd quando Iuspatronat. Ecclesiasticum, vel mixtum, vt supra impetratur ratione reseruationis, quia vacauit in tempore, vel in loco, vel ob obitum personæ, vt ius rationi sit reseruatum, & hoc fuit expressum, debet etiam hoc iustificari, de quare Caualer. decis. 517. Nam Narratiua reseruationis dispositiuè facta operatur vt gratia, & eius clausulæ restringuntur ad reseruationē; vt in illa Iacens. Vicariæ 29. Ianuarij 1616. coram Buratto, quæ est 20. apud Viuianum.

Tandem quia solet opponi in dictis prouisionibus clausula illa (dummodo tēpore datæ præsentium non fit alteri ius quæsitum) hic tractare debemus, quando censeatur per præsentationem ab alijs patronis factā ius alteri quæsitum ad hunc effectum, quia quò ad alium incedendi in habitu, & tonsura, dicetur infra *Praxi 6. in princip.* vbi alias decis. transcribemus, quæ etiam
136 fauent huic materiæ, circa quam rem, est certum quod ad hoc vt præsentatio possit alicui ius dare, est necesse, vt constet quòd fuerit facta à patronis, vt in Leodin. benefic. 10 Nouembris 1628. coram D. Vbaldo iuniore; quam habetis in fine Operis, ibi: *Nec obstat, quòd Iohannes aduersarius fuerit præsentatus à Māburnis, vigore cuius præsentationis acquisierit ius, & sic litteræ Apostolicæ exequi non possint. stante clausula (dummodo tempore datæ non sit alteri ius quæsitum.) Placuit enim Dominis responsio, quòd cùm non constet de aliquo Iurepatronat. Mamburnorum, nec respectu proprietatis, nec possessionis, huiusmodi præsentatio non est aliquo modo attendenda, cùm præsentationes sint fructus, & effectus Iurispatr. Rocc. de Iurepatron in verb. ius num 8. Lābert. eod. tract. par. 1. libri secundi, quæst. 1. art. 2. num. 2. & fuit dictum in Barchinon. Capell. 21. Iunij 1624. coram b. m. D meo Vbaldo, &c.*

137 Dicitur habere ius acquisitum

situm in terminis vbi plures præsentant, & plures sunt præsentati, quando quis est præsentatus à maiori parte, vt habetur in Floren. de Lamphigliaz. 14. Maij 1629. coram Durano referenda in fine Operis, ibi: *Pro vt etiam gratia Apostolica eidem, vt prætendebatur facta, fuit subreptitia, stante clausula, dummodo non sit alteri ius, &c. quod hic fuisse Mario quæsitum, est indubitatum ex præsentatione à maiori parte. Card. Seraphin. decis. 1238. Rota decis. 326. num. 3. par. 2. recent. nec non stante narratiua præsentationis à medietate. Rota decis. 568. num. 1. & decis. 625. num. 2. par. 27. recent. &c.* Aliàs si plures præsentati habeant pares voces, nullus habet ius acquisitum, vt in Regien. Capell. apud Caualer. decis. 177. ibi: *Difficultas videbatur esse in clausula (dummodo tempore data præsentium non sit alteri ius quæsitum) apposita in dicta gratia Iulij, qua data est sub die 27. Ianuarij 1615. & tamen die 22. eiusdem mensis, & anni fuerat ad hoc beneficium præsentatus à Priore Collegij notariorum vno ex patronis laicis, Octauius Homicciolus, & à Priore Antianorum similiter patrono fuerat præsentatus alter Octauius Pancirolus, quibus præsentatis* 138 *videbatur ius quæsitum ex præsentatione; vt aliàs sentyt Rot. in Terason. eleamosinarig 28. Ianuarij 1602. coram Illustriss. Lancell. sed responsum fuit prædicta procedere quando præsentatio est talis, vt ex illa præsentatus veniat necessariò instituendus vt fuit dictum in Bergomen. Capell. 23. Martij 1628. coram Buratto.* Quæ est 19. apud Viuianum, vbi habes infrascripta verba: *Neque aduersatur clausula (dummodo, &c.) in litteris subrogationis, iuxta stilum apposita, qua solet præseruare ius quæsitum etiam ex sola præsentatione, Rota decis. 17. de prabend. in nouis, Felin. in cap. in nostra num. 25 in 28. coroll. de reseriptis, Cresc. decis. 7. num. 3. de Iurepatr. quia hoc intelligitur, quando præsentatio est talis, vt ex ea quis veniat necessariò instituendus, Paulus de Cittadinis. de Iurepatron. 6. part. in prine. num. 11. Mohed decis. 1. de prabend. fuit dictum in Mediolan. Capellania 27. Martij 1602. coram Corduba, qualis non erat præsentatio Pauli, qui non habebat maiorem partem patronorum & cui nec ex dicta prouisio-*

ne cum derogatione medietatis erat ius quæsitum ex prædictis.

139 Quòd tale ius sit ad rem præter allegata per *Ricc. par. 1. Praxis decis. 195. Viuian. libr. 5. cap. 1. sub num. 4. & ante eos per Paulum de Gittadinis in tractat. de Iurepatr. part. 6. art. 1. & 2.* Habetur in Floren. Capell. 21. Maij 1618 quæ est 64. apud *Viuian.* ibi: *Secundò fuit dictum, quòd & si ex præsentatione acquiratur ius ad rem cap. dilectus vbi glosa in verbo plus, Innoc. & Abb. num. 3. de officio Legati, Rot. decis. 8. de Iurepatr. in nouis tamen illud ius non debet esse variabile, sed firmũ, & radicatum, ita vt trahat secum indubitatam collationem, puta si non habeat compræsentatos, vel si lata fuerit Canonizatoria super validitate præsentationis, &c. tale ius non habet Gratia, & si præsentatus à patronis, quia adhuc nõ est detectũ, an à maiori parte quia minor non dat ius, nec aqualis sufficit, cum sit locus gratificationi, Lambert. de Iurepatronat. lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 1. num. 1. si verò à maiori, & super hoc extat lis mota per aduersariũ intra quindecim dies, quæ impedit perfectã iuris acquisitionem.*

140 Item quod ex tali iure ad rem acquisitõ per præsentationem, quando est talis, vt veniat instituendus, etiam ante institutionem dicatur quis legitimus contradictor ad impediendam exequutionem gratię in forma dignum, in qua sit dicta clausula (dũmodo, &c) habetur in supracit. Terason. & notat *Viuian. supracit. lib. 5.*

141 *cap. 2. num. 47.* An autem talis vt supra præsentatus habens tantum ius ad rem, cui mouetur lis, possit aliquid soluere, vt à lite discedat, absque vitio simoniæ, videtur negare *Ricc. part. 1. Praxis decis. 226.* vbi ad hoc requirit, iuxta *tex. cap. Matteus de simonia*; quòd non solum sit institutus, & sic habeat ius in re, sed etiam habeat possessionem, vel saltem ab Ordinario fuerit impeditus possessionem acci-

142 pere vim inferendo. Cum autem litteræ sunt in omnibus iustificatæ *de iure merentur exequutionem paratã. l. fin. C. de edicto D. Adriani tollendo; quam exequutionem non potest impedire arbitrium, scilicet quando causa fuisset commissa cum clausula (parito litteris arbitrio Rotæ) ex quo arbitrium vt operetur aliquem effectum, debet à iure regulari. l. fin. §. sed & si, C. communia de*

de legatis. Pariſ conſ. 56. nu. 5. lib. 1. Rota deciſ. 348. num. 4. part. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 1017. Hæc ſunt verba Rotæ in Motulen. Iuriſpatron. 18. Februarij 1620. coram Motmanno, quam habetis in fine Operis.

143 Quando agitur de immiſſione vigore gratiæ obtemptæ vt ſupra cũ derogatione medietatis vocum, An iudiciũ quaſi poſſeſſionis præſentandi ſit agitandum vt cauſa poſſeſſorij, vel petitorij, habetur in Piſtorienſ. Paroch. 25. Iunij 1621. coram Pirouano, quæ eſt deciſ. 80. apud *Viuianum*, ibi: *Præterea neque etiam obſtat alia conſequentia, paſſus eſt diſcuti in prima inſtantia ſuper qualitate, & proprietate Iuriſpatron. ergo eſt expectanda determinatio per cõformes, quia regulare eſt, quòd in quacumque parte iudicij poteſt intentari poſſeſſorium, reiecto vel ſuſpenſo petitorio, cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, & fuit firmatum in Aſtoricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram b. m. Card. Lancellotto iuniore, & in Burgen. Canonicat. 3. Martij 1607. coram Sanctiſſ. quòd cùm in præſenti factum fuerit, dum cauſa ad Rotam per appellationem Sozzifantij à ſentent. Feſulani, Cancellarius petijt, & obtinuit, ſuſpendi petitorium, non videtur excludendus ab Ordinario remedio adipiſcenda, ſecundùm terminos, l. fin. C. de edicto D. Adriani tollendo, cum quibus ſe conformat in iſta materia exequutionis litterarũ Apoſtolicarum, Abb in cap. conſtitutus il 2. num. 15. de Appellat. Caſſadorus deciſ. 4. num. 3. vt lite pendente, & ita, &c.*

De ſubrogatione gratioſa obtempta pro Capellania de Iurepatronatu.

144 *Subrogatio gratioſa quando fieri ſoleat in beneficijs, & qua debeat iuſtificare illam impetrans, num. ſeq. & num. 150. & 153. dicta iuſtificatio coram quo debeat fieri, n. 154.*

146 *Poſſeſſio beneficij ſemel adepta, præſumitur vſque ad mortem continuaſſe.*

147 *Litigioſum quando dicatur beneficium, ad hoc vt intret gratioſa ſubrogatio, & num 149. & 155.*

148 *Clauſula (quam. & quas) in commiſſione quid operetur, & quid de clauſu-*

cum incidentibus, num. 150.

151 Clausula (dummodo tempore datę præsentium non sit alteri ius quæsitum) quid operetur in gratiosa subrogatione.

152 Immissionis articulus negat articulum institutionis.

157 Clausula (sine præiudicio vlterioris exequutionis litterarum) quid operetur.

158 Litis narratæ ad iustificationem, in subrogatione gratiosa an sufficiat probare commissionem causæ.

159 Clausula, de, & super præmissis in commissione posita, & alia, rebusque alijs, item alia, vna cum toto negotio.

160 Lis si non sit super titulo, sed super irrationabilitate iudicij Episcopi, an sufficiat pro subsistenda gratiosa subrogatione.

161 Arbitrium Rotæ non intrat pro retardatione Breuis de capienda possessione nomine Camerę.

162 Vacatio de mense reseruato per subrogationē gratiosam consumitur.

163 Gratiæ iustificatio, quando præsumatur ex exequutione illius.

164 Papa sufficit si disponat contra Concil. Tridentinum est necesse, vt illi deroget.

166 Subrogatio gratiosa an possit obtineri per obitum tantum præsentati.

167 Subrogatio in locum resignantis, quando reddatur turbida ob fumum Iurispatronat. & num. 170.

168 Cōtradictor legitimus quis nam sit ad impediendam subrogationem gratiosam & num. sequenti.

144 COntingere etiam solet, quòd beneficium, seu Capellania prædicta de Iurepatron. sit litigiosa inter plures illam prętendentes, quo casu mortuo vno ex collitigantibus impetrari consueuit per viā gratiosæ subrogationis. De qua materia agit *Staph. cum de signatura litterarum iustitiæ in vltimo Notabili fol. mihi* 303. vbi quærit, An subrogatus teneatur iustificare ius illius, in cuius locum subrogatus est. Circa quam materiam, præter decis. 80. & 87. apud Vivian. valde notabiles sunt decis. infra referendæ.

Prima est Piscien. benef. 14. Martij 1629. coram Verospio his verbis: *Post obitum*

tum Nicolai de Cecchis (qui præsentatus ad patronatum de quo agitur ab Hospitalario S. Mariæ Nouæ Florentiæ, eius etiam possessionem in vim mandati Apostolici cũ derogatione medietatis vocum quæsiuerat) Hoc idem beneficium tamquam litigiosum impetrauit D. Abbas Federicus Capponius, & expeditis litteris ad partes gratiosę subrogationis, petebat immissionem in ius, & possessionem ipsius defuncti. Quare proposito hodie coram me dubio. Responderunt Domini, illam denegari non posse, cùm propter reseruationem, ex ipsa lite inductam in hac gratia, quæ in authoris etiam possessionem subrogatam subsi-
145 tuit, satis sit ea dumtaxat probare, quæ eiusdem authoris possessionem respiciunt. Rota in nou. decis. 5. vt lite pend. Rota in Miranden. Paroch. 16. Martij 1600. coram Penia. Et nouissimè in Argentina Præpositura 1. Iulij 1626. coram R. P. D. meo Virili.

Et quidem obitus, & possessio Nicolai authoris Domini Abbatis in controuersiam non reuocabantur; sic etiam nec Clericatus eiusdẽ D. Abbatis, cùm Clericatus ex litteris patentibus Ordinarij cõtrouerti non posset. cap. 1. de Cler. Peregr. Gramm. decis. 81. Rot. decis. 715. num. 3. par. 1. recent. obitum ipsemet Cæsar fuerit confessus. l. cum precum C. de liber. caus. cap. per suas de probat. Aym. cons. 201. num. 6. possessionem verò defuncti probat publicum instrumentum, ex quo dum
146 constabat ipsum, possessionẽ beneficij semel fuisse adeptum præsumebatur, non probato contrario, etiam eamdem vsque ad mortem continuasse. l. siue possidetis C. de probat. Afflict. decis. 344. num 2. & 3. Rot. decis. 321. num. 4. par. 1. recent. & in dicta Argent. Præpos. 1. Iulij 1626. coram R. P. D. meo Virili.

Facilius poterat de lite du-
147 bitari, cùm ex eius pendentia coram exequutore litterarum Apostolicarum, beneficium non fuerit effectum litigiosum; sicut non efficitur in possessione adipiscendæ, vel quando petitur non vt suum, sed vt debitum. Clem. 1. & ibi glos. in verb. collato. Imol. num. 19. Vitalin. num. 47. vt lit. penden. Cassad. decis. 4. eod. tit. Rota in Romana Capella 3. Aprilis 1620. coram Reuerendiss. D meo Decano, & in Illerden. Præceptoria 5. Martij 1627. coram b. m. Manzanedo. Verùm cùm post collationem factam Nicolao ab Ordinario, fuerit per Cæsarem

sarem interposita appellatio, & commissa causa in Rota tam appellationis, quàm notoria iniustitiæ, & restitu-
148 tionis in integrum cũ clausula (quam & quas &c.) Et omnibus incidentibus, intrabat decis. Cassad. 9. de caus. possess. & propriet. vt censeretur deductum etiam in lite petitorum. Mandos. ad regul. de subrogan. quæst. 14. num. 7. Rot. in recent. decis. 342. nu. 2. par. 1. in Caputaquen. Abbatiæ 25. Maÿ 1600 coram b. m. Archiepiscopo Seleucien. & Barchinon. Parochial. de Mataro 20. Iunÿ 1621. coram b. m. Card. Sacrato, & in Tuder. Paroch. 26. Ianuarÿ 1615. coram Eminentiss. D. meo Card. Ve-
149 rospio; indeque beneficium contraxerit vitium litigiosi, postquam lis non erat amplius super possessione, sed super iure reali, hoc est collatione iam facta. Bald. in Auth. litigiosa C de litigios. explicata doctrina Innocen. in cap. cum M. Ferrarien. num. 20. 23. & 24 Rot. coram Ludouis. decis. 335. num. 10. Rot. in Illerden. Præcep. 2. Februarÿ 1628. coram D. meo Dunozetto. Imò ex quo lis coram exequutore versabatur inter ipsos præsentatos, satis hoc casu cẽsebatur, quòd actio & lis esset in rem, & super ipso titulo, quo eum vterque contendebat, dici non poterat proposita sola actio personalis. Card. Seraph. decis. 99. num. 4 Rot. decis. 306. part. 1. recent. & in d. Illerden. Præceptoriæ 7. Februarÿ 1628. coram D. meo Dunozetto. Et in Florentin. Paroch. 29. Ianuarÿ 1629. coram R. P. D. meo Virili. statutt. sicut pendente lite inter electos, beneficium fit litigiosum, nec alteri conferri potest. cap. 1. vt lit. pend. lib. 6. ead. ratione inter præsentatos reseruatio ex lite inducatur, cum & in præsentatione sibi locum vindicet dispositio eiusdem cap. 1. vt lit pend. Lapus allegat. 22. num. 3. Calder. cons. 1. vt lit. pend. Sarnen. in reg. de subrogat. quæst. 13. Rot. dec. 336. n. 17 par. 2. recent & in eadem Florent. Paroch. 29. Ianuarÿ 1629. coram D. meo Virili.

150 Atque ita iam probata lite, vt fundamentum reseruationis, & possessionis, & obitu authoris, vt locus esset subrogationi, nihil præterea D. Abbas iustificare tenebatur; nec cogebatur ius sui authoris deducere, dum non peteret exequutionem litterarum suæ prouisionis, vt omnino hanc iustificationem coram exequutore requirerent, sed agerent ad immissionem

ex

ex litteris expeditis ad partes, & diuersis principalibus: illæ enim cùm nemini dirigantur, & nedum in ius, sed & in possessionem defuncti subrogatum substituant; sicut non habebant Iudicem, cuius ministerio opus sit. Cassad. decis. 1. vt lit. pend Rot. in Burgen. de Pancoruo 28. Nouembris 1588. coram Gypsio. Lancell. de attent. lit. pend. in præf. num. 156. Gonzal. §. 7. proœmial. num. 212. & 214. ita ratione ciuilis possessionis cõtinuata ipso iure, & Principis authoritate, neque habet contradictorem. Mobed. decis. 11. vt lit. penden. Rot. decis. 15 eod. tit. in nou. Paleot. decis. 103. & 119. Rota in Parmen. Prioratus 23 Iunij 1589. coram Card Mantica decis. 71. num. 6 & vel possessio est vacans, & non potest eidem D. Abbati immissio impediri, qui in locum sui authoris constitutus succedit potius, & continuat in illius possessione, quàm vt nouam quasijsse videatur. Beros. cons. 13 num. 14 lib. 1. Lancell. de attent. lit. penden. part. 2. cap. 4 num. 340. Gonzal. ad reg. 8. §. 3. proœmiali Paleot. d. decis. 119 Gregor. decis. 258 num. 1. & decis. 307. num. 4. Aut verò possessio fuit post mortem collitigantis occupata, & debet tamquam attentata reuocari, & ad ipsius D. Abbatis instantiam, ex cuius persona lis durat, & in quem omnia iura sui authoris transierunt. Lancell. de attent. lit. pend. in præf. num. 156. & num. 301. Cassad decis. 1. vt lit. pend. Rota decis. 10. eod. tit. in nou. vt omninò dicatur etiã hæc gratia plures in se continere; dum ex ea succeditur in iure, & possessione defuncti, & ad effectum reseruationis producitur lis in persona subrogati. Bellam decis. 115. num. 3. Card. Seraphin. decis. 596. num. 2.

151 Non etiam D. Abbati impediri poterat effectus gratiæ, & immissio in vim huius subrogationis, ex clausula (dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui ius quæsitum) cùm enim illa sit in litteris super prouisione, nihil adijcit, aut detrahit alijs litteris expeditis ad partes, ex quibus dum vt dixi vberiori gratia succeditur in possessionem defuncti propter reseruationem ex ipsa lite inductam, non potest cõsiderari alicuius præiudicium respectu possessionis; quæ transit in successorem cũ omni vitio, vt præter alleg. decis. Burgen in Pancoruo, & Miranden. Paroch. plures cumulant Addent. ad decis.

Ludo-

Ludouis. decis. 251. num. 15. Quia cum eadem clausula, nec impediat, vel suspendat exequutionem gratiæ, sed solum tueatur iura alterius partis, ita vt solùm illis deductis, gratia non consistat, non debet ab impetrante iustificari, Achill. decis. 18. num. 2. in fin de probat. Rot. coram Ludouis. decis. 350. num. 2. præter alias, quas ibi congerunt Addent. & Modern. de clausul. part. 1. clauf. 35.

Et ex his cùm D. Abbati immissio denegari non posset; Dixerunt Domini, non opus esse, vt quæreretur, an Cæsari concedenda esset institutio, super qua etiam partes 152 *informabãt, cùm articulus immissionis ex dictis iam firmatus profligaret quæst. institutionis, quæ vt respiciẽs petitorij morari immissionem nõ poterat. Put. decis. 495. lib 2. & decis. 7. de caus. possess. & propriet. Imò dum titulus, quem Cæsar exhibebat non etiam is visus fuerit, qui tãquam omninò certus, tollere potuerit præsentationem factam ab Hospitalario compatrono de persona Nicolai, & eiusdem prouisionem Apostolicam cum derogatione medietatis vocum, nec etiam excludere poterat immissionẽ D. Abbati debitam, Bartol. in l. fin. num. 20. & seq. Tacard. num. 346. C. de edict. Diu. Adriani tollend. Puteus decis. 253. lib. 1. Mantic. decis. 77. num. 7. Rot. decis. 197. part. 2. recent. & in Pisien. benefic. 21. Iunij 1628. coram D. meo Merlino. Et ita vtraque, &c.*

Secunda est Pisana benefic. 27. Iunij eiusdem anni 1629. coram Merlino, huius tenoris: *Cùm ad beneficium, de quo agitur, fuissent à patronis præsentati D. Franciscus Rosserminus, & Petrus Roncionus, qui Apostolicam prouisionem obtinuit cum derogatione Iurispatron. pro medietate, & fuit per exequutores in possessionem immissus, idemque Roncionus, cùm postea decessisset per eius obitum, D. Bãdrinus Ceulus subrogationẽ gratiosam, quò ad illius ius, & possessionem obtinuit, & deinde in vim decreti, & mandati exequutorum in litteris datorum, fuit in realem, & actualem possessionem immissus. Vnde interposita appellatione pro parte D. Franciſci, & causa mihi commissa, Dubitaui an decretum dictorum exequutorum cum omnibus inde sequutis esset reuocandum. Et DD. responderunt negatiuè, quoniam cum D. Bandrinus subroga-*

tionem

tionem gratiosam, vt supra
153 obtinuerit, & doceat de clericatu, lite, & obitu dicti Petri collitigantis, meritò fuit illi concessa immissio. Mohed. decis. 9. & 11. vt lit. penden. Put. decis. 214. lib. 1. & decis. 495. Rot. in recent. decis. 715. num. 3. part. 1. & decis. 252 num. 6. part. 2. & fuit dictum in Miranden. Parocb. 17. Iunij 1600. corã Penia.

154 Neque obstat quòd non cõstet prædicta fuisse probata coram exequutoribus, quoniam cùm Franciscus non esset legitimus contradictor, ex quo nec parem titulum, nec possessionem habebat, & litteræ non facerent exequutores mixtos, potuerunt illi extraiudicialiter procedere, & spernere etiam ipsius Frãciſci comparitionem Rot. dec. 221. num. 23. & seq. coram S. M. Gregorij XV. Pro exequutore autem extraiudicialiter procedente præsumitur. Put. decis. 140. lib. 2 in correctis; & fuit firmatum in Elboren. Pensionis 1. Iulij 1616. coram R. P. D. meo Pirouano.

155 Non obstat quòd lis non esset super titulo beneficij, quia dupliciter fuit responsum. Primò quatenus hoc esset verum, non afficere, quia hic non agitur de simplici beneficij prouisione, quo casu certum est requiri, quòd lis sit super titulo, quòd fuit originale dictum Innocentij in cap. cum M. Ferrarien. num. 9. in fine vers. & generaliter dicimus de Conflit. & exornat. Bald. in Auth. litigiosa, num. 1. vers. dicit Innocent. C. de litigios. et sepè dixit Rota, sed agitur de præsentatione, quæ regulatur secundùm terminos electionis. Calder. cons. 1. vt lit. pend. Sarnen. in reg. de subrogat. q 13. quo casu sufficit, quòd lis sit super ipsa electione, & sic super præsentatione, etiam quòd non præcesserit alia collatio, vt in cap. 1. vt lit. pend. in 6 quod est diuersum à cap. 2. eod tit. In casu enim cap. 1. non fuerat sequuta collatio; secus in casu cap. 2. glosa in d cap. 2. in verb. possident, quæ dicit quòd in casu cap. 1. electus non erat adeptus beneficium: in casu verò cap 2 erat adeptus, & Archidiac. in eodem cap. 1. in princip. in verb litigantib. erat adeptus possessionem: secus autem in casu cap. 2. quia vnus erat adeptus, & licèt Innoc. in cap. illo cap. cum M. Ferrar. num 9 in fin. vers & generaliter, teneat contrarium, tamen hoc dictum Innocẽtij fuit in causa, vt conderetur illud cap. 1. vt aduertit glos. ibidem in verb. dispendijs. Bald. in d.

auth. litigios. num. 7. vbi quòd hoc sit necessa scire in Palatio Apostolico. Archidiac. in d. cap. 1. sub verb litigantib. Ioann. Andr. in d. cap. cum M. Ferrar num 23. & nuper hoc latè firmatum fuit in Florent. Parochi. de Vecchietti 29. Ianuarij prateriti coram R.P D.meo Virilio.

Secundò principaliter fuit responsum ex abundanti, nõ posse dubitari quin lis esset super titulo beneficij, ex quo
156 in Commissione adest clausula (cum incident. &c.) Nec fuit opus dicere istam clausulam ad speciem, pro vt dicitur de clausula (quam, & quas, &c.) Verall. decis. 125. par. 3. sed sufficit, quòd præcesserit institutio, & sic quòd adsit materia præexistens, vt fuit consideratum in causa Illerden. Præcept. 5 Martij 1626. coram b.m. Patriarcha Manzanedo, quia tunc negari non potest, quin negotium simile sit de incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis causæ commissæ, & sic quòd specialiter sit cõmissum absque alia specificatione; & hoc est quod dicit Bellam. decis. 619. Cassad. decis 9 num. 13. de caus. possess. & propriet. Mandos. super regul. de subrogat. q. 14. num. 7. & fuit dictum in causa Perusina hæreditatis 26. Octobris 1601. coram b.m. Card. Pamphil.

Denique non visum fuit obstare, quòd pro parte Francisci prætendebatur possessionẽ D. Petri defuncti fuisse nullam, & attentatam, ac minimè manutenibilem. Nam responsum fuit cessare obiectum ex facto, quia licet causa ex se ipsa videretur appellabilis, tamen D. Rosermi-
157 nus acceptauit rescriptum cum clausula sibi præiudicialis, nempe sine præiudicio vlterioris executionis litterarum Apostolicarum D. Ronciene, vt in Sumario num. 8. qui propterea potuit invim d. clausul. prosequi ad vlteriora in executione suarum litterarum absque vitio attentatorum, vltra quòd D. Bandrinus subrogatus debuit interim immitti in illam qualemqualem possessionem, seu detentionem, quam habebat defunctus in cuius locum fuit subrogatus, vt in puncto fuit resolutum coram Cardin. Mantica decis. 252. num 5 & coram Cardin. Saerato in Bracharen. benef. 27. Iunij 1605. & in Anconitana Capell. 14. Martij 1607. coram b.m. Vbaldo in Pampilonen. Parochi. de Arch. 6. Iunij 1611. & coram Reuerendiss. D.meo Decano in Gerunden Benefis. 9. Maij 1622. Et ita fuit decisum vtraque

parte

parte informante, &c.

Quando verò talis gratiosa subrogatio fuit impetrata pro beneficio, quod non sit Iurispatronatus, quæ debeant iustificari ad exequutionem ipsius obtinendam, habentur in Cremonen. Præposituræ 27 Iunij 1631. coram Mormanno referenda in fine Operis, vbi in specie de probatione reseruationis propter resignationē factam in manibus Papæ.

158 Pro iustificatione litis narratæ an sufficiat probare commissionem causæ; habetur in Mediolan. Capell. de Valdarno 3. Iulij 1595. coram Pamphil. his verbis:

Domini dixerunt ad effectum iustificationis litis narratæ in gratia subrogationis, satis de ea cōstare ex cōmissione ad instantiam Thuraghezzi in Rota præsentata, & citatione cum inhibitione, illius vigore obtenta. Rota decis. 4 vt lit. penden. in antiquis Cassad. tit. 76. num. 3. super reg. &c.

159 *Non obstat quòd iuxta notata per Anton. August. in tit de reseru. num. 19 videatur restricta per illa verba (De, & super præmissis) quia præter quàm quòd ex eadem ratione fuerunt etiam præparati tituli prouisionum ambarum partium subsequēte clausula (rebusque aliis) quæ operatur vt possit deduci, & censeatur deductum omne ius, vt aliàs fuit dictum in causa Romana donationis 50. mil. de anno 1574. coram Sanctiss maximè cum non constet de aliqua partis restrictione in prosequutione causæ, pro vt erat in casu decisionum Legionen. præstimoniorum in contrarium allegatarum, in quo ex declaratione Ferdinandi, & aliis locis præcisiùs, constabat, ipsum se restrinxisse ad solā ius annexionis, vt dicitur in decisione.*

Et tantò magis, quia in hoc casu concurrit alia clausula (vnà cum toto negotio principali) Franc. in cap. vt debitum num 45 de appellat. Egid decis. 619 Cassad decis. 9 num. 14 de caus. poss. & propriet. Mohed decis 162. Caputaquen. decis. 152 part. 1. in impress quod in hoc casu non dicitur, idem cum negotio appellationis in decis. Caputaquen. 70. lib. 1 in manuscript. sed diuers cum vnum sit possessorium, aliud petitorium, & de vno ad aliud non inferatur ad l naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. da poss. ff.

160 Quando subsistat dicta subrogatio gratiosa etiā quòd lis non esset super ti-

tulo, habetur per Rotã in Dertusen. Paroch. 14. Nouembris coram Vbaldo sequentis tenoris.

Baldassar Segarra, qui fuerat ab Ordinario prouisus de hac Parochiali, obijt de mense Augusti 1629. & Gulielmus Capsir, qui cum eo litigabat coram Nuntio super irrationabilitate iudicij Episcopi, prauia narratiua huiusmodi litis, obtinuit à Sanctissimo subrogationem gratiosam ad ius, & possessionem dicti Segarræ, cuius vigore fuit immissus in possessionem Parochialis, in qua permansit vsque ad obitum sequutum de mense Decembris 1629. mortuo Capsir, Ordinarius fecit concursum, & Parochialem contulit Christophoro Bonauenturæ possessione subsequuta. Ioseph verò Frãces illam impetrauit à Papa tamquam adhuc vacantem per obitum dicti Segarra in mense Augusti reseruato, & vigore Breuis de capienda possessione nomine Camerę, obtinuit ab Auditore Camerę sententiam fauorabilem super immissione, & declaratoria, à qua cùm fuerit appellatum, & causa mihi commissa cum clausula (Arbitrio Rotæ) hodie proposito super hoc particulari dubio, Domini respon-

161 *derunt, Arbitrium intrare pro retardatione exequutionis dicti Breuis. Et moti sunt quia arbitrium regulatur à iure. Cæs. de Grassis decis. 7. num. 7. & decis 8. in princip. de sent. & re iudic. De iure autem est, vt Breue non sit exequendum, nisi prauia illius iustificatione, vt in Terracon. Archidiacon. apud Marches. par. 1 fol. 305 num. 1. & in Salamant. Benefic. d. par 1 fol. 343 nu. 1 iustificatio autẽ potissimum cõsistit in reseruatione, in qua fundantur huiusmodi Breuia de capienda possessione nomine Camerę. Garz. de Benef. par. 6. cap. 3 num. 9 & 10. Rot. in Vicen Benefic num. 2. in Toletan. Capell. num. 3 in Placentin. Benefic. num. 2. apud Marches. de commun. part. 1. fol. 343. 348 & 353. S. M. Gregor decision. 53. num. 6.*

162 *Hic verò de reseruatione non docetur, quia licèt Segarra obierit in mense Augusti reseruato, attamen illius vacatio fuit consumpta per prouisionem Capsir, qui (vt supra dixi) obtinuit subrogationem gratiosam, iuxta not. per Moder. ad reg. 8. glos. 15 num. 121. Rot. diuers. decis 498. num. 2. & decis. 523. num. 2. & 691. num. 5 par. 2. in recent. & dixit Rota in Vlixibonen. Benefic. 19. Decembris 1622. coram b. m. Domi-*

Domino meo Vbaldo.

Non obstant oppositiones contra gratiam Capsir, quam tenetur iustificare Christophorus, qui fuit prouisus per mortem Capsir, quia quidquid de hoc dicendum sit,
163 *satis est respondere, ex eo solùm fuisse iustificatam gratiam Capsir, quod ipse præsentauit litteras exequutori, qui procedendo ad exequutionem præsumitur ad illã processisse præuia iustificatione omnium narratorum de quibus potuit etiam se extraiudicialiter informare, cùm possessio esset vacans, & non adesset legitimus cõtradictor. Put. decis. 140. lib. 2. in correct. Card Caual. decis. 664. num. 2. Rota diuers. decis. 293. num. 6 & seq. & decis. 406 num. 1. part. 1. in recent. & tenuit Rota in Pisana Benefic. 1. Februarij 1630. coram R. P. D. meo Merlino. Idque maximè procedit post adeptam possessionem, cum omnia præsumantur per exequutorem benè gesta. Put. decis. 356. num. 4. lib. 1. in correct. Rot. decis. 739. num. 4. par. 2. recent.*

164 *Non obstat quòd gratia Capsir fuerit nulla ob non factum concursum, quia satis est quòd Papa sciuerit beneficium vacare de mense Augusti per obitum Segarra, & quòd de illo prouiderit Capsir, etiam non facto concursu, cùm non habeat opus Papa derogare Conc. Tridentin. sed sufficiat, quòd contra Conc. disponat Gonzal. ad reg. 8. glos. 6. num. 120. Rot. decis. 179. num. 6. part. 2. recent. Maresc. var resolut. lib. 1. cap. 19. num. 11.*

165 *Non obstat, quòd lis non esset super titulo Beneficij, pro vt requiritur ad validitatem subrogationis gratiosæ, tum quia ad hunc effectum sufficit quòd beneficium esset reseruatum ratione mensis, vt supra. Rot. decis. 187. num. 4 par. 2. recent. & tenuit Rota in Montis Falisci Capell. 30. Ianuarij 1606. coram Cardin. Lancell. & alijs: tum quia non fuit narratum beneficium simpliciter esse litigiosum, sed fuit distinctè narrata lis, & quod fuit appellatum ab irrationabili iudicio Episcopi; & ideo sufficit quòd lis eo modo iustificetur, quo fuit narrata. Seraph. decis. 990. num. 7. Et ita decisum vtraque, &c.*

166 Per obitum tantùm præsentati, & non instituti, an possit obtineri similis gratiosa subrogatio. Habetur in Bergomen. Capell. 23 Martij 1618. coram Buratto, quæ est 59. apud *Vlzianum*.

Vbi

Vbi impetrata fuit subrogatio in ius, & possessionem resignantis, quæ debeant iussu fieri ab illo subrogato, sunt tria, Clericatus, possessio resignantis, & reservatio. Habetur per Rotam apud Caualerium decisione 459. item Clarus in Cusentina Abbatiæ 29. Decembris 1617. coram Vitali, quæ est 53. apud *Viuian.* Vbi habes, quando dicta subrogatio ob resignationem reddatur turbida ob fumum iuris patronat. ita vt præsentatus, & institutus ad idem beneficium possit retardare exequutionem dictæ subrogationis gratiosę; & etiam in Colon. Canonicat. S. Vrsulæ 27. Ianuarij 1627. coram Vbaldo, & in duab. alijs decisionibus in ead. causa factis apud eumdem *Viuian.* vbi habes, quis nam sit legitimus contradictor hoc casu ad impediendam immissionem, ibi: *Non obstat quòd Alexãder habeat parem titulum vigore precum imperialium, & sit in possessione: Vnde intret regula, quòd inter habentes parem titulum procedendum sit ordinariè, & non exequutiuè per viam immissionis, quia cùm dictus Alexander non veniat ex eadem vacatione per resignationem, sed ex diuersa per obitũ; nec non ex eod. fonte, scilicet à Sede Apostolica, nec habeat similem subrogationem, non habetur pro legitimo contradictore ad impediendam immissionem, vt fuit sæpissimè tentum in Rota. Caputaq. decis. 329. par. 1. & fuit resolutum in Pampilon. Parochi. de Arcoz. 4 Maij 1613. coram b.m. D.meo Vbaldo. In Barbastr. Priorat. 11. Ianuarij 1616. coram R. P. D. Verospio, & in Ratisbon. Canonic. 17. Nouembr. 1617. coram D.meo Peruano, & in alijs.* Et iterum in alia decis. pro eadem causa, quæ est decis. 52. apud *Viuianum*, ibi: *Partier Domini dixerunt non obstare, quòd Alexander sit prouisus ab Ordinario vigore precum Imperialium; & sit in possessione, & ideo videatur legitimus contradictor, vt colligitur in cap. si à sede de prabend. in 6. quia hoc benè procedit ad effectum, quòd audiatur in hoc iudicio possessorio: non autem ad impediẽdam exequutionem cùm stante notoria reseruatione, vt supra, non possit ex suo titulo obtinere immissionem, & ideo esset inconueniens, vt ipse posset prouiso Apostolico hanc immissionem impedire, quam ipse in concursu cum prouiso Apostolico obtinere non potuit Verall. decis. 345.*

167 168

lib.

lib. 2. Rota decis. 711. num 2. par. 1. recent. & fuit tentum in Castell. Canonicat 4. Iulij 1625. coram b m. Buratto, vbi alias similes decisiones allegantur.

169 Quòd Capitulum non sit legitimus contradictor in Canonicatu, vel dignitate obtempta per gratiosam subrogationem in ius, & possessionem resignantis, ad opponendum de inualiditate resignationis, & adimplemento conditionis, habetur in Tiburtina Archidiac. 15. Ianuarij 1618. coram Canalerio, quæ inter impressas suo nomine est decisio 450. Quando verò sit legitimus contradictor ratione prætensæ vnionis, habetur in Motulen. Iurispatronat. 18. Februarij 1630. coram Motmanno referenda in fine Operis, & Busilien. Canonic. in fine, ibid. relata.

170 De subrogatione gratiosa in ius, & possessionem resignantis, in qua prætenditur resignatio inualida, habetis duas alias decisiones in Cremonen. Præposituræ 27. Iunij, & 15. Decembris 1631. coram Motmanno, referendas in fine Operis.

De Gratia (Si neutri) & (Perinde valere.)

171 *Gratia (si Neutri) quomodo differat à gratia, (Perinde valere.)*

172 *Iustificare quenam debeat obtinens gratiam, Si neutri.*

173 *Vltimus status beneficij attenditur circa probationem eius qualitatis.*

174 *Beneficium regulare non confertur seculari, nisi de Regularitate fuerit facta expressio.*

175 *Prouisio, quæ dedit causam liti non est attendenda.*

176 *Gratia Perinde valere, præsupponit validitatem primæ gratiæ, nec operatur in præiudicium iuris alteri quæsiti, ni Papa illud in specie tollat. nu. sequenti.*

171 VBi duo litigant, & neutri ius competit solet impetrari ab aliquo eorum, concedi beneficium cum ista clausula (si neutri) de qua *Vivian. lib. 13. cap. 5. num. 32. seq.* & in specie quomodo differat à Gratia. Perinde valere, tractat *Staphil in tract. de litteris gratiæ cum de signatura litterarum iusti-*

iustitia in tit. de clausula si neutri in litteris gratia apposita. De qua gratia (Perinde valere) & eius effectu habetis decisionem nouissimam Burgi S. Sepulchri Beneficij 13 Iunij 1631. coram Merlino, referenda in fine Operis, quòd obtinens gratiam (si neutri) non dicatur renunciare præsentationi, cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum, fuit dictum in Firmana beneficij 13. Maij 1596 coram Pamphilio. Habes etiam, præter decis. in Meten. Priorat. 17. Iunij 1627. coram Merlino, quæ est *decis. 541 apud eumdem Viuianum*, & aliam apud *Caualer.* 572. vbi reperies quomodo talis gratia iustificetur in eo scilicet neutri competere ius, aliam decision. Neocastren. Parochial. 16. Ianuarij 1630 coram Durano sequẽtis tenoris.

Domini dixerunt. Gratiam (si Neutri) Marci Coriæ esse in omnibus iustificatam:
172 *nam in primis non ius fuit, probatur ex eius confessione, qua nulla maior probatio, l. cùm precum C. de liber. cauf. Gregor. XV decis. 89. num. 2. & ibi Adden. Rota decis. 1411. num 4 part. 2. recent. & fuit sapissimè decisum.*

Vacatio, & modus vacandi narrati, videlicet per obitum Cæsaris de Nicotera probatur ex gratia Apostolica Lelij Pandolphi partis aduersæ, dum venit ex ead. vacatione. Gregor. XV. decis. 137 num. 11. Card. Caual. decis. 572 num. 2. & Rota apud Reuerendiss. D. meum Decanum decis 305. num. 2. qui modus probandi vacationem sufficit ad effectum, de quo agitur. Egid. decis. 268.

Presbyteratus ex litteris patentibus Ordinarij iuxta tex. in cap. vbi Abb. in 1. notab. de Cleric peregrin Felin. in cap. post cessionem num. 3. & is de probat. Grammat. decis. 81. Seraph. 1441. num. 10. Card. Caualer. d. decis. 572. num. 4. & Rota d. decis. 451. num. 7.

De valore narrato per non excessum in ducat. 60 aur de Cam. constat ex testibus deponentibus de publica voce, & fama. Egid. decis 674. Puteus decis 26. lib. 1. in nou. impress. Gregor. XV. decis. 84. num. 3. & Rota in rec nt. & apud Card. Caual. vbi supra; & rationem, quare in hoc casu sufficiat probatio de publica voce, & fama; & tradit Verall. decis. 277. parte prima.

De lite verò constat ex resolutione actorum, ex qua apparet de Commissione, &

Ci-

Citationes, & plurib. aliis actibus in causa factis inter partes ad l. gesta C. de re iud. Clement. 1. cum ibi not. vt lit. pend. Rot. decis. 4 eod. tit. in antiq. Cassad. decis. 1. num. 4. eod. tit. et lit. penden. Gregor. XV. d. decis. 84. num. 1. & Rot. in recent. decis. 99. part. 2.

173 Tandem de non iure Lelij ex quo constat, quòd in probanda qualitate Beneficij in dubio attenditur vltimus status. cap. quærelam de elect. cap. consuetationi 69 de iurepatron. Feder. de Sen. conf. 234. num. 3. vers. sed in casu proposito. Dec. conf. 126. nu. 1. Seraph. decis. 1103. num. 5. & in puncto an Beneficium sit Regulare, vel seculare. tex. in cap. cum de benefic. de præbend. in 6. Gonzal. ad reg. 8. glos. 8. num. 31. Rot. decis. 2. de præben. in nou. & decis. 154. num. 3. part. 1. recent. Vltimus autem status huius beneficij est de Regulari, vt ex collationibus in actis productis, & effectum sortitis per circiter 50. annos continuos; ex quibus probatur, quòd de anno 1531. hoc beneficium fuit collatum per Baiuliuum S. Euphemiæ, Religionis Hierosolymitanæ Aloysio Barbaro, & de anno 1560 per Aloysij resignationem Iacobo Barbaro, & per dimissionem dicti Iacobi de anno 1597. Virgilio Forlano Religionis Ordinis Sancti Ioann. Hierosol. cum tamen beneficium seculare non valeat regularibus conferri, & è contra d. cap. cum de beneficio, in cap. cum in singula de præbend. in 6. Clem. 1. de supplemen. neglig. Prælat. Sacr. Concil. Trident. Sess. 14 cap. 10. Gonzal. super reg. 8. glos. 7 num. 4. Seraph. decis. 1305. num. 4. & habetur in Reg. Cancell. 43. Vnde cùm Lelius sit secularis, & in gratia Apostolica, qua vtitur non expresserit, hoc beneficium esse regulare, & in statu regularitatis prædicto, quod tamen est exprimendum. Felin. in cap. in nostra num. 41. de rescript. Cassad decis. 4. de præbend. Gonzal. d. Glos. 7 num. 5. & Rota in Ferrarien. Parochi. 1. Aprilis 1597. coram b.m. Corduba, quæ habetur apud Garz. de Benefic. par. 6. cap. 2. num. 123. consequenter clarè constat de eius non iure ex supradictis.

157 Neque obstant quædam ultimæ prouisiones de hoc beneficio, vti de seculari, quia aut dederunt causam liti, aut fuerunt factæ lite pendente in Baiuliuum. & Ordinarium super iure conferendi, quæ idcirco non sunt attendendæ. Cap. 1. & 2 vt lit.

pend. in 6. Gregor. XV. decis. 417. num. 4. Card. Caualer. decis. 633. num. 10. Rot. decis. 30. num. 1. part. 1. recent. & in Ianuen. Paroch. S. Andreæ 19. Aprilis 1627. coram me, & fuit dictum in prædicta lite inter Baiulliuum, & Ordinarium die 8. Nouembris, 1624. coram b.m. Remboldo. Et ita decisum Marco tantùm informante, &c. Duobus præsentatis concurrentibus ad obtinendam gratiam (si neutri) præfertur habens qualitates requisitas à fundatore, vt fuit resolutum in Pientina Capell. 16. Maij 1603. coram Litta.

Restat tandem vt aliqua dicantur circa manutentionem possessionis alicuius in Capell vel Beneficio, de quibus fuit prouisus, vel in quibus fuit institutus. De qua re præter decis. adductã supra *quæst. 3. num. 116.* videatis decis. 55. & 56. apud *Viuianum* in specie, quòd in manutentione non attendatur data litterarum, sed possessio prouisorum, habetur *decis. 109. num. 11. apud eumdem Viuianum*. Sufficit enim quòd possessio sit anterior, Rota sæpius, præcipuè apud Caualer. decis. 322 num. 1. quando manutenenda sit, vel non possessio capta authoritate Iudicis secularis, habetur per Rotam apud Caual. decis. 372.

Quò ad gratiam (Perinde valere) est notabilis decisio nouissima Burgi Sancti Sepulchri Beneficij 13. Iunij 1631. coram Merlino, quæ sonat, vt sequitur.

Censuerunt Domini esse recedendum ab vltimo loco decisis sub die 4. Iulij 1629. Quia cùm in alijs decisionibus in hac causa emanatis, fuerit tam firmatum, Cæsarem semper in possessione, permansisse vsque ad contractum matrimonium, & resignationem, ac permutationem fuisse simulatam, & effectum non habuisse, & sic illa haberi debeat pro non facta, l. nihil ff. de inofficioso testam. Surd. cons. 3. num. 29. Gonzal. ad Regulam 8. Cancellariæ glosa 55. num. 21. cum alijs in dictis decisionibus allegatis, Beneficium non vacauit per resignationem, sed per contractum matrimonij, ad tradita per Rotam decis. 6. num. 2. de elect. in nouis Card. Seraphin. decis. 1446. num 1. & in recent decis. 379. num. 5 & 6. part 1. & consequenter secunda gratia reualidatoria, siue Perinde valere, in qua fundatur vltima decisio, sublistere non potest, quia illa supponit vacationem per resignationem, seu permutationem,

175

tionem, & præexistentiam primæ gratiæ, cuius est quoddam additamentum, & gratia addita gratiæ, nempè ad reualidationem primæ gratiæ ordinata, Gemin. consil. 11. num. 2. & conf. 128. num. 4. Mandos. de Signatura iustitiæ tit. de Perinde valere, vers. Perinde valere il 2. Rota d. decis. 379. num. 3. & 4. part. 1. recentior. Præterea
176 gratia (Perinde valere) non operatur in præiudicium iuris alteri acquisiti. Gemin. dicto conf. 11. num. 3. Rebuff. in Praxi tit. de rescriptis, etiã & Perinde valere num. 27. & seqq. nisi Papa in specie illud tollat. Gemin. d. conf. 128. num. 6. & 7. Quòd quidem Sanctissimus Dominus noster non solùm in casu proposito non fecit; sed imò in secunda gratia, expresiè legitur apposita clausula illa, (dummodo de tempore datæ præsentium non sit in ea ob non factam publicationem, aut contractum matrimonij vel aliàs, alicui ius, quæsitum) quam clausulam in istis gratijs, solitam esse apponi testatur Rebuffus in Praxi dicto tit. de rescriptis Perinde valere, num. 32. Cardin. Seraph. decis. 1110. num. 2. & per eã præseruatur omne ius tam in re, quàm ad rem, Garzia de Benefic. par. 4. cap. 3. num. 20. Rota coram Card. Caual. decis. 231. num 4. & in recen. decis. 253. num. 1. part. 2. & consequenter ipsa secunda gratia D. Bufalino suffragari non potest in præiudicium D. Octauij, cui fuerat ius quæsitum ex patronorum præsentatione ad eius fauorem facta, de qua in alijs decis. in causa factis. Denique in dicta secunda gratia, adest etiam alia clausula (& quatenus prædicta Ecclesia seu Capella de dicto Iurepatron existat saltem medietatis dictorum patronorum accedat assensus) de quo assensu pro parte dicti Bufalini dictum non fuit, & ita vtraque parte, &c. Quæ omnia fuerunt confirmata in alia decis. coram eodem Merlino die 5. Iulij 1632. ibi: Quibus stantibus non suffragatur dicto Bufalino gratia reualidatoria, quâ remouit obstaculum amissæ publicationis, illa enim nõ præexistente vera resignatione, ac permutatione, quæ confirmari, ac reualidari posset, nullum parere potuit effectũ, præsertim post ius quæsitum ex præsentatione patronorum D. Pico collitiganti, cui non fuit derogatum. Rota decis. 17. de præbend. in nouis Sarn. in Regulam de Iure quæsito non tollendo quæst. 1. num. 29 vers. secundus modus. Et

fuit dictum in Aquilana Iurispatron. 17. Iunij 1588. coram Comitulo impress. panes Marchesanum de cõmiss. tit. primo fol. 131.

De Manutentione possessionis in Capellania, de qua quis fuit prouisus.

177 *Data litterarum non attenditur pro manutentione; sed possessio. Et sufficit si possessio sit anterior ibid.*

178 *Possessio instrumentalis est manutenibilis nullo alio existente in possessione, & sub num. 91.*

179 *Possessio ciuilis animo retenta, quando sit manutenibilis.*

180 *Possessionem semel obtentam ex inualido titulo, vbi quis adeptus est, an superueniente nouo, & valido titulo, indigeat noua possessionis apprehẽsione refertur decisio Rotæ.*

181 *Actus possessionis præsentibus Canonicis facti, probant possessionem capitulariter factam.*

182 *Possidendi titulus, & causa est quid diuersũ à possessione ipsa.*

183 *In manutentione nudum factum, & sola detentio consideratur.*

184 *Possessio nõ amittitur absq; animo.*

185 *Renunciatio stricte est interpretanda, vt lædat renunciantem minus, quàm fieri possit.*

186 *Possessionem liberè cedens, licèt perdat dominium, tamen si incumbat, & adhæreat de facto possessioni, debet manuteneri, & restitui, si spolietur.*

187 *Possessio noua, & installatio in mutatione tituli non est necessaria.*

188 *Possessio sola præsentandi, an sufficiat in iudicio manutentionis contra prouisum à sede Apostolica, vt de libero.*

189 *Possessio beneficij capta authoritate iudicis secularis, quando sit manutenibilis, & num. seq. & num. 194.*

192 *Recursus ad iudices seculares quomodo probetur, excomunicantur tales recurrentes, num. 190. & seq. & num. 192.*

193 *Inhibitio an causet attentatum.*

195 *Exequutoris facultas quãdo procedat.*

196 *Auditor Rotæ quando succedat in locum exequutoris.*

197 *Intrusus non debet manuteneri, & num. 199 Quis nam ille sit, exequutoriales quando contra ipsum possint exequi, num. seq. Aggrauatoria quãdo dãda contra illum non eijcientem, num. 200.*

REstat pro coronide huius Praxis, vt aliqua dicantur circa manutentionem possessionis alicuius in Capellania, vel beneficio de quo, vel qua fuit prouisus, de qua re præter decisionem *55. & 56. apud Praxim Vi-*
177 *uiani*. In specie quòd in manutentione non attendatur data litterarum, sed possessio prouisorum, habetur *decis. 109. num. 11. apud eumdem Viuianum*. Sufficit enim quòd possessio sit anterior. Rota sæpius, præcipuè apud *Caualerium decis. 522. num.* 1. Vbi habetis, quæ nam exceptio non sit admittenda in hoc iudicio summarijssimo manutentionis, & quòd possessio capta, non citata parte, non sit manutenibilis.

178 Ampliatur conclusio posita de anteriori possessione, Primo etiam si illa fuerit tãquam instrumentalis, quando tamen alius non existat in possessione, vt per Rotã apud eumdem *Caualerium*
179 *decis. 2. 14. & 150.* Ampliatur secundò, etiã si possessio sit similis animo dumtaxat detenta, putà quia iudex nec ritè nec rectè, aliquem priuauit possessione. Rota apud eamdem *decis. 2. Caualerij*. Ampliatur tertiò,
180 Quando immissus in possessionem in vim tituli inualidi, postea mutauit titulum etiam renunciando illi possessioni, quia adhuc continuando possessionem, non indiget noua apprehensione illius, & debet in illa manuteneri, vt in Alexandrina Archipresbiteratus 28 Iunij 1627. coram Merlino, vt sequitur: *Massobrius fuit præsentatus ab Arnutio & ab Episcopo, obtempta institutione apprehendit capitulariter possessionem Archipresbiteratus, pluresque actus concernentes officium huiusmodi dignitatis, nec nõ etiam curam animarum illi annexam exercuit, verùm monitus, assertum Iuspatronat. non subsistere, imò cùm vacatio contingerit de mense Augusti, illius collationem spectare ad Papam, ab eo impetrauit prouisionem cum solito decreto, quòd renunciaret dicta præsentationi, pro vt his verbis decreto paruit. Renunciauit præsentationi,*

& institutioni, ac possessioni exinde sequutæ; & dictum Archipresbyter. vti reseruatum, & non aliter in futurũ possidere velle declarauit. Et continuando in reali possessione post huiusmodi renũciationem interfuit choro, processionibus, & alijs functionibus capitularibus. Vnde fuit dubitatum, An eidem Massobrio dandum esset mãdatum de manutenendo. Et DD. ter, ac maturè discusso articulo, affirmatiuè responderunt.

De possessione enim illius non potest dubitari. Et constat de prima apprehensione solemniter, & capitulariter facta, & post renunciationem dantur testes, qui deponunt de visu, quòd Massobrius tamquam Archipresbyter interuenit publicis functionibus cum alijs Canonicis; & constat, quòd congregato Capitulo prò tradenda possessione alteri Canonico, idem Massobrius recepit iuramen-
181 tum ab eo, ex quibus actibus factis præsentibus alijs Canonicis, probatur possessio capitulariter capta. Rota decis. 17. de præbend. in nouis Cassador. decis 8. de causa possess & decis 5. num. 3. de Iurepatron Verall. decis 27. lib. 1. in manuscrip & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 235. num. 12. in eius impress. Nec obstare visum est, quòd pro Scipione adduceba-tur; scilicet primam possessionem Massobrij capitulariter captam, non esse attendendam nec manutenibilem, cùm illi renunciauerit, nec etiam secundam postquam renunciauit, quia non fuit apprehensa capitulariter, & actus illi, quamuis gesti præsẽtibus Canonicis, non tamen sunt gesti cum scientia eorumdem, quòd scilicet Massobrius possideret in vim prouisionis Apostolicæ, cùm potuerint credere, ipsum continuasse, tamquam præsentatum à patrono. Quoniam & vtramque possessionem Rota credidit validam esse, ac manutenibilem. Et quò ad primam animaduertendum est, Massobrium non renunciasse possessioni reali, & illi quæ de facto est, vt apparet ex illis verbis. Renunciat præsentationi, & institutioni, ac possessioni inde sequutæ, & declarat, se velle possidere d. Archipresbyt. tamquam reseruatum; vnde non possessioni in totum & absolutè renunciauit, sed possessioni tamquam ex antecedente præsentationis prouenienti, & sic solummodo renunciauit titulo, & cau-
182 sæ possidendi, quæ est quid diuersum ab ipsa possessione.

l 3.

l. 3. §. ex pluribus ff. de acquirenda possessione. Et iure meritò Massobrius superueniente sibi nouo titulo, scilicet prouisione Apostolica potuit continuare possessionem ipsam de facto, mutato solùm primo iure, & titulo possessionis, l non solùm §. quod vulgò ff. de vsucapionibus, l. secunda §. illud l. qui bona, §. 1. cum ibi notatis ff. de acquirenda possessione. Rota apud Achill decis. 4. de possessione, & proprietate, Puteus decis. 165. num. 3. lib. 1. & decis. 441. eod. & in recent. decis. 300. num. 8. part. 1. Gabriel cons. 51. num. 1. & 28. lib. 1. Quæ mutatio ipso iure statim facta intelligitur data notitia secundi tituli etiã absque alia declaratione, iuxta consil. Decij 400. quod sequitur Rota, vt per Achill. dicta decis. 4. Put. d. decis. 441. lib. 1. Cresc ent. decis. 168. aliàs 5. de restitut spoliatorum; Rota decis. 224. num. 2. part. 1. diuers. & decis. 601. num. 2. par. 3. diuersorum Cardin Mantica decis. 71. num. 1. Neque opus erat vt exiret de possessione, & postea iterum ingrederetur ad l. cùm nemo, & ibi glosa in verbo extrinsecus C de acquirenda possessione, Put. dicta decis. 441 libr. 1. & Achill. dicta dec. 4. vbi quòd hæc opinio est magis æqua, & consona iuribus, & sæpe seruatur à Rota, vt in dec. 345. nu. 4. & dec. 613. nu. 5 par 1. & decis. 143. num 4. part. 2. diuers. & in Tuden. Paroch. 4. Nouembris 1592. coram b. m. Card. Pamphilio in quibus fuit reprobatum consil. 131. libr. 1. Soccini Senioris contrarium sentientis. Et in puncto dixit Bal. in l. 2. num. 63. vers. sed pone C. de seruit. & aqua, quòd si falsus Canonicus diu stetit in possessione, & deinde obtinuit prouisionem à Papa, non est necessaria noua apprehensio, & installatio, quia ipso iure fit quædam conuersio ex nouo titulo superueniente, & Baldum sequitur Grauetta cons 171. num. 1. vers. secundo pro hac, & licèt sub num. 19 declaret, Baldi sententiam non procedere, quando ante prouisionem Papæ ius tertio fuerit quæsitum, & Grauettam sequatur Riminal. Iunior cons. 100. num. 25. attamen non applicatur casui nostro hæc limitatio quia ante prouisionem Apostolicam Massobrij nullum ius erat quæsitum Scipioni, & propterea si Massobrius retinuit possessionem de facto, mutauitque sibi solummodo ius, & titulum possidendi, adhuc ei manutentio danda est ad statum suæ possessionis cap. quærelam

cum

cum ibi notatis de electione l. Aquilius vbi Castr. num 5. ff. de donationibus, Cassadorus decis. 14. num. 8. super Regulam, & Rota coram Sanctiss. mem. Gregor. XV. decis.
183 560. num. 1. In manutentione enim nudum factum, & sola detentio consideratur Castren. in d.l. Aquilius sub nu. 5. de donat. Cephalus conf. 16. sub num. 5. lib. 1. Card Seraphin. decis. 582. num. 5. Rota diuers. decis. 50. num. 29. & decis 64. num. 2. part. 2. Haec que videntur certiora euadere, quia Massobrius sibi prouidit, & conseruauit suam primam possessionem de facto per declarationem, quòd volebat possidere ex titulo prouisionis Apostolicae Archipresbyteratum, quem prius possidebat ex titulo praesentationis, & in eodem instanti, renunciat, & declarat, & sic renunciatio est respectiua ad declarationem; eatenus enim renunciauit, quatenus credidit esse consultum suae possessioni, & continuationi. Siq; haec declaratio non suffragaretur, renunciatio quoque ex defectu non operaretur, & consequenter primam possessionem à se non abdicasset
184 Massobrius. Ad dimittendam enim possessionem requiritur animus d. l. 3. §. in amittenda, vbi Alex. ff. de acquirend possessions. Cassad. decis. 4. num. 3. de restitutione spoliat. Parisius conf. 114. nu. 7. lib. 4 Rota apud Achill.
185 decis. 11. de pension. & Renunciatio stricte est interpretanda, vt minus ledat renunciantem, quàm fieri possit, l. si domus ff. de seruit. vrban. praediorum, Beccius conf 111 sub num. 31. Surdus consil. 446. num 22. & propterea renũciatio restricte ad praesentationem, & possessionem inde sequutam non est trahenda ad omnem possessionem. ad Clem. quod circa de elect. Bald. in leg. 2. num. 2. C. de legat. Roland. conf 86. num. 33. lib. 2. Et haec duo scilicet; quòd quis renunciet praesentationi, & possessioni inde sequutae, & quòd velit possidere ex prouisione Apostolica non inuicem repugnant, quia vult insistere in possessione de facto, & reijcere primum titulum possessionis. Secunda quoque possessio (scilicet postquam renunciauit) est
186 manutenibilis, quia etiam liberè cedens & renuncians, licet dicatur perdere dominiũ, & possessionem saltem de iure; attamen si postea incumbat de facto, & realiter inhaereat possessioni, adhuc ad statum est manutenendus; imò & reintegrandus, si spolietur. Innoc. in cap. super

hoc

hoc de renunciat. Calderin. consil. 4 eod. tit. & sequitur: Rota decis. prima num. 2. in nouis eod. titul. & Cassad. d. decis. 4 de restit. spoliat. num. 2. & 4. vers. credit tamen, vbi firmat, dictum Innocent. procedere etiam in beneficialibus, si incumbens possessioni de facto, habeat titulum præsumptum, vnde multò magis quando habet verum, & Canonicum ex prouisione Apostolica, & sequitur Gomesius super regulam de Annat. quæst. 57. in princip. Paris. de resignatione lib 1. quæst. 5 num. 28. Neq; obstat, quòd renũciatio Massobrij fuerit in exequutionẽ decreti literarum Apostolicarum, in quibus committitur exequutori, vt Massobrium introducat in possessionem, quia acquisitio nouæ possessionis de manu exequutoris non contradicit retẽtioni primæ possessionis naturalis. Et menti Papæ aliquibus ex dominis satisfactũ videbatur, si intelligatur dictum decretum ad cumulandum possessionem possessioni. ad tradita per Cassad. d. decis. 4. num. 12. & seq. de restit. spoliatorum. Menoch de remed. Adipiscendæ Remed 4 quæst. 43. num. 337. & sequitur Gabriel conclus 7. num. 6. de acquiren. possessione, vbi quòd vtraque possessio de per se est considerabilis. Et demum in hoc summarijssimo iudicio retinenda, attendi debet quòd Massobrius fecit, non quod facere debebat. Nec obstat quòd Canonici ignorauerint, vel ignorare potuerint huius modi mutationem tituli in Massobrio, quidquid sit an requiratur hæc scientia, &c. ex tot actibus, & ipsa facti serie, scientia hæc benè inferri, & præsumi potest. Abbas in cap. cum Ecclesia num. 25. de causa possess. Rota decis. 179. num. 2. part. 1. diuers. & decis. 685. num. 4. part. 1. recent. Præsertim quia non agitur de apprehensione de nouo facienda, sed de continuanda possessione mutato titulo solum. Innocent in cap. bonè el 2. num. 6. vers. pro prima de postulat. Prælat. Ripa in cap. cùm Ecclesia Sutrina, num. 64 vers. 3. declara de causa possess & propriet. & agitur ad effectum manutentionis, qua datur ad statum, vt dixi, quo casu nec scientia videtur necessaria, iuxta decis. 17. num. 7. part. 2. diuers à qua nec recessit in recentior. dicta decis. 685. num 4. part. 1. Et in plenario possessorio potenit Massobrius docere de scientia Capituli. His etiam intelligimus non obstare, quòd capitula.

tulariter non fuerit apprehẽsa possessio per Massobrium iuxta decis. 8. Cassad. de causa possess. Quoniã si attendimus primam possessionẽ illa fuit
187 capitulariter capta, & in mutatione tituli non est opus noua apprehensione, & installatione, vt supra ex Baldo, & Grauetta dictum est. Si verò actus posteriores consideremus tamquam inductes secundam. & nouam apprehensionem possessionis; nõ autem cõtinuatiuè ad primã possessionem capitulariter obtentam, tunc sat est, quòd Massobrius petierit manuteneri, & quatenus opus sit admitti capitulariter, ipsiq; Canonici, nulla vergente ratione denegauerint huiusmodi Capitularem receptionem, hoc enim casu habetur pro capitulariter capta, Rota coram Sanctiss. mem. Greg. XV. 364. num 2 & in Pisaurien. Canonic. 16 Iunij 1625. coram Illustriss. D Card. Cavalerio, & in Leodien. Canonicatus 3 Iulij 1617 coram eod. quas sequuta etiam fuit in Cesaraugustana onerum 3. Iulij 1623. coram R P. D. meo Pirouano, & ex actis supra ponderatis, quæ coram Canonicis capitulariter congregatis gesta sunt, resultat etiam apprehensio capitulariter facta, vt supra in princip. dictum fuit. Et ita concludendum, &c.

188 Ampliatur 4. etiam hoc habere locum, quando agitur contra prouisum Apostolicum tamquam de libero, quia possessio præsentandi sufficit ad effectum manutentionis, vt supra dictum fuit Praxi 4. ex Rota in Aliphana Iurispatron. 4. Iulij 1629. coram Ghislerio, ibi: *Nec obstat primò, quòd ex quo agitur contra prouisum Apostolicum, sola possessio non sufficiat, etiam ad effectum manutentionis, nisi pariter doceatur de legitimo titulo, ex fundatione, & dotatione, vt tenuit Rota in Compsana Iurispatron 23. Iunij 1604. coram Litta, & coram Paleotto decis. 519. lib. 3 par. 3. Nam supradictæ decisiones procedunt, quãdo agitur in petitorio, ad iustificandum titulum, secus autem in summariissimo possessorio manutentionis, cùm tunc sufficiat, & attendatur vltimus status beneficij, etiã contra prouisum Apostolicum, Seraph. decis 499 num. 3. vltra quod supradictæ procedunt in prouiso Apostolico vigore Regulæ 8. contra quam non suffragatur quasi possessio præsentandi, vt tenuit Seraph. allegata decis. 499. Reuerendiss. D. meus Decanus*

tanus decis. 469. num. 4. & seq. Caputaq. decis. 29. & 326 lib. 1. in manuscript. Rota recenti. par. 1. dec. 224 num. 3. non autè in prouiso vigore alterius reseruationis, &c.

189 Quando manutenenda sit vel non possessio beneficij capta authoritate iudicis secularis præter ea, quæ dixit Rota apud Canaler. decis. 372. his verbis: *Domini noluerunt concedere mandatum de manutenendo Domino Francisco de Acugna stante eius recursu ad Iudices laicos pro impedienda executione litterarum Apostolicarum Balzæ, qui beneficium, de quo agitur impetrauerat, ob non publicationem resignationis factæ ad favorem D. Acugna: nam per talem recursum causam præbuit, vt immunitas Eccle-*

190 *siastica violaretur, & sic ipso iure incidit in sententiã excommunicationis cap. nouerit, & cap grauem de sententia excommunic. & cauetur in Bulla cœna Domini §. 16 dictum fuit in Oscen. Canonicatus 1. Decembris 1595. coram b.m. Penia, & in Valentina pensionis 3. Iunij 1602*

191 *coram Litta. Excommunicato autem non datur manutentio, vt tenuit Rota in Romana Domorum 24 Februarij 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo, & in puncto fuit denegata manutẽtio excommunicato ob similes recursus, in dicta Valentina pensionis 31. Ianuarij 1600. coram eod Litta. Nec visum fuit obstare, huiusmodi recursus fuisse factos ad instantiam Fisci, non autem Acugna, quia respondebatur, præsumi factos ad instãtiam illius, de cuius interesse agitur, vt tenuit Rota in Cartaginen. Portionum 14 Nouembris 1594 coram Card. Seraphino, & in Ciuitaten. Scholastria 24. Martij 1604 coram Cardinali Pamphilio, in Tuden Beneficij 5. Aprilis eiusdem anni coram Penia, & aliàs sapissimè. Præterea ex quo D Acugna huiusmodi recursus inseruit, & registrauit in processu trasportato ad curiam. videtur illos approbasse, vt expressè dictum fuit in dicta Valentina Pensionis vltima Ianuarij 1600. coram Litta, &c.* Habetur in Arbor. Canonicat 8 Martij 1632. coram Merlino, quæ cantat, vt sequitur: *Cùm de possessione Pauli sequi in Canonicatu, & prebenda, de quibus agitur, appareat ex publico instrumento. Quod dum alius in possessione non existebat prout præsumitur, probat possessionem manutenibilem*

iuxta l. prædia, vbi DD. ff. de acquirenda possessione. Caputaquen. decis. 334 num. 6. part. 2. Rota decis. 661. num. 1. part. 1. & decis. 525. num. 1 part 2 recentiorum. Ideo Domini mandatum de manutenendo eidem Petro Paulo denegari non posse censuerunt ex § retinend. instit. de interdictis cum Concord. Non obstat allegata possessio Didaci Astraldi, quia de illa non constat in actis, & quatenus constaret non suffragaretur, nec esset manutenibilis propter recursus per eumdem Didacum habitos ad iudices seculares, ex quibus sequitur ipsum tamquam innodatum excommunicatione, contenta in Bulla Cœnæ Domini §. 16. de qua meminit Rota decis. 103. num. 1. post 2. volum. Consil. Farinacci, & in decis. impressis post consil. 68. eiusdem Farinacci lib. 1. & in decis. 491. num. 6 p. 2. recent. repellendum esse à limine iudicij, & incapacem remanere iuris agendi, etiam ad effectum manutentionis, vt respondit Rota coram Sanctiss. nem. Greg. XV. decis. 64. num. 3. & ibi Addentes num. 13. & decis. 225. num. 3. post 2. Volum. Farinacci, & apud Reuerendiss. D. meum Decanum 192 decis. 425. num. 3. De recursibus autem per Didacum habitis ad iudices laicos, apparet ex litteris Regijs, quas Saluasguardias appellant, datis in Summ. num. 2. in quibus ipsum Didacum in possessione Canonicatus confouendum esse præcipitur, & inde deducitur, recursus fuisse factos de Ordine, & mandato eiusdem Didaci, qui est nominatus in litteris, & cuius interest, vt ex doctrina Bartoli in l. fin. num. 5. ff. de quæstionibus dixit Rota coram Cardin. Seraph. decis. 1094. nu. 1. & 2. in recent. decis. 529. num. 4 part. 1. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 425. num. 3. Imò hoc idem fassus est ipse Didacus in supplicatione porrecta pro obtinenda absolutione, vt in summar. num. 3. qua confessione non potest dari melior probatio, l. cum præcum C. de liberali causa, & tamen ad effectum denegandi audientiam ob recursus habitos ad iudices laicos, admittuntur etiam leuiores probationes, & statur scripturis informibus & copijs, quidquid sit ad effectum pœnæ. Cardin. Seraph. decis. 1094. num. 2. & 1296. num. 10. Rota decis. 348 num 3. post 2 volumen consil. Farinacci, & decis. 602 num. 3. part. 1. recent. & aliàs sæpius, & ita Petro Paulo

Paulo tantùm informante resolutum fuit.

Ad cuius declarationem multum fauet alia decis. eiusdem Rotæ in Tullen. Coadiutoriæ 17. Maij 1628. corã Vbaldo tenoris sequentis: *Domina Solanda vigore litterarum Apostolicarum cepit possessionem Coadiutoriæ, postquam fuit ad instantiam Capituli commissa causa in Rota, & post emanatam inhibitionem. Vnde fuit dubitatum, an constaret de attentatis. Et Domini negatiue*
193 *responderunt, quia cùm inhibitio emanauerit vigore Commissionis habentis clausulam, sine præiudicio litterarum Apostolicarũ quamuis sit Rotalis non causat attẽtata, nec impedit processum exequutoris, quin legitimè possit tradere possessionem. Lancell. de attent. post inhibitionem limitat. 3. num. 1. & seq. Seraphin. decis. 1007 num. 2. Rota in Anconitan. dotis 3. Aprilis 1609 coram Illustriss. D. Cardin. Millino apud Marchesi. de Commiss. part. 2. fol. 57. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 144. num. 7. cum seq. Gonzal. de annot. constr. nullit. num. 224. Adden. ad decis. 119. num. 11. S. M. Gregor. XV.*

194 *Non obstat, quòd sit capta possessio auctoritate Iudicis laici, quia imò factum Iudicis laici continet potius confirmationem possessionis iam captæ in vim litterarum Apostolicarum, & processus ab exequutore fulminati. Vnde remanet possessio benè, & legitimè capta. Seraph. decis. 1003. num. 3. sed cessat difficultas, tum quia recursus non est huc vsque probatus, cum iura non sint in forma probanti, & tamẽ debebatur cõcludentissimè probari, cum agatur de delicto, & de incurrenda pœna S. M. Gregor. XV. decis. 96. num. 3. & ibi Adden. num. 7. Rota in Placent. benefic. 21. Maij 1624. corã b. m. D meo Vbaldo, quæ est decis. diuers. 602 num. 2 par. 1. in recent. tum quia in omnem casum posset purgari, si recursus esset attentatus, sed non inde infertur, quòd præcedens possessio fuerit attentata, & etiam multò minus quod fuerit læsa Maiestas Rotalis, cùm in Rota non fuerit commissa exequutio, sed ea præseruata exequutori vigore supradictæ clausulæ, sine præiudicio.*

195 *Non obstat quòd facultas exequutoris procedat, quando quis se opponit de facto, secus si se opponat de Iure: quia quidquid de hoc dicendum*

dum sit, cùm respiciat meritа exequutoris, & nihil commune habeat cum attentatis; potest etiam responderi, quòd Capitulum non erat legitimus contradictor ad Impediendam exequutionem. Rota apud S. M. Gregor. XV. decis. 221. num. 3 & 4.

196 *Non obstat, quòd Auditor Rotæ Vigore Clem. Auditor, succedat in locum exequutoris. Cas. de Grassis decis. 14. num 9. de prabend. & Exequutor non procedat post motam litem sinè vitio attentati. Egid. decis. 66. in fin. quia id potest intelligi quando in commissione nõ est præseruata Iurisdictio exequutoris per clausulam (sine præiudicio litterarum Apostolicarum) vt in casu nostro; tunc enim dicta clausula operatur, vt exequutor possit procedere citra vitium attentatorum, non obstante iudicio ordinario. Rot. in Ispalen. & Laurien. permutationis 11. Mart. 1596. corã Gipsio apud Marches. de cõmis. par. 2 fol. 990 n. 1. & in Ouet. benef. 28 Nouembr. coram b. m. Card. Lancel. apud eundẽ Marches. par. 1. fol. 435. Et cessat omnis difficultas, cùm Iurisdictio fuerit in partibus præuenta coram exequutore post decretũ processus fulminati, postquam non est amplius res integra. Gabr. conclus. 1. num. 44. de praben. & cum fuerit d. decretum etiam præsentatum ante præsentatam inhibitionem Rotalem, fuit introducta præuentio etiam priuatiuè quò ad Auditorem Rotæ. Cassad. dec. 5. de referip. Et ita decisum vtraque, &c.*

De illa autem quæstione, an licitum sit pro vi tollenda recurrere ad Regios tribunales, vide eruditissimum nostrum *P. Dianam tom. 3. tract. 1. resol. 53.*

Limitatur, quando quis habet possessionem sine titulo, vel cum titulo, sed nõ Canonico, quibus casibus
197 dicitur intrusus, vt post alios habetur per *Parisium de resignatione benefic. lib. 7. cap 1. num. 113. & seq.* Tunc enim possessio non solùm non est manutenibilis, sed ei potest auferri sine citatione, cùm non dicatur incumbere possessioni, idem *Parisius loco supracit. lib. 1. cap. 7. num. 2. & 3. & lib. 7. quæst. 1. à num. 108.* Vbi quòd talis intrusus nullum ius habeat in beneficio, & sicut qui retinet rem furtiuam tenetur ad fructus perceptos, circa quam materiam non pigebit hìc transcribere decis. in illa Brachar. Archidiaconatus 31. Martij 1628. quæ sonat, vt

sequi-

sequitur ; *Pluries proposui dubium, An esset danda declaratoria contra Hectorem intrusum lite pendente, & aggrauatoria contra Capitulum. Et quò ad Hectorem Domini voluerunt, quòd ei intimarentur executoriales, prout fuit factum, & meritò quidem, cùm executio non possit fieri etiam contra intrusum lite pendente, nisi constet ex actis, ipsum esse talem, & habere causam à litigante, & nullã ei prorsus defensionem competere, aliàs citari, & nisi citetur, executio est nulla, nec possessori aliquod fit prgiudiciũ. Francus in cap. ex ratione num. 29. de appellat. Gabriel*
198 *cons. 31. num. 20. lib. 2. Facta igitur intimatione executorialium Hectori, non dubitarunt, quin contra ipsum possit fieri executio, vt patet ex prædictis, & benè Bal. in l. executorem num. 26. C. de executt. rei iudicatæ, Ruin. cons. 34. num 12. lib. 5. Rota decis. 14. vers. fallit, secundùm quosdam, de probationibus in nouis, quæ duplicatur apud Egid. decis mihi 708. Crescent. decis 16. de senten & re iudicata Mohed. dec. 1 eod. tit. Rota decis 441. num. 2. part. 1. diuers. Mantica decis. 310. in princip. Et propterea littera executoriales possant contra ipsum executioni demandari, vt fuit resolutum in causa Senogall. 9. Iunÿ 1559. coram Oradino, quam refert, & sequitur Lancellottus de Attentatis par. 1. cap. 3. num 71. vbi, quòd littera executoriales possũt executioni demandari contra intrusum, ad cuius instantiam causa fuit commissa ; si vigore commissionis non emanauit inhibitio, aut illa fuit moderata. Mantica dicta decis. 310. num. 2. & fuit dictum in causa Toletana de Manzanares 14. Nouembris 1605. coram bo. mem.*
199 *Iusto. Et ratio est, quia possessio sit intrusi est improba, & vitiosa, & ideo debet omnino ab eo auferri Crescent. decis. 19. num. 3. de sent. & re iudicata, Mohed. decis. 1. eod. tit. Cùm igitur executoriales fuerint intimatæ, & possint executioni demãdari contra Hectorem DD. dixerunt, deueniendum esse ad declaratoriã, quia cõstat de eius contumacia, ex quo contẽnerat obedire iudici, l. contumacia ff. de re iudic. Seruatis enim terminis de iure seruari solitis, de quibus sufficit, vt dicatur constare de contumacia ; ita vt declaratoria possit dari, vt passim dicit, & seruat Rota. Quan-*

tum

tum verò attinet ad Capitulum. An contra ipsum sit
200 danda aggrauatoria, cum contra ipsum fuit data declaratoria, & hac non obstante substineat cersuras nõ parendo, vtique danda est aggrauatoria. Abb. & alij in cap 2 de Cleric excomm. ministrante Specul. in tit. de accusat §. sequitur porrò, Soccin. in cap. perpendimus num. 248. & 252. de sent. excommun. Vestrius in Praxi lib. 5. cap. 14. num. 4. Addentes ad Rotam decis. 2. de rescript. in nouis, & fuit dictum in causa Vallisoletana Pensionis 29. Nouembris 1624. coram R P. D.mo Merlino, & in causa Legion. Canonic. 14. Martij 1625. coram b.m. Patriarcha Hierosolimitano. Neque obstat, quod Capitulum non sit condendatũ ad cijciendum intrusum, & illum etiam non possit excludere, cùm se prouisionibus secularium defendat, quia Capitulum tenetur parere quantum in se est, adhibendo omnem diligentiam, vt intrusum eijciat, cùm illum iniustè admiserit, nec potest excusari ex pretensis prouisionibus secularium, cum non constet fecisse morales diligẽtias, pro vt tenetur: imò potius appareat de collusione. Quare cùm fuerint obseruata omnia, de quibus per Vestrium in Praxi libr. 3. cap. vlt. vers. quod si sic moniti, & nu. 19. Marches. de Commissionibus part 1. fol. 315. num 2102 & seq. Adden. ad Rotam decis. 2. num. 53. de rescript. in nouis, & fuerint etiam seruati quatuor termini soliti, de quibus Vestrius dicto cap. vlt. num. 19. Visum fuit Dominis benignè agendo, dandam esse aggrauatoriam contra Capitulum nisi infra mensem paruerit. Et ita concluſum auditis ommibus partibus.

Quando Præsentatio dicatur simoniacè facta.

201 Simoniaca præsentatio quę dicatur. Quid si præsentato ignorante illa fuit commissa, num. sequenti. Quid si ex pluribus vocibus vna sit simoniaca, num. 204.

203 Præsentatus habens voces absque simonia, & cum simonia, quando possit vti vocibus habitis sine simonia.

205 Promissio pro habenda voce de re in fauorem Ecclesiæ, an sit simoniaca. Quid si sit de re spirituali ipsa

ipsa promissio, num. sequenti.

207 *Simoniaca an reddatur præsentatio ex onere Missarum appositio præsentato. Quid si fuerit promissio de defensione iurium beneficij congerendi in vnum scripturas, vel recuperandi bona beneficij, num. seq.*

209 *Præsentatio facta sub conditionibus illicitis, si non fit acceptata per præsentatum, an priuet patronos facultate iterum eundem præsentandi.*

210 *Præsentatio facta sub conditionibus illicitis à 140. hominibus si non acceptetur per præsentatum, deuoluit ius præsentandi ad alios, qui non interfuerunt primæ præsentationi, & si minoris numeri.*

211 *Præsentatio facta de beneficio litigioso cum onere, vt suis expensis litiget, an sit simoniaca, vbi de alijs conditionibus, quæ inducunt hoc casu simoniam.*

212 *Præsentatus simoniacè quas pœnas incurrat, item præsentans, num. seq.*

214 *Accusatus de simonia quãdo sit suspensus à Diuinis.*

SIcut Iuspatronatus est materia simoniæ, non solùm contra Ius Ecclesiasticum, sed etiam contra ius Diuinum, postquam fuit ipsum ab Ecclesia institutum, vt ex communi opinione post Suarez, & alios tradit *Filliuccius tractat 45. de vitio*
201 *simonia num. 9 & 10.* Ita etiam & præsentatio, quæ est in actis ipsius Iurispatr. & cuius terminus & obiectum est beneficium Ecclesiasticum, & sic per eam cõfertur aliquid spirituale, vt *ibid. & num. 11. prosequitur idem Filliuccius.* Erit igitur præsentatio simoniaca quãdo aliquid datur, vel promittitur pro habendis vocibus, vel obtinenda ipsa præsentatione patronorum, *cap. veniens el 1. vbi Abb. & Decius in 2. notab. de test. cap. Mattheus vbi Abbas num. 3. in 2. notabili de simonia. Roman. cons. 317. vbi Addent. Decius cons. 118. in princip. Summa Angelica verbo Simonia 3. nu. 5. Siluester quæstione 13. vers. 4. Nauarr. in Summa cap. 23. num. 100. vers nam cùm quis, & cons. 21. sub num 40. vers tum quia Canonici de simonia, Petrus de Batxio in directorio electionum part. 2. quæst. 28. num. 7. Rocc. de Iurepatr. verb. & vtile, quæst 3. num.*

9. Lambert. lib. 2 par. 1. quæst. 11. & supponitur in Romana Iurispatron. 29. Ianuarij 1621. coram Millino, vt infra.

Amplia primò, vt talis sit in foro externo dicta
202 præsentatio, etiam si præsentato ignorante detur aliquid, vel promittitur pro habenda præsentatione. *cap. Præsul de elect. cap. ex insinuatione, cap. nobis cum ibi notatis de Simonia, Rota decis. 285. num. 3. par. 1. diuers.*
203 Hoc tamen intellige quãdo cum omnibus præsentationibus commissa fuit simonia, aliàs si adsint præsentationes bonæ, tunc præsentatus, si nesciat conuentiones illicitas, potest tueri præsentationibus bonis, non obstante concursu illicitarum, vt fuit resolutum in Comen. Capellæ 6. Martij 1595. coram Millino.

Dixi, *in foro externo*, quia in foro conscientiæ, donec præsentatus est in tali ignorantia, est tutus; & si postquam id rescierit, teneatur statim beneficium relinquere, ac fructus perceptos à die obtenti beneficij restituere, vt post *Suarez probat Filliuccius loco supracitato cap. 13. num 23. ad medium*. Et si excommunicationem contra Simoniacos nequaquam incurrat, si postquam rescierit, non relinquat beneficium, vel etiam approbet, vel etiam restituat pecuniam ei, qui illam soluerat, ad hoc vt ipse haberet præsentationem, vt latè probat *Bonacina tom. 3. de censuris in particulari disput. 2. quæst. 3. punct. 24. à num. 12.* Quid de eo qui pecuniam soluerat pro habenda præsentatione, sed ignorans committere simoniam. *Megalius consil. 32.*
204 Amplia 2. etiam quando vna tantùm vox ex pluribus esset simoniacè acquisita, item & si illa non esset necessaria, quia nihilominus ex hac voce simoniaca, tota præsentatio redderetur ad hunc effectum simoniaca, *Cap. Matthæus vbi Abb. num. 3. Felin. in 2. notab. de simonia, Petrus de Bayxio citata quæst. 28. num. 7. Mobed. decis. 4. in fine de Iurepatron. Crescent. decis. vltima vers. imò secundùm dominos, de simonia Romanus cons. 317.* Intellige, quando dicta vox habita fuit sciente ipso præsentato, aliàs secus, vt proximè dictum fuit *in fine ampliationis præcedentis*.
205 Amplia 3. etiam si aliquid promittatur in fauorem Ecclesiæ cap. ex multis §. constituimus el 2. 1. quæst.

3.

3. Rebuff. in Rubr. de elect. derogat. verbo simoniacis addentes ad Roman. cons. 317. Crescent. decis. vltima de simonia exēplificari potest hæc ampliatio, in casu, quem post *Suares, ponit Bonacina in tract. de simonia quæst. 1 §. 1. n. 4.* in præsentatione facta in personam creditoris Ecclesiæ, ad quã præsentatur cum pacto, vt remittat debitum ipsi Ecclesiæ, vbi allegat tex. in *cap. talia 8. quæst. 3.* in quo textu agitur de pacto non molestandi eos, qui vsurpauerunt res ipsius Ecclesiæ. Restringe hanc ampliationem in his quæ spectant de iure ad ipsum præsentatum, vt infra *num. 208.*

206 Amplia 4. vt procedat non solùm quando datur, vel promittitur aliquid temporale pro ipsa præsentatione; sed etiam quando promittitur aliquid spirituale *cap. quæsitum de rerum permutatione, Romanus citato cons. 317. Nau. dicto cap. 23. num. 100. vers. 2. quod duplex & cons. 14. aliàs 23. num. 1. vers. 3. de simonia Bonacina citato Opusculo de simonia quæst. 1. latè Filliuccius supracit. tract. 45. de vitio simoniæ cap. 7.* vbi benè hoc declarat *num. 6.* hanc ampliationem intelligi, quando id quod datur, vel promittitur pro præsentatione, non fit simpliciter res spiritualis, sed simul haberet adnexum temporale, vt est si daretur calix aureus, vel Pixis aurea pro præsentatione, & num. 13. Beneficium, pro præsentatione ad aliud benefic. ex qua declaratione patet verus intellectus ad textum in *cap. significatum de præbendis*.

207 Vbi non damnatur à Summo Pontifice pactum appositum à Capitulo in collatione cuiusdam præbendæ de celebrando quotidie missam de S. Maria. Non enim id confirmatum fuit à Summo Pontifice dumtaxat quia tale onus Missas celebrandi fuit iniunctum, dum capella vacaret, & sic ante collationem, vnde non mirum quòd obligaret eum cui fuit facta collatio, cùm res transeat cum onere suo, vt inquit *ibi glos. quem intellectum sequuntur Cardinal. ibid. sub num. 2. in secunda oppositione, Imola sub num. 8.* Qui tamen fatetur ex eo litteram aliqualiter violari. *Abbas num. 7.* Et hunc intellectum dicit magis communem. *Decius sub num. 10. vers & primus.* Vbi tamen vocat illum diuinatorium, & iuxta hunc intellectum non improbauit Rota

apud *Caputaquens. decis. 241. part.* 3. Sed etiam quia tale onus erat verè, & simpliciter spirituale, non habens adnexum aliquod lucrum temporale, quod non prohibetur apponi etiam in ipsa collatione, quem intellectum vti magis litteræ congruentem, ibi *prabendam de dictis, ita quòd, &c.* Sequitur etiam *glos. ibid. & Goffred. in summa col. 2. in fine vers. vel si conditio.* Ex quo vltimo loco illum referunt, & tenent *Abb Antiq ibid num. 2. Hostien post princip. vers. potest tamen dici, Ioann. Andr. col. 2. in princip. vers. unde secundus intellectus, & est de mente glosæ, in cap. quam pio, vers. pactio prima quæst. 2. & ibi Archid. sub num. 1. vers. in glos non remouetur Præposit. sub num. 1. in fine Hostiens. in Summa de simonia sub nu. 9. Brixien. quæst. venereal. 36. in cap. vtrum conditio.* Quem intellectum, re maturè discussa, tenuit Rota in Romana Iurispatr. 10. Nouembris 1600. & 29. Ianuarij 1601. coram Millino, vbi declarat quando hoc onus iunctum de celebrandis Missis, quæ ratione fundationis nequaquam deberent celebrari, in præsentatione sit verè spirituale, & non habeat annexum temporale, scilicet quando ex talis oneris impositione præsentans non releuatur in aliquo temporali, puta quia aliàs obligatus erat vel ratione legati, vel simili, celebrare, vel curare, vt celebrentur dictæ Missę mediante stipendio, sed imposuit dictum onus ob suam deuotionem, vel ratione maioris cultus ipsius Capellæ, vel deuotionis gentium
208 circumuicinarum. Sicut etiam ibidem Rota declarauit, non committi simoniam præsentando cum onere defendendi iura beneficij, vel recuperandi bona ipsius, aut congerendi in vnum illius scripturas, quia ista spectãt re ipsa ad institutum ad beneficium, qui est immediator defensor illius, vt per *Lambertinum lib. 3. quæst. 2. in princip. num. 2.* Et conditiones, quæ de iure insunt nõ inducunt simoniam, vt per Doctores in *cap. significasti, & ibi Decius num. 2. de electione, Caputaquen. decis. 24. lib. 3* Has decisiones libenter hic transcriberem, nisi haberentur apud Farinacc. post primum Volumen suorum Consiliorum.

Quia præsentans simoniacè, ideſt propter pecuniam, vel aliam rem temporalem, vt supra explicatum est, in-

ter

ter alias pœnas, quas incurrit, vna est, quòd priuetur illa vice iure præsentandi, & ad alios compatronos deuoluatur, seu accrescat sicuti infra dicemus §. 3. de præsentante indignum.

Fuit dubitatum primò, an
109 præsentatio cum conditionibus illicitis facta per 140. homines, & non acceptata per præsentatum, superetur à præsentatione altera die facta per 60. alios homines de dicta vniuersitate, sine conditionibus illicitis de eodem, & fuit responsum, hanc vltimam præsentationem debere attendi, quia ius præsentandi & eligendi remanet penès illos, qui non deliquerunt, licèt sint pauciores, *cap. gratum §. cumque plures, vbi glos. verf pauciores, quam ibi sequuntur DD. præsertim Abb. in vlt notab. de elect idem Abbas in cap. 1. num. 11. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli. Iason in l si grege num 12. verf. hinc est ff de legat. 1. Roc. verb. honorificum quæst. 16. num. 43.* Et fuit resolutum in Lucana plebis 29. Aprilis 1591 coram Gipsio.

210 Fuit dubitatũ secundò, An præsentatio facta sub conditionibus illicitis, si non sit acceptata per nominatum, & sic non habuit effectum, priuet patronos facultate iterum eumdem nominandi ritè, & rectè. Et responsũ fuit nõ priuare ex notatis p *DD. in cap. tua nobis, vbi Abb. num. 5. Felin. num. 3. de simonia*, Et fuit resolutum in Pampilon. Rectoriæ 20. Octobris, & 5. Nouembris 1586. coram Orano, & supra proximè citata Lucana Plebis coram Gipsio.

Diximus enim supra non esse pactum simoniacum, quando extorquetur à præsentato promissio defendendi iura beneficij. Nunc que-
211 ro, an idem sit, vbi quis aliquem præsentat cum cõditione, vt suis expensis litiget? Respondetur *Villiuecium posti Suarez loco supracit. nempe tract. 45. de vitio simoniæ cap. 6. num. 13.* sic distinguere Vel tale pactum seu conditio est circa defensionem iurium ipsius præsentantis, vel tantummodo circa defensionem suæ præsentationis primo casu est simonia, non autem secundo casu, quoniam in primo casu imponitur onus extrinsecum ipsi præsentationi, secundo verò casu nõ imponitur onus aliquod præter illud, quod iure inest, nec talis præsentatus absolutè obligatur ad litigandum, sed

sub

sub conditione, si velit suam præsentationem stabilire, quod redundat in commodum ipsius præsentantis, prosequitur alijs allegatis *Bonacina opusculo de simonia quæst. 4. §. 11. sub num. 4.* qui ibid. *quæst 1. num. 11.* concludit committi simoniam ab eo qui præsentaret ad beneficium de Iurepatronatus filium Iudicis cum pacto absoluendi reum, vel primum debitum mitigandi, vel aliam actionem iniustam faciat, secus si tantum præsentet, vt conciliet sibi eius amicitiam, licèt aliàs grauiter peccet ex intentione actionis iniustæ. Et ibidem *§. 1. num. 6.* idem asserit, quãdo intercedit inter præsentantem, & præsentatum non exigendi decimas, vel aliquid sibi debitum non postulaturum ab eo, &c. De his, & alijs casibus simplicibus, in quibus pro præsentatione, vt supra, committitur simonia, vide *Azorium part. 3. libr. 12. cap. 15. per totum.*

Circa pœnas quas incur-
112 rit tam præsentans, quàm præsentatus simoniacè, est certum incurrere easdem pœnas, in quas incidit conferens, vel is cui collatum fuit beneficium cum eodem vitio, promotionis enim ad beneficia appellatione hoc casu, non solùm venit collatio, sed etiam præsentatio, electio, nominatio, postulatio, confirmatio, admissio in possessionem beneficij Ecclesiastici, vt post *Lessium Sayrum Nau. Azorium, Suarez, & alios habetur per Scortiam in Selectas Summorum Pontificum Constitut. Theoremate 86. §. Seruire autem, & nos latè diximus 3. part. nostri tractatus de Officio, & Potestate Confessarij in Recollectione particulari de execrando hoc vitio simoniæ.*

Nota tamen, quòd & si de rigore iuris probabilis sit sententia, ad incurrendas dictas pœnas sufficere traditionem rei spiritualis, tamen non solum est probabilius requiri etiam traditionem rei temporalis, sed etiam ita se habet Praxis Romanę Curię & sac. Pœnitentiarię, vt testatur *Filliuc. tract. 45. de vitio simoniæ cap. 13. à num. 13.* qui benè subdit *num. 18.* hinc sequi, in potestate simoniaci esse non incurrere censuras post ordinem, vel beneficium acceptum, nam si pretium promissum non soluit, simonia non fiet realis, & consequenter non incurretur censura, prosequitur alijs

cita-

citatis *Bonacina tom. 3. de Censuris in particulari dispositione 2. quæst. 3. Puncto 24. à num. 6.* vbi idem docet, quando autem fuit tradita res temporalis, quia neque incurrit quis censuram, nisi postquam etiam ei tradita fuit res spiritualis, & declarat, an idem obseruandum sit in simonia confidentiali. Adde pro nostro instituto, quod non dicitur tradita res spiritualis ex eo, quia fiat præsentatio cùm possit adhuc præsentans pœnitere, sed benè quando secuta est institutio ad Capellaniam vel beneficium, &c.

Inter alias controuersias in hac materia illa est præcipua, an simoniacus in Beneficio recepto incurrat suspensionem ab Ordine, & beneficio, & licet Siluester Alterius Henriquez, & alij affirment contrarium, tamen frequentiori calculo docent recentiores, vt per *Bonacinam citato tom. 3. dispositione 3. quæst. 1. part. 5. num. 12.* testatur de communi Canonistarum post Nau. *Filliuccius citato tract. 45. cap. 13. num. 12. versus finem*. Ex qua doctrina apparet valde errare quotidie causidicos, qui eo ipso, quod aliquem audiunt accusatum de simonia in Beneficio, instant declarari suspensũ ex textu in *cap. Accusatum cum duobus sequentibus de simonia*, vbi S. Pontifex prohibet accusatũ simoniacum ne Missarum sollemnia celebraret, donec de veritate constiterit, non attendentes dictum textum loqui de simoniaco in Ordine, vt ibi glosa aduertit nam contra eum lata est suspensio ordinum susceptorum, de qua re *Bonacina loco supracitato de simonia quæst. 7. §. 6. num 8.* Vbi de communi sententia contra Lessium, Suarez, & Filliuccium, docet, talem suspensionem non solùm esse quò ad ordinem, vel ordines sic simoniacè susceptos, sed etiam quò ad omnes alios, si quos habet. Item dictus textus non loquitur de quarumlibet Missarum celebratione, sed tantùm de Missa solemni, seu cantata, vt eadem glosa subiungit, nec sufficit solùm accusatio, sed etiam requiritur diffamatio, ideſt quod testes examinati deponant talem de hoc crimine esse publicè diffamatum, tũc enim iudex debet declarare reum suspensum, donec lis terminetur, vt latè probaui in casu de facto occurrenti inter nostras consultationes morales, & pro nunc videre poteritis, *Azor*

part.

part. 3. suarum institut. moralium lib. 12. cap. 20. quæsito quinto in fine.

PRAXIS SEXTA, & vltima.

De Probatione qualitatum requisitarum in præsentato, vt valeat institui in Capellania de Iurepatronatus.

POstremum requisitum pro obtinenda institutione à præsentato ad Capellaniam de Iurepatronatus, est probatio qualitatum, vt præter decis. allegatas *in principio huius quæstionis IV.* habetur expressè in Romana beneficiatus S. Laurentij in Damaso 25. Maij 1625. coram Coccino, ibi: *Secunda difficultas consistit in eo, quòd Nicolaus Antonius est reus, & possessor, & nihil tenetur probare quia cùm Franciscus probet Iuspatron. & se fuisse præsentatum in tempore & suas habilitates, ei non potest denegari immissio, &c.* Qualitates probandæ à præsentato, aliquæ sunt requisitæ de iure communi, aliæ verò de iure particulari, nempè ex lege fundatoris de omnibus per §§. sequentes agemus, exordium autem sumimus à qualitatibus requisitis de iure communi.

§. PRIMVS.

De Clericatu requisito ad institutionem obtinendam Capellaniæ de Iurepatron.

1 *Clericus quis nam dicatur ad hoc, vt possit institui ad Capellaniam. Quid ad effectum resignationis, num. seq.*

3 *Laico potest Papa conferre beneficium.*

4 *Clericus est persona Ecclesiastica, non autem omnis persona Ecclesiastica est Clericus ad effectum capacitatis beneficij, vbi de Conuerso Regulari, Clerico coniugato, Equite Ordinis Militaris, &c.*

5 *Clericatus assumptus post institutionem ad Capellaniam, an sufficiat.*

6 *Ordinatus prima tonsura absque litteris dimissorijs, vel cum alio vitio, an sit capax recipiendi institutionem ad Capellaniam, & num.*

num. 8. Capitulum sede vacante potest concedere dimissorias præsentato infra annum, num 7.

9 Irregularitatem quando incurrat promotus ante legitimam ætatem. Quid de promoto absque litteris dimissoriis, num. 13.

10 Verbum, præsumpserit, denotat contemptum.

11 Matris assertioni standum circa probationem ætatis filij.

12 Legitimatus per subsequens matrimonium potest ordinari.

14 Attestationi viri grauis, & officialis primarij creditur.

15 Dispensatio præsumitur interuenisse spatio xx. annorum, vt quis dicatur benè ordinatus.

16 Laicus an possit præsentari ad Capellan. vel beneficium de Iurepatron.

17 Præsentatus an non solùm debeat esse initiatus prima tonsura, sed etiam incedens in habitu, & tonsura, & num. 20.

18 Præsentationis, & institutionis differentia quò ad ius, quod vnaquæque tribuit, & num. 24.

19 Priuatio est de pœnalibus, & non datur extensio.

21 Constitutio Sixti Quinti de habitu gestando à Clericis beneficiatis illustratur à Rota Romana, & num. 23.

25 Beneficiatus non incedens in habitu, an ipso iure priuetur beneficio, An etiam priuetur priuilegio fori, si se ita in enormitatibus exercuit armando, vt vulgò dicitur in campagna, num. seq.

27 Clericatus quomodo probetur ad finem obtinendi institutionem ad Capellan. Quid ad effectũ declinandi forum, num. sequenti, remissiuè, Quid si talis per dimissionem habitus renũciauit Clericatui, an postea sit capax beneficij, illũ reassumendo sine licentia, nu. 29.

CErtum est laicum non posse institui ad Capellaniam ab Ordinario, sed hunc debere esse Clericum,

1 Item Clericum hoc casu nõ censeri eum, qui incedit in habitu clericali; sed is qui etiam cum habitu, initiatus fuit saltem prima tonsura, quidquid sit de ea quæstione Theologorum, An prima tonsura sit ordo nec ne, nã magis cõmunis opinio Canonistarum est, quòd sit ordo, & illam pluries Rota sequuta est, vt habetur in illa Ferrarien. Pensionis 21 Martij 1627. coram Virili,

quæ est *decis. 96. apud Viuianum*. Ratio est manifesta, nam Capellania de lurepatronat. non potest esse, nisi etiam sit collatiua, & per consequens est beneficium Ecclesiasticum, vt sæpius supra dictum fuit, ergo ad illam non potest instrui, nisi etiam persona Ecclesiastica, quæ ad hunc effectum dicitur is, qui initiatus est prima tonsura, vt patet ex dictis à nobis *tractat. de Potestate Confessarij recollection. 1. num. 100. & supra quæst. 3. nu. 76.* Et prosequitur alijs allegatis Paulus Squillantes tract. de Priuilegijs Clericorum, aliàs institutio est nulla, sicut de collatione ait *Perez de Anniuers. & Capell lib. 2. cap. 5. num. 3.* 2 *Et de resignatione Parisius lib. 4. de resignat. beneficiorum num. 5. & num. 19. vsque ad 26.* Qui authores testantur etiã de communi sententia, fauet Rota in Florentin. Capellæ coram Pirouano verbis mox infra referẽdis *num. 22.* Vbi id confirmatur ex Constitut. Sixti V. & probat *Filliuccius tract. 41. de benefic. num. 21. in fine.*

Dixi in primis, *ab Ordi-* 3 *nario*, quia à Papa non solùm potest conferri beneficium laico tempore, quo erit Clericus, cum clausula (si non sit Clericus, sed tantum scolaris, quàm primum clericali charactere fuerit insignitus) sed etiam puro laico, vt post *Flaminium Parisium loco supracitato prosequuti fuimus supra quæst. 3. num. 78. & latiùs tract. de Potestate Confessarij Recoll. 1. num. 154. & 156.* Vbi tetigimus rationem huius doctrinæ, quando scilicet is, cui confertur beneficium, sit Clericus, vt supra saltem prima tonsura initiatus, non est de iure Diuino, sed de iure Canonico dumtaxat, vt per *Azorium part. 2. suarum institut. moralium lib. 2. cap. 2. quæsito 5. in principio*, ergo Summus Pontifex qui solus est supra ius Canonicum, poterit dispensare.

Dixi secundariò *ad hunc effectum*, vt excludam aliquas 4 personas, quæ & si sint personæ Ecclesiasticæ, non tamen sunt capaces, vt possit eis conferri beneficium Ecclesiasticum, vel institui in Capellania de lurepatron. Huiusmodi sunt Clerici coniugati, laici seu conuersi Regularium, Equites Ordinum Militarium, Fratres Tertij Ordinis S. Francisci, vel Sancti Dominici, Templarij, Eremitæ, & similes qui & si gaudeãt priuilegio Canonis, & aliquando etiam fori, vt

patet

patet ex dictis à nobis supradicto tractatu *de Potestate Confessarij, recollectione 1. à nu. 101.* In specie de Equitibus Ordinum Militarium D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ sint immunes à Gabellis. Agit *Diana part. 1. tract. 1. resolut 49. & part. 3. tract. 2. resolut 30. sicut de eorum priuilegio fori discurrit ead. part. 1 tract. 1. resolut. 72. & de Fratribus Tertij Ordinis ibid resolut. 84.* Sicut de priuilegio Canonis istorum, agit nouissimè *Paulus Squillantes cap 6. de Priuilegijs Clericorum à num. 30.* In terminis nostris loquendo de laico, seu conuerso Regulari, & Clerico coniugato, notat *Parisius citato lib. 4 quæst. 2. num. 27. & 30. & 99.*

Hæc conclusio sic declarata, Ampliatur primò etiam 5 in eo casu, quo statim quis post institutionem initiaretur prima tonsura, quia adhuc institutio esset inualida: Nam vbi habilitas requiritur ab initio, non sufficit si posteà superueniat, vt post Ricciũ diximus supra *quæst. 3. num. 76.* & testatur *Parisius supracitata quæst. 2. num. 15. & seq* Qui benè *num. 35.* restringere videtur hanc ampliationem, vbi talis fuisset initiatus prima tonsura eadem die, qua fuit facta institutio, nam vbi ad essentiam substantialem actus, aliquid debet esse prius altero, si vtrumque reperiatur factum eodem die præsumitur indubio præcessisse illud, quod præcedere debebat pro validitate actus, vt per *Felinum in cap. pastoralis à num. 5. de rescriptis.* Rota in terminis apud *Crescentium decis. 6 de præsumptionibus, & Cassador. decis. 20. de præbend.* quos ad hoc allegat *Nouarius in quadam sua allegatione post dec. 114. Ricc p 3.* Vnde benè *Azorius part. 2. institut. moralium lib. 6. cap. 2 quæsito 5. citatus à nobis supra quæst. 3. sub num. 76.* concludit quòd si fuerit ordinatus post diem, qua fuit institutus, talis institutio sit inualida.

Ampliatur 2. etiam in eo, qui licèt fuerat initiatus prima tonsura antè institutio- 6 nem tamen vitiosè fuit ordinatus, quia cùm paria sint non esse ordinatum, & esse ordinatum tali modo, vt careat exequutione ordinis, sicut institutio est inualida, si fiat non ordinato, ita erit inualida, & nulla si fieret vitiosè ordinato, qui careat exequutione ordinis ob id vitium, vt optimè *Parisius supracit quæst. 2 num. 64.* Qui *num. 58.* exemplifi-

cat in ordinato absque dimissorijs proprij Episcopi num. 56. in ordinato ab Episcopo Hæretico, vel Schismatico, suspenso aut excommunicato, vel non baptizato; si hoc sciebat ordinatus, & num. 102. de ordinato per saltum, vel ante legitimam ætatem absque dispensatione, probat *Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 16.* Qui optimè post alios extendit ad quemlibet clericum priuatum priuilegio clericali, & *num 105.* ad ordinatũ simoniacè, quia talis est suspensus, & excõmunicatus. Item *num. 15. post Prosperum de Augustino,*

7 Aduertit, in horum numerum non debere reuocari ordinatum cum litteris dimissorijs Vicarij Capitularis infra annum, cùm enim ex Sacr. Concil. Trident. talis non sit priuatus ipso iure priuilegio clericali, sed post sententiam declaratoriam, ergo antequam declaretur priuatus, validè ei confertur beneficium, & in personam ipsius fit institutio ad Capellaniam. Quod autem dixi, quòd à Vicario Capitulari, non possint concedi dimissoriæ infra annum; Intellige quando is, cui conceduntur, artatus ratione beneficij habiti vel habendi, ordinem requirentis, nam tunc ab eo poterunt dimissorię concedi infra annum à die vacationis, vt habetur in *Sacr. Concil. Tridentino sess. 7. de reformat. cap. 10. prosequitur Quaranta verbo Capitulum sede vacante quæsito 10.* Vbi nomine beneficij non solum venit Parochia, vel Canonicatus; sed etiam Capellania requirens seruitium personale, vt per *Garziam part. 5. de beneficijs cap. 7. num. 98. de qua re latè Riccius 2. part. Praxis resolut. 98.* & in specie quòd possit idem *Vicarius Capituli sede vacante infra annum concedere dimissorias ad primam tonsuram ei, qui est præsentatus à Patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum Iurispatronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat,* declarauit S. Congregatio Concil. vt post *Ricc. part. 4 decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decisione 125. num. 14. Squillantes refert cap. 4. de priuilegijs Clericorum sub num. 12.* & nos aliàs illam retulimus supra *Praxi præcedenti,* vbi ex tali declaratione iuncta doctrina *Quaranta eod. verbo Capitulum sede vacante quæsito 9. limitatione 3.* quòd scilicet idem Vicarius habeat facultatem instituendi præsenta-

tos

tos ad beneficia Iuſiſpatron. & ſi non habeat facultatem conferendi beneficia, & etiã nos diximus *eadẽ Praxi præcedenti*. Deduximus, non eſſe inconueniens (ſecluſa fraude) quòd Vicarius ipſe, vel etiam Epiſcopus poſſit concedere dictas dimiſſorias ad primam tonſuram extero præſentato ad beneficium Iuriſpatronat. exiſtens in ſua Diœceſi, vt ſic ordinatus valeat conſequi inſtitutionem ab eodem, quia ex eo quòd fuit præſentatus ſolus habet ius conſiderabile ad dictum beneficium, ratione cuius iuris iam efficitur ſubiectus ratione beneficij tali Ordinario, ita vt poſſit ab eo ordinari, & poſtea inſtitui. Dixi, *ſecluſa fraude*, quia aliàs ſi id actum fuerit ex fraude, non poterit, videte *Nouarium in ſuis ſingularibus Cõcluſ. 102. num. 21.*

8 Ordinatus abſque litteris dimiſſorijs proprij Epiſcopi ad hoc vt poſſit beneficium ad quod fuit inſtitutus, retinere, ſufficit ſi Epiſcopus proprius ratam habeat dictam ordinationem, vt per *Pariſium dicto lib. 4 de reſignatione benef. quæſt. 2 num. 66. proſequitur Bonacina aliis allegatis diſp 6. de Sacrament. quæſt. vnica part. 4. ſub num. 25.* Vbi quòd talis ſuſpenſio incurratur etiam pro ordinatione ad primam tonſuram, quòd ipſa poſſit abſolui ab Epiſcopo ſi fuerit occulta vi cõceſſionis *Sacr. Concil. Tridentini ſeſſ. 14. cap. 6.* Adde quòd talis hodie ex conſtitutione Vrbani VIII. non gaudet priuilegio fori *Diana part. 3. tract. 1. reſolut. 62. verſus finem*. Idem dicas de ordinato ante legitimam ætatem, quia poſtquàm deuenerit ad illam poterit etiam Epiſcopus illos diſpenſare eodem modo, vt dictum fuit à nobis *tract. de Poteſtate Confeſſarij recoll. 6. num. 212.* Et ita intelligas *Pariſium ſupracitata quæſt. 2. à num. 106.* Dum ait hodie tales ordinatos ante legitimam ætatem eſſe perpetuò ſuſpenſos, & indigere Apoſtolica diſpenſatione; ideſt ſi caſus non ſit occultus, ſed publicus, pro vt ipſe videtur præſupponere dum allegat Rotam in Melitenſ. Abbatiæ 29. Ianuarij 1590. coram Gipſio, fruitur tamen talis priuilegio fori, ſicut etiam ordinatus ſimoniacè, *Diana loco proximè citato*. Quando autem incurratur irregularitas à talibus ordinatis ante legitimã ætatem, præter *Bonacinam diſput. 8. de Sacram. p. 5. &*

Patrem

Patrem Dianam 3. parte tractat. 4. resolut. 182. & 192. notabilis est decisio Rotæ Romanæ Aquen. irregularitatis 14. Maij 1607. coram Caualerio, vbi etiam de ordinato absque litteris dimissorijs proprij Episcopi in terminis nostris loquendo, sic canrat. *Existente Francisco Rognono in pacifica possessione Parochialis Ecclesiæ Sancti Siri, ad quam præcedente patronorum præsentatione, fuerat institutus à D. meo Lancellotto post litem terminatam in Rota. Petrus Calcia obtinuit sibi de dicta Parochiali à Sede Apostolica prouideri, tamquam vacante per irregularitatem incursam à dicto Fräcisco, quia fuerat promotus ad sacros ordines Subiaconatus Diaconatus, & Præsbyteratus ante legitimam ætatem cum attestatione matris suæ, quæ falsò asseruerat in fide, ipsum compleuisse annum vigesimum secundum, cùm tamen ex instrumento Matrimonij constaret, ipsum nondum peruenisse ad dictam ætatem. Et quia susceperat sacros ordines Diaconatus, & Presbyteratus ab alieno Episcopo sine dimissorijs, licèt in litteris exprimeretur, ipsum fuisse ordinatum tamquam legitimè dimissum. Et deinde ministrauerat, & celebrauerat, vnde eo ipso incurrerat irregularitatem ex constit. felicis mem. Pij II. In contumaciam partis aduersæ citatæ per contradictus proposui dubium. An constaret de irregularitate Francisci in casu, & ad effectum, de quo agitur. DD. dixerunt non constare de ir-*
9 *regularitate, quia ad hunc effectum, vt Franciscus eam incurreret requirebatur, ipsum dolosè, & in contemptum suscepisse sacros Ordines, & ministrasse in ijs Abb. in cap. Pastoralis § verùm num 15. de appellat. Gemin. in cap. is, qui § 1. num. 1. de sentent. excommunic. in 6 cap. Apostolicæ de Clerico excommunicato ministrante. Couarr in Clement. si furiosus par. 1. § 1. num. 4. in fine de homicid. Qui dolus, & contemptus requiritur non solùm de iure communi, sed etiam ex ipsa constitutione Pij II. quæ loquitur contra eos, qui mini-*
10 *strare præsumpserint. Quod verbum (præsumpserint) inducit contemptum. Cardin. in Clem. 1. de priuileg. num. 22. & in terminis dictæ constitutionis Nauarr. in Manuali cap. 27. num. 155. & 156. In Francisco autem hæc*
11 *cessant, stante attestatione matris, cui credere potuit, cùm*

cum præsumatur habere veram notitiam ætatis filiorum l. de tutela, vbi glos. in verb. ignarum, C. de in integrum restitut. min. Parisius cons. 25 lib. 3. Mandos. in regula 18. quæst. 8. per totam. Vnde cùm habuerit iustam causam credendi matri, & ordinatori, cessat in eo omnis dolus, & contemptus. Nec obstat instrumentum matrimonij parentum Francisci, per quod apparet, ipsum non potuisse tempore ordinationis esse legitimæ ætatis. Quia non constat Franciscum habuisse notitiam talis instrumenti, quod sufficit ad euitandam irregularitatem. Vltra quod dictum instrumentum non probat per necesse, cum Franciscus potuerit tempore dicti instrumenti esse natus, & deinde legitimatus per subse-
12 quens matrimonium, quæ legitimatio sufficit ad effectum capacitatis ordinum, cap. tanta, vbi glos. & DD. extra qui filij sint legitimi. Dixerunt etiam non obstare,
13 quòd scienter fuerit ordinatus à nõ suo Episcopo sine dimissorijs, vnde eo ipso irregularitatem incurrit per dictam Constitutionem Pij II. quia fuit dispensatus ab Archiepiscopo Amalfitano Visitatore Apostolico, Prælato, & Ministro graui, Magno Pontificis Officiali, cui asserenti,
14 se habere talem facultatem credendum est. cap. nobilissimus 97. dist. Lapus allegat. 32. vbi Additio Mandosij in verbo Viuæ vocis oraculo. Præterea cùm Ftãciscus fuerit ordinatus de anno 1583.
15 ex lapsu 20. annorum præsumitur esse dispensatus. Sarnen. in regula de triennali quæst. 10. num. 18. Anchar. cons. 117. & aliàs fuit decisum in vna Lacen. Vicaria 26. Iunij 1591. corã R P.D. meo Decano. Non obstat, quod dicitur de subreptione dispensationis, quia in ea non fuit expressum, Franciscum fuisse ordinatum cum dimissorijs falsis, ex eo quod in litteris suæ ordinationis adest clausula (legitimè dimissum.) Nam de tali falsitate non constat, & illa clausula potest verificari in aliqua falsa relatione facta ordinanti per suos ministros vel alios. Et ex his fuit concluſum non constare de irregularitate Francisci.

Difficultas præcipua hanc
16 Praxim tangens est, num etiam qui præsẽtatur ad Capellaniam, vel beneficium de Iurepatronat. debeat esse Clericus, vt supra declaratum fuit; vel sufficiat si sit laicus de proximo tamen initiandus, scilicet ante in-

stitu-

stitutionem, cùm authores diuersimodè loquantur? Aliqui enim simpliciter docent præsentationē de mero laico non posse fieri, & aliàs si fiat, illam esse nullam, & inualidam, & si ipse sit de proximo clericandus, ita expressè *Nouarius in suis singularibus conclus. 113.* Alij è contra concedunt validam esse præsentationem factam de laico proximè clericando, ita post Rotam *Parisius de resignatione benef. lib. 4. quæst. 2. num. 5. & 6.* De qua opinione mentionē fecimus supra *quæst. 3. sub num. 78.* Sic autem concordes dictas opiniones cum *Garzia part. 7. de beneficijs à num. 28.* Vel præsentatur laicus simpliciter, & vera est opinio *Nouarij*. Vel quando præsentatur exprimitur quod præsentatur tamquam de proximo clericandus, petitque præsentans, quòd ordinetur, & tunc vera est secunda opinio *Parisij*, vt prosequuntur *Iulius Lauorius in suis varijs lucubrationibus de electione Canonica tit. 4. cap. 13. num. 26. vbi allegat Massobriū, & alios, Paulus Squill. de priuil. Clericorum cap. 4. à num. 10.* & ita quidem loquitur decis. Imolens. allegata *à Parisio*. Dixi, *præsentatur*, quia secus est, si tantùm nominetur, quia ad supradictum effectum clericatus sufficit de eo tempore, quo instrumentum nominationis præsentatur superiori, vt fuit resolutum in Maceraten. Capellaniæ 15. Augusti 1563. coram Aldobrandino, & Burgen. Abbatiæ 19. Decembris 1588. & 10. Martij 1589 coram Penia. Ratio est, quia nominatio, & si sit præambula ad præsentationem, non tamen est præsentatio, nec per eam acquiritur aliquod ius ipsi nominato, cùm actus præsentationis corporalem exhibitionē præsentati requirat coram habente potestatē instituendi, vt in d. Burg. Abbatiæ, & in alijs Rota passim: idem dicas de electione, cùm nominatio sit species electionis; & eadem ratio viget in vtraque. *Riccius de iure personarum lib. 4. cap. 6. num. 26.*

17 Alia difficultas est, an talis præsentatus supposito, quòd sit initiatus iam prima tonsura, siue ante præsentationem, siue postea iuxta ea, quæ *numero præcedenti* diximus, debeat etiam incedere in habitu & tonsura? Et negatiuè respondet *Garzia dicta part. 7. cap. 1. num. 39.* Etiam inspecta constitutione

tione Sixti V. de habitus à Beneficiarijs gestatione, 30. *in Antiqua editione Bullarij*, & 92. *in Noua*, apud Quarantam, vers. Habitus clericorum, quod clarè, & latè decisum fuit in Rota in illa Florent. Capellæ 12. Februar. 1618. coram Pirouano, quæ est *decis. 63. apud Praxim Viuiani*, ibi: *Certũ enim videbatur Dominis, quòd tam de iure cõi, quàm vigore particularium constitutionũ cautũ non reperitur, vt præsentandus in ipso actu præsentationis sit inhabilis sine habitu clericali ad obtinẽdam præsentationem, vt in decis. 4. Decembris præteriti fuit ostensum*. Hæc est decis. 62. apud Viuianum supra: *Neque obstant ponderata aduersus rationem, & fundamentũ decisionis ad ostendendam dispositionem Clem. 2. de vita, & honestate Clericorum comprehendere etiam præsẽtãdos, quia & si clericus non beneficiatus non incedens in habitu non possit obtinere beneficia, vt dicitur in d. Clẽ. 2. Similiter & clericus tõsuratus non incedens in habitu nõ possit obtinere beneficia & gaudere priuilegio clericali, vt dicunt Anan. & Abb. in cap. fin. de cler. coniugat. tamen non inde infertur, quod in præsentato habitus sit necessa-*

18 *rius, quia aliud est præsentari, aliud instituí: in vno datur ius in re per institutionem, in altero datur tantũmodo ius ad rem. Cassad. decis. 3. num. 3. de præben. Feder de Senis cons. 290. in prin-*

19 *cip. ideo in pœnalibus pro vt est priuatio iuris quæsiti non benè concluditur de vno casu ad alium extendendo pœnam &c. similiter constitutio Sixti V. quò ad tempus, & actũ præsentationis, de quo in præsenti disputatione agitur, nihil determinat, ideo tamquam exorbitans non est extendenda, vt dicit glos. in d. Clem. 2. in verb. videatur in fine, sed strictè intelligenda secundùm distinctionem in præsenti decis. firmatam*. Imò in alia decis. pro eadem causa facta 21. Maij 1618. coram eodem quæ est *decis. 64. apud eumdem Viuianum* fuit dictum,

20 neque post præsentationem esse necessariam habitus delationem, putà quia lis penderet circa validitatẽ ipsius præsentationis, ad finẽ vt talis in pœnã istius, non delationis habitus, si aliàs valida fuerit præsentatio, non debeat institui, vbi etiàm agitur de intellectu cõstit. Sixti V. ideo non pigebit illius verba huc tendentia referre, vt infra: *Domini censuerunt, exceptionem habitus non obstare*,

quia de iure cautum non reperitur, quòd post præsentationem ad effectum priuationis prò vt hodie agitur, teneatur præsentatus incedere
21 in habitu, & quò ad constitutionem Sixti V. illa non videtur loqui de præsentato, quia in 1. part. loquitur de habentibus ius in re, vel ad rem de tempore emanatæ constitutionis, vt infra tempus ibi statutum, teneatur habitum assumere, quod manifestè conuincitur ex discretione termini præfigendi ex forma eiusdem inter præsentes, & absentes à die publicationis constitutionis in curia. quæ conuenit tantum de eo tempore ius habentibus, ex quo non habentibus non potest terminus præfigi. In secunda ve-
22 rò parte disponit, quòd non nisi actu clericis & habitu clericali, & tonsura incedentibus, beneficia conferantur. vnde cum N. neque de tempore emanatæ constitutionis ius haberet in beneficio, neque ad beneficium. Neque ei fuerit facta collatio, sequitur, quòd vigore huius Constitutionis iure suo priuandus nõ
23 sit. Neque obstat, quòd eadem Constitutio in prima parte vtatur verbis nunc, & pro tempore obtinentibus) & in alia parte (nũc & in posterum perpetuis futuris tempo-

ribus) ex quibus tã succedentes ius habentes in re, vel ad rem, quàm præsentes comprehensi videntur. Ad prædicta fuit primo responsum, quòd verba in prima parte comprehendunt omnes tam præsentes, quam futuros, secũdum tamen modum discretiuè positum, vt scilicet debeant, qui præsentes sunt in vrbe intra quindecim dies, & in futurum autem non nisi actu clericis beneficia cõferantur. Atque ita singulis singulis referendo, omnes erant quidem comprehensi; sed sub diuersa determinatione, quod incompatibile non est. Cetera autẽ verba ad alios, quàm de tempore emanatæ constitutionis, vt iam dictum fuit.
24 Secundo fuit dictum, quòd & si ex præsentatione acquiratur ius ad rem, c. dilectus, vbi glos. in verbo plus. Innocent. & Abb. num. 3. de officio legati. Rota decis. 8. de Iurepatron. in nouis: tamẽ illud ius non debet esse variabile, sed firmum, & radicatum; ita vt trahat secum indubitatam collationem, putà si non habeat compræsentatos, vel si lata fuerit canonizatoria super validitate præsentationis, vt aduertit Cassad. decis. 18. num. 5. de præbendis. Aliàs tale ius non erit considerabile Mohed. de-

cis.

cis. 1. de prabend. Sarnen. de iure quæsito quæst. 1. vers. secundus est modus, & hunc sensum habuit etiam Rota in causa Hipporegien. Plebanie 23. Iunij 1610. coram Ottembergo nunc Episcopo Attrebaten. &c. Ex eadem Constitutione Sixti V. præter pœnas amissionis fructuũ ad sex menses pro simplici beneficiario, & ad annum pro Curato, vel habente dignitatem aut personatum inflictas contra eos, si virgatam vestem, vel coloribus distinctam sine iusta causa gestantes, vt habetur in Clem. quoniam de vita, & honestate Clericorum, & peccatum mortale, quod incurrit beneficiarius omnis, qui sine iusta causa habitum & tonsuram non defert, vt est communis opinio, de qua testatur *Filliuccius tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 6. num. 14.* Hodie est pœna priuationis beneficiorum ipso facto absque alia monitione, vt per *Filliuccium loco supracit. num. 15. & c. 5. nu. 21. in fine.* vbi ait, quòd talia beneficia sic vacantia remaneant reseruata Sũmo Pontifici, & nos innuimus supra *quæst. 3. sub num. 106. vers. 4 causa est delictum.* Non tamen ex eo, quòd per dictam constitutionem imponitur pœna præfata ipso facto absq; monitione, excluditur, quin ad illam incurrendam etiam in foro conscientiæ requiratur sententia iudicis, quæ saltem declaret hunc talem comisisse dictum crimen non gestationis habitus, vt diximus supra *Praxi I. num. 50.* Et in terminis post *Garziam, & Genuensem aduertit Paulus Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 8.* Neque à fortiori talem beneficiatum non incedentem in habitu & tonsura ex dicta constitutione, vt aliqui prætendebant, amittere priuilegium clericale, patet ex *Sacro Concil. Tridentino sess. 23. cap. 6. de reformatione.* vbi alternatiuè; sancitum reperitur, quòd clericus in minoribus constitutus nõ gaudeat priuilegio fori, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, vel clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, vnde sufficit habere beneficiũ, & si non incedat in habitu, & tonsura, ac deseruiat Ecclesiæ ad supradictum effectum gaudẽdi priuilegio fori, noster *Antoninus Diana par. 1. tract. 2. resolut. 27.* contra *Suarez, & Ambrosium.* Accedit *Bonacina*

tom.3 de censuris Bullæ cœnæ disputatione 1.quæst.16.part. 6.num.21.& seqq. Ante hos omnes *Riccius part. 3. Praxis resolut.310.* Vbi resolutione sequenti probatur ad hoc sufficere, etiam si habeat dictum beneficium incomendam, & *resolutione 319.* contrarium asserit de habente tantum actionem ad beneficium, seu spem, & expectativam, secus autem putat *Bonacina loco supracitato num. 24.* de eo cui fuit collatum beneficium, licèt
26 non possideat. Quid autem de habente pensionem *Bonacina supracit.part.6. num. 23.* qui docet negativam sententiam. Quid de habente beneficium, sine redditibus *Paulus Squillantes cap.7.de privil. Clericorum à num.17.* vbi *num.20.* declarat quando obtinens pensionem gaudeat dicto privilegio: sicut de clerico, cui nulliter fuit collatum beneficium, vel etiam coadiutoria agit idem *Diana part.3. tract. 1. resolut.62.* Ad hoc enim vt talis beneficiatus non incedens in habitu privetur fori privilegio, necessarium est, vt præcedat trina monitio, nisi monitio fiat in Synodo, vt per Bonacinã loco supracitato sub num. 27. vbi hoc ampliat, etiam si talis hoc modo se exercuit in enormitatibus, de qua re agit quoque *Diana 1.part resolut.129.* Vbi etiã agit de Religioso sic se immiscente in enormitatibus, an amittat dictum privilegiũ fori, & prosequitur *Squillantes supracit.cap.7.num.32* vbi declarat enormia delicta ad hunc effectum esse illa, per quæ delinquens incurrit infamiam, vnde absque dubio talis dicetur is Clericus, vel religiosus, qui fuerit bãnitus seu committit delicta, vt vulgo dicitur di campagna. Hæc opinio seruatur in Praxi, & passim tales remittuntur ad Nunciũ Apostolicum, qui est iudex priuatiuè ipsorum pro talibus delictis, qui deinde causa cognita tradit eos curiæ seculari, vel si remittuntur Episcopo, ipse cum consultatione Sũmi Pontificis degradat, & tradit curiæ seculari, vt optimè *P. Diana dicta resolutione 129. versus finem.* Quæ consultatio non est necessaria in delicto assassinij per tex.in cap.1.de homicidijs in 6. & monetæ falsæ per Constit.Vrbani VIII. videte *Squillãtem loco supra citato*, vbi *num.116. & seq.* de Clerico committente crimen lesæ maiestatis. Est bene verum nonnullos Do-

ctores

ctores apud *Dianam loco proximè citato* non negasse, illos priuari priuilegio canonis, vnde illos occidentes, pro illorum captione non incurrere excommunicationem canonis, nec enim implicat clericum gaudere priuilegio fori, & non frui priuilegio canonis, videte *Squillantem dicto cap 7 num. 25.* Fauet declaratio Sacræ Congregationis pro clericis saluaticis edita, de qua per *Dianam cap. 3. tract. 27 1. resolut. 69.* Iste autem clericatus ad effectum institutionis probatur ex litteris patentibus Ordinarij, vt sæpè fuit dictum à Rota, *Caualer. decis 473. num. 2.* habetur nouissimè in Motulens. Iurispatronat. 18. Februarij 1630. coram Motmanno, ibi: *Item de clericatu constat in litteris patentibus Ordinarij. Felinus in Capitulo post cessionem sub num. 3. vers. in glosa 1. & num. 15. de probation. Puteus decis. 14. num. 5. cum seq. lib. 2. in nouis. Rota decis. 321. num. 5. part. 1. in recent.* Pro litteris pătentibus intellige Bullas, quas ordinis vulgo vocăt. Seraphinus decis. 755. ibi: *Quantum ad clericatum constat ex attestatione notarij fuisse collatum clericatum à R. b. mem. Maffeo tunc Datario de ordine & commissione Papæ cui attestationi statur cum sit modici præiudicij.* Ex quibus verbis patet, sufficere Bullas prædictas, & si sint alterius Episcopi ordinantis, dummodo in illis talis Episcopus ordinans attestetur illum ordinasse cum litteris dimissorijs proprij Ordinarij, vt per *Parisium libr. 4. de resignatione quæst. 2. num 67.* Quibus illic allegatis adde Rotam in Cusentina Abbatiæ, quæ est 53. *apud Viuianum* ibi: *Et sat est, quòd in litteris patĕtibus alieni Episcopi dicatur de licentia sui Episcopi, Gabriel cons. 181. num. 17. lib. 2. Cæsar dy Grassis decis. 1. de præsumptionibus,* vbi etiam habetis, quòd non sit necessarium probare clericatum præcisè per Bullam primæ tonsuræ; sed sufficiat illum probare per Bullas maiorum ordinum, imò etiam per testes de cõmuni reputatione, ibi: *Clericatus enim Matthæi probatur ex teslibus deponentibus de cõmuni reputatione presbyteratus, Rota decis. 14. de probat. in antiquis, & decis. 8. de causa possessionis, & proprietatis, Puteus decis. 26. lib. 1. in nouis, Verall. decis. 277. part. 1. & ex litteris patentibus Ordinarij probatur*

sub-

subdiaconatus Rota decis. 16. de probat. in antiquis, & probatis ordinibus maioribus, remanet probatus clericatus. Puteus decis. 140. num. 5. lib. 2. in nouis, Baldus in l. de solemnibus num. 4. C. de fide instrument. & fuit dictum in suprad. Argentina Præposituræ coram me. De qua re agunt *Garzias part. 7. de benefic. cap 1. à num. 140. Riccius par. 2. dec. Curiæ Archiepiscop. Neap. decis. 112. & Parisius loco supracitato, & nos infra cũ de probatione Presbyteratus, requisita in institutione illius Capellaniæ.* vbi expresè à fundatore talis ordo prærequiritur, vbi etiã declarabimus, quando censeatur ille prærequisitus: & in specie, quòd prima tonsura vnius testimonio probetur, post *Rebuffum*, & *Matthæum de Afflictis*. cõtra *Couarr.* docet *Diana par. 3. tract. 1. resolut in fine*. Et quia diximus supra sufficere attestationem Episcopi ordinantis, quòd ordinauerit cum dimissorijs proprij Ordinarij, adde hoc procedere, nisi contrarium probetur, vt percipitur ex decis. Rotæ verbis relatis supra *sub num. 15.* Adde quòd dictæ dimissoriæ non amittunt eorum vim per mortem, vel cessationem cõcedentis ante ordinationem, vt post alios perbellè notat *Paulus Squillantes cap. 2. de priuilegijs Clericorum à num. 162.* Quis autẽ dicatur proprius Episcopus ad finem concedendi dimissorias ad ordines ratione originis, domicilij, vel beneficij, latè explicat *Nouarius in suis singularibus conclusionibus 102. per totam*. Dixi ad effectum
28 *institutionis*. Quia si tractaretur ad effectum declinandi forum, nõ sufficit probare per Bullas, sed etiam per testes deponẽtes de seruitio Ecclesiæ, & alijs requisitis à Sacro Concilio Tridentino, de qua materia post alios breuiter, & dilucidè tractat *Squillantes cap. 7. de priuileg. Clericorum à num. 5. Diana part. 1. tract. 2. resolut: 32. & duabus seqq. & 3. parte tractat. 1. resolut. 48. 63. & 69.* Sed cum hæc scriberem fui requisitus de mea sententia circa hoc
29 factum. N. erat iam initiatus prima tonsura, & etiam ordinibus alijs minoribus, & postea quia mortuo eius patre nolebat perseuerare in clericatu, obtinuit à suo Episcopo decretũ super hac renunciatione clericatus, & dimissione habitus, post aliquod tempus ex causa suam mentem mouentem, petijt

ab

ab eodem Episcopo licentiã reassumendi habitum, quæ fuit ei denegata, interim obtinet ab alio Episcopo cõuicino collationem cuiusdam beneficij, quæsitum fuit an ei rectè collatum fuit dictum beneficium, & per cõsequens gaudeat nunc priuilegio fori? Et respondi affirmatiuè, quia ad beneficium recipiendum sufficit clericalis tonsura, nec per decretum quòd liceat habitum deserere, ita priuatur quis priuilegio clericali, vt reddatur incapax ad beneficiũ obtinendum, sicut si esset censuratus, &c. sed tantum priuilegio clericali quò ad forum sortiendum, donec legitimè constet habitum reassumpsisse, & sic talia decreta circa desertionem, vel reassumptionem habitus tantùm fuerunt introducta, vt sciatur verè, quando quis sit clericus iã, quòd apud doctores sit valde cõtrouersum, quando clericus per dimissionem habitus clericalis censeatur recedere à statu, ita quòd non gaudeat priuilegio fori, vel canonis, de qua controuersia latè *Rieciullus in suo tract. de iure personarum lib. 7. cap. 6.* quibus illic ab eo allegatis adde nostrum *Dianam part. 1. tract. 2, resolut. 33.* vbi concludit hodie de iure Concilij Tridentini ad hoc non requiri monitionem, pro vt antea requirebatur; & refert alios restantes, ita declarasse S. Congregationem interpretum eiusdem Sacri Concilij. Accedãt pro confirmatione huius nostræ responsionis duæ doctrinæ: Vna est *Pauli Squillantes cap. 6. de priuilegijs Clericorum num. 19.* vbi habet hæc verba, *Si autem aliquis Clericus dimisisset habitum clericalem, & illum iterum reassumeret etiam sine licentia Episcopi, gauderet priuilegijs, cùm semel Clericus nũquam desinat esse clericus, vt per Viuium dec. 512. & Merendam conf. 91. ita fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, vt fatetur Riecius par. 2. decis. 167. Quamuis vt idem testatur per Constitut. Synodalem, & edictum B mem. Cardin. Carafæ prohibitum sit clericis, qui aliàs dimiserunt habitum clericalem illum reassumere absque licentia eiusdem Curiæ; tamen de facto illum reassumentes gauderẽt priuilegijs clericalibus*, huc vsque Squillantes. Ex quibus verbis sequitur consequentia quò ad nostrum propositum, ergo etiam de facto habitũ reassumẽti clerico validè eid. cõ-

fertur

fertur beneficium, cùm vnũ ex priuilegijs Clericatus est vt sit capax beneficij, pro vt patet ex supradictis. Secunda doctrina est *Antonini Diana part. 3. tract. 1. resolut. 62. ad medium*, ibi: *Notandum est etiam hic obiter, quòd si Clericus obtineat beneficium quòd nõ poterat obtinere, putà quia illegitimus, irregularis, &c. & de facto reperitur in possessione beneficij, gaudet adhuc priuilegio fori, & ita fuisse decisum in Magna Curia Vicariæ Neapolitana, testatur de Franchis decis. 189. & tenent DD. quos citat Ioannes Baptista de Thoro in Compend. decis. Neapolit. verbo Clericus fol. 94.* Hactenus Diana, cuius doctrina probat, quòd etiam si dicta licentia reassumendi habitum esset de substantia, tamẽ sufficeret possessio beneficij ad effectum fruendi priuilegio fori.

§. SECVNDVS.

De ætate requisita, vt possit quis præsentari, & institui ad Capellaniam de Iurepatronatus.

30 *Institutio facta de non habente legitimam ætatem est nulla. Quis possit in ea dispensare num. seq. Quãdo censeatur facta dispensatio num. 32.*

33 *Ætas pro beneficijs simplicibus, quæ nam sit. Quid de pensione num. seq. An eadem ætas requiratur pro beneficio simplici de Iurepatron. num. 35. Quid de Capellania non collatiua, sub num. 38.*

36 *Fundator potest in limine fundationis admittere habentem minorem ætatẽ 14. annorum, & sub num. 38. Quando censeatur id velle fundator num. seq. An id possit etiam vbi tale beneficium requirit sacros ordines, num. 38.*

39 *Ætas legitima sufficit si reperiatur in præsentato tẽpore institutionis.*

40 *Præsentatio de minori potest fieri cum conditione dispensationis obtinendæ. Quid si non obtineatur dispensatio, an patronus possit iterum præsentare & quomodo, num. 42.*

41 *Dispensatio testandi concessa Episcopo, an extendatur ad testamentum antea per eum conditum.*

43 *Ætas eius, qui obtinuit beneficium à quo debeat probari. Quis sit legitimus cõtradictor hoc casu, num. seq.*

45 Li-

47 *Patris, vel matris testimonio an probetur ætas, Quomodo etiam per alios testes, num. seq. An etiam per aspectum vel alias cõiecturas, num 49.*

50 *Regula de triẽnali habet locum, etiam ad fauorem famine habentis titulum, vel administrationẽ à Papa.*

51 *Ætatis defectus quãdo reddit gratiam subreptitiam, & num. 56 66. & 68.*

53 *Possessor beneficij non tenetur ad sui iuris iustificationem.*

55 *Exequutor merus sufficit ei si capiat informationem extraiudicialem, vt immittat in possessionem, & num. 65.*

58 *Prabenda nascitur ex Canonicatu tanquam ex matre filia, ideo illius titulus non excludit titulum Canonia, num 70.*

59 *Iurisdictionis mentio quando necessaria est in impetratione, & num. 69.*

60 *Electio post inhibitionem Rotalem vigore commissionis est attentata.*

61 *Actore non probante, reus & possessor est absoluendus, & seq.*

63 *Possessio beneficij probatur ex instrumento adeptionis illius per procuratorem.*

64 *Minor dispensatus potest cõstituere procuratorem ad possessionem adipiscendam.*

SEcunda qualitas requisita à iure pro instituendo in beneficio de Iurepatronatu, est ætas legitima, ita de quolibet beneficio loquendo habetur in *c. indecorum extr. de ætate, & qualitate ordinandorum*, ibi *Nolentes itaque substinere, vt paruulis Ecclesia regimen committatur*. Quod adeo verum est, vt eodem iure institutio facta non habẽti legitimam ætatem, iudicetur nulla, & irrita etiam quò ad forum conscientiæ, *Garzias part. 7. de beneficijs, cap. 4. à num. 83.* est communis omnium sententia, de qua testatur *Azorius par. 2. suarum institut moralium lib. 6. cap. 5. quæsito 12.* Vbi subdit, quòd qui per ignorantiam beneficium accepit ante legitimam ætatem, ratus, se legitimam ætatem habere, debere denuò beneficium impetrare, vel si adhuc legitimam ætatem non pertingerit, illud à se abdicare restituendo fructus iuxta regulam à nobis traditam post alios *par. 1. nostri tractat. de officio, & potestate Confessarij recollect. 26.* de bonæ vel malæ fidei possessore, intellige si nõ fuerit super hoc impe-

31 trata etiam dispensatio, quã non potest impartiri, vt certum est, Episcopus, sed solus Romanus Pontifex, qui non solum cum minori 14. annorum, sed etiam cum infante minori septemnio potest circa id dispensare, vt bene probat *Azorius practato cap. 5 quæsito 8 ad finem & quæsito 9. vers. si quæras, sequitur Filliuccius tract. 41 de beneficijs ecclesiasticis cap. 5. sub num. 27.* Ampliat post *Sanchez de matrimonio libr. 1. disput. 16. num. 4. Iulius Lauorius in suis lucubrationibus varijs de electione Canonica titulo 4. cap. 16. num. 8.* Quòd in hoc non possit Episcopus dispensare etiam si desit vnus dies, & extendit post alios *Squillantes de priuilegijs Clericorum cap. 4. num. 81.* Et si deerit vna hora, cùm quæ à iure sunt determinata, non liceat arbitrari; qui benè limitat hãc doctrinã, vbi quis iam reperiatur dispẽsatus super ætate à Summo Pontifice ad obtinendum vnum beneficium simplex, quia poterit obtinere aliud simile ab Episcopo absq; alia dispensatione videte *ibidem nu 63.* aliàs non solum institutio est nulla, sed Prælatus instituens peccaret mortaliter, vt post *Riccium notat Nouarius in suis singularibus, conclus. 14. num. 2. in fine.* Quando autem minor prouisus à Papa censeatur tacitè dispensatus, percipitur ex verbis decis. Metropolitanę beneficij seù capellæ 6 Iunij 1622. coram Merlino, quæ est *dec. 9. apud Praxim Viuiani*, ibi, *Demum aliqui ex dominis dixerunt, non esse omittendum, quòd Franciscus videatur dispensatus quò ad dictam ætatem cùm fuerit narrata in mandato de prouidendo fœlic. rec. Pauli V. cum derogatione medietat. patron. fuerit q; concessum ex bonis indicijs pueritiæ ætatis, ex quibus verbis Papa saltem tacitè dispensare censetur, ex congestis per Gabriel. de præsumpt. conclus. 8. num. 1. & seqq.* Quid si non fuerit expressa vera ætas minor, putà, quia expressit esse nonem annorum, & vere impetrans non attingebat dictam ætatem, vide verba decis. Rotæ in Tullen. Coadiutoriæ infra referenda *nu 51.*

33 *56. 66. & 68.* Aetas legitima pro beneficijs simplicibus hodie ex sacro Concilio Tridentino sess. 23. cap. 6 de reformat. est annorum quatuordecim, intellige inceptorum, vt declarasse sacram Cõgregationẽ testatur *Garzias citata 7. part. de beneficijs cap. 14 num. 11. & Stephanus*

pbanus Gratianus tomo 3. suarum disceptationum Forensium cap. 377. num. 17. Paulus Squillantes cap. 4 de priuilegijs Clericorum num. 62. Filliuccius supracit num. 27 latè Nouarius in suis singularibus, conclusione 14. Vbi conclusionibus sequentibus agit de ætate requisita tam pro dignitatibus, quàm canonicatibus Cathedraliũ, & Collegiatarum pro Officio Pœnitentiarij, Episcopatu, Cardinalatu, Abbatissatu, & Parochiali. De qua re ante hos omnes egit clarius *Azorius part. 2. suarum institutionum moralium lib. 6. cap. 5. & prosequitur breuiter Filliuccius tract 41. de beneficijs ecclesiasticis cap. 6. à num. 27.* Quid de Generalibus, alijsque Superioribus Regularibus, *Iulius Lauorius in suis varijs lucubrationibus de electione Canonica titulo 4. cap. 16. num. 11.* Dixi, *hodie ex Sacro Cõcilio*, quia dubium est apud Doctores, vtrum antea sufficiẽs erat ætas 7. annorum completorum, quæ desideratur ad hoc vt quis possit initiari prima tonsura, vt est videre apud *Azorium citato*

34 *cap. 6. quæsito 7.* Quæres quid dicendum sit de pensione, an puer septennio maior, sit illius capax? Videre Nouarium citata conclus. 14. num. 10. qui ob declarationem, quam aliqui pro negatiua opinione afferunt ex Sacra Congregatione, ait consulendam esse vrbem, Squillantem dicto tract. de priuilegijs Clericorum cap. 5. num. 13. qui videtur adhærere etiam opinioni negatiuè; Viuianus lib. 13. Praxis de Iurepatronat. cap. 9. num. 13. post Gigantem testatur Praxim esse pro affirmatiua sententia, subdit tamen quòd quando pensio reseruatur huiusmodi minori, debere fieri expressã mẽtionem de dicta ætate, aliàs reseruationem fore nullam, & *nu. 22.* ex magis communi probat, quòd in beneficijs Iurispatr. laicalis possit imponi à sum. Pontifice pensio etiã sine consensu patroni & sic vidi obseruatũ in facto, debet tamen fieri in illius reseruatione quòd beneficium sit iurispatronatus laicorum, aliàs pensio esset subrepticia, & nulla; videte *Parisium lib. 4. de resignatione benefic cap. 9. num. 12.* Sed ad propositum nostrũ;

35 Quæro an eadem ætas 14. annorum inceptorum, vt supra requirãtur in eo qui instituitur in Capellania de Iurepatron. erecta authoritate Episcopi, quæ vt dixi

est idem, quàm beneficium simplex. Difficultas non versatur vbi à testatore, seu fundatore ipsius Iurispatr. in limine fundationis vocavit ad ipsum minores dicta ætate, dummodo expleret septennium, vel tacitè admittendo clericum primæ
36 tonsuræ, quia concordant Doctores, resoluit Rota id posse fieri, vt testatur *Nouarius supracitata concluſ. 14 num. 5. & num. seq.* vbi refellit *Riccium contrarium docentem part. 3. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decis. 26.* nempe non posse patronum in limine fundationis apponere hanc cõditionem. Ita etiam declarasse Sacram congregationem post *Emmanuelẽ Sà, & Garzi im tesiã ur Laym. lib. 4. sua Theologia Moralis tract 2. cap. 14. sub num. 1. Moneta de commutat. vltimarum voluntatum cap. 10. num. 132. Viuianus lib. 6. Praxis Iurispatron cap. 6. num. 16. & idem Riccius par. 1. Praxis decis. 187 vers. limita.* Supponit Rota pro certo in Monopolitana beneficij, seu Capellæ 6. Iunij 1622. coram Merlino, quæ est decis. 19. apud Praxim Viuiani, vbi etiam habetis,
37 quando tacitè id censeatur dispositum à fundatore in limine fundationis, ibi: *Nec visum fuit Dominis obstare, quòd fundator in dictis codicillis expressè non disposuerit, quòd posset præsentari minor annis quatuordecim, prout erat Franciscus de tempore præsentationis, & consequenter in dubio censendum videatur, ipsum intellexisse de Clerico primæ tonsuræ, qui tamen esset capax beneficij, & sic constitutus in 14. anno, iuxta dispositionem S. Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. Quia fuit responsum, satis esse, quòd fundator voluerit sufficere, quòd præsentandus ex sua linea masculina, vel fœminina, esset clericus primæ tonsuræ, quæ etiam septimum ætatis dumtaxat annum agẽtibus conferri potest, cap. nullos, vbi glosa in verbo infanti de temporibus ordinandorum in 6. qui propterea de iure communi, est etiam simplicis beneficij, prout est hoc, de quo agitur indubitãter capax cap. si eo tempore, vbi post alios Francus num. 10. in fine de reseriptis. Imola in cap. super ordinata num. 4 de præbend. Lambert. de Iurepatron. part. 2. lib. 2. art. num. 6. fol. mihi 593. Mandos. de ætate minori cap. 3. num. 21. & cap. 4. num. 13. & 15. Garzias de beneficijs*

part.

part. 7. cap. 4. num. 4. 5. & 6. Ex hoc enim satis apertè expressisse videtur, quòd etiam minor 14. annis præsētari possit secundùm iuris communis dispositionem, quæ de tempore fundationis vigebat, cum qua præsumendum est conformare se voluisse, vt per Mobedan. decis. 18. de causa possessionis, & proprietatis, & Gonzales, qui alios congerit super Regulam 8. glosa 5. num. 81. ex quo Sacrum Cōcil. Tridentin. de dicto anno 1515. nondum erat apertum, & consequenter fundator se eum eo conformandi, intentionem habere nullatenus potuit; & in fortioribus terminis, quòd si fundator in defectum sacerdotis simpliciter mandauerit præsentare Clericum, non obstet dicta Concilij Tridentini dispositio, nec sit necesse, quòd Clericus præsentatus sit annorum 14. est decisio Rotæ diuersorum 482. ad finem part. 1. vbi, quòd ita censuerunt Illustriss. Cardinales Sacræ Congregationis Concilij, quam etiam refert Garzias d. part. 7. cap. 4. num. 9. & 10. Vnde multò minus dicendum est, necessariam esse in casu præsenti, in quo fundator expressè voluit sufficere, quòd præsentatus esset Clericus primæ tonsuræ. Quid autem dicendum in casu, quòd dicta verba (vt eligatur Clericus) reperiantur in fundatione facta post Concil. Tridentinum, habetur in Corduben. Capellaniæ 5. Decembris 1629. coram Coccino, ibi: *In omnē casum, cùm ille de tempore præsentationis (quod attendi debet dicto cap. cùm in cūctis, vbi Abb. nu. 1. de elect. & c. si eo tēpore de rescriptis in 6.) haberet solùm annos vndecim, erat incapax obtinendi Capellaniam, cum ad obtinendum beneficium requiratur ætas quatuordecim annorum iuxta Concil. Tridentin. sess. 23. cap 6. de reformat. Lambertinus de Iurepatron. par. 1. lib. 2. ar. 26. quæst. 7. num. 6. Guttierez Canonicarum quæstionum cap. 26. num. 33 libr. 1. Nec obstat, quòd fundatrix contentatur, vt præsentetur Clericus, aut qui possit esse Clericus, & ideò videri hoc solùm ex tenore fundationis requiri, etiam quòd in præsentato non adsit ætas quatuordecim annorū, cùm in septennio possit quis Clericatum adipisci, cap nullus, & ibi glosa in verbo infanti de temporibus ordinat. in 6. Quo casu non intrare Concil. Trident. in d. cap. 6. ex mente Sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini*

dentini Interpretũ, dixit Rota decis. 482. ad finem part. 1 diuersorum, & claris verbis decidit in Monopolitana beneficij, seu Capellæ 6 Iunij 1622. corã R. P. D. meo Merlino impress. in Praxi Iurispatron. Viuiani in ordine 19 num. 9. cum seqq. Quia dicta decisiones, quatenus procedunt, sunt intelligendæ si adsit clara, & specialis aut aliàs virtualis dispositio fundatoris, quòd consanguineus minor annorum quatuordecim præsentari possit, & de fundatione ante Concilium Tridentinum, non autem quando (vt est in casu nostro) fundatio fuit post Concil. & in ea expresè non vocatur puer, aut minor quatuordecim annis, sed simpliciter, & indefinitè Clericus, hoc enim casu vrget clara dispositio Concil. in dicto cap. 6. sess. 23. & ideo fundatio debet intelligi de consanguineo Clerico, aut qui possit esse Clericus in ætate capaci constitutus, & sic in ætate quatuordecim annorum iuxta Sacr. Concil. ex regula, quòd verba debent intelligi in terminis habilibus, & secundùm dispositionem legalem Modern. Romani disceptat. Forensium cap. 147. num. 14. Paris. dicto cons. 40. num. 14. cui semper testator se conformare præsumitur ad tex. in l. hæredes mei §. cum ista ad Trebbell. & Ripa ibid. Rota decis. 450. num. 6. part. 1. recentior. Versatur igitur difficultas, vbi id non reperitur, neq; expresè, neque tacitè in limine fundationis dispositum, putà quia dictũ fuit, quòd pientari debeat Capellanus, vel eligat Capellanus de familia, vel quòd beneficiũ sit cõferendũ vni de familia, vel proximiori, aut quid simile. *Nouarius* enim citata conclusione 14. num. 8. Videtur defendere opinionem quæ affirmat ad beneficia de Iurepatronat. posse simpliciter præsentari minores 14. annorum, dummodo incoauerint septẽnium in quo potest eis conferri prima tonsura, qui id probat authoritate declarationis Sacræ Congregationis, quæ refertur à Rota citata decis. 482. part. 1. diuers. in qua declaratio habetur, quod dictum cap. 6. Concilij Tridẽtini, habeat locum dumtaxat in beneficijs liberis non autem in beneficijs Iurispatron. sed contrarium est verius cum idem *Nouarius* cõcedat, quòd Concilium Tridentinum d. cap. 6. non solùm procedat in prouisione beneficij per viam collationis, sed etiam per viam præsenta-

sentationis, electionis, aut alterius cuiuscumque prouisionis, ob verbum generale ibi positum, *obtinere*, sicuti *Parisius lib. 4 de resignatione cap. 9.* probat habere locum in resignatione, permutatione, & alijs, ita *Riccius part. 1. Praxis decis. 18. & part. 4. decis Curiæ Archiepiscopalis Neapol. decis. 343. Squillantes cap. 4. de priuilegijs Clericorum num. 62. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegatione 60. num. 78. Marius Antoninus, & alij, quos probat Viuianus lib. 6. suæ Praxis Iurispatronat. cap. 6. num. 7.* vbi habet hæc verba: *Non obstat Rotæ decisio 482. num. 3. part. 1. diuersorum, in qua habetur, quòd dictum cap. 6. Concilij Tridentini habet locum dumtaxat in beneficijs liberis, non autem in beneficijs Iurispatronatus, quia seruatur contrarium in Praxi, quia videmus quotidie expediri dispensationes à Papa etiam in beneficijs de Iurepatronatus.* Adderem quòd declaratio intelligi debeat prout erat casus de quo fuit ad eam recursum, nempè vbi ad beneficium de lureparron. vocatur clericus, & sic Sacra Congregatio non declarauit, quòd dictum cap. 6. Concilij non habeat locum in beneficio de Iurepatronatus, sed quòd per illud non derogetur, vbi tacitè, vel expressè contrarium fuit à fundatore dispositum, vt bene allegant dictam declarationem *Layman loco supracitato nu. 35. in fine, & Filliuccius tom. 3 tract. 41. de beneficijs ecclesiasticis cap. 5 num. 27. ad finem, & fauent verba Rotæ in illa Monopolitana, relata supra sub num. 36. vers. & in fortioribus terminis.* quod diximus de beneficio simplici, idem dicendum de 38 dignitatibus, & alijs requirentibus sacros Ordines, nam præsentatio de minori ætate, quam requirat ille sacer Ordo ad dignitatem, tunc est valida, quando ex lege fundationis sufficit minor ætas, vt in Bonon. Diaconatus 13. Aprilis 1587. coram Rubeo, vbi quòd ita declarauit S. Congregatio Concilij, fuit recessum à resolutione facta in eadem causa coram eodem 14. Nouembris 1586 secus si ex forma fundationis debeat præsentari is, qui sit idoneæ ætatis, & habilis ad suscipiendos Ordines sacros, licèt beneficium ex sui natura non requirat hanc ætatem, vt fuit dictum in Salamantina dimidiæ portio-

nis 5. Decembris 1586. coram Bubalo.

Dixi in principio huius quæsiti *erecta authoritate Episcopi*, quia de hac est quæstio, cùm sit certum, ad Capellaniam non collatiuam, de qua in sequenti quæstione, non esse necessariam dictam ætatem quatuordecim annorum, nec illius collationem comprehendi in *dicto cap. 6. Concilij Tridentini, vt per Riccium part. 3. decis. Curiæ Archiepiscopatus Neapolitanæ decis. 90.* Et sic declarasse sacram Congregationẽ testatur *Nauarius in suis singularibus concluſ. 14. num. 13. & nos diximus supra quæſt. 3. num. 76 ad finem.*

Suprapositam doctrinam, quòd fundator in limine fundationis possit disponere, quòd minor quatuordecim annorum admittatur ad Capellaniam, Amplia vt procedat in eo casu, etiam si dictæ Capellaniæ imponat onus celebrationis missarum, quia non per hoc talis Capellania iudicari debet sacerdotalis, sed sufficit, vt quis sit Clericus, & per alios celebret missas, vt infra cùm de qualitate Sacerdotij requisita in fundatione dicetur, vbi in specie ad hoc allegamus *Facundum lib. 3. in primum præceptum Ecclesiæ cap. 9. sub num. 3.* Vbi refert idem sensisse doctissimum Franciscum Suarez à se consultum, qui etiã ei affirmauit, quòd antequam societatem ipse ingrederetur habuisset Salmanticæ duas Capellanias requirentes celebrationem missarum, cùm tamen non esset nisi Clericus, &c.

Amplia 2. ex *Bonacina disputatione 1. de horis Canonicis quæſt. 2. puncto 4. num. 6. post Vasquez, & Filliuccium ab eo allegatos*, quòd etiam possit fundator statuere, vt talis Capellania possit conferri pueris minoribus septennio, & sic laicis, qui teneantur per alios missas celebrare facere, & debito tempore ad clericatum peruenire, qui tamen subdit primò, talia beneficia donec tales pueri non sunt prima tonsura initiati, non appellari beneficia Ecclesiastica, nec titulo spirituali conferri. Secundo huiusmodi Capellanias vsu non esse receptas saltem in nostris regionibus.

Sed stante opinione veriori, de qua supra, quod nisi expressè, vel tacitè à fundatore sit dispositum, vt possit minor admitti, numquam tamẽ in beneficijs de

Iure,

Iurepatronatus possit admitti minor 14. annorum,

39 Quæres quando sit necessaria dicta ætas in præsentatione, vel in institutione? Et respondetur iuxta ea, quę supra diximus §. præcedenti de clericatu, ipsam legitimã ætatem sufficere, si reperiatur in præsentato tempore institutionis, ideſt non prohibetur præsentatio habentis minorem ætatem, si intra quadrimestre, vel semestre iuxta qualitatem Iurispatr. attinget quartum decimum annum, ita *Barbosa de officio & potestate Episcopi Allegat. 60. num. 78.*

40 Pone autem, quòd præsentatus adeò sit minor 14. annorum, quòd neque intra dictum quadrimestre, vel semestre attingere possit dictam ætatem, an præsentatio facta de ipso, cum cõditione tamen, si impetrauerit à Papa dispẽsationem intra dictum tempus, an talis præsentatio possit substineri. Negare videtur *Riccius part. 4. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decis. 343. quem sequi videtur Paulus Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 6. in fine*, dum refert fuisse decisum in Curia prædicta non posse præsentari minorem quatuordecim annorũ ad beneficium Iurispatronatus, etiam pendente supplicatione dispensationis Summo Pontifici porrecta. Sed contrarium videtur probabiliùs. Primò ex his quæ diximus post Rotam supra Praxi præcedenti, generaliter loquendo de præsentato sub conditione, vt scilicet sufficiat ad substinendam talem præsentationem, si verificetur conditio infra tẽpus datum ad præsentandum de iure. Secundò, quia non est inconueniens vt dispensatio retrotrahatur ad factũ anterius, nã *Sanchez lib. 8. de matrimon. disput. 1. num. 10.*

41 firmat, dispensationem, seu licentiam testandi concessam Episcopo, prodesse etiam quò ad testamentum conditum ante obtentam dispensationem, quia vt ipse subdit, hoc non est extendere dispensationem. Sed solùm eam intelligere secũdùm terminos iuris, quod ius ad valorem testamenti etiam antea conditi, solùm requirit vt reperiatur concessa facultas testandi, tempore mortis, à quo tempore robur accipit, ergo à simili non est inconueniens, si quis minor præsentetur, dũmodo dispensatio adueniat tempore institutionis. Tertiò, & fortiùs, ac clariùs

ex Rota in Firmana Altaris S. Ludouici 4. Martij 1596. coram Seraphino, quam de verbo ad verbum refert idem *Riccius part. 1. Praxis decis. 205.* in qua fuit resolutum, quòd præsentatio facta cum conditione, vt præsentatus obtineat dispensationem circa qualitatem aliquam requisitam in fundatione valeat; ex quo non dicitur facta scienter de indigno, sed cum conditione dispensationis, quatenus patiatur aliquem defectum. Probat loquendo quibuslibet qualitatibus requisitis *Viuian. dicto cap. 6. num. 19.* qui etiam post Rotam in eadem Firmana Altaris, subdit, quòd cum hoc casu patroni non possint dici negligentes, tempus non incipit illis currere, nisi à die certæ scientiæ non obtentæ dispensationis, nec per hoc quòd infra quadrimestre, vel semestre, præsentatus non impetrauerit dispensationem, ipsi patroni priuantur facultate de nouo alium præsentandi, alium saltè cumulatiuè, sicut priuarentur, si præsentassent indignum. 42

His explicatis, duo restant vt dilucidentur. Primum enim est, cui incumbat onus probandi ætatem, quando negatur adesse illam sufficientem in præsentato, vt possit institui. Secundum quomodo illa sit probanda.

Quò ad primum dico generaliter loquendo, quòd ætatem tenetur probare is, qui in ea se fundat *c. puberes extra de desponsatione impuberum Riccius in collect. decis. 1677. Rota in Parmens. status coram Seraphino apud Farinaccium decis. 102 num. 4. & apud Seraphinum decis. 1169.* ex vulgari regula, quòd fundans se in aliqua dispositione requirente aliquam qualitatẽ ipse debeat probare dictam qualitatem, *Parisius cons. 56. num. 14. lib. 3. Ozzasius Cacher decis. 165. num 6. quos ad hoc allegat Nouarius in suis singularibus conclus. 27 num. 6.* Vnde quia impetrans tamquam in ætate legitima, dicitur in ea se fundare, ipsi, si ab alio negetur, incumbit onus probandi tempore impetrationis, vel collationis, aut institutionis fuisse in ætate legitima, habetur clarè per eamdem *Rotam part. 3. lib. 3 Augustini decis 116. in nouis*, ibi: *Quibus non obstãtibus Rota decreuit, statem, quia erat expresè negata, esse plenè probandam, nam quando ætas negatur illam affirmãti incumbit onus probandi, præsertim, quando* 43

quis

quis petit se ad aliquid admitti tamquam talis, & exinde principaliter fundat suã intentionem; maximè, quia hoc casu is, qui in ea ætate se fundabat, erat actor, quo non probante reus absoluitur. E cõtrariò qui impetrat beneficium, ex eo, quia alius qui prius illud impetrauerat non erat in ætate legitima, ex quo ipse se fundat in minori ætate; ipsi incũbit onus illam probandi, vt per Puteum part. 1. decis. 300. ex doctrina Felini, quòd impugnanti electionem ob defectum ætatis, incumbit onus illam probandi. Et est id quod aliàs dixit Rota apud *Cæsarē de Grassis dec. 66. aliàs 20. de probationibus.* Quòd ætas narrata in gratia, si non verificetur ab eodem narrante, gratia est nulla, vbi allegat *Caputaquens. decis. 114. libr. 2. prosequitur Marescott. lib. 2. variarum resolut. cap. 1. num. 8.* Et id, quod dixit *Viuianus lib. 13. Praxis Iurispatron. cap. 5. num. 30.* quòd impetranti incũbit onus probandi ætatem. An autem Capitulum sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem in Canonicat. ob defectum ætatis, videte infra *num. 54. & 62. in fine*, quomodo probetur minor ætas ad finem nullitatis contractus ab eo initi, videte Rotam apud *Caualerium decis. 206. 294. & 375.*

Quò ad secundum, cum dicta ætas numerari debeat à die natiuitatis, & non à die conceptionis, vt post *Couarruuiam, Garziam, & Molinam, habetur per Iulium Lauorium in suis varijs Lucubrationibus de electione Canonica tit 4. cap. 16. num. 9. Viuianum lib. 6. Praxis Iurispatronat. cap. 6. num. 14.* Et parum post natiuitatem pueri baptizari consueuerint, etiam frequentius solet ætas probari ex libro baptismi, seu partita ex dicto libro Ecclesiæ parochialis sumpta, vt per *Giurbam, qui pene innumeros allegat decis. Sicul 109 num. 7.* qui in fine subdit, hoc esse notandum ad *Sacr. Concilij Tridentini sess. 24. cap. 2. de reformat.* vbi agitur de obligatione Parochi circa confectionem dicti libri, de qua materia etiam agit *Possesuinus cap. 6. de officio Curati num. 44.* vbi in fine affirmat, se credere, quòd Parochus peccet mortaliter non scribens in libro nomen baptizati cum nominibus parentum, ac patrinorum, & diem &c. Debet tamen de præfati libri verita-

te constare, vt bene *Seraph. decis. 1582.* ibi: *Licèt enim ex libro Baptismi regulariter probetur ætas, vt in decis. aliàs facta, quæ est decis. 1138 hoc tamen procedit dùmodo de tali libro legitimè constet, quod non adest in casu nostro, cùm producatur fides quædam, quæ continet notationem, vt dicitur, factam in quodam libro, neque recognito, neque custodito penès successores Plebaniæ, prout requiritur, & fuit dictum in vna Colon stat. 20 Februarij 1581. quæ est 40. part. 2. diuers. quare non potest ex huiusmodi fide dici probatus defectus ætatis, & ideo non est releuans obiectio, quæ fit non fuisse super hoc defectu dispensatum.* Quando dicitur in decisione, *in libro non recognito*, est idem cum eo, quod post *Polidorum Ripam, ait Riccius in Collectan. decis. Collect. 302.* Talem scilicet librum debere esse approbatum ab Ordinario, tunc enim talem librum plenè probare ætatem, est communis Doctorum sententia, vt post *Mascardum lib. 1. de probationibus conclus. 673. num. 1. & 2. ac alios testatur Scipio Rendine in suo promptuario receptarium sententiarum, titulo de probationibus. Nec hoc solùm sufficit; sed etiã requiritur partita, & debet esse formaliter extracta à dicto libro, prout diximus supra Praxi 1. sub num. 55. vers. quando controuertitur, & in terminis nostris loquendo habetur per Rotã verbis referendis infra num. 52.*

Non existente libro Baptismi Ecclesiæ Parochialis, vt supra, ætas probatur per
46 librum, in quo patet non solùm scribere solebat rationes domesticas, sed etiam diem, mensem, & annum natalis suorum filiorum, ita post *Vincentium de Anna singulari 379. Riccius in collectan. decis. collect 302.* Estq; communis opinio contra glosam in l. 2. verbo legitimis ff. de excusat. tutorum, & in l. etiam matris ff. de probationibus, vt p *Scipionem Rendine supracitato loco num. 12.* Et si, vt ibi per eum, Doctores non sint cõcordes in hoc, an dictus liber plenè ætatem probet, vt dictum fuit de libro Baptismi; aduerte tamen distinctionem traditam ab ipso *in fine numeri*, circa hanc rem non esse fideliter ab *Aymone Grauetta, & Menochio*, quos ipse citat, relatam, nam isti Doctores numquã dixerunt, quòd talis liber viuente patre, si accedat iuramen-

ramentum, vel ipso mortuo plenè probare, sed in vtroque casu tantùm affirmant, esse semiplenã probationẽ: videte *Menoch. de Arbitrarijs centur. 2. casu 116. Ioseph. Ludouicum decis. Peruf. 55.*

47 Si neque reperiatur talis liber paternus, certum est probari ætatem per testes, præsertim consanguineum, familiarem, vel vicinum, vt per *Bartolum in l. de ætate ff. de minoribus*, latè *Surdus cons. 77. Menoch. de præsumptionibus, præsumptione 51. lib. 2.* Qui & si non sit necesse, vt deponant de præciso die, tamen loqui debent certè, & deponere per sensum corporis, vt per Rotam apud *Caualerium decis. 375.*

48 Inter hos certum est præferri testimonium patris, vel matris, cuius dicto probatur ætas, *Caualerius decis 1.* Deinde valde congruum sit testimonium obstetricis, vel alterius mulieris, quæ interfuisset partui. Istæ enim personæ faciunt fidem indubitatam, vt per *Caualerium dicta decis. 375. sub num. 4.* Alij autem vicini, vel consanguinei debent etiam deponere, quod erat publicum & notorium inter vicinos, & consanguineos, quòd ante dictum diem N. nondum habebat filium, & quòd ab ea die cepit esse notorium, quòd talis filius sibi natus erat, vt *ibidem Caualerius num. 5.* Adde quòd potest dari casus, in quo probatio ætatis per testes, prævaleat probationi per librum baptismi, quando scilicet non statim post natiuitatem quis fuerit baptizatus, vt habetis per Rotam infra num. 57. & 66.

Quòd tandem ex eo, quia ætas sit de ijs, quæ sunt difficilis probationis, possit etiam præsumptivè probari per testes de credulitate,

49 per aspectum, & per alias coniecturas, habetur per *Ioseph. Ludouicum supracitata decis. 55. Sfortium Oddũ in tract. de restitutione in integrum part. 1. quæst. 37 art. 3. num. 28 & Scipionem Rendine in suo Promptuario receptarum sententiarum tit. de probationibus nu. 11.* Talem autem probationem per præsumptiones, & coniecturas sufficere ad effectũ iustificationis gratiæ, docuit in terminis nostris *Puteus part. 1. decis. 202. quem probat Riccius in Collect. decis. collect. 1677.* Et quoniam notabiles in hac materia sunt decisiones Rotæ in illa Tullen. Coadiutoriæ, ideò illas hic transcribere non omisi,

omisi. Prima est coram Vbaldo 11. Decembr. 1628 quæ sonat vt infra.

Postquam fuit in hac causa sub die 17. Maij prateriti coram me resolutum, non constare de attitatis, quæ prætendebantur commissa per D. Iolandam in apprehensione possessionis Coadiutoriæ, de qua agitur, dedi dubium, An eidem esset danda absolutoria, & hodie fuit affirmatiuè resolutum, quia cum dicta Iolanda sit rea, & possideat, non tenetur aliquid iustificare, & cùm Capitulum nihil vsque adhuc reluans deduxerit, intrat regula, quòd actore non probante, reus absoluitur, cap. fin. §. sanè de Iure iuran. l. qui accusare. C. de eden.

50 *Idque tantò magis cùm possessio dictæ Iolandæ sit vltra triennium, iuuatur regula de triennali Sanct. mem. Gregor. XV. decis. 37. num. 6. quæ habet locum etiam ad fauorē mulieris habentis titulum, vel administrationem à Papa, vt per Sarnen. in regul. de trien. quæst. 3. per tot.*

Non obstat fides Baptismi dictæ Iolandæ, ex qua intendit Capitulum probare, quòd tempore gratiæ non haberet nouem annos prout fuit nar-

51 *ratum Papæ, quia etiam attenta fide non deficerent, ni-*

si tres, vel quatuor menses; quorum defícientia non potuisset retrahere Papam ad concedendam gratiam, in qua fuit benè consideratus, & narratus defectus ætatis, & ea non obstante, voluit Papa concedere gratiam prouidendo, vt donec ad ætatem legitimam peruenirēt Canonissa capax, & idonea eligeretur per Abbatissam in Administratricem Sacristiæ. Certum est autem, quòd inhabilitas, vel habilitas non consistit in supradictis tribus, vel quatuor mensibus plus, vel minus.

52 *Deinde cessat difficultas, quia illa fides est simplex relatio Curati, non autem est partita formaliter extracta de verbo ad verbum ex libro baptismali, vt requiritur ad faciēdam fidem sanct. Mem. Gregor. XV. decis. 359. nu. 5. & ibi Adden. num. 9. Et ita decisum vtraque parte informante.* Secunda fuit facta Merc. 13. Iunij 1629. coram Motmanno.

Domini dixerunt sententiam Rotalem D. Iolandæ absolutoriam esse confirmandam, quia illius validitas non controuertitur, & Iustitia, vt in superiori instantia coram R. P. D. Vbaldo fuit resolutum ex relatis patet,

53 *quia ipsa Iolanda vti ea,*

qua

quæ possidet officium Sacristiæ, de quo agitur, ad sui Iuris iustificationem non tenetur, vt dixit Rota in Vicent. beneficij S. Marci 14. Ianuarij 1585. coram V. Comite, Seraph. decis. 670. num. 2. præsertim aduersus Capitulum, cuius in præsenti casu nulla sunt partes legitimi cõtradictoris ad impediendam litterarũ Apostolicarum exequutionem per ea, quæ tradit Modern. Bonon. de legit. Contradict. quæst. 14 art. 5. num 38. Rota coram Gregor. XV. decis. 221. num. 3. & ibi Adden. num. 11. & coram bo. mem. Caualerio decis. 450. num. 3. nec non in Ratisbonen. contractus 22. Martij 1618. coram R. P. D. Pirouano.

54 Non obstat, quòd Capitulum fundet suam intentionẽ in eo, ne admittatur Iolanda, vt in puerili ætate constituta contra dispositionem, cap. indecorum de ætat. & qualit. Rebuff. in Prax. benefic. tit de dispens. rat. ætat. nu. 1. nec nõ in statuto requiren. qualitatem Canoniæ, vnde licèt non agatur super titulõ, attamen propter interesse Ecclesiæ dicatur esse legitimus contradictor ad impediẽdam prouisi immissionem, per quam læderetur non modò Ecclesiæ status; sed etiam statutorum obseruantia iuxta distinctionem, quam facit Rota in Paten. Puritatis 10. Decembris 1606. & 30. Aprilis 1610. coram Manzanedo, quia responsum fuit, onus probandi concludẽter allegatos defectus non incumbere Capitulo iuxta dictas decisiones Paten. Puritatis coram Manzanedo, & Ratisbonen. Canonicatus 23. Iunij 1617. coram eodem D. Pirouano, ac Gregorio XV. dicta decis. 221 num. 12 præsertim postquam littera coadiutoria fuerunt demandatę exequutioni ab exequutore in illis deputato,

55 qui cùm esset merus, & ideo potuit super narratis capere informationem extraiudicialem, hodie non opus est alia iustificatione. Imol. post Innocent. & alios in cap. fin. nu. 10. & 11. de præsumpt. Lap. allegat 61 num. 5. Mohedan. decis. 10. in fin. de præbend. Præpos. in cap. sicut num 5. dist. 40. Put. decis. 140. num. 1. & seq. lib. 2. Rota in Tullen. reformationis 2. Iunij 1628. coram D Dunozetto.

Et nihilominus defectus iustificationis ætatis nouem annorum desumptus ex attestatione Curati Ecclesiæ, vbi D. Iolanda susceptit Baptismum dupliciter in hac disputatione fuit sublatus. Primò

56 scilicet quòd quamuis atten-

to die susceptionis baptismi ipsa de tempore data gratia videatur fuisse in octauo etatis anno constituta, tamen Pontifex, cùm ea desuper dispensandò, non tam considerauit etatem, quam incapacitatem, cùm hac aquè habeat locum in octauo, ac in nono pueritiæ anno, ac propterea eidem prouidit de persona, quæ interim eius vires in Sacristia administratione gereret; vnde sicut narratiua nouennij minus vera non reddidisset Papam faciliorem ad concedendam hanc gratiam, ita etiam initium subreptionis inducere non potest Innocent. in cap. cum nostris de conces. præb. Aegid. decis. 4. Put. decis. 13. libr. 3. in correct.

57 Secundò, Idem obiectum in facto tollitur ex testibus deponentibus D. Iolandam post quatuor menses ab ipsius natiuitate fuisse delatam ad Ecclesiam, vt baptizaretur quorum testiũ depositiones in hoc casu magis probant initium etatis, quam liber baptismi, ex cuius annotatione, licèt probetur etas in genere, Bart. in l. de etate ff. de min. Rip. resp 6. num. 4. in fin de elect. tamen præcisus dies partus. qui in occulto editur, & paucis innotescere solet ex eo constare non potest: Vnde facta supputatione quadrimestris de anno 1613. decursi ante celebritatem Baptismi, de qua deponunt dicti testes cum sequentium annorum spatio concludenter probetur etas nouem annorum de tempore data litterarum, qua cadit in 15. Kalend. Maij 1621.

Præterea visum est non probari pretensum defectum iustificationis Canonicatus D. Iolandæ, dum asserit se Canonicatum, & præbendam, seu portionem obtinere, cùm tamen in actis Capitularibus ipsa tantùm vocetur Neptis appræbendata, non autem Canonissa, quia huic obiecto fuit responsum, quòd cùm
58 præbenda nascatur ex Canonicatu, tamquam ex matre filia, cap. relatum, & cap. dilectus de præb. eo ipso, quòd Iolanda fuit appræbendata, vel ei fuit collata portio Canonicalis, censetur etiam eidem collatum Canonicatum, vel Canoniam, cui pensio est annexa, Innoc. in cap. dilectus de præb. Rip in cap. cum M. Ferrarien. num. 173. vbi Felyn. num. 14. de constitut. Dec. cons. 77. num. 6. Monet. de opt. Canon. cap. 7. num. 3. Rota decis. 33. de rescrip. in nou.

Quod confirmatur ex verbis instrumenti electionis, quã Capitulum fecit ad idem Sacristiæ

cristiæ officium de persona D. Carlotta tamquam Canonissæ, quæ nihilominus nomine apprehendatæ tamen in eodem instrumento demonstratur. Vnde probatur solitum esse, quòd officium, de quo agitur, detur apprehendatæ, cap. cum de beneficio de præb. in 6. Euerard. in loco ab vsit seu solit. verſ. hinc etiã.

Præterea non obstat, quòd
59 *in gratia Iolandæ non fuerit facta mentio Iurisdictionis dicto officio Sacristiæ annexæ, quo potuisset retrahere Pontificem à concessione gratiæ, vel saltem illum reddere difficiliorem cap. super litteris, & cap. postulasti de rescript. quia sufficit, quòd fuerit expositum eidem Sacristiæ curam iurisdictionalem imminere, propter quam etiam Põtifex aliam Canonissam idoneam pro illius administratione, donec Iolanda ad legitimam ætatem perueniret, deputauit, ad tex in l denique & ibi Bart. ff. de minor. Alex. in lege bonorum, C. qui admitt. ad bon. poss.*

Denique non obstat oppositio d. D. Carlottæ desumpta ex titulo electionis Capitularis ad idem officium, tum
60 *quia Capitulum ad huiusmodi actũ processit post inhibitionem Rotalem vigore Commissionis emanatæ, quæ reddidit electionem attentatã cap. 1. vt lite pend. in 6. Lancellott. de attent. lit. pend. lim. 22. num. 11. Achill. decis. 7. de attent. & dixit Rota in Burgen. Eremitorij 15. Martij 1493 coram bon. mem. Litta. Tum etiam quia Notarius, qui de illa fuit rogatus non expressit nomina Capitularium eligentium, neque attestatur de electione facta à maiori parte Capituli, pro vt requiritur per tex. in cap. in Genesi, & cap. Ecclesiæ vestra il 2. & ibi glos. de elect. vel interfuisse illi totum Capitulum, seu eiusdem maiorem partem secundùm text. in l. 1. ff de alb scrib glos. fin. in cap fin. de procur. Grat. cons. 66. num. 14. lib. 1. & plenè per Gabr. conclus. 2. de fid. Instr. Tum denique, quia dicta electio est posterior gratia Apostolica coadiutoriæ præuentiuæ futuræ successionis cap. dudum 14. §. nos igitur cap si. 31. & ibi Doct. de præb. in 6. cap. si eo tempore de elect. in 6. Gonzal. § 3. proœm. num. 1. Rot decis 17. circa med. ver. præterea Papa de præb. in nou quæ gratia operatur, vt sequuta per mortẽ vacationē nõ possit alteri conferri beneficium, quàm Coadiutori, Seraphin decis. 1447. num. 4.*

Cùm itaque dicta electio non subsistineatur, & non

sit necessaria iustificatio gratia contra Capitulum, vt supra fuit probatum, procul dubio subsistit fundamentum decisionis R. P. D. Vbaldi, quòd Capitulo non probante, Iolanda sit absoluēda per reg.
61 vulg. Actore non probante, &c cap. fin. de Iur. iur. & cap. cùm Ecclesia in fine de caus. poss. & propr. Rot. decis. 3. de re iud. in nou. & dec. 6. de verb. signif. in antiq. Caputaq. decis. 11. de dilat. part. 1. Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

Tertia coram eodem Motmanno Ven. 16 Nouēbris 1629.

Dominis placuit huius causa decisio emanata die 13. Iunij prateriti, in qua resolutum fuit sententiam Rotalem D. Iolandæ absolutoriam esse confirmandam, quia deficiente Capitulo, & D. Carlotta actoribus in suis probationibus debetur absolutoria Iolanda rea, quæ possidet per
62 vulg Iuris regulam, quòd actore non probante reus, & possessor sit absoluendus, l. qui accusare, & ibi Dec. num. 14 cum seq. C. de eden. Rom. conf. 156. num 1. Mant. decis. 211. num. 5. quæ etiam in beneficialibus locum obtinet, Rota decis 4. num. 2. de re iud. in nou. Bisignett. decis. 2. num. 2. cum seq. de except. Cassad. decis. 2. num. 2. eod. tit.

Huic autem resolutioni nō obstant, quæ pro parte eorundem actorum fuerunt deducta ad probandum defectum possessionis D. Iolandæ. Tum quia in disceptatione huius causæ coram R. P. D. Vbaldo habita, huiusmodi possessio
63 fuit canonizata: Tum etiam quia per instrumentum publicum immissionis probatur sufficienter eamdem possessionem, dum erat vacua, a procuratore fuisse captam, l. 2. C. de acquir. possess. cum ingressu chori, & assignatione stalli, ac alijs actibus inferentibus acquisitionem realis, & actualis possessionis cap. pro illorum in fine, & cap. dilecto filio post princ. de restit. spol. Gemin. in cap. licèt Episcopus num. 8. vers. secundùm Anchar de prab. in 6. Rom. conf. 482. num. 2. Crot. conf. 333. num. 2. & 8. lib. 3.

Minus obstat, quòd eadem
64 Iolanda, cùm esset infra ætatem 12. annorum constituta non potuerit sine Iudicis decreto, vel deputatione Curatoris constituere Procuratorem ad capiendam possessionē iuxta tex. in cap fin §. si verò de Iud. in 6. vbi quòd minor 14. annorum sine Curatore ad lites deputato, vel procuratore absque decreto Iudicis constituto in beneficialibus

bus

bus agere seu se defendere non possit, quia nihilominus huiusmodi actus possessionis, vti extraiudicialis, & in puella vtilitatem tendens de Iure sustinetur l. non eo minus C. de procur. accedente præsertim eiusdem ratificatione, & commodo l. sed Iulianus §. fin. ff. ad Maced. Surd. conf. 28 num. 21. Rota coram bon. mem. Card. Caualerio decis. 100. num. 4.

Neque pariter obstat oppositio Capituli aduersus actū immissionis, quia cum ad impediendam exequutionem litterarum Apostolicarū Coadiutoriæ non obtineret partes legitimi contradictoris, vt in prædicta decis. coram me, in hac causa emanata latè fuit
95 comprobatum, licuit exequutori in eisdem litteris deputato præuia extraiudiciali iustificatione narratorum; imò etiam non attenta opponentis comparitione procedere ad illarum exequutionem in commissione causæ, ac in Instrumento inhibitionis expressè præseruatam, cuius præseruationis tanta est vis, vt etiā non obstante inhibitione Iudicis, cui causa in gradu appellationis sit commissa, exequutor litterarū valeat prouisum sine vitio attētatorum mittere in beneficij possessionem, quemadmodum Rota resoluit in vna Ispalen. & Caurien. permutationis 15. Maij 1596. coram Gipsio.

66 Non item releuat obiectū defectus 4. mensium ad complementum ætatis 9. annorum narratæ, qui defectus colligitur ex fide Baptismi suscepti data in Summario. Vnde arguitur gratiam Iolandę esse subreptitiam, quia fuit responsum, quòd cùm dies baptismi non sit necessariò idē qui natiuitatis, seu partus, aliud inde inferri non potest, quàm probatio ætatis minorennis in genere ad tradita per Bart. & Doctor. in l. de ætate ff. de minor. non autem ex ea probatione infertur ad præcisam Iolandæ ætatem desumptā à die natiuitatis, vel ortus, qui paucis innotescit, & quod partus hominum in occulto edūtur.

Et insuper fuit consideratū, quòd huiusmodi probatio desumpta ex fide baptismatis minus validè extracta in concursu probationum con-
67 quassatur ex depositionibus testium de quadrimestri, qui inter diem ortus, & diem Baptismatis interfuit. Testes autem licèt informiter examinati fuerint, tamen stante decreto exequuteris, pro quo præsumitur glos. in Auth. generaliter in verb. iniustè de Epis. & Cler. Alexan. conf. 95. num. 9. libr. 2. Rota in

rec. decis. 94. num. 1. part. 1. in una Pisana beneficij 27. Iunij præteriti coram R. P. D. Merlino magnum probationis præstant adminiculum, Caputaquen. decis. 206. num. 6. & seq part. 2. quod etiam dictum fuit in Mediolan. Simulationis cõtractus 10. Decembris 1603. coram bon me. Ortembergio.

68 Verùm quatenus etiam fides huiusmodi probaret ætatem minorem, quàm ea, quæ fuit narrata, attamen ex deficientia quadrimestris ad ætatem 9. annorum non resultabat incapacitas talis, quę potuisset retrahere animum Pontificis à conceden. quia Dominis visum fuit Pontificem non tam ętatem præcisam, quàm puellæ incapacitatem considerasse, ex eo quòd ei specialiter prouidit per deputationem vnius Canonissæ in administratricem, donec ipsa puella ad legitimam ętatem perueniret tex. in cap. dudum in verb. considerantes de rescrip. in 6. Ruin. cons. 157. num. 26 lib. 1. Rot. in recent. decis. 418. num. 1. in fine, vers. In tantum quòd part 1. Romana nominationis domus 1. Martij 1599. coram Litta.

Demum non obstant aliæ obiecta, quòd scilicet non fuerit in gratia Coadiutoriæ facta mentio iurisdictionis temporalis annexæ officio Sacristiæ, de quo agitur, cuius expressio potuisset quoque reddere Pontificem difficiliorem ad concedendum cap. super litteris, & cap. postulasti de rescript. quodque Iolanda careat Canonicatu, qui dum fuit narratus, necessariò iustificari debet, iuxta decis. Rotæ in Auen. Canonicatus 7. Iunij 1621. coram bon. mem. Manzanedo, quia neutrum probatur, non talis Iurisdictio, quia quatenus illius probatio desumitur ex ordinibus atque statutis Ecclesiæ, in quibus disponitur, quòd Abbatissa non possit, nisi adhibitis Decana, Sacristana, & alijs Canonissis, punire excessus, & cætera peragere, quæ respiciunt correctionem, ea omnia consistunt in spiritualitate, vt per Rebuff. in prax. tit. form. Vicar. Archiep. num. 18. & seqq. vbi distinguit actus, qui pertinent ad iurisdictionem spiritualẽ ab ijs, qui versantur circa meram temporalitatem, vnde sufficit expressio in litteris facta, quòd Sacristia immineat cura Iurisdictionalis, vt in dicta superiori decis. fuit firmatum.

69

70 Nec pariter probatur Iolandam carere Canonicatu, ex eo quòd in actu Capitulari

ri appelletur neptis apprębẽdata, quia inde non excluditur qualitas Canoniæ, cum Canonissæ nequeant apprehẽdere neptes, nisi obtineant plures præbendas. Vnde statim ac Iolãdæ fuit per actum apprębendationis concessa una ex prębendis per Canonissam apprębendantem obtentis, dicendum est simul fuisse collatum Canonicatum cap proposuit, & ibi glos. in verb. inuestiuit in littera M. de conces. preb. & per glos. ac Felyn. in cap. cùm M. Ferrarien. num. 15. de constit. cum alijs in superiori decisione adductis.

Et ita vtraque parte informante.

§. TERTIVS.

De natalium defectu impediẽte institutionem validam ad beneficium de Iurepatronatus.

71 *Illegitimus sicut non potest eligi, neque potest præsentari ad beneficium Iurispatron. An dispensatus ad ordines censeatur dispensatus ad illa beneficia, quæ requirunt tales ordines nu. sequenti. Quid de pensione nu* 73. *Quid de Capellania ex lege fundationis actu sacerdotali num.* 80. *An eo casu teneatur Episcopus dispensare, num.* 81

74 *Illegitimus à quo dispensetur tam quò ad Ordines, quàm quò ad beneficia, Episcopi appellatione quò ad dispensationem istam qui veniat num.* 75. *Et qui appellatione Papæ num.* 76

77 *Illegitimorũ appellatione an veniãt nati ex eis, sed legitimi, quid si sint legitimati num. seq.*

79 *Expositi an indigeant dispẽsatione pro obtinendis beneficijs.*

82 *Illegitimus à quo dispensetur pro beneficio, quod obtinuit pater, vel in eadem Ecclesia. Qui etiam eum dispenset quò ad secundum beneficium simplex, num seq.*

84 *Dispensatio ab illegitimitate quomodo peti debeat, an aliquando sufficiat tacita dispensatio num. seq.*

86 *Illegitimus à quo debeat probari.*

TErtia qualitas de Iure requisita pro obtinenda institutione, est quòd præsentatus non patiatur defectũ natalium, & sic sit legitimus, illegitimi enim sunt irregulares, tam quò ad ordines, quàm quò ad beneficia,

cia, vt est certum ex mate-
71 ria de irregularitate, in spe-
cie: quòd sint inhabiles ad beneficia, adest constitutio Clem. 8. vt per *Parisium lib. 4. de resignatione beneficiorũ quæst. 4. num. 10 vbi num. 13* Quòd collatio ipsi facta, sit ipso iure nulla, & in terminis nostris: quòd sicut illegitimus non potest eligi, ita nec possit præsentari, notat post alios *Viuianus libro 6. Praxis Iurispatron. cap. 4. à num. 6.* Intellige nisi fuerit ad hoc dispensatus, *cap. 1. de filijs presbyterorum in 6.*
72 Nec sufficit dispensatio facta ad ordines, quia requiritur distincta dispensatio respectu beneficij secundum communem opinionem, & si contrarium probabile putent aliqui: ita post *Azorium Filliuccius tract. 41. de beneficijs cap. 4. sub num. 5. in principio, latè Barbosa de Officio, & Potestate Episcopi Allegat. 45 num. 6. fauet Rota in Hispalensi Canonicatus, quæ est decis. 789. lib. 3. part 3. diuers de qua mentionem facit idem Barbosa loco supracit. num. 33.* Ita in facti contingẽtia fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur *Riccius part. 1. decis. eiusdem Curiæ*
73 *decis. 95.* Quidquid sit de pẽsione, nam Rota sæpè tenuit sufficere dispositionem ad Clericatum, vt patet ex eadem Rota apud *Riccium 1. part. Praxis decis. probat Campanilis in suo diuersorio Iuris Canonici Rubrica 11. cap. 13. num. 64.* Et si contrarium esse de stilo Datariæ & Cancellariæ asserat *Garzias part. 1 de beneficijs cap. 5. à num. 119.* De qua re videte quæso *Stephanum Gratianum tit. 3. disceptat. Forens. c. 218. n. 64. & c. 307. n. 12.*
74 Hanc dispensationem pro Capellania actu nõ sacerdotali certum est posse concedere Episcopum, cùm illa sit beneficium simplex ad quod sine dubio potest dispensare Episcopus illegitimum, sicut potest eumdem dispensare ad primam tonsuram, & ordines minores, quæ prima tonsura, & ordines minores sufficiunt ad hoc, vt quis sit capax similis capellaniæ, seu beneficij simplicis, sicut ad curata, & dignitates, ac personatus, Summus Pontifex dumtaxat dispensat, habetur expressè in *cap. finali extra de filijs Presbyterorum.* Notat post alios *Barbosa allegatione citata 45. à num. 19. & ante eum Garzias part. 7. de beneficijs cap. 2. Hieronymus Campanilis citata Rubrica 11. cap. 13. à num. 60.*

qui

qui hoc ampliant etiam ad Canonicatus in Cathedrali, cùm omnes canonicatus isti habeant annexum Ordinem sacrum, hodie iure Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 12. de reformatione prosequitur *Paulus Squillantes c. 4. de priuilegijs Clericorum n. 48. 51. & 52.* Episcopi appellatione qui veniant ad effectum dispensationis cõcedendę cùm talibus illegitimis ad ordines, & beneficia patet ex his, quæ doctores discurrunt circa materiam dispensationis ab irregularitatibus, quia vt tetigi supra, ideo non possunt ordinari absq; dispensatione, & beneficia acquirere, nam sunt irregulares; in qua materia, est certum posse præfatam dispensationem concedere Episcopũ, etiam si non sit consecratus, sed tantùm sit electus, & confirmatus, cùm id pertineat ad potestatem Iurisdictionis; item quod dictam facultatem possit dumtaxat exercere cum suis subditis, videte *Filliuccium tract. 20. de censuris in particulari cap. 10. num. 270. & seq. Bonacinam Disput. 2. de censuris 5. puncto 1. sub num. 3.* Difficultas est apud Doctores de Prælatis inferioribus Episcopo, vt sunt Abbates, Præpositi, & alij quocumque vocentur vocabulo, qui habent subditos, & Diœcesim exemptam ab Episcopo, prout patet ex his, quæ fuerunt à nobis dicta *2. parte nostri tractatus de Potestate Confessarij, Recollectione 9. num. 12. & 13.* Vbi habetis authores prò, & contra circa hoc particulare, an isti Prælati cõprehendantur sub nomine Episcoporum in facultate illis concessa à Sacro Concilio Tridentino circa irregularitates occultas, sicuti in casu nostro, iure communi in *cap. 1. de filijs presbyterorum*. Eisdem Episcopis conceditur hæc facultas circa dispensationem illegitimorum ad ordines, & beneficia, quibus illic allegatis pro opinione negatiua, cui ibi adhæsimus, adde *Filliuccium dicto num. 270. & Bonacinam dicto puncto 1. num. 7.* Qui fundantur, vt & nos, loco supracitato in declaratione Sacræ Congregationis, & ratione, quòd talis facultas numquam cẽsetur alicui concessa, nisi à iure, illi expressè reperiatur indulta, contrariam opinionem *Sanchez*, videtur sequi *Paulus Squillantes cap. 4. de priuilegijs Clericorum num. 169.* debent igitur, vt ibi nos diximus, horum Prælatorum

torum subditi dispensari ab Episcopo viciniori, qui etiã concedit dimissorias. Quid autem dicendum de Regularibus Prælatis, infra dicemus.

Item de Vicario Generali ipsius Episcopi, certũ est nõ posse impartiri dictã dispensationem absq; speciali mandato Episcopi, excipitur à *Sbrozzio in suo tract. de officio Vicarij*, qui non solùm *quæst. 35. num. 3. & sequent.* negat simpliciter, Vicarium vt supra absque speciali mãdato posse dispensare, nam dispensatio habetur ad instar restitutionis in integrũ, quæ non delegatur ex generali mandato, de qua re *Barbosa de Officio, & Potestate Episcopi allegatione 54. num. 121.* Sicut etiam non potest cognoscere de invaliditate dispensationis factæ ab Episcopo, vt per eumdem *Sbrozzium loco supracitato quæst. 39* Sed etiam magis in particulari loquendo *quæst. 33. in fine* testatur in Rota fuisse decisum, ipsum Vicariam non posse cum inhabili dispensare. Et in terminis nostris videtur id clarè docere *Riccius 3. part. Praxis resol. 265 num. 4* vbi & si cum aliis authoribus supracitatis, & nos diximus *citata 2. part. nostri tract. de Potestate Confessarij recollect. 9. num. 8.* concedat hanc facultatem Capitulo, vacante sede Episcopali, negat tamen id competere eius Vicario simpliciter cõstituto ab eodem Capitulo, nisi post concessionem aliorum casuũ appositа sit clausula generalis, vel addimus nos, supracitata *recollect. 9. num. 11.* ad hoc specialem habeat facultatem ab ipso Capitulo. Quid autem si Episcopus degat à Remotis, an Vicarius Generalis, & si non habeat ad id mandatum speciale, possit dispensare declarauimus præcitata *recollectione 9. num. 133. in fine. & num. sequenti*. Vbi affirmamus hoc posse eo casu Vicarium dispensare, quando fuit cõstitutus cum clausula generali, & Episcopus esset valde à remotis, nempe citrà, vel extra Italiam, quidquid *Gutierez libro 2. Canonicarum quæst. cap. 17. num. 24.* loquendo de facultate concedendi dimissorias, ad ordines; prout etiam agit *Nouarius in suis singularibus conclusione 97. num. 4.* vbi contra suum *Riccium* concludit, dici ad hunc effectum à remotis Episcopum, quando existeret in Vrbe, & casus accideret Calabriæ, vel in alia Prouincia in Regno

gno similiter distãte ab Vrbe id simpliciter admittat, videte ibi.

Fuit etiam dubitatum de Vicario Apostolico, an etiã dispensationem præfatam cõcedere possit; & licèt prima fronte videbatur respondendum affirmatiuè, quia talis Vicarius consequitur omnes prærogatiuas Episcopi, ob cuius inhabilitatẽ à Sede Apostolica constituitur, & ideo magis repræsentat Episcopum, quàm Vicariũ ipsius Generalem, vt per *Sbrotium dicto tractatu de officio Vicarij quæst. 64. num. 6. & quæst. 135.* Tamẽ in facto vidi contrarium esse obseruatum quò ad similem dispensationem, quia in facultatibus ipsius Vicarij Apostolici excipitur expressè hæc facultas circa beneficia, & ordines, & si ab eodem Vicario etiam vidi dispensare & absoluere in casibus occultis vigore facultatis concessæ Episcopis à Sacro Concilio Tridentino 76. Papæ appellatione hoc casu non venire Legatum etiam à latere, nisi id habeat expressum in suis facultatibus, post Rotam habetur per *Garziam parte 7. de beneficijs* 77 *num. 77.* Illegitimorum autem appellatione hoc loco non solùm veniunt naturales nati ex soluto & soluta, sed quicumque nati ex coitu damnato, quos recensemus supra *Praxi 3. num. 134* Et post alios in terminis nostris loquendo, notãt *Squillantes cap. 4. de priuilegijs Clericorum num. 48. Filliuccius tract. 19. aliàs 9. de censuris in particulari à num. 133.* Et si in quærenda dispensatione exprimenda sit qualitas illegitimitatis, verbi gratia, si naturalis tantùm sit, vel spurius, aut procreatus ex incestu, vel sacrilegio, vt post *Azorium* docet *Filliuccius tract 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 4. num. 5. ad medium*. Imò si ex incestu debet exprimi gradus consanguinitatis, vt post *Couarr.* prosequitur *Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus de electione Canonica tit 4. cap. 16. num. 38. & seq* Vbi subdit aliàs dispensationem esse irritam, etiã si sine malitia tales circumstantiæ taceantur, & allegat *Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 21. à num. 65. & super Decalogum lib. 4 cap. 47 num. 15.* Videte *Sigismundum à Bononia de electione dubio 79.* Non venit tamen legitimus natus ex illegitimo, vt infra quæstione seq. sect. 4. Quibus illic allegatis adde Rotam in Pam-

pilon. Capellaniæ 4. Martij 1622. coram Remboldo, quæ est *dec. 45. num. 6. apud Viuianum*, ibi: *Ita quòd cẽſeantur excluſi legitimi ex illegitimis, qui aliàs inſpecto Iure communi ſunt habiles ad quæcumque beneficia, & in terminis de Canonicatu, ad quem teſtator vocauit clericum deſcendentem à quodã quòd talis talis ſit compreben-*
78 *ſus, fuit dictum, &c.* Sicuti neque venit illegitimus iam legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſiue natus ſit in concubinatu, ſiue ex matrimonio nullo ob occultum impedimentum, ſuperueniente poſtea diſpẽſatione, vt præter allegata ſupra *Praxi 3. num. 124. 125 & 136.* in terminis noſtris loquendo, habetur per *Filliuccium citato tract. 41. de beneficijs Eccleſiaſticis cap. 4. num. 5. ad finem, Molfeſium tract. 2. cap 16. num. 6.* Adeſt deciſio coram Caualerio referenda infra *ſub nu. 86. & Squillantem cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 40. & ſeq.* Qui ex Conſtitutione Sixti V. notat, filios naturales primo modo legitimatos per ſubſequens matrimonium effici verè habiles ad quæcumque beneficia, excepto Cardinalatu vbi habetis quid agendum, quando dictum matrimoniũ ſuperuenit poſt præſentationem, collationem, &c. Et *Filliuccius loco ſupracitato in fine poſt Azor. & tract. 9 de Cenſuris in particulari num. 144.* docet, filium non teneri credere ad hunc effectum matri, etiam in articulo mortis aſſerenti, ipſum eſſe illegitimum, intelligẽ niſi aliæ coniecturæ id probent, ſi tamen credat non poſſe ordinari, neque beneficia recipere. Accedit *Conink diſput. 8. de Cenſuris dub. 12. in fine.*

Dixi, *primo modo*, quia ſpurij, & alij ſimiles non legitimantur per ſubſequens matrimonium, habilitas eorũ qui contraxerunt poſtea, ſecũdùm probabiliorẽ opinionẽ, inſpicitur de tempore conceptionis, *Filliuccius tract. 9. ſupracitato num. 131.* & ſi contraria ſententia ſit Couar. quòd inſpiciatur tempus natiuitatis non diſpliceat *Bonacinæ diſput. 7 de cenſuris q. 2. Puncto 3. n 8.*

Idem dicendum de legitimato per reſcriptum, ſed à Papa; talis enim euadit habilis tã quòad ordines, quã ad beneficia, non autem legitimatus à Principe ſeculari, vt alijs citatis, habetis apud *Bonacinam diſput. 7. de cenſuris quæſt. 2. Puncto 3. num.*

79 *num.* 14. Dubium est apud Doctores, an expositus veniat hoc loco appellatione illegitimi, vt est videre apud *Molfesium tractat. 6. Summa cap. 7. num. 17. Bonacinam loco supracitato num. 10.* Qui testãtur probabiliorem esse sententiam, quòd ipsi ante factum sint irregulares, tamen vtramque sententiam dicunt probabilem, *Ledesma in Summa de matrimonio cap. 34 difficultate 8. & Suarez tom. 3. de censuris disput. 50. sect. 4. num. 4. apud Squillãtem de Priuilegijs Clericorum cap. 4. num. 39. in fine.* Qui paulò ante, in terminis nostris loquendo, testatur magis communiter Doctores resoluere, quòd p̃dicti expositi legitimi sint censendi & capaces ordinũ beneficiorum, & etiam dignitatum, videte *Filliuccium tract. 19 seu 9. de censuris in particulari num. 143.* Vbi quòd talis expositus potest se conformare opinioni negantis, ipsum esse irregularem, vel petere dispensationem ab Episcopo, qui in hoc dubio potest illam concedere, etiam quò ad ordines sacros, & per consequens ad beneficia habentia annexum dictum ordinem, Intellige extra Episcopatum, Cardinalatum, &c.

Nota tandem, quòd & si per professionem in Religione approbata, quis sit dispensatus ab hac irregularitate ex defectu natalium quò ad ordines, non autem quò ad Prælaturas, & Dignitates, ad quas debent dispensari per Generales, vel Prouinciales, in Capitulo Generali, vel Prouinciali, vel intermedio iuxta priuilegia Religionum confirmata à Gregorio XIV. in Constit. *Circumspecta 15. Martij 1591.* per quam reducuntur ad terminos Iuris duæ Constitutiones Sixti V. quarum prima incipit *Cùm de omnibus anno 1587.* & secunda incipit *Ad Romanum de anno 1588.* Tamen dispẽsatio ista si fuit obtenta ad Prælaturas, & Dignitates nihil prodest extra Religionem, non solùm quando ab ea recedit, quia professio fuit nulla, cùm eo casu reuiuiscat irregularitas, etiam quò ad ordines, & sic adhuc remanet illegitimus, sed etiã adhuc dum in ea manet, vnde non potest esse Vicarius Episcopi absque dispensatione Summi Pontificis, vt habetis apud *Iulium Lauorium in suis varijs Lucubrationibus de Electione Canonica tit. 4. cap. 16. num 27. &*

41. Qui verò *num.46.* Negat, illegitimum dispensatum in seculo ad curatum beneficium, egere postquam professus fuit, dispensatione ad Religionis Prælaturas; videte eum, quia latè agit de hac materia dispensationis pro Regularibus, sicut etiam loquitur *Tamburrinus de Iure Abbatum disput. 5. quæsito 19.* apud quem *disputat. 26. quæsito 9. num 39.* reperies priuilegium, vbi indulgetur, tales illegitimos absque dispensatione posse obtinere Prælaturas, & Dignitates iuxta Religionum constitutiones, de alijs priuilegijs circa hanc materiam agit *Sigismundus à Bononia de Elect. dub. 76. & seq.* Vbi quòd ad Vicariatum in Religione non requiratur dispensatio, de qua re nos *tract. de Potestate Confessarij recollect. 11. à num. 253.*

Quæres primò, an possint dari casus, in quibus & si beneficium simplex requirat ordinem sacrum, tamen sufficiat dispensatio Episcopi, ad hoc vt illegitimus possit illud obtinere? Respondetur hoc negare simpliciter Doctores, quos allegat *Campanilis in suo Diuersorio Iuris Canonici. Rubr. 11. cap. 13 num. 96. cum alijs quos refert, & sequitur nouissimè Squillantes cap. 4. de priuilegijs Clericorum num. 57.* Vbi hoc ampliat etiam si tale beneficium non requirat sacrum ordinem in actu collationis sed post, allegans *Garziam*, sed rectius meo iudicio *Filliuccius tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 4. num. 5. post Azor.* distinguit, aut dictum beneficium requirit sacrum ordinem priuilegio Papæ, aut consuetudine gentium vbique recepta, vel non, sed tantum statuto, vel consuetudine, cui potest Episcopus derogare, tale beneficium requirit ordinem sacrum. Primo casu non potest Episcopus dispensare ad illud illegitimum, secundo verò casu potest. Neque ex hac distinctione videbatur oriri resolutio casus de quo fui aliquando consultus. An
80 Episcopus poterat dispensare illegitimum iam dispensatum à S.P. ad ordines sacros, & ordinatum sacerdotem pro cappellania ex lege fundationis actu sacerdotali, quia etsi Episcopus non possit derogare legi fundationis, vt infra *quæst. seq. in princip.* tamen non per hoc desinit esse beneficium simplex, circa quod indiget illegitimus dispensatione duntaxat; nec opus est derogatione

tione aliqua, cùm iam talis sit sacerdos, ideòq; si rectè legantur authores allegati, supponũt talem illegitimum non esse actu sacerdotem, fauet *Garzia citata part 7. de beneficijs cap. 2. num. 78.* vbi concedit hunc talem ordinatum in sacris posse cum sola dispensatione Episcopi obtinere canonicatum Cathedralis, qui canonicatus de iure nouo Concilij Tridentini requirit ordinem sacrum, quod esse iuri conformius, testatur *Leſſius lib. 2. de iustitia cap. 34 num. 8. not. 1. in fine*. Confirmatur, nam est probabilis opinio, quod dispensatus illegitimus à Papa ad sacros ordines censeatur dispensatus ad beneficium simplex, vt ex *Sanchez* testatur *Filliuccius citato tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 4 sub num. 5.* fauet etiam *Layman libr. 4. tract. 2. cap. 14. num. 3.* vbi clarè docet, quod etsi talis dispensatus à Papa dicatur dispensatus ad benef. simplicia tamen accedente dispensatione Episcopi potest habere quælibet simplicia, ac etiam canonicat. in Cathedrali.

Sed hoc stante petes, an
81 Episcopus teneatur concedere talem dispensationem illegitimo? & videtur dicẽdũ, quòd teneatur, quia talis dispẽsandi facultas nõ conceditur Episcopo ad eius libitum, sed existente iusta causa ex regula illa, inferior Papa, quando in lege superioris dispensat, debet adesse iusta causa, & sic debet fieri cum causæ cognitione, *Glosa vltima in fine in cap. litteras de conceß. præbendæ*, cum alijs allegatis per *Iulium Lauorium infra proximè citandum*. Et in terminis nostris post *Panormitanum in cap. per venerabilem extr. qui filij sint legitimi num. 4. prosequuntur Garzias part. 7. de beneficijs cap. 2. num. 48. & Barbosa allegat. 45. num. 20.* Qui subdunt, causam iustam hoc casu esse honestam vitam, & virtutem, qua sit præditus talis illegitimus, seu suffragantibus meritis, vt latius per *Campanilem in suo diuersorio Iuris Canonici, Rubrica 11. cap. 13. num. 204.* vbi enumerat alias causas; aliàs non solùm dispensatio est nulla, sed ipse Episcopus peccabit; & quantò maior est defectus natalium, tantò maior causa in dispensando requiritur, vt per *Iulium Lauorium in suis varijs Lucubrationibus de electione Canonica tit. 4. cap. 16. à num. 31.* loquens de dispensatione impertienda

da à Superioribus Regularibus, pro suis subditis ad Prælaturas, & Dignitates, igitur existente iusta causa dispensandi, tenetur Episcopus dispensare, aliàs posset appellare de iustitia sibi denegata.

Iudicio tamen meo distinguerem hoc modo: Aut illegitimus fuit solus præsentatus à patrono, vel patronis, vel non, sed cum alio legitimo. Primo casu non est in potestate Episcopi reijcere illegitimum, existente iusta causa dispẽsandi, & petere quòd præsentetur legitimus, sicut de concessione litterarum comendatitiarũ, & alijs, notat *Lambertinus 2. parte primi lib. quæst. 1. principali art. 20. ad ornatum cap. nullus de Iurepatr.* Secundo verò casu si cætera sunt paria, potest Episcopus præferre legitimum, & reijcere illegitimum, vt post Rotam apud *Seraph. decis. 767. probat Campanilis dicto cap. 13. num 450.* Et si displiceat, quòd *Delphinus in tract. de Iurepatronat. num. 169.* inter præsentatos indignos reddentes præsentantem pro illa vice priuatum facultate præsentandi enumeret ipsos illegitimos, nam si in tali præsentatione petitur dispensatio, prout supra §. 1. diximus de præsentante laicum, & §. 2. *de præsentante minorem*, à pari non priuatur dictus præsentans iure iterum præsentandi, vt ibidẽ dictum fuit, si tempus iam non sit elapsum, vt generaliter loquendo de præsentante inhabilem sub conditione impetrandi dispensationem post Rotam notat *Molfesius tract. 6. Summæ cap. 5. num. 69.* Intellige supradicta, vbi à fundatore Capellaniæ expressè, vel tacitè nõ fuerunt vocati illegitimi, quia hoc casu sufficeret, si talis sit ordinatus Clericus, si capellania non est actu sacerdotalis, vel sacerdos si sit sacerdotalis, neque tunc indigeret dispensatione Episcopi, iuxta ea quæ diximus §. *præcedenti* de minore vocato ad beneficium de Iurepatronat. qui eodem iure canonico absque dispensatione est inhabilis ad illud, & vbi militat eadem ratio, debet dari idem ius vulgatis iuribus. Quòd autem fundator possit apponere dictã conditionem cum consensu Ordinarij, patet ex Rota in Romana Iurispatron. relata à nobis supra *in principio huius quæstionis 4. à num. 26.* & infra latiùs dicemus.

Addunt aliqui Doctores alium casum, in quo potest Episco-

Episcopus dispensare ad maiores ordines, & per consequens etiam ad beneficiũ habens annexum ordinem sacrum talem illegitimum, nempe quando illegitimitas est occulta, fundantur in concessione facta à *Sac. Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6.* ipsis Episcopis circa casus occultos, vt scilicet possint in illis dispensare; ita *Auila de censuris disputat. 3. dub. 7.* Sed meritò hæc sententia improbatur ab alijs, quos sequitur *Bonacina de censuris disputat. 7. quæst. 2. Puncto 3. fine*, ea ratione, quòd Concil. Tridentinum concedat Episcopis facultatem dispensandi in irregularitatibus prouenientibus ex delicto, non autem ex defectu, nec ex delicto aliorum, vt præsupponit *Auila*, sed delicto proprio, vt latiùs nos diximus *tertia parte nostri tractat. de Officio, & Potestate Confessarij cum de irregularitatibus*. Tertium casum addit *Filliuccius tract 41. cap. 4. sub num. 5.* Quando scilicet beneficio simplici adnexa est cura animarum, quia inquit ipse post *Azorium* accessorium sequitur naturam principalis; sed hoc est verũ vbi cura animarum per Vicariũ administrari soleat, vt benè *Lessius lib. 2. de Iustitia cap. 34 num. 87.*

Quæres secundò è contra, an dentur casus, in quibus pro beneficio etiam simplici, illegitimo non sufficiat Episcopi dispensatio, sed sit necessaria dispensatio obtẽta à Summo Pontifice? Respondetur affirmatiuè, casus
82 sunt isti. Primus quando iam semel fuit dispensatus ad simplex beneficium ab Episcopo, quia si vult institui ad secundum beneficium etiam simplex, non potest dispensare Episcopus, sed recurrendum est ad Summum Pontificem, quod est verum etiam quando primũ beneficium, ad quod fuit dispensatus per Episcopum, non est sufficiens ad dispensationem, quia licèt *Sacr. Concil. Tridentinum sess. 24. cap. 7. de reformatione*, concedat Episcopo, posse duo simplicia eidem conferre, quando vnum non est sufficiens, tamen supponit ei, cui confertur aliàs esse idoneum, & non indigere alia relaxatione, prout eget illegitimus, hanc opinionem esse iuris conformiorem, testatur *Filliuccius tractat. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 4. sub num. 5. prosequitur alios allegando Squillantes cap. 4. de priuilegijs Clericorum num.*

num.49. Secundus casus est quando in Ecclesia adest statutum iuramento firmatum, vel Papæ authoritate munitum, vt in ea nullus illegitimus admitti possit, neque ad beneficium simplex, *Filliuccius loco supracitato.* Tertius casus est, quando bene-
83 ficium simplex est in Ecclesia, in qua pater actu obtinet, vel aliquando habuit qualecumque beneficium ex *Sacro Concilio Tridentino sessione 25. cap. 15. de reformatione, Leffius lib. 2. de Iustitia cap. 34. num. 89. & nu. precedenti., Layman lib. 4. suæ Theologiæ Moralis tractat. 2. capit. 14. de beneficijs Ecclesiasticis num. 5.* qui post *Garziam* hoc limitat in nepotibus, ex ipsis illegitimis Clericorum, siue legitimè, siue illegitimè fuerunt procreati, secundò in Capellania amouibili, quia non venit ibi in decreto Sacri Concilij appellatione beneficij Ecclesiastici, ac etiam in patre illegitimi, si præsentetur in beneficio, quod sit in Ecclesia filij, de qua re adest *decis. Seraphin 1442.* latè *Campanilis dicto cap. 13. num. 66. Barbosa de Officio, & Potestate Episcopi allegatione 65. num. 18. Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus de Electione Canonica tit. 4. cap. 16. à num. 48.* Vbi habetis alias ampliationes, & limitationes, & *nu. 47.* probat, quòd filius illegitimus non possit dispensari ad dignitates in eadem Religione, in qua eius Pater fuit insignitus eisdem, vel dissimilibus. Quòd autem talis possit habere pensionem super eamdem præbendam, super quam habuit pensionem pater, & sic possit tali illegitimo pater illam transferre, notat *Riccius part. 4. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decis. 186.* non potest tamen habere pẽsionẽ super beneficium, quod pater possidet; quia Sacra Congregatio declarauit neque nepotem ex illegitimo posse habere pensionem super beneficium quod auus possidet post *Garziam, Filliuccius tract. 41. cap. 4. num. 8. in fine.*

Quæres tertio, An ex eo,
84 quòd illegitimo fuit collatum beneficium simplex ab Episcopo, vel facta ei institutio, tacitè censeri debeat ille dispensatus, ita quòd sola collatio, vel institutio pro dispensatione sufficiat, absque alia dispensatione separata? Respondetur distinguendo: Aut iste Episcopus sciebat defectum natalium ipsius instituti, vel

re-

recipientis beneficium, aut non, primo casu sufficit dicta tacita dispensatio, non autē secundo casu, quæ procedunt non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in foro fori, vt post *Suarez, Sanchez, & alios*, loquēdo de simili electione facta inter Regulares de illegitimo ad Prælaturam latè probat *Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus de electione Canonica tit. 4 capit. 16. à num. 35.*

Dixi *ab Episcopo*. quia in Papa certum est, solam electionem sufficere, cum dispenset absque causę cognitione, & tantum requiratur eius voluntas, videre *Sanchez de matrimonio lib. 8 disput 4 num 16. & alios allegatos per Iulium Lauoritē loco supra relato*. De hac materia agit etiā *Tamburrinus de Iure Abbatum part. 1. disputatione 5. quæsito 17.*

85 Quæres quartò, de quo Episcopo est intelligendum, quando dicimus quòd Episcopus potest dispentare cum illegitimis? Respondetur iuxta textum in *cap nullus de ætate, & qualitate ordinandorum in 6.* Hoc posse non solum Episcopum originis, & domicilij; sed etiā beneficij, nā in dicto textu, oībus his Episcopis tribuitur facultas conferendi ordines, & concedendi dimissorias ad illos, & in terminis nostris docent *Garzias part. 7. de beneficijs cap. 4. num. 14. & Barbosa de Officio, & Potestate Episcopi allegat 4.* Quis autem dicatur Episcopus originis, domicilij, vel beneficij latè explicauimus supra Praxi præcedenti, quibus illic allegatis, adde *Riccium 3. part. Praxis resol. 475. & Campanilem in suo diuersorio Iuris Canonici Rubrica 9. cap. 8. à num. 18.* Vbi refert optimas doctrinas pro declaratione huius materiæ.

Quæres tandem, cui incūbat onus probādi dictā illegitimitatem? Respondetur,
86 incumbere ei, qui illam allegauit, vt per Rotam in Pampilonen. Matrimonij 19. Nouembris 1607. coram Caualerio, quæ inter impressas eiusdem est *decisio 10.* vbi quia agitur etiam de modo illam probandi, eam hic transcribere ob commoditatem Lectoris putamus esse necessarium, sonat igitur vt infra. *Martinus de Vrnieta susceperat ex Vrsula de Sarastume, in tertio consanguinitatis gradu sibi cōiunctā, Martinum iuniorem; postea ambo de mense Octobris 1593.*

obtinuerunt à Sede Apostolica litteras dispensationis ad contrahendum, directas Ordinario. Et successiuè de mense Octobris anni 1594. Martinus constituit procuratores ad procurandum earum executionem. Sequuta est dispensatio Ordinarij de mense Iulij 1599. qui stante periculosa infirmitate Vrsulæ dispensauit etiam, vt solitæ denunciationes fierent statim post matrimonium contractum. Fuit itaque de dicto mense Iulij 1599. celebratum matrimonium cum D. Vrsula infirma in extremis, mediante persona Petri de Arbica asserentis se esse procuratorem Martini, etiam infirmi, per Fratrem Thomam Dominicanum, qui etiam asserebat, se habere licentiam ab Ordinario. Deinde cum Martinus, & Vrsula conualuissent, Martinus de mense Septembris anni 1599 sub prætextu, quòd habuisset notitiam, fieri denunciationes dicti matrimonij, comparuit coram Ordinario, allegando eas fieri sine suo consensu, & reclamante Vrsula, se esse suam legitimam vxorem, fuit introducta causa coram Ordinario, qui pro validitate matrimonij, sententiam tulit, à qua licèt Martinus appellauerit, nihilominus paulò post infirmus pro exoneratione suæ conscientiæ, mandauit, vt non procederetur vlterius in dicta causa appellationis super matrimonio Saraßume, subdendo hæc verba: Quam volo accipere, & recipere in vxorem meam legitimam, prout ex nunc illam pro tali recipio, laudando sententiam in hoc articulo latã, mandando, quòd vti talis, & vxor sua legitima deberet à suis executoribus tractari; & in eodem testamento instituit hæredem vniuersalem D. Martinum iuniorem filium suum, quem ex ea susceperat. Mortuo ex illa infirmitate Martino seniore, fuerunt per Ordinarium relaxatæ executoriales in executionem dicta sententia, contradicente Maria Perez Vrnieta sorore testatoris, qua vigore prætensi fideicommissi prætendebat, in defectum filiorum legitimorum succedere, & causam appellationis prosequi volebat, cui fuerunt reseruata iura. Tandem ad instantiam eiusdem fuit commissa causa appellationis Illustriss. Domino meo Cardinali Millino qui dubitauit, An constet de inualiditate matrimonij ad effectum illegitimitatis in casu de quo agitur. Quo dubio per me proposito, Maria defuncta

functa contra eius haredes una tantùm parte informante, Domini dixerunt non constare de inualiditate matrimonij. Et moti sunt ex eo, quia cùm haredes Mariæ, qui agunt contra Martinum Iuniorem possessorem bonorum, opponunt eius illegitimitatē debent eam concludenter probare cap. lator, vbi glos. in verbo probare legitimè & ibi Abb. antiquus, qui filij sint legitimi, & ita aliàs tenuit Rota in una Panormitana illegitimitatis 10. Ianuarij 1575. coram b. mem. D. de Grassis Caputaquens. decis. 150. part. 2. vbi num. 9. dicit requiri probationes luce meridiana clariores. In hoc autem casu nihil omnino deducitur contra Martinum, qui in omnem euentum ad probandum suam legitimitatem non eget probationibus, ita exactis, sed leuiores sufficiunt iuxta consil. Geminiani 27. sæpius à Rota canonizatum, præsertim in una Vlisbon. matrimonij 2. Decembris 1594. coram Illustriss. D. meo Cardin. Seraph. cap. causam qui filij sint legitimi. Pariss. cons. 57. num. 41. lib. 4. Felin. in cap. illud de præsumpt. num. 13. Et ad hunc effectum sufficit bona fides, siue in viro, siue in muliere, Gabr. de legitimat. conclus. 4 num. 1. & 2. Caputaqu. dicta decis. 150. part. 2. num. 7. Cassad decis. vnica num. 3. de spōsal. Abb. in cap. ex tenore, per illum tex qui ad hoc solet allegari num. 3. qui filij sint legitimi. In casu autem nostro elicitur bona fides ex pluribus, & primò ex dispensatione, vt in dicta Panormit. illegitimitatis, vers. hac igitur dispensatio, &c. & in mandato de dispensando aderat clausula, vt Ordinarius cui erat directum si de narratis diligenter informaret, &c. & clausula, super quo conscientiam tuam oneramus, vnde cùm nullus esset contradictor, Ordinarius erat merus executor, & ideo eius assertioni credendum est. Cardin. cons. 63 in princip. & 75. in princip. Puteus decis. 144. lib. 2. & fuit dictum in una Hispalens. Canonicatus 10. Aprilis 1606. coram R. P. D. meo Ludouisio. Secundò probatur bona fides ex sententia lata ab Ordinario super validitate matrimonij. Tertiò ex acceptatione sententiæ factæ à Martino in suo testamento, & declaratione, quòd Vrsula erat sua vxor legitima. Tandem ex institutione vniuersali in personam Martini Iunioris, quem ex dicta Vrsula susceperat. Non ob-

fiat, quod dicitur, matrimonium non fuisse celebratum coram Parocho iuxta dispositionem Concilij Tridentini sessione 24 cap. 1. de reformat. quia sufficit fuisse factum coram Fratre Thoma habente ad id authoritatem, & licentiam ab Ordinario, vt in d. cap. 1. & de licentia attestatur idem Frater Thomas, & Illustrissimus Cardinalis Zappata Episcopus Pampilon. qui licèt dicat se non recordari, credit tamen se dedisse licentiam, quia dictus frater Thomas erat vir doctus, & boni intellectus. Et licèt aliqua etiam possent opponi contra pretensum mandatum procuratoris, qui contraxit nomine Martini senioris infirmi, tamen non potest negari bona fides ex parte Vrsulæ, cùm ante matrimonium celebratum dictus Procurator, & Frater Thomas enunciauerint habere mandatum, & licentiam vnde excluditur omnis dolus ab eo qui credidit bono viro, glos. in l. Titij fundus ff. de condit & demonstr. Alexand. cons. 75. num. 11. lib. 5. Soccin. cons. 11. num. 9. libr. 3. Et bona fides vnius ex coniugibus sufficit pro legitimatione filiorum, vt dictum est ex cap. ex tenore, vbi notant omnes. qui filij sint legitimi. Tandem hæc omnia videntur tolli ex sententia subsequuta super validitate matrimonij, & acceptata, & ex declaratione Martini in suo testamento. Ex quibus, &c. In specie quomodo probetur, quem esse natum ex concubinatu, vide Boer. decis. 299. Petra. in tract de fideicommissis quæst. 11. num. 373. Sicut de probatione, quòd aliquis sit natus de adulterio, latè agunt. Andreas Gaill. obseruat 97. lib. 2. suarum practicarum obseruat. Surdus decis. 83. Alciatus tract de præsumpt. Regula 3. præsumptione 37. Mascard. in tract. de probat. conclus. 288. Cornazanus decis. 21. Couarr. 2. part. epit. cap. 8 §. 3. fol mihi 293. Vasquius lib. controuers. cap. 85. Puteus decis. 18. lib. 2.

§. QVARTVS.

De idoneitate requisita in instituendo ad Capellaniam de Iurepatronat.

87 Institutio ad Capellaniam de non idoneo est nulla de pœna, & culpa institutis vel præsentantis minus idoneum, sub num. 89.

88 Idoneus ad Capellaniã quis sit.

89 Ido-

89 *Idoneus, dignus, & habilis an sit idem.*

90 *Litteratura qua necessaria sit pro Capellania vel beneficio de simplici.*

91 *Examinandus an sit præsentatus ad Capellaniam, & à quo.*

92 *Morum grauitas, quæ sit requisita pro instituendo ad Capellaniam.*

93 *Excommunicatus, vel alia censura irretitus non potest instituí.*

94 *Clausula solita apponi in Bullis collationum (teque absoluentes, &c.) quid operetur, & in quibus casibus illa non suffragetur, num. seq.*

96 *Irregularis non potest institui, neque præsentari, An per dictam clausulam, (teque absoluentes, &c.) censeatur etiam ab illa dispensatus.*

97 *Episcopus, & Legatus à latere, an possint illam clausulam apponere in bullis institutionū, & quid operetur, si ab illis apponatur.*

98 *Examen circa mores an procedere debeat institutionem ad Capellan.*

99 *Idoneitas quo tempore attendi debeat.*

100 *Præsentatum non esse idoneum, cui incumbat probare.*

QVarta qualitas requisita pro institutione ad Capellaniam de Iure requisita, est, vt præsentatus sit idoneus, sicut enim artifices pro qualitate operis agendi, idonei, & sufficientes eligi debent *l. 1. §. ideoque C. de nouo Codice faciendo*. Ita ad curam, & sollicitudinem Ecclesiæ, expressè habetur in *Sacr. Concil. Tridentino sess. 24. cap. 18.* Vbi & si sit sermo de Ecclesijs Parochialibus Iurispatron. idem tamen proportionaliter dicitur de alijs Ecclesijs, & beneficijs, vt per DD. infra allegandos, videatur pro nunc *Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus de Electione Canonica tit. 4. cap. 21. num.* 53. & probatur in *cap. cùm in cunctis in principio de electione, latè Rebuff. in Praxi tit. requisita quò ad collat. num.* 23. Fuit dictum in Calaguritana motus proprij 15. Iunij 1592. coram Pamphil & in Calaguritana beneficij de Victoria 28 Iunij 1613. coram Pamphilio iuniore. Quod est adeò ve-
87 rum, vt aliàs institutio facta de non idoneo, sit nulla, & irrita, sicut de collatione, & resignatione loquendo, testatur de communi *Parisius lib 4. de resignatione quæst. 1. num 2. &*

3. Et

cunctis. Et prosequitur alijs allegatis *Parisius lib. 4. de resign. benefic. cap. 1. num. 5. & cap. 11. n. 11.* nempè, qui est præditus maturitate ætatis, morum gravitate, & litterarum scientia, & habetur per Rotam in Corduben. Capell. 5. Decembris 1629. coram Coccino, ibi: *Ex quibus etiam nihil releuant articuli, qui tendunt ad probandam bonam vitam, & famam Romeri; Tum quia non sufficit, dum non articulatur, quòd in his excedit Ioann Baptistam, tum etiam quia ad hoc vt aliquis dicatur benemeritus, vel magis benemeritus ad effectum obtinendi beneficia, non solum attenduntur vita, & mores, sed etiam atas, & maior atas, ac litterarum scientia desideratur, cap. cùm in cunctis extr. de elect & cap. si fortè eodem tit. in 6. Paris. cons. 40. num. 11. lib. 4. Gonzal. super Reg. 8. glos. 4. num. 108. cum seqq. & Gregor. decis. 11. num. 4. cum seqq.*

Sed quia Doctores quando loquuntur de pœna, & culpa præsentantis, vel instituentis, vtuntur vocabulo indigni, vel inhabilis, explicandum est à nobis, vtrũ 89 idem sit indignus, & inhabilis, quàm minus idoneus, nam aliqui Doctores videntur inter istos considerare differentiam, vt per *Iulium Laurium in suis varijs Lucubrationibus de Electione Canonica tit. 4. cap. 21. num. 33.* Asserendo, quòd eligens indignum ipso facto privetur, vt supra, potestate eligendi pro prima vice immediatè sequenti, quod clariùs explicant cum suis limitationibus *Sigismundus à Bononia in suo tractatu de electione dub. 61. Tamburrinus de iure Abbatum tit. primo disput. 5. quæsito 8.* Non autem eligens inhabilem, sed verè idẽ est nõ idoneus, quã inhabilis, & indignus, vt expressè patet in supracitato *cap. graue nimis extr. de prębendis*, ibi: *Cùm possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur*, & alijs allegatis videtur id docere *Tamburrinus* citato *quæsito 8. num. 19.* ibi: *Indignus autem quò ad hoc propositum, is dicitur qui habet defectus personę expressos in dicto cap. cum in cunctis*. Et quoniam supra egimus de ætate requisita §. 2. hic de alijs duobus requisitis ad idoneitatem, & dignitatem, ac habilitatem pro istis Capellanijs in dicto *cap.*

cum

eum in cunctis, quod vt certum est vendicat sibi locum in omnibus beneficijs etiam citra Episcopatum, vt in specie notat *Sigismundus à Bononia citato dub. 61. num. 11.*

Quæro igitur primò, quæ litterarum scientia requiratur, vt possit quis institui ad Capellaniam? Respondeo tur distinguendo, vel talis Capellania requirit tantum primam tonsuram in eo, qui instituendus est, vel ordinem sacrum, nempè sacerdotium, vel & tandem etiam requirit seruitium in choro, Primo casu sufficit, quod sciat legere, & scribere, & construere, non solùm lingua vernacula, sed etiam latina, imo etiam dictam linguam intelligere, cum teneatur ad recitãdum officium diuinum, item etiam scire rudimenta fidei, vt per *Filliuccium dicto tractat. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 6. num. 35.* Hæc omnia spectant ad munus Capellani seu habẽtis beneficium simplex *Molfesius tract. 6. Summa cap. 6. num. 64. latè Paulus Squillantes de priuilegijs Clericorum cap. 4. num. 99. & duobus sequentibus vbi alios citat.* Et si tamen Concilium Lateranense sub Leone X. confirmatum à Pio V. Bulla sua 138. quam refert *Nauarr. de Oratione cap. 7. num. 31.* liberet beneficiarios ab onere restitutionis, si infra primos sex menses ab obtento beneficio, officium diuinum prædictum non recitauerint, vt habetur per *Nauar. supra*, & prosequuntur Doctores communiter, qui agunt de horis Canonicis, qui etiam magis communiter enumerant dictos sex menses non à die, quo quis obtinet titulum beneficij; sed etiam possessionem, ita *Layman lib. 4. tract. 2. cap. 6. num. 1. & 3. Bonacina in suo Opusculo de horis Canonicis disputat. 1. Puncto 2. num. 1. Filliuccius tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 6. num 19. Diana tract. 12. resolut. 25. part. 1.* Tamen quia communiter concludunt interim talem peccare mortaliter, dictum officium etiam infra dictos sex menses prætermittendo, vt per supracit. *Layman sub num. 1. verf quædam his, &c. in fine, & Bonacina num. 8.* Ideo omni dubio procul, dicta sufficientia requiritur tẽpore institutionis, & per consequens indignus erit, qui nescit legere, vt supra & diximus *Praxi præcedenti num. 181.* dicto tempore, ac propterea irrita dicta insti-

institutio, vt post *Garziam, & alios tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 5. num. 37.* Vbi hoc ampliat, & si postea litteras talis institutus addisceret, quia non per hoc liberaretur ab onere petendi nouã collationem, & restituendi fructus antea perceptos; & limitat, vbi quis non esset omninò illitteratus, sed tantùm dicto tempore non haberet idoneam scientiam ex parte, vt per exemplum, si talis (loquendo in terminis nostris) sciret legere & construere, non tamen intelligere linguam latinam, quia tũc non esset ipsa institutio omnino irrita, sed tantùm posset irritari, vt etiam post Roram & alios prosequitur *Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 103. Azorius latè de hac materia omnino videndus part. 2. institut. Moralium lib. 6. cap. 6.* vbi, An illitteratus possit ad hoc dispensari, &c. de qua re etiam agit *Sigism. à Bononia tract. de elect. & potestate Prælatorum Regularium dub. 63.*

Secundò casu, si requirit ordinem sacrum, nempè Sacerdotium, requiritur, vt sciat ea, quæ ad munus huius ordinis spectant, scilicèt vt sciat ea, quæ pertinent ad Sacramentum Eucharistiæ, & Sacrificium Missæ cõficiendum, & administrandum, docere populum necessaria, ac explicare decalogum, & Symbolum, iuxta *Sacr. Concil. Trident. sess. 23. cap. 14. de reformatione*. Et quia cum potestate conficiendi Corpus Christi, etiã recipit quis in Presbyteratu potestatem absoluendi, de qua re nos latè *Parte 2. nostri Tractatus de Potestate Confessarij recollect. 3.* Debet etiam scire aliqua pertinentia ad Sacramentum Pœnitentiæ, & si non omnia ea tenetur scire, qui instituitur pro beneficio curato, vel examinatur pro confessionibus audiendis, vt nos dilucidauimus *Parte 1. nostri Tractatus de Officio Confessarij recollect. 1. à num. 12.* Et in terminis notant Doctores præcitati, & in specie *Paulus Squillantes dicto cap. 4 num. 102.* Qui ex hoc probat, quod eo ipso, quod aliquis fuit ordinatus, præsumitur habilis ad beneficiũ simplex; ita vt non sit opus alio examine, quod quomodo procedat, infra *num. sequenti*.

Tertio casu, quando beneficium est seruitorium, quia requirit assistentiam in choro, de quo genere bene-

ficij mentionem fecimus supra *Praxi 1. sub num. 95.* Tunc debet & si mediocriter, & parùm exactè scire cantum, iuxta modum, quo consueuit in dicta Ecclesia cani, vt post Rotam habetur per *Garziam par. 7. de beneficijs cap. 7. num. 7.* sequitur *Filliuccius supracitato tract. 41. cap. 5. sub num. 35.*

91 An autem super his debeat examinari præsentatus antequam instituatur? Distinguendum est inter præsentatum à personis Ecclesiasticis, vel laicis. Primo casu electus, & præsentatus non debet institui, nisi examinatus fuerit ab Ordinario & repertus Idoneus. *Concil Trident. sess. 7. cap. 13. de reformatione.* Secundo verò casu poterit Episcopus si velit illum examinare, non tamẽ examen necessario requiritur, eò quòd Trident. supra loquitur de præsentatis à personis Ecclesiasticis *Filliuccius tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis c. 4. num. 163.* Vbi secundam partem post *Garziam* ampliat, etiam in Iurepatronat. mixto; & *Viuianus lib. 6. Praxis cap. 5. à num. 132.* etiam si pro alio beneficio, vel capellania simili, iterum prius fuerat examinatus; ideo enim præsentatio non potest fieri de absente, vt Ordinarius possit videre, & examinare personam, an sit idonea. *Crescent. decis. 6. num. 9. de Iurepatronat. Rota decis. 3. de Iurepatron. in nouis, & fuit dictum in Amerina Iurispatron. 17. Decembris 1614. coram Pirouano, & nos tetigimus supra Praxi præcedenti sub num. 196. & 201.* Vnde quando deinde idem author *cap. seq. num. 36.* ait, nullum sine examine debere admitti ad quodcumque beneficium, intelligi debet iuxta caput Tridentini ab eo allegatum de præsentato à patronis Ecclesiasticis, sed quidquid sit de hac Theorica, praxis seruat, vt in casu quò vltra onus Missæ celebrandæ tam per se ipsum, quàm per alium, adsit onus canẽdi in choro, vel adiuuãdi in administrãdis Sacramẽtis Parochum, examinetur præsentatus ad Capellaniam, aliàs sufficiat examen habitum pro ordinatione, & ita intelligitur *Squillantes loco citato supra num. præcedenti vers. secundo casu in fine.* Numquam tamen examen est necessarium pro forma, nisi in Parochiali, & per cõsequens ex hoc capite non potest irritari institutio, nam sufficit si sit notus Ordinario

rio instituenti. *Lambert. 2. part. libr. 1. quæst. 11. art. 3. num. 5. & 9. & fuit dictum in Aftoricen. Parochial. 11. Martij 1587. coram Gypsio, & in Regien. Prioratus 26. Iunij 1587. coram Pamphilio.* Quæ notitia præsumitur eo ipso, quòd quis est Diœcesanus ei, qui eum instituit. *Verall. decis. 406. par. 1. Puteus decis. 331. num. 3. lib. 1. secundum nouam impressionem.* Et fuit dictum in Barchinon. Parochial. 29. Nouembris 1613. coram Buratto, & in Amerina Iurispatr. 17. Nouembris 1614. coram Pirouano: item si nō est Diœcesanus sufficit attestatio Ordinarij sui facta in litteris dimissorialibus: nā eodem modo præsumitur habere notitiam de qualitate Diœcesani, cùm absque inquisitione dictarum qualitatum non solent dictæ litteræ concedi. Rota in Salamantina Capellaniæ 17. Maij 1605. coram Ortembergo, & citata in Amerina corā Pirouano, & in Pistorien. Parochiali 27. Iunij 1621. coram eodem Pirouano, quæ est 79. apud *Viuianum*, ibi: *Habilitates eiusdem Ricciardi probant attestationes Ordinarij in eisdem litteris patentibus, & narrati a Papæ asserētis, se de illis sufficienter informatū à personis fide dignis, quæ sufficiūt ad hūc effectū. Rota dec. 191 n. 2 & dec. 572. num. 1. part. 1. recent.* Et tādem sufficit, quòd per præsentatum non stet quin examinetur, vt in Lucana Plebis 7. & 14. Maij 1595. coram Gipsio, & Andrien. Paroch. 22. Aprilis 1611. coram Penia. Si quæritis à quo debet fieri examen? Respōdetur, illud fieri debere ab illo, vel illis, quibus competit institutio, quando verò institutio pertinet ad Prælatum inferiorem Episcopo, debet talis examinari, ante quàm instituatur ab Episcopo ex *Concil. Tridentino sess. 7. cap. 13. & sess. 25. cap. 9.* Vbi aliàs declaratur institutio nulla, quæ procedunt iuxta terminos dicti Concilij, quando scilicet præsentatio fit à Patronis Ecclesiasticis; vel Prælaturis in quibus præsentant patroni laici vt post *Garziam prosequitur Filliuccius tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 4. num. 163. & cap. 5. num. 36.* Vbi excipit præsentatos, & nominatos ab Vniuersitatibus ad beneficia ista simplicia, quia isti, & si præsentati à personis Ecclesiasticis, non sunt examinandi.

Secundum requisitum ad 92 idoneitatem est morum

grauitas, vel probitas, seu honestas: ita enim exprimitur in citat. *cap cum in cunctis de electione, cap. graue nimis de præbendis, in Clem. 1. de ætate, & qualitate ordinandorum in Concil Trident sess. 24. cap. 18.* De quo requisito in electionibus, præsentationibus, & collationibus potissima ratio est habenda, cùm ex eius neglectu, omnis ferè Ecclesiæ pernicies manauit, vt post *Rebuffum, ait Lessius lib. 2. de iustitia & iure cap. 34. num. 125.* Estque id quod dicitur à Rota verbis relatis supra *Praxi præcedenti sub num. 30.* ibi: *Ex quo censuit Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij interpretum, præferendum cuius mores noti, probatique sunt ei, cuius vita ignoratur licet doctiori.* Hæc autem morum probitas ex se includit aliquid, vt ita dixerim, negatiuum, & aliquid positiuum. Negatiuum erit vt talis non sit infectus aliquo crimine: quòd habeat excommunicationē annexam, vel suspensionem, interdictum, aut irregularitatem, vel infamiam, aut pœnam priuationis beneficij, vt benè *Parisius libr. 4. de resignatione beneficiorum quæst. 3 nu. 4. Azor part. 2. suarum institut. Moralium lib. 6. cap. 7. quæsito 1. in fine & 11. etiam in fine.* Qui optimè cōcludit tamquā probabilius, ad hoc non sufficere quodlibet peccatū lætale, nec etiam quod de iure canonico inducat pœnam depositionis, nisi sit etiā graue, ita vt habeat annexam excommunicationem, vel alias pœnas, & impedimenta supra relata, cùm iura antiqua facilè peccantibus clericis hanc pœnam depositionis irrogabāt, quod etiam & nos diximus supra *Praxi 1. num. 49.* Est autem notabilis differentia, quam post *Garziam addit Filliuccius tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis capit. 5. num. 41. & prosequitur alijs allegatis Paulus Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 127.* inter crimina, quæ solùm habent annexam pœnam priuationis beneficij, siue ipso iure, siue non, quæ remissiuè habetis supra citata *Praxi 1. num. 47.* aut infamiam dumtaxat, de quibus per *Azorium citato cap. 7. quæsito 3.* & alia crimina, quę habēt annexam excommunicationem, suspensionem, interdictum, aut irregularitatem: nam primò casu institutio facta criminibus illis implicatis, tantùm venit irritanda. Secundo verò ca-

su

su. ipso iure est irrita, vbi hoc ampliat *Filliuccius post Garziam* ex Rota, etiam si talis collatio fuerit facta à Papa, nisi fuerit facta in impetratione mentio de crimine, vnde non sufficit si hoc sciuerit Papa per Regulam Cancellariæ, ob quam destruitur regula illa, Papam vel Imperatorem promouendo inhabilem censeri cũ eo dispensare, vt per *Parisium citato libr. 4. de resignatione beneficiorum quæst. 3. num. 63. & seq.* Sed contrarium docent alij apud *Pierinum in suo Prælato Regulari quæst. 2. cap. 5.* Quod diximus de excommunicatione, vel alia censura, irritare scilicet institutionem, intelligitur de maiori, nam minor tantùm operatur, vt possit irritari, iuxta primum casum, *Siluester electio 1. num. 16. Leßius lib. 2. de iustitia cap. 34. num. 116.* Vbi ex probabili opinione idem dicit de suspensione ab officio, vel beneficio, & interdicto personaliter. Videte eum, & *Iulium Lauorium citato cap. 16. à num 85.*

Vel & nos addimus, si in
94 Bullis apponatur clausula illa apponi solita in collationibus factis à Sũmo Pontifice, *teque absoluentes à censuris quibuscue, &c.* quæ tollit impedimentũ proueniens à censuris, vt est communis opinio sæpiùs practicata, & decisa, teste Parisio supracitata *quæst. 3. num. 53.*

Et quia dicta clausula introducta fuit in curia ad euitandam nullitatem collationis ob hanc incapacitatem ratione excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, quæ reddunt ipso iure irritam dictam collationem, & est solita apponi in omnibus rescriptis, & gratijs Apostolicis, ideo illa subintelligitur etiam si fuerit omissa. *Rebuffus in forma nouæ prouisionis §. teq; absoluentes, Nauarr. conſ. 28. sub num. 5. de*
95 *sententia excommunic.* Operaturque in casibus, in quibus suffragatur, non absolutionem absolutam, sed suspensionem dumtaxat impedimenti prouenientis à censura, quousque gratia sortiatur effectũ; ideo taliter absolutus non poterit celebrare, nec Diuinis interesse, aut ordines suscipere, nec facit fructus suos, vt latè per *Ricciullum lib 4. de Iure personarum cap. 9.*

Dixi, *in casibus in quibus suffragatur*, quia in multis casibus illa non suffragatur, de quibus adest Regula Cãcellariæ 65. de cuius intellectu agit Rota in Tuden. Be-

neficij

neficij 5. Aprilis 1604. cotã Penia, inter quos præcipuus casus est, vbi quis insorduerit in excommunicatione, vt per *Parisium citata quæst. 3. à num. 54. Toletus in Summa libr. 1. cap. 13. vers. Alter effectus, latius Ricciullus loco supracitato cap. 8.* qui *cap. 13.* enumerat quinque casus præter alios, in quibus substinetur collatio facta excõmunicato.

Quòd talis clausula nõ suf-
96 fragetur irregulari, cùm irregularitas non veniat appellatione censuræ, & ab ea Papa non dispensat, nisi exprimat, vt post *Nauar. conf. 66. de sententia excommunicationis, notat Parisius supracitata quæst. 3. num. 40.* Sed cõtrarium defendit *Pierinus in suo Prælato Regulari quæst. 2. cap. 5. §. 3. num. 46.* qui fundatur in verbo illo *à pœnis*, contento in dicta clausula, quod fundamẽtum quàm leue sit, patet ex dictis à nobis in nostro *tractat de Iubileo part. 2. à num. 54.* Quibus illic allegatis adde *Sigismundum à Bononia in tract. de Electione, & potestate Prælatorum Regularium dub. 97. in fine*. Opinionem hanc tantùm approbamus de irregulari ex causa violationis censuræ, vt loco citato de Iubileo probabiliter docemus, & pro præsenti casu confirmari potest ex fine talis clausulæ supra indicato, scilicet euitandi nullitates collationum. Si igitur non suffragatur irregulari, neque suffragari dicendum est infami, qui irregularis est, vt supponimus ex materia de irregularitate, pro nunc videatis *Sigismundum à Bononia supracitato tract. dub. 83.*

97 Talem clausulam posse Legatum à Latere, ac Episcopum apponere, cum instituunt, vel conferunt beneficium, concedit post alios *Ricciullus supracitato libr. 4. de Iure personarum cap. 9. num. 9. & seqq.* Et tunc, vt inquit ipse, talis clausula non operatur, nisi in casibus in quibus de iure potest absoluere ipse Legatus, vel Episcopus, nisi Legato vel Nuncio esset concessa facultas à Papa conferendi cum potestate absoluendi, ad effectum tollendi impedimenta, &c. quia tunc ipse concedit iuuare talem absolutionem, quò ad omnes cẽsuras Summo Pontifici reseruatas; à quibus autem censuris possit de iure absoluere Legatus à latere innuimus *part. 2. nostri tract. de Potestate Confessarij recollectione 9. à num. 26. & latius egimus 3. part.*

part. eiusdem tractat. cum de Officio, & Potestate Confessarij circa pœnitentes excommunicationibus à iure irretitis recollect. 3. De potestate horum Legatorum à latere circa collationem beneficiorum à iure sibi impartita, videatur fusè post alios *Filliuccius tract.41. de Beneficijs Ecclesiast.cap.2.n.21.vbi num. 22. in fine*, loquendo de Nuncijs Hispaniæ, vel Galliæ, ait pendere suam facultatem ex eorũ litteris, latius *Azorius* de hac materia *part. 2. suarum Institutionum Moralium lib.5.cap. 28.* Vbi quæsito 2. supponit, quòd Legatus à Latere possit instituere in beneficio de Iurepatronatus præsentatũ à patrono, vel patronis, nisi ordinarius loci priuilegiũ habeat à Summo Pontifice, vt nemo possit conferre beneficia spectantia ad collationem, præsentationem, vel institutionem suam, de absolutione, quæ præcedere debet electionem faciendam inter regulares, agit *Peregrinus in Commentarijs ad nostras Constitutiones* 3. *par.c.2 lit. H. Pierin. loco supracitato de Prælato Regulari quæst.2.cap.5. sub num.9.* Formam talis absolutionis ponit *Sigismundus à Bononia tract. de Elect. & Potestate Prælatorum Regularium dub.19.in fine.* Qui *dub.99.* declarat effectus dictæ absolutionis: Hæc spectant ad negatiuũ, quod includit ipsa morum probitas. Positiuum autem est, vt virtutibus ornatus, *Lessius citato cap. 34. num.125.* Non solùm Propheta monet, vt quis desinat à malo, sed etiam vt faciat bonum, habetis versus apud *Hostiensem in Summa de tẽporibus ordinat. ex qualitate ordinandorum num. 7. vers. & cui.* Similes qualitates requisitas à D. Paulo ad Timoteum 1. cap.3. de Episcopo loquente ad Clericos, non solum beneficiandos, sed ordinandos extendentem prout antea fecerunt DD. Ambrosius, & Augustinus in *cap. Apostolos 8 c. distinct. & cap. cognoscamus 34. distinct.* Versus sunt sequentes.

Primùm præcipitur, vt sit sine crimine Præsul,
Monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes.
Castus docens, non percussor, non litigiosus,
Non cupidus, benè dispositus, non Neophitusue,
Talis Apostolica, quòd præsit regula iussit.

De

De his omnibus debet habere notitiam Prælatus instituens, aliàs peccaret mortaliter, si illum instituereet sine dicti instituendi morum notitia per se, vel per alios habita, vt de electione loquendo post alios *Armilla tit. electio num. 22. probat Sigismundus à Bononia in tract. de electione, & Potestate Prælatorum Regularium*
98 *dub. 35. sub num. 3.* Non tamen requiritur speciale examen, sicut requiritur pro eo, qui assumendus est ad Episcopatum, cuius examinis formam plures Summi Pontifices tradiderunt; & tãdem instructionẽ magis claram edidit S. D. N. Vrbanus VIII. quam de verbo ad verbum refert *Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus tit. 4. de Electione Canonica cap. 16. num. 139.* Hocque significant verba decis. Pistorien sis Parochial. 27. Iunij 1621. coram Pirouano supra *num. 91.* Clarius in Aliphana Iurispatronatus 1. Iunij 1628. coram Ghislerio ibi: *Habilitas præsentati probatur, quia docetur de Clericatu per litteras patentes sui Ordinarij, quæ sufficiunt, & datur attestatio Ordinarij circa idoneitatem ad beneficia simplicia, cui fides est adhibenda, cum attestetur de spectantibus ad ipsius officium; Caputaquens. decis. 266. part. 2. Seraphin. decis. 1223. num. 3.* Quod etiam procedit in prouisione Paroch. vt habetur per Rotam apud Caualerium decis. 292. ibi: *Difficultas reducebatur ad secundam partem dubij, An scilicet examinatores teneantur referre explicitè qualitates eorum, qui se examini subiecerunt, veluti quòd N. sit idoneus quò ad mores, quò ad ætatem, quò ad doctrinam & reliquas qualitates requisitas, & sic de singulis. An potius sufficiat referre omnes examinatos fuisse idoneos? Et Domini responderunt non teneri referre explicitè. Ratio ea fuit, quia dum refertur aliquem esse idoneum, intelligitur cum illis qualitatibus, quæ de iure requiruntur, vt in simili allegabatur tex. in §. interdum, vbi glosa in verbo idoneus instit. de curator. & in materia nostra in cap. super inordinata de Præbend. vbi illi sunt in Ecclesijs idonei reputandi, qui seruire possunt, & volunt in ipsis, & ideo pueri, & beneficiati in alia Ecclesia repelluntur tamquam non idonei, ad idẽ est tex. in cap 2. de institutionibus, vbi glosa in verbo idonei, & in cap. relatum de concess. præbendæ. Et ideo cum*

hoc

hoc verbum idoneus habeat in hac materia certam iuris interpretationem eò quis, quo refertur quis idoneus videtur satisfactum legi requirenti talem relationem, ad quæ benè dicebant applicari super intelligentia verbi huius, idonei, tradita per Parisium consil 40. num. 13. & seqq. lib. 4. Nec præmissis aduersari putabant, quòd in Concilio fiat expressa mentio, vt scilicet debeant renunciari quotcumque ab examinatoribus iudicati fuerint idonei ætate, moribus, scientia, prudentia, &c. quia ibi fit expressio eorum, quæ tacitè insunt; exempli gratia, tantùm, quod probatur ex eodem Concil. dum immediatè subiungitur, & alijs rebus ad Ecclesiam vacantē gubernandam opportunis, multa enim alia sunt, quæ requiruntur ad hoc, vt quis sit idoneus ad Ecclesiam Parochialem gubernandam, veluti quòd sit clericus ex legitimis natalibus procreatus, & alia, de quibus in cap cùm in cunctis, vbi glos. 1. & cap. cum innotuit de electione. Vnde inferebatur, quòd sicut Concil. non exigit, vt super istis alijs qualitatibus specialiter non expressis fiat explicita relatio, ita pariformis determinatio requiratur quò ad mores, ætatem, doctrinam, & prudentiā, quæ in Concil. specialiter exprimuntur. Nec visa fuerunt obstare allegata declarationes aliàs facta per eamdem Congregationem Illustrissimorum Cardinalium in hac materia, quia in ijs apparet, quòd examinatores in illis casibus explicitè retulerant quò ad quasdam qualitates tantùm, vtputà, quò ad mores, vel scientiam, de alijs verò nihil dixerant, tamquam non informati vel approbationē ad Episcopum seu Vicarium reiecerant, in quibus casibus meritò responsum fuit non fuisse satisfactum Concilio, quod committit examinatoribus inquisitionem de omnibus qualitatibus, & circa omnes vult fieri relationem, non autem de vna, vel duabus tantùm, alijs omissis; Quia non potest dici idoneus, qui non habet omnes qualitates, & ideo sufficit relatio simplex idoneitatis, quia omnes supradictas qualitates includit. Præterea minus fuit dictum obstare, quòd de alijs qualitatibus nullus appareat factus processus, ad quem examinatores relationem habere potuerint, quia inquisitio, quam Concilium exigit ab examinatoribus, potest fieri etiam per extraiudicialem informationem, vt tenuit Rota in vna Mediolanen. Parochia-

16. Iunÿ 1599. coram Seraphin. relata per Modernos super regulam 8 glos. 9. in annotat. contra nullitat. & attentata sub num. 39. & seqq. Ergo à fortiori neque in institutione ad Capellaniam, quæ est beneficium simplex, non est necessariò examen iudiciale, quando noti sunt mores instituendi, sunt noti ipsi instituenti siue per se, quia est eius diœcesanus, siue si est exterus per attestationem sui ordinarij, & si in Romana Curia seruetur, vt recipiantur testes super idoneitate personę ibidem promouendæ, vt post alios testatur *Sigismundus à Bononia supracitato dub. 35. sub num.* 3. & percipitur ex Corduben. Capellaniæ 5. Decembris 1629. coram Coccino verbis suprà relatis *in principio huius §.* Quòd semel examinatus pro simplici beneficio, amplius pro simili beneficio non debeat iterũ examinari *Filliuccius post Azorium tract. 41. de benefic. cap. 5. num. 37. Riccius 4. par. Praxis resol. 69.* vbi an graduati debeãt examinari pro beneficio simplici. Ex quibus sequitur, quòd dicta idoneitas sufficiat, si reperiatur in præsentato tempore institutionis, vnde, & si antea fuisset quis criminosus, puta lusor concubinarius, &c. si peregit pœnitentiam beneficij fit compos, *Azorius part. 2. suarum Institut. Moralium lib. 6. cap. 7. quæsito 5. in fine, & quæsit. 11. vers. Deinde.* De præsentato, qui post præsentationem fuit effectus irregularis, sed dispensatus & absolutus fuit ante institutionem, quòd veniat instituendus, fuit resolutum in Pampilon. Parochial. 12. Nouembris 1597. coram Litta. Absolutè loquendo, quòd præsentationis tempus inspiciatur quò ad qualitates præsentati patet in *cap. dudũ el 1. vbi glos. verbo electionis tempore de elect. in cap. si eo tempore de rescriptis in 6. & vtrobique Doctores, Oldradus cons. 58. in fine, & fuit tentum in Parmens. Iurispatron. de anno 1573. coram Blanchetto, & in Terracon. Beneficij 9. Decembris 1590. coram Seraphino.* Quia tamen quis in dubio præsumitur idoneus, onus probandi, quem non esse idoneum incumbit ipsi neganti talem idoneitatem. *Paulus de Cittadinis tract. de Iurepatron. num. 216.* Fauet Brixien. Parochialis 20. Martij 1620. coram Vbaldo, quæ est 60 *apud Viuianum*, quam etiam allegauimus supra *Praxi 1, cum de vacatio-*

99

ne per ingressum Religionis sub num. 75. Vbi agitur de inhabilitate, seu incapacitate ratione Apostasiæ à Religione, ibi : *Obijciebatur Virginio immisso in possessionem beneficij, de quo agitur vigore mandati Rotalis, quòd ipse fuisset professus in Religione S. Francisci minorum de Obseruantia, & ex ea egressus, & sic crimini Apostasiæ obnoxius, & proinde incapax beneficij, prout etiam ad instantiam Fisci fuit per sententiam pronunciatum à Vicario Brixien. vnde dato dubio, an constaret de pretensa Apostasia, eoque proposito, &c. Hodie Domini dixerunt, de Apostasia non constare, & præmittebant, quòd istud dubium fuit disputatum, non solùm quando fuit per Nicolaum obiecta Virginio Apostasia per viam exceptionis in iudicio Rotali, vt dictum est, sed etiam ad effectum iustificationis litterarum Apostolicarum, cum ipse Nicolaus prius prouisus de hoc beneficio ab Ordinario postea illud impetrauerit etiã à Sede Apostolica ex hoc capite Apostasiæ, & incapacitatis Virginij, & ideo illius probatio incumbit Nicolao, non solùm, quia excipiens in exceptione actor est, l. 2. ff. de except. & illam tenetur probare plenè, & concludenter sicuti actor intentionem suam probat. l. actor C. de probationibus l qui accusare C. de edendo, sed etiam quia quilibet tenetur iustificare suam gratiam, &c.* Ampliat *Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus tit. 4. de elect. Canonica cap. 21. num. 34.* Conclusionem positam, etiam si opponatur in prouisione clausula, si idoneus, quia adhuc qui opponit de indignitate, debet illam probare. Nota pro casu decisionis supra relatæ, quòd non solùm Apostata non est idoneus, sed etiam electus à Religione, vt habetur per Rotam decis. 50. apud Viuianum, quod hodie magis est verum, cum per Vrbanum VIII. in sua Constitutione de Apostatis, & electis, ipsi declarentur perpetuo suspensi ab ordine.

§. QVINTVS.

De qualitatibus, quæ requiri solent ex lege fundationis.

101 Qualitatibus à fundatore appositis derogari an possit à patronis etiam de consensu Ordinarij.

PRæter qualitates requisitas à iure, solent fundatores similium Capellaniarum in fundationis limine alias qualitates requirere in præsentando, nempè quòd sit talis loci, vel ciuitatis, seu naturalitatis, quòd sit graduatus, quòd sit de parentela vel familia, quòd sit proximior, quòd sit de sanguine puro, quòd sit nobilis, & tandem quòd sit sacerdos, & similes, quæ debent attendi, aliàs præsentatio, & institutio facta contra tenorem fundationis esset inuali-
101 da, etiam si fuerit admissa ab Ordinario cum consensu patronorum: fuit resolutum in Valentina Iurispatronat. 20. Martij 1589 coram Orano, & in Alexandrina Decanatus 12. Iunij 1598. coram eodem, & Papien. Parochial. 13. Martij 1598 etiã coram eodem Orano. Nequit enim hæres etiam de consensu Ordinarij alterare voluntatem fundatoris, sed tali casu opus esset dispensatione Apostolica, vt dixit Rota in Pistorien si relata supra *Praxi 3. sub. num. 13.* Dixi, *hæres*, quia secus est de ipso fundatore, vt patet ex eadem Rota in decisionibus allegatis *ead. Praxi 3. num. 17.* Quem locum ad hoc omninò videatis. Ampliat ex Sacra Congregatione *Garzias part. 7 de beneficijs cap. 1. num. 99. & 107.* Quòd neq; hoc possint patroni, vt supra pro vna tantùm vice, quidquid contrarium videatur docere *Perez de Anniuersar. & Capellanijs lib. 2. cap. 5. à num. 28. quem probat Riccius part. 1. Praxis decis. 202. num. 330.* Solus enim Papa potest in hoc dispensare, vt supra diximus. An autem per clausulas generales, *Non obstantibus statutis, &c.* censeatur Papa dispensare, explicat idem *Garzias loco proximè citato nu. 107.* Addit Perez supra *num. 32.* casum, in quo possit Episcopus, etiam inuito Patrono dispensare circa qualitates requisitas in fundatione, & est, si Ecclesiæ necessitas immineat. De his igitur qualitatibus aliqua summatim dicemus, decisiones priùs aliquas referendo, ex quibus lector satis conijcere

pote-

potuerit, cui fundationi standum sit circa dictas qualitates; vbi diuersæ reperiuntur. Quòd præsentatio facta cum decreto, vt obtineat dispensationem circa qualitates requisitas in fundatione appositas à Summo Pontifice, valeat; ex quo non dicitur facta de indigno, ideoque nec patroni possunt dici negligentes, patet ex decisione 5. de rerum permutatione in antiquis, & fuit resolutum in Firmana Altaris 4 Martij 1596. coram Seraphino.

Cui fundationi standum sit pro qualitatibus requisitis in præsentatione.

102 *Qualitates præsentandorũ immutandi facultatẽ potest sibi reseruare fundator in limine fundationis. Requiritur tamen fuisse factam dictam reseruationem cum consensu Ordinarij, num. 104 & 105.*

103 *Augens dotem Ecclesiæ an possit sibi reseruare facultatem immutãdi qualitates præsentandorum.*

106 *Exequutor constitutus ad fundandum Iuspatronat. quando possit sibi reseruare facultatem immutãdi qualitates præsentandorum, & num. 110.*

107 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*

108 *Hæres & defunctus, vna & eadem persona censentur.*

109 *Obseruantia firmat statum quò ad qualitates præsentandorum.*

111 *Qualitatum immutatio, etiam in ea, quæ cedunt in minorem cultum Dei, potest fieri à fundatore, qui sibi reseruauit facultatem illas immutandi, & quando ab exequutore, ibid. Et quæ sunt qualitates, quæ cedunt in maiorem Dei cultum. Quid si non fuerit reseruata dicta facultas, an etiam posset illas mutare. nu. 113.*

112 *Copia instrumẽti extracta, pendente lite, & sine compulsoria, ac citatione partis, quando fidem faciat.*

SIcut enim supra *Praxi 3. nu. 34.* diximus, quòd ad probandam pertinentiam Iurispatronat. ante omnia debet præsentatus stabilire naturam Iurispatronat. vt ita dixerim, an sit hæreditarium, vel gentilitium, aut mixtum: ita nunc dicimus, quòd

quòd ad obtinendam institutionem, ante omnia præsentatus debet scire, an præter qualitates requisitas in eo à iure, requirantur aliæ ex lege fundationis? ad quem effectum, quia dubium in hac materia potest esse, vbi reperiuntur diuersæ fundationes cum diuersis qualitatibus, ideo hìc transcribere putaui has duas decisiones in illa Giennens. Capellaniæ coram Eminentiss. Verospio. Prima Lunæ 15. Martij 1628 vt sequitur.

In exequutione vltimæ voluntatis Roderici Perez Archidiaconi de Campos, Petrus Fernandez nepos ab eo hæres institutus erexit decem Cappellanias in Ecclesia S. Ioannis Euangelistæ loci de Baëza, quarum tres Cathedraticis, & Lectoribus Vniuersitatis dicti loci, reliquæ verò septẽ Presbyteris in Theologia, siue Iure Canonico, aut Ciuili graduatis, & ipsius Roderici patrui consanguineis, in eorum autem defectu etiam extraneis conferuntur, ac præsentatione Capellanorum, in ipso tamen fundationis limine reseruauit sibi Petrus facultatem declarandi, & alterandi, & penitus immutandi dicta fundationis qualitates, prout verè immutauit, & reiecta qualitate Sacerdotij, & gradus, voluit quòd admitteretur simplex clericus in minoribus, vel in sola tonsura.

Vacante vna ex prædictis Capellanijs, præsentatus fuit Didacus Peralta Theologus, & Sacerdos, cui se opposuit Franciscus de Stenusa Clericus, qui primò coram Vicario Giennen. mox coram Vicario Corduben. reportauit sententias fauorabiles, & causa mihi commissa, dubitaui an Francisco esset adiudicanda dicta Capellania, cumque resolutio dubij penderet à duplici inspectione, videlicet, an Petrus potuerit immutare tenorem, & conditiones fundationis, an Frãciscus probaret se proximiorem consanguineum fundatoris. Domini reseruato articulo consanguinitatis resoluerunt, Petrum potuisse fundationis leges immutare.

Ex quo enim in ipso fundationis limine hanc sibi facultatem expresiè reseruauit ipsius qualitates, & tenorem immutandi, vt negari non possit, & legitimè in Instrumento fundationis datur per Franciscum in Summario 102 num. 3. Potuit vtendo hac reseruatione qualitates Sacerdotij, & gradus doctoratus, seu licentiati, de quibus in prima fundatione reijcere &

ad-

admittere consanguineos simplices Clericos in minoribus ordinibus, ac in sola tonsura constitutos, vt firmat Lambertin. de Iurepatronat. lib 1. part. 1. quæst. 9. art. 1. conf 3. amp. 10. num. 71. & art vbi latè per tot. Monet. de Commut. vlt. volunt. cap. 10. de derog. qualit. in fundatione benefic. appositi nũm. 23. & dicit Rota in Condun. Capellaniæ de Relmonse 15. Iunij 1613. coram D. Illustriss. Verospio.

Potest enim Patronus in ipso fundationis initio quæcumque voluit pacta, & conditiones apponere, l. verum, vbi glos & Doct de Conf. Läbert. d art. 1. per tot. quæst. 5. mihi in vers. patronus in fundatione, Paleot. decis. 89. aliàs 443 num. 3. lib. 3. par. & fuit dictum in Toletana Iuris nominandi 28. Ianuarij 1589. coram Card.

103 Quod eo maximè in hoc casu dicendum est, in quo Petrus etiam dotem auxit, & cum vtilitate augmenti etiam interuenit auctoritas Ordinarij. Monet. vbi supra cap. 10. num. 186. & seq. Lambert. d. quæst. 9. art. 3. num. 90. vers. salua tamen, quæ quidem Ordinarij auctoritas etiam ex interuallo potuit interuenire: Monet. d. cap 55. num 18. in 4. Fallent. Lambert. d. art. 3. num. 91. & sequen.

104 Nec videbatur obstare, quòd primæ fundationis qualitates, quæ tamquam leges seruandæ sunt, non potuerint etiam per fundatorem immutari, nec eum consensu Ordinarij, postquam semel idem Ordinarius illas approbauit. glos. in cap. cum dilectus in vers. constitutum, vbi Abb. num. 5. de Consuet. Felin. in cap. significauit num 2. de testam. Rota in Tolet. Capellan. Februarij 1591. coram Card. Pamph. cum sit hæc commutatio de reseruatis Papæ c. quia contingit de relig. domibus, & probibita per decreta Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. proce-

105 derẽt enim supradicta quãdo in limine fundationis non fuit hæc facultas reseruata ex deductis, vel si auctoritas, & consensus Ordinarij non interuenerit, ita vt si idem consensus accesserit, & in vim dictæ rẽseruationis possent, si quę fuerint leges à primo præscriptæ, quandocumque immutari, dummodo nouis qualitatibus ius nõ resistat Rocch. de Iurep. in verb. pro eo q. 25. in fin. Cald. conf 19. eod tit. Caputaq. decis 229. p. 2. nu. 4.

Minus dici potest mutationem non sustineri, eo quòd Petrus non sit harum Cappel-

106 laniarum fundator, sed magis exequutor voluntatis Rodarici,

derici, indeque tãquam merus minister non potuit sibi reseruare facultatem huiusmodi, nec eadem reseruatione vti, adnotatur per Iacobum de Canibus de exequutione vlt. volunt part. 3. in princip. nu. & seq. Resp̃onderunt enim Petrum quidem non solum exequutorem voluntatis Roderici fuisse ab eo, & quasi Patronum, & ministrum deputatum in testamento, sed etiam indefinitè ad erigendum opera pia sine vlla mandati restrictione, & cum libera facultate, ita vt potuit ea vti in quoscumque vsus pios, qui sibi visi fuerunt, indeque reseruare etiam sibi hanc facultatem immutãdi tenorem, & leges prædicta fundationis, cùm idem esset cum persona Roderici, de cuius voluntate Capellaniæ eriguntur, tum etiam ex regula, quòd qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. l. ita §. gessisse cum glos. & concord. ff. de pet tutor & curat. quàm
108 eo, quòd, ex quo hæres erat Roderici eadem cum illo persona censeatur. §. 1. Authẽt. de iure iurando.

Quæ dicebantur de vtilitate Ecclesiæ, cui magis expedit habere sacerdotes graduatos, quàm simplices clericos, non fuerunt habita in consideratione, satis enim tuidens fuit ipsius Ecclesiæ vtilitas augmentum scilicet dotis Cappellaniarum, & cùm dicta mutatio fuit etiam per alios Cappellanos acceptata, & obseruata, & admissi simplices cle-
109 rici talis obseruantia facit statum, qui attenditur Paris. de confiden. quæst. 18. num. 209. Rota decis. 229. num. 1. & 2. part. 1. ita vt hæc quasi possessio ad effectum validitatis præsentationis sufficere debeat, nisi constet de contrario ad not. per doct. in cap. consult. de Iurepatron. Rota in recent. decis. 178 num. 1 part. 1. & in Melitan. Iurispatr. 18. Aprilis 1618. corã Marcomontio. Videte circa hoc vltimum dictum decisionem vltimam apud Praxim Viuiani.

Secunda Veneris 23. Martij 1629.

Proposui iterum dubium, quod fuit 15. Maij Anni proximè præteriti coram me resolutum, An Petrus Fernandez potuerit mutare leges, & conditiones à se primùm constitutas in fundatione Cappellaniarum, quas in exequutione vltimæ voluntatis Roderici Perez instituerat, & perstiterunt Domini in decisis, vt ex facultate, quam sibi idem Petrus in limine fundationis reseruauerat mutare potuerit easdem conditio-

nes

nes, & reiecta qualitate sacerdotij, & gradus in Iure Canon. vel Theologia, vt in prim. fundatione statuerat, mandare, vt eadem Capellaniæ conferrẽtur clericis in minoribus ordinibus constitutis, qui tamen essent ipsius Roderici fundatoris consanguinei.

Cùm enim ipse Rodericus
110 erectionem pij alicuius operis absolutè commiserat voluntati Petri, quem in suo testamento hæredem sibi instituit, eamque facultatem ita voluerit apud eum esse liberã, vt non solùm, quæ vellet pia opera eligere, sed vt quæ etiam sibi placerent conditiones, posset eisdem adijcere, potuit sine dubio hanc etiam conditionem in fundatione præscribere, vt à legibus, quas tunc eidem fundationi imponebat, sibi liceret discedere, cum licèt exequutor, ex generalitate tamen mandati potuerit eadem, quæ Rodericus Dominus & fundator facere potuisset. Bart. in l. vnum ex familia 69 §. si de falcidia num. 2. ff. de leg. 2. & in l. alio hærede num. 9. ff. de alim. & cibar. Bald. in l. si quis ad declinandam num. 11. C. de Episc. & Cleric. idem Bart. cons. 142. num. 3. Abb. cons. 110. lib. 2. Castr. cons. 97. num. 3. & 4. lib. 1. & id solùm non poterat contrauenire scilicet testatoris voluntati. Bald. in eadem l. vnum ex familia §. si duos num. 1. ff. de leg. 2. Ruin. cons. 84. num. 12. lib. 3. Laderch. cons. 171. Ioann. à Canib. de exequut. vlt. volunt. part. 1. quæst. 1. num. 3. Capra eodem tractatu in princip. num. 6. & 7.

111 Neque eadem facultas ex eo videri debebat restricta, quòd hæc opera in maiorem Dei cultum cedere deberent, quasi huic qualitati restiteret, quod postea ipse Petrus constituit, vt clerici minorum ordinum, aut etiam primæ tonsuræ, & qui graduati non essent, ex traditis per Innoc. & alios in cap. cum iam dudum de Præbend. Abb. in c. extirpandæ §. quì verò num. 27. eod. tit quòd in ea opera deberent in maiorem Dei cultum, & honorem cedere, declarat quidem, quo motus fuit fundator, vt ita disponeret, non tamen ex hoc quidquam detrahitur de facultate, quæ vt dicebam, fuit Petro indefinitè concessa, & nullis restricta limitibus, ita vt sicut ex arbitrio, quod liberum habuit, potuit non solùm initio admittere eos clericos, qui neque maioribus ordinibus insigniti neque gradum in Iure Canonico, aut Theologia assequuti essent, sed quæ etiam opera volebat erigere, ita in erectio-

ne eiusdem operum hanc facultatem variandi sibi reseruare, & reseruata uti.

Cætera verba huius decisionis pertinent ad aliã materiam, nempè circa legalitatem, & fidem instrumenti, vbi fuit reseruata dicta facultas immutandi qualitates & fuerunt relata supra *Praxi* 112 *II. nu.* 39. vbi habetis quãdo copia desumpta lite pendente, & sine compulsoria, ac partis citatione faciat fidem. Pro ea doctrina, quam tangit *decisio prima nu.* 104. quòd patronus non possit mutare qualitates positas in limine fundationis, etiam cum consensu Ordinarij. dato quòd illam ibi nõ sibi reseruauerit facultatem. Nota procedere ad summum dictam doctrinam in casu decisionis, quando qualitates primæ continebant maiorẽ cultum diuinũ, nempè quòd præsentandi sint sacerdotes graduati in Theologia, aut in Iure Canonico, & ciuili, non autẽ quando dictæ qualitates respiciunt tantum præiudicium compatronorũ, puta quòd Iuspatronatus nõ sit amplius hæreditarium, sed gentilitium; quòd non quilibet possit præsentari, sed consanguineus, vel si in prima fundatione vocati sint generaliter consanguinei, in secunda admittat tantùm proximiorem, &c. vt patet ex notatis à nobis supra *Praxi* 3 *à num.* 23. *vsque ad* 32. *inclusiuè.*

De Prima Qualitate loci, seu naturalitatis.

113 *Qualitas loci, seu naturalitatis pro præsentando ad Capellaniam, potest apponi in fundatione.*

114 *Oriundus, quòd quis sit ex aliquo loco, quomodo probetur. Originarius, & oriundus an idem sit, & num.* 116.

115 *Beneficiatus dicitur non solum incola, & diœcesanus, sed ciuis illius loci vbi habet beneficium, & num.* 117.

118 *Romanus, Neapolitanus, Florentinus, &c. quis dicatur.*

119 *Ciuis allectus ex priuilegio an poterit præsentari ad Capellaniam erectam pro Oriundo, Originario, Naturali, Diœcesano alicuius loci, & num.* 126.

120 *Priuilegiũ ciuilitatis quãdo prosit.*

121 *Qualitas requisita à testatore, debet adesse tempore testamenti.*

122 *Romanorum, Neapolitanorum,*

norum, &c. appellatione, an veniant allecti, ibidem ex priuilegio.

123 *Ciues allecti quando dici possint forenses, & exteri illius loci, vbi sunt allecti, & num. seq.*

125 *Verba dubia interpretationem recipiūt ex alijs præcedentibus, & sequentibus.*

127 *Qualitas naturalis, & accidentalis, vbi concurrūt præfertur naturalis.*

128 *Allectus quando possit cōcurrere cum Originario pro beneficio obtinendo.*

129 *Expositi an dicantur Originarij loci, vbi exponuntur, & nu. 131. Vbi possint ordinari, num. 132. vbi sepeliendi, num. 133. & 135. Quis succedat ipsis morientibus ab intestato, num. 134.*

130 *Legatum dotis pro puellis pauperibus alicuius certi loci maritandis, an possit dari puellis expositis.*

NOn disputamus hoc loco an originarius vel ciuis in cōcursu cum extero, præsentatus ad Capellaniam debeat præferri nec ne, cum id spectat ad quæsitum finale huius §. cum de causis prælationis ad Capellaniam conferendam potius vni, quàm alteri, vbi plures sunt præsentati: sed tantùm quærimus, Quid agendum sit, quando ex lege fundationis præsentari debeat Originarius, vel Naturalis alicuius loci; de qua materia agit *Garzias part. 7. de beneficijs c. 9.* Ex cuius dictis & praxi patet, q. hæc qualitas solet requiri diuersis loquēdi modis. Supponimus. n. pro certo
113 valide posse apponi hanc qualitatem in fundatione, quia est secundùm ius, quòd data paritate meritorum, iubet præferri ciuem extero, vt infra, sicut valet statutum, & consuetudo, quòd beneficia non conferantur, nisi vni de Capitulo, vel Collegio, aliàs collatio sit nulla. *cap. cum dilectus, & ibi glos. in verb. constitutum de consuetudine.* Vbi omnes docent, & fuit dictum per Rotā apud Ludouisium S. Pont. 218. Primus autem modus est, quòd præsentandus sit Oriundus, vel Naturalis talis loci, vt in casu decis. Bononien. Parochial. 27. Martij 1620. coram Caualerio, quæ inter eius impressas est *decis. 533. sub num. 2.* ibi: *Quòd Hieronymus sit oriundus ex diœcesi Bonon. & in sacro Presbyteratus ordine constitutus,*
114 *probatur ex litteris patentibus Episcopi Reatini, qui*

ipsum ordinauit Bononiæ habita speciali facultate ab Archiepiscopo Palleotto, Felyn. in cap. post cessionem num. 3. de probat. Gramat. decis. 8. dictum fuit in Colonien. Canonicatus 20 Maij 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio in Hiduntina beneficij 6. Aprilis 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo, & aliàs sæpè. Quod dicitur de oriundo, idem esse videtur de originario, quia oriundus & originarius æquiparantur, vt diximus cum de Iubileo 1. *par. num. 90.* Vbi reperietis authoritates probantes, quòd talis non solùm dicatur, qui natus sit in eo loco, sed etiã ex patre, qui in dicto loco natus sit; nec sufficiat, quòd ibi tantummodo contraxerit domicilium, quia talis dicitur incola; sicuti loquendo pro casu nostro; si ibi esset beneficiatus, non solum dicetur incola, sed Diœcesanus, & quòd dicimus de nato in eo loco, excludimus casum, vbi id accidat non ex eo, quia ibi domicilium habebant, sed per trãsitum tantùm erant parentes, vt eodem loco fuit declaratum; quibus illic allegatis, adde quòd propriè loquendo Originarius alicuius loci dicitur, qui natus est in eo loco, oriundus verò qui nascitur ex patre, qui erat originarius eius loci; vnde *Vasquius de successionis procreatione libr. 1. §. 2. num. 9.* docuit, quòd natus extra propriam patriam casu, & per transitum dicatur non solùm oriundus, sed originarius eius loci, vbi pater domicilium retinebat, ratio est manifesta, quia talis non est neque originarius, neque oriundus illius loci, vbi natus est casu & per transitum. *Emanuel Suarez in suo Thesauro receptarum sententiarum litt. O. num. 31.* Quòd habens beneficium in aliqua Diœcesi, etiam si ibi nõ resideat, dicatur ciuis in ea, post alios probat *Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 233. & seq.* Vbi latè de hac materia ordinationis ratione beneficij, domicilij, vel originis.

Secundus modus est, vt subdit idem *Garzias supra num. 9.* quando dicit, quòd præsentandus sit talis Diœcesis, & tunc, inquit ipse sufficit, si habeat originem, vel beneficium, aut domicilium in dicta diœcesi, sequitur *Campanilis Rubrica 11. cap. 13. num. 195.*

Tertius modus quando denominatiuè dicitur, quòd præsentandus sit Romanus, Neapolitanus, Abulensis,

lensis, &c. & hoc casu inquit *Garzias supra num. 3. & 19* Primò, quòd hic modus loquendi est idem cum illo de oriundo. Secundò, quòd ad eius verificationem non sufficiat neque domicilium, neque beneficium, sequitur eum *Campanilis citato nu. 195*. Hic modus coincidit cum duobus alijs modis loquendi, puta si dicatur quòd præsentandus sit de tali loco, quia idem est dicere Perusinus & Florentinus, quàm de Perusio, vel de Florentia; vel si dicatur, quòd præsentetur ciuis Neapolitanus, vel ciuis Romanus, quia idem est dicere Camerinensis, & ciuis Camerinensis, vt *loco supracitato de Iubileo nos diximus num. 98.* Vbi etiam explicamus, an nati in Suburbijs, vel Comitatu, seu Territorio Vrbis Romæ, vel Neapolis, dicatur Romanus, vel ciuis Romanus, aut de Roma, vel de Neapoli. Quòd etiam origo non inde rectè colligatur ex eo quòd aliquis vel Hispanus, vel Lombardus vocitetur communè, aiunt *Alexander Rub. soluto matrim num. 9 & Boerius decis. 13. num. 24. apud Emanuelem Suarez loco præcitato num. 23.*

Difficultas præcipua circa hanc materiam esse po-
119 test, an Allectus in ciuem ex priuilegio, possit præsentari in Capellania requirente, vt supra, quòd sit oriundus, vel Originarius, aut Diœcesanus, vel Neapolitanus, Romanus, &c. *Garzias supr. part. 7. de beneficijs cap. 9. num. 2.* concedit primo casu, quando vocatur Oriundus, vel Naturalis, sufficere dictam Allectionē, seu vt ipse loquitur, litteras Naturalitatis; & cùm in tertio casu, vbi vocatur Romanus, Neapolitanus, Abulensis, &c. asserat coincidere hunc modum cum primo de Oriundo, & Naturali, videtur etiam fateri, hoc casu, eaidem litteras, seu priuilegium sufficere; sed quia subiungit, quòd ad eius verificationem non sufficiat neque domicilium, neque beneficium: à fortiori, videtur id negare, quia ratione domicilij, & beneficij quis est verus ciuis, non autem ratione huius priuilegij, quo casu tantummodo est ciuis per fictionem, vt est certum, & in terminis ordinum conferēdorum, tradit post Boerium & Riccium, *Squillantes citato cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 269.* Vbi testatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, exteros

alle-

nos æquè idoneos, antequã publicaretur dicta institutio,
120 quia si postea fuit obtemptum simile priuilegium, certum est, nihil prodesse,
121 quia qualitas requisita à testatore debet adesse tempore testamenti, vel mortis ipsius, nec sufficit si superueniat ex post facto, ne sit in potestate cuiusque testamẽtum eludere, vt dicit *Bartolus in l. si cognatis col. 1. in fine vers. si verò aliquis efficitur cognatus ff. de rebus dubijs, Imola in l. fideicommissum in princip. vers. & adde etiam, quòd notatur ff. de condit. & demonstrationibus.* Fauet in terminis nostris ferè loquendo *Rolãdus à Valle conf. 79. num 17. in fine lib. 3. & Delfinus in tractat. de Iurepatronatus num. 201.* Quod meo iudicio intelligerem saltem pro hac prima præsentatione. Et licèt aliquibus videbatur hoc potuisse Patres, nobis placuit
122 sententia negatiua, quia & si Romanorũ appellatione veniant Romani ex priuilegio, cùm ciues allecti fruantur ijsdem priuilegijs, quibus gaudent originarij, ita vt leges loquentes de ciuibus, illos comprehendat iuxta cumulata per *Nouarium in Praxi electionis fori quæstione 39. sess. 2. in prima impressione Neapolitana, & sequitur Riccius decis. 193. 3 part. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, & repetit idem Nouarius in suis singularibus concluf. 63. nu. 5.* Vbi primo loco allegatis addit *Bartolum in l. tutelas num. 4. ff. de capitis diminutione, Ancharan. conf. 152 num. 4. & 5. Peregrinum de fideicommissis art. 22. num. 7.* docentes, quòd idem iuris sit de ciue originali, quàm
123 de allecto. Item tales ciues allecti non sunt forenses & exteri, quibus voluit testatrix præferri Romanos, vt patet ex notatis à nobis *supracitato tractat. de Iubileo part. 1. num. 109.* Maximè quia tales allectos, vt supra innuimus, præsupponimus contraxisse domicilium in Vrbe, nam his solet concedi tale priuilegium, & talis allectio, vt seruari in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur *Paulus Squillantes capit. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 253.* Et habens domicilium non dicitur forensis, vt in terminis nostris ferè loquendo probat à contrario sensu *Perez lib. 2. de Anniuers. & Capellanijs cap. 3. sub num. 20 & nos loco suprac. diximus cum de Iubileo.* Tamẽ in præsenti cùm vocantur primò omnes

nes Clerici cuiuscumque nationis, & postea vult, Romanos præferri exteris, videtur expressè habuisse respectum ad patriam, seu locũ originis iuxta illud, quod legimus *Actorum cap. 2.* ibi: *Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi viri Religiosi ex omni natione, quæ*
124 *sub cælo est*. Et per consequens pro exteris intelligere omnes alterius patriæ, & si habitantes, & domicilium habentes Romæ; & tantò magis ciues allectos, seu Romanos ex priuilegio, quia priuilegium & domicilium possunt facere ciuem, sed non possunt efficere, quòd talis non sit alterius nationis, sicut supra diximus ex *Seraphino dec. 1751. num. 9.* non potest efficere priuilegium, quòd quis sit Ori-
125 ginarius. Verba enim dubia, ex præcedentibus, & sequentibus interpretationem recipiunt, & vna pars aliam declarat. *l. 1. & ibi Bart. ff. de rebus dubijs, l. si seruus plurium in fine, ff. de legatis 1. cum concordantibus*. Ex quibus patet, doctrinam *Ricci 3. part. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decis. 42. in fine*, quæ probat in terminis no-
126 stris, quod quando vocatur ciuis loci, possit præsentari ciuis allectus, procedit vbi aliud nõ apparet ex verbis ipsius fundatoris, & si hoc etiam casu, vbi aliud non suaderent verba testatoris, adhuc tutius erit semper dato dicto concursu, & paritate meritorum præferre Romanos originarios, quia
127 vbi concurrunt qualitas naturalis, & qualitas accidentalis, præualet qualitas naturalis tamquam potentior. *l. 3. & ibi notat Bartolus ff. de tutelis, Soccinus in l. 2. in principio num. 7. ff. de verb. obligat. Paulus de Castro cons. 76. in principio lib. 1. Abb. cons. 70. num. 2. lib. 1. & cons. 62. num. 16. lib. 2. Simon de Pret. cons. 161. num. 61.* Sed esse Originarium est qualitas naturalis; esse autem incolam, vel allectum est qualitas accidentalis, vt patet ex terminis, igitur debet semper Romanus ex origine iuxta voluntatem testatricis, præferri Romano ex incolatu, vel priuilegio. Fauet *Romanus in l. 2. in principio num. 18. ff. de verb. obligat. Imola cons. 35. num. 2. & 13. vers. & pro ista parte, potest etiam allegari*, vt latius, Deo dante, habebitis inter meas consultationes Morales. Quando autem circa huiusmodi qualitatem nihil fuit dictum à fundato-

re beneficij vtrum, paritate
ſuppoſita meritorũ, Prælatus debeat præferre ciuẽ Originarium, ciui allecto, cùm de hoc interrogati aliquãdo fui-
128 mus, Reſponſum dedimus cum diſtinctione, aut iſte fuit allectus à poteſtate laica, & tunc debet præferre originarium; aut fuit allectus ab eodem Epiſcopo conferente, prout ſupra diximus ſeruari in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, & hoc caſu, ad hoc non eſſe obligatum, diximus iuxta regulam vulgatam, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet, & aliud axioma tritum: Qui vult aliquid, debet etiam velle omne id quod ad eius efficaciam opus eſt, *l. 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum*. Si igitur Epiſcopus & Curia concedendo priuilegium, parem fecit exterum ciui ex origine, & id ei placuit, quomodo nunc obligabitur in his, quæ pendent ex eius arbitrio, illum diſparem iudicare. Poteſt tandem du-
129 bitari de expoſitis, an iudicari debeãt vti originarij, vel non? *Nouarius in ſuis Practicis quæſtionibus quæſt. 161.* in caſu legati relicti pro maritandis puellis pauperibus talis loci videtur defendere opinionem negatiuam, quòd ſcilicet tales non ſint repu-

tandi originarij, ſed contra-
130 ria opinio in eodem caſu legati relicti vt ſupra pro maritandis puellis pauperibus, quæ ſint naturales alicuius loci, quòd adhuc expoſitæ conſequantur dictam dotem, quia præſumuntur eſſe eius patriæ, in qua expoſitæ fuerunt, poſt Bart. & Ioannem de Platea, & alios defendit *Perez libr. 1. de Anniuerſ. & Capellanÿs cap. 21. num. 78.* vbi *num. ſequenti* limitat quando tales expoſitæ fuerint etiam vulgò conceptæ, quæ matres habeant notas, patres verò ignorentur, quia tunc, inquit ipſe eius patrię dicerentur naturales, ex qua matres; huic opinioni etiã pro caſu noſtro
131 adhæreo, quia iſti expoſiti dicuntur originarij, & ciues illius ciuitatis vbi expoſiti ſunt. *Bart. in l. 1. ff. ad municipales, Mandoſius de ætate minorum, cap. 1. num. 24. Barboſa part. 2. de officio, & poteſtate Epiſcopi allegatione 4. num. 17. & 37. Riccius in Ritu 15. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, & Campanilis in ſuo diuerſorio Iuris Canonici, Rub. 9. cap. 8. num. 24. quos ad hoc allegat Paulus Squillantes cap. 4. de priuilegÿs Clericorum num. 161.* Vbi ex hoc probat,
132 quòd iſti expoſiti tamquã

originarij, & ciues possunt ordinari ab Episcopo loci, vbi fuerunt expositi, intellige tamen, vt supra, nisi sint vulgo quæsiti, putà quia mater sciatur, & ignoretur pa-
133 ter, vnde hoc casu in sepulcro matris sepeliendi sūt inquit *Iulius Lauorius suis varijs Lucubrationibus tit. 2. de prisco, & recenti funerandi more, cap. 11. num. 123.* qui *num. praced.* docet quòd si vterque ignoretur, scilicet tam pater, quàm mater, hos sepeliendos esse in sepultura hospitalium, quando dixit hic author in sepultura Hospitalium, nō intelligas omnium Hospitalium; sed illorum, quibus talis fuit expositus: nam tale Hospitale
134 illi morienti sine vxore succedit, *Baldus in l. si qua illustris C. ad Orficianum.* refert, & sequitur hoc dictum *Baldi*, *Martinus Laudensis in tractat. de legitima, num. 153.* Et sic fiscus non ei succedit vt benè contra Paul. de Castrò, & Boerium defendit. *Capriolus lib. 5. de succ. ab intestato num. 17. & sequ.* Et tantò magis dixi in facto, non posse succedere dominum talis expositi, apud quem multo tempore stetit, & eius occasione acquisiuit bona, quæ reliquit; sed deberi dicta bona Hospitali cui fuit expositus. Quod autem dicitur de hospitale, idē dicas de quolibet nutritore, talium expositorum, cui fuerunt expositi, vt sæpè fit à personis pauperibus, qui abundant filijs, & carent substantia, quæ exponunt filios suos de nocte ante ianuam alicuius diuitis, cui abundat substantia, & desunt filij, si enim tales decedunt
135 sine vxore, & adhuc ignorantur eius parentes, sepeliantur in sepultura nutritoris, quia talis nutritor eis succedit, cum talis nutritor parentis nomen sibi assumat, vt post *Tiraquellum, & alios probat Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs lib. 1. cap. 21. n. 76. vbi allegat decis. Vincentij de Franchis 198.* Qui licèt de iure sētiat contrarium esse dicendum, tamen ex consuetudine mouetur ad decisionem pro Hospitalibus, & sic etiam pro alijs nutritoribus, quid si sint plures expositi, vni nutritori an inter se succedant tales, *Gratianus in suis disceptationibus forensibus tom. 5. cap. 135. num 31.* defendit opinionem affirmatiuam, vbi etiam quòd tales in dubio præsumantur legitimi, etiam quò ad ordines. Non solùm probatur aliquem esse oriundum ex aliquo loco ex

litteris

litteris patẽtibus Ordinarij,
136 vt supra dictum fuit, sed etiam per testes, vt in Maioricen. Beneficij 3. Iunij 1630 coram Merlino, & Cæsaraugustana Canonicat. 10. eiusdem mensis, & anni coram Durano, vbi allegatur *Ludouisius, aliàs Gregorius XV. decis. 35. num. 2. & 38. num.* 3. Casum notabilem, in quo licèt in fundatione fuit dictum, quòd præsentandus sit naturalis filius alicuius loci, possit præsentari exterus, habetis apud *Caualerium decis. 102.* Adde verba decisionis Romanæ Beneficiatus S. Laurentij 22. Maij 1623. coram Coccino Decano, ibi: *Et quamuis Nicolaus Antonius excipiat, quòd Franci-*
137 *scus non sit Romanus, quibus ex indulto Leonis sunt cõferenda beneficia Vrbis, Attamen fuit Responsum, quòd indultum Leonis non comprehendit beneficia extantia in Ecclesijs DD. Cardinalium sed quidquid sit de hac respõsione, quia fortè exceptio intelligitur de spectantibus ad collationem DD. Cardinalitũ, fuit dictum, indultum non comprehendere beneficia Iurispatronat. qua egent speciali mentione, vt comprehendãtur sub dispositione generali, ex adductis per Modern. super Regulam 8. glos. 18. num.* 2 *& seq.* An autem Princeps secularis possit statuere, quòd beneficia sita in suo territorio non conferantur exteris, tractat *Ant. Diana noster part. 3 suarum resolut. Moralium tract. primo resolut. 26.* Semper nobis placuit in hac re, quod concludit *Azorius part. 2. suarum institut. moral. lib. 6. cap. 4. quæsito* 25. Vbi latè de hac materia, tales leges debere confirmari à Summo Pontifice.

De Qualitate apposita, quòd præsentandus sit de domo, familia, &c. vel quòd sit proximior.

138 *Capellania potest fundari cum ea conditione, vt Capellanus præsentandus sit consanguineus, vel proximior, Quid si habeat curam animarum annexam. num. 141.*

139 *Consanguineis, vel familiaribus beneficia, quando conferre sit licitum, an in hoc possit considerari simõnia, num. seq.*

142 *Augens dotem Ecclesiæ iam fundatæ, non potest apponere hanc conditionem*

sine assensu Summi Pontificis.
143 Consanguineus vocatus, an intelligatur de descendentibus, vel etiam de transuersalibus, & num. seq.
145 Familiæ appellatione qui veniant, quid si non gaudent pari nobilitate.
146 Frater ex vno latere, & ex eo descendentes, quando dicantur de familia, &c.
147 Fœmina, & descendentes ab ea, an sint de familia parentela, &c. & num seq.
149 Aggregata familia, & qui de ea sunt, an possint præsentari.
150 Erectioni cui standum quando mandatum fuit alteri, vt erigeret Capellaniam.
151 Donatio acceptata non potest reuocari, facta de iure præsentandi, differt à donatione facultatis erigendi Capellaniam, num. sequ.
153 Exequutor ad erigendam Capellan. quando potest apponere conditiones circa præsentationem ad illam, & quis dicatur exequutor.
154 Dictio (sed) declarat præcedentia, quid de dictione, dictus, &c. An sit repetitiua præcedentium, num. seq.
156 Generi per speciem derogatur.
157 Correctio præcedentium, quando censeatur inducta.
158 Confessione oris proprij nulla maior probatio.
159 Proximitas an computanda sit respectu fundatoris vel vltimi Capellani. Quid in successione maioratus, vel fideicommissi, num. seq. Quid in successione feudi, vel Emphyteusis, num. 161.
162 Illegitimus, vel natus ex eo, an veniat appellatione consanguinei, vel descendentis, An veniat appellatione filiorum. vel liberorum. num. sequenti. An appellatione familiæ, &c. num. 164. An excludatur à legitimo in remotiori gradu, num. 165.
166 Proximior vbi est vocatus an possit institui absque præsentatione.
167 Proximioribus pluribus concurrentibus in pari gradu, quis præsentandus, & instituendus. Quid si proximior sit incapax, n. seq.
169 Beneficia alia habens an possit præsentari ad Capellaniam, & num. 173.
170 Laicus proximior an possit

sit se opponere pro adeptione beneficij Parochialis.

171 *Probatio proximitatis ex quibus resultet.*

172 *Non adesse aliquem de familia ad hoc, vt possit præsentari extraneus, cõstat ex eo, quòd præpositis edictis, nemo comparuit.*

Est certum apud omnes, hanc conditionem posse apponere
138 fundatorem Iurispatronatus in limine fundationis, quòd consanguineus habeat ad illud præsentari, & instituí, seu de eius domo, & familia, vel quòd sit proximior, &c. & si in collatione, & electione ad beneficia, potest accidere offensio aliorum, qui putent iure sanguinis fieri electionem, vel collationem, & sic peccatum ecceptionis personarũ, vt per *Azorium part. 2. suarum Institut. Moral. lib. 6. c. 15. quæsito 4.* qui concludit
139 cessare tale peccatum, vbi consanguineus, amicus, vel familiaris, cui fit collatio, vel qui eligitur, est æquè idoneus, & Ampliat etiam vbi eligitur consanguineus, amicus familiaris, in concursu alterius, ab eo qui probabiliter putet, hunc alium concurrentem esse idoniorẽ, quia si ipse certissimè nouit dictum consanguineum, &c. esse idoneum, & dignum, tunc certò, & euidens notitia, præferri potest opinioni probabili. Quòd etiam docet *Parisius libr. 14 de resignatione beneficiorũ quæst. 7. num. 21.* vbi etiam in præcedentibus probat, quòd ius sanguinis non cõsiderari possit, vt pretium, & per con-
140 sequens, hac ratione non committi simoniam ob collationem factam consanguineo. Tamen in beneficijs Iurispatronatus constitutis ex bonis, ac rebus piorum hominũm, vt ipsi alliciantur ad similia beneficia fundanda, cessat omnis scrupulus, vt per eumdem *Azorium citata part. 2. & lib. 6. cap. 4. quæsito 25.* qui ampliat hanc
141 doctrinam, etiam si beneficium istud habet annexam curam animarũ, quia adhuc potest opponi ipsa conditio, quòd in ea non instituatur, nisi ex sua familia, nam subdit ipse, vel in hac familia inuenitur aliquis idoneus, vel non. Si primum, is erit eligendus, & si concurrat magis idoneus, qui tamen non sit de dicta familia: Si secundum, dicta conditio habetur pro non apposita, cùm idem sit non adesse aliquem

quem ex familia, ad hunc effectum; & adesse, sed non idoneum, ac indignum. Adde, quòd etiam cessante dicta conditionis appositione, ab ipso fundatore, consanguineus debet præferri extraneo, vt infra §. vltimo dicemus, vide plura ad ornatum *Perez de Anniuersarijs*, & *Capellan. lib. 2. cap. 2. in princip.* vbi quòd aliquando sit meritorium conferre beneficium consanguineis, & quòd Prælatus possit bona Ecclesiæ solita infeudari, dare consanguineis.

Dixi (*fundatorem Iurispatronatus*) quia, qui so-
142 lùm auxit dotem non potest illam conditionem adijcere, nisi adsit consensus Súmi Pontificis, patet in Aquilana Capellaniæ 19. Ianuarij 1629. coram Durano in fine, ibi: *Non obstat demum, quòd Ioannes alter filius, & hæres d. Angeli, relictis quibusdam bonis Capellæ prafatæ, voluit Iuspatronat. spectare ad illos de domo, & familia de Refullis, quia si Capellania iam erat congruè dotata ex tali legato seu augumento dotis, Iuspatron. acquiri non potuit, glosa in cap. piæ mentis 16. quæst. 7. Rota decis. 58. num. 5. & 6. part. 1. recent. & alibi sapiùs*, Quòd requiratur assensus Summi Pontificis, patet ex dictis à nobis supra *Praxi 2. num. 6.* vbi allegauimus decisionem in Tridentina beneficij 12. Nouembris 1629. coram Queipo, ibi: *Præcipuè quia in beneficijs simplicibus dos non desideratur, vt in decis. firmatur, & licèt admitteretur propter paupertatem, illorum vnionem posse fieri, hoc procederet, vt beneficia libera remanerèt; non verò vt Iuripatronatus subijcerentur, quia ex augumento dotis Ecclesia adificata, & consecratę non acquiritur Iuspatronat. etiam cum consensu Ordinarij, &c.* Hæ decis. & si loquãtur in terminis Iurispatron, Actiui, probant etiam idem esse dicendum à pari in patronat. Passiuo, de quo nunc agimus.

Quando igitur admittuntur ad præsentationem illi de familia, domo, stipite, linea, parentela, cippo, vel casata, potest esse difficultas,
143 vtrum possint præsentari non solùm qui sunt de familia effectiua, scilicet descendentes; sed etiam qui sunt de familia contentiua, nempè transuersales? Et resoluenda erit iuxta ea, quæ diximus supra *Praxi 3. sub n. 78. vers. cum autem*. Quòd quando admittuntur simpliciter

citer illi de familia, cippo', domo, casata, parentela, tunc possint præsentari non solum descendentes, & sic de familia effectiua; sed etiam transuersales, nempè de familia contentiua. Quando verò vocantur, seu iubet fundator, vt præsententur de linea, vel descendentes, posteri, &c. non possint præsentari, nisi de familia effectiua, & sic personæ constitutæ in linea descendenti.

Dixi, *quãdo admittũtur, simpliciter illi de familia, cippo, domo, &c.* quia si fuit additũ aliquod pronomen, quod refertur ad ipsum testatorem aut fundatorem, tunc etiam appellatione familiæ, cippi, domus, &c. veniunt tantùm descendentes, vt ibidem adnotauimus *num. 79. in fine num. 88. 89. 90. & 91.* Quibus illic allegatis adde *Perez de Anniuersar. & Capellan. lib. 2. cap. 2. & præcipuè à nu. 22.* vbi quod (linaje) Hispanè non sit idem, quàm linea, latinè, & *num. 26.* etiã probat, quòd vocatis consanguineis veniãt tam agnati ex linea paterna, quàm cognati ex linea materna. Quæ declaratio intelligitur primò, quando fundator habet descendentes, quia si illis caret, censentur vocati transuersales, vt est casus decis. Toletanæ Capellaniæ *241. apud Cauallerium*, vbi licèt fundator mandauerat præsentari proximiorem de sua linea, quo casu, vt supra diximus debent præsentari descendentes, tamen quia ipse erat sacerdos resoluit Rota, *Quòd per illa verba (de su linaje) non intellexit de linea descendentium suorum, minus de linea ascendentium, qui non extabant, vnde necessarium dicendum est intellexisse de linea transuersalium, in qua nullo modo, &c.*

144 Intelligitur secundò, quãdo extant de descendentibus, qui possint præsentari, quia illis non existentibus, possunt præsentari transuersales descendẽtes ab eodem stipite, & colonello à quo descendit fundator, vt supponit Rota in eadem decis. supra relata, vbi excluditur *descendens à fratre coniuncto tantùm ex latere matris, quia cum non descendat ab eodem stipite, non potest dici de linea.* Fauent *Anchar. cons. 95. num. 6. Roland. cons. 70. num. 75. vers. & tantò magis lib. 3. & Placentina Capellaniæ 10. Iunij 1594. coram Penia.* In qua fuit resolutum, quòd quando vocantur ad Iuspatronat. illi de familia testatoris, tunc tantùm familia effe-

effectiua vocata censetur, & sic descendentes à testatore, vel saltem ab eodem stipite & colonello à quo descendit testator. Clarè hoc docet alijs allegatis *Perez de Anniuers. & Capellan. lib. 2. cap. 2. à num. 15.* Fauent dicta à nobis pro patronatu actiuo *Praxi 3. sub. num. 93.* Nota verba decis. Caualerij, *descendens ex fratre coniuncto tantum ex latere matris.* Quia si est coniunctus ex latere patris vtique erit de linea, & de familia, fauent dicta à nobis supracitata *Praxi 3. num. 87.* vbi quòd de familia dicantur omnes deferentes eadem insignia, & arma etiam, quòd non sint de stipite fundatoris, nec gaudeant pari nobilitate, & quæ ibid. *num. 143.* diximus, 146 fratrem ex vno latere tantùm, tunc non succedere in iurepatron. actiuo, quando illud non fuit fundatum ab ascendente eius lateris, quo ille frater coniunctus erat, vbi allegamus *Ildefonsum Perez de Lara in suo tract. de Anniuersarijs & Capellanijs lib. 2. cap. 3.* Qui & si inter consanguineos existentes in eodem gradu doceat *num. 32.* præferendum esse eum, qui duplici consanguinitatis nexu est coniunctus; tamen *num. 38. & 45.* hoc subdit non habere locum in Capellanijs, vbi nõ succeditur iure hæreditario, sed sufficit si sit de familia, & sic ex ea parte, ex qua illa fundata fuit Capellania, & supponitur in decis. Toletana *141. apud Caualeritũ.* & si casus decisionis sit de fratre vterino ipsius fundatoris Capellaniæ, vt ibi est videre, sed tantò magis hoc habet locum, quando est frater vterinus alterius, qui est de descendentibus ipsius fundatoris, quod vt etiam ibid. dicitur procedit, quando fundator *vocauerit descendentes ex linea masculina, & fœminina, quia id fecit ad tollendum dubium, an descendentes ex fœmina dicerentur de linea ipsius fundatoris, sed non propterea dicendum est, quod intellexerit de fratre vterino, cum non sit de linea fundatoris, quia non descendit ab eodem stipite, à quo ipse fundator genitus est, Parisius cons. 51. num. 10. in fine, & cons. 93. num. 33. & seq. lib. 2. & ideo &c.* Hæc sunt formalia verba decis. quomodo frater ex vno latere succedat in feudo, vel in maioratu, *Perez loco citato num. 36. & 37.*

Sed quia Rota præsupponit esse dubium, an descendentes ex fœmina dicantur

ex linea

ex linea fundatoris, hic à nobis aperienda est vera reso-
147 lutio ipsius dubij, quam excipio ex decis. nouissima Ianuen. Iuris Honorifici 26. Ianuarij 1632. coram Pirouano, quia ius honorificum Iurispatronat. valde simile est præsentationi, seu Iuripatron. passiuo. In ea primò habetis, quòd secluso statuto excludente fœminas, stantibus masculis, quando fœmina est nupta in eadem familia, descendentes ex ea dici de linea, & familia, ibi: *Nec videtur Paulus posse se tueri ex eo quòd tam Theodora, &c.* vt retuli supra *Praxi 3. num. 46.* Et postea subdit: *Propterea non obstant rationes Grauettæ, & aliorum supra allegata, vt scilicet fœmina, quæ nupsit in eadem familia, conseruet gradum, & cognomen, ex quo, vt dicit idem Grauetta non est finis lineæ, nisi quando nupsit extra familiam, ponderando l. pronunciatio in fine. ff. de verb. signific. Quia in his terminis benè poterit fœmina conseruare gradum, & cognomen, quando scilicèt verba disponẽtium siuè inter viuos siue in vltima voluntate non excludunt personam matris gradum constituentem, & tunc quia requisita poterunt conuenire filio fœminæ, quàm descendenti masculo, & agnato agnatione per fœminam agnatam in ead. familia conseruata. Menoch. cons. 730. num. 12. Odd. cons. 46. num. 60. Mantica de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 10. benè poterunt intrare rationes, & argumenta Grauettæ, & aliorum qui illum sequuntur, secùs autem semoto gradu matris propter repugnantem qualitatem masculinitatis à statuto desideratam, sine qua existimauit Cassiren. cons. 91. num. 4. lib. 2. impossibile, mulierem posse habere suos descendẽtes agnatos, &c.* Secundò, quòd quãdo fœmina non fuit nupta in familia eadem, tunc eius descendentes non esse de linea, neque familia, ibi: *Attamen prædicta omnia euitãtur ex voluntate eiusdẽ Augustini codicillantis, dum voluit ius honorificum conseruare nè dum in descendentia, sed & in familia paterna, cui paterna familia, certè conuenire non possunt descendentes ex fœminis, prout est Mariettina filia Augustini, qua fuit finis propria familiæ de Saulis, & principiũ ãlterius de Iustinianis dum ab ea prouenerit Alexander filius de Iustinianis, & ab eo Æmilius, qui fuit pater Ioannis Baptistæ nunc agentis.*

148 Quando autem vocantur descendentes ex masculis simpliciter ipsius fundatoris absque qualitate familiæ, Rota ibid. verbis subsequẽtibus non videtur negare, quòd ipsi descendentes ex fœminis succedant in Iurepatron. quia tunc talis *vocatio est apta comprehendere agnatos, & cognatos*. Probatio idẽtitatis familię quomodo probetur, præter dicta à nobis supracitata *Praxi III à num. 96. vbi de probatione descendentiæ, &c.* tradit *Riccius part. 2. Praxis resolut. 468. & in Praxi nouissima resolut. 201.* Quod etiam quando mandauit fundator, vt præsentaretur aliquis clericus de familia, 149 possit præsentari ille qui est de familia aggregata, videtur sequi ex doctrina *Nouarij in suis singularibus concluf. 63. num. 5. in fine post Rotam apud Farinaccium decis. 697. & Rico part. 3. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapol. decis. 42. num. 6.* Quòd Iuspatronat. à testatore eius familiæ relictum extendatur pariter ad familiã aggregatam. Quod familię alienæ nomen, inuitis illis de familia assumi non possit post alios authores habetur per Rotam in illa Auenionen. intitulationis, quæ est *decis. 549. apud Caualerium*. An autem ex eo, quòd alicui fuerunt relicta bona cũ pacto, vt deinceps denominaretur tam ipse, quàm eius descendentes ex sua familia, dicatur de familia aggregata, ita vt possit præsentari ad Capellaniam, in qua ex lege fundatoris debet præsentari vnus de familia? Fuit dubitatum; & Respondi pro negatiua. Quia & si Iuspatronat. fuit erectũ ab eo à quo descenderat ipse, qui huic reliquit bona cum tali pacto, tamen quò ad hunc effectum non fuit data ei facultas præiudicandi alijs de familiã, argumento eorum, quæ diximus supra praxi III. cum de successione in Iurepatron. actiuo familiæ relicto, seu gentilitio.

Quoniam verò sæpè sæpiùs quando mandat fundator, quòd debeat præsentari clericus de familia, solet addi, vt etiam sit proximior, vt est casus decis. 241. apud Caualerium Pampilon. Capellan. 4. Martij 1622 coram Remboldo, quæ est 45. apud Viuianum, Salamãtinę Beneficij 4. Februarij 1630. coram Ghislerio, Cordubensis Capellaniæ, 5. Decembris 1629. coram Coccino, Salamantinę Capel-

pellaniæ 27. Maij 1630. corã Ghisterio, quæ cum contineat resolutionem illius difficultatis, cui scilicet erectioni standum sit ad hunc effectum illam hic transcribam, & postea descendam ad dubia particularia, quæ circa hanc materiam possunt occurrere; verba decisionis Salamantinę sunt ista: *Dubitabatur an esset adiudicanda Capellania Hieronymo Martinez de Zunica præsentato à Maria filia fundatoris, & Domini causa per tres vices proposita, & negotio maturè discusso, inhærendo resolutioni factæ 4. Februarij præteriti, censuerunt constare de omnibus requisitis ad hunc effectum necessarijs, & sic ex deductis in ea, resolutionem tunc factam approbamus. Quia in dicta decisione benè probatur descendẽtia Hieronymi ex Maria filia Ioannis Bernal fundatoris, & sic illum esse fundatori proximiorem, & de necessitate ex lege fundatoris præferendum, deindeque constat de vacatione, clericatu, de præsentatione in tempore, admissione, de patronatu, & de iure præsentandi Mariæ ex latè deductis in ea. Punctus autem difficultatis restringebatur ad id,* 150 *cui scilicet erectioni standum sit, Ioannis Bernal, an verò Isabellæ uxoris Alphonsi, ex cuius testamento, & bonis erat erigenda Capellania: Nam si attendenda anterior fundatio facta per Isabellam retorquerentur regulæ decisionis pro Alphonso, qui est proximior, stante tenore dictæ fundationis: Si verò attendenda secunda fundatio facta per Ioannem Bernal in qua vocantur ipsius proximiores consanguinei; Hieronymus Martinez proximior præferẽdus, in quo concursu Domini, instrumentum fundationis Isabellæ de anno 1590. non esse attendẽdum censuerunt, sed omninò esse standum fundationi factæ per Ioannem de Bernal tam vigore testamẽti Alphonsi mariti dictæ Isabellæ, qui mandauit Capellaniam hanc fundari de bonis suis, & Iuspatron. relinquit Ioanni Bernal, eiusque descendentibus, & successoribus, quàm vigore donationis eidem Ioanni Bernal factæ per eandem Isabellam cum onere, quòd tam de bonis dicti Alphonsi sui mariti, quàm suis, simul fundaret dictam Capellaniam cum conditionibus, & reservationibus eidem Bernal be-* 151 *nè visis, quæ donatio fuit acceptata cum omnibus suis qualitatibus, & sic non po-*

tuit amplius reuocari, nec Isabella potuit postea quicquam facere, aut disponere contra dictam donationem. Vnde cùm postea Ioānes Bernal fundauerit in exequtionem testamenti Alphonsi, & & donatipnis supradicta, & sibi, eiusque descendentibus Iuspatron. reseruauerit, fundatio antea facta per Isabellam, post tamen dictam donationem attendi non debet, l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub modo, abdicanti à se iura sua, non est regressus dandus l. quaritur §. si venditor ff. de edilitio edicto l. si maritus la 2. §. si negauerit. ff. ad l. Iuliam de adulterijs, cap. ex transmissa de renunciat. Grauetta cons. 114. num. 10. Rota decis. 270. num. 3. vbi multa allegantur par. 1. recent. Non in præiudicium testamenti Alphonsi, cui ipsa præiudicare non potuit quò ad bona Alphonsi. Non etiam in præiudicium donationis ab ea facta, quò ad bona sua, quia tempore, quo ipsa fundauit, iam illa donauerat ad dictum effectum cum pactis, & conditionibus donatario benè visis.

152 Non obstat, quòd si patronus donat ius præsentandi intelligatur donare cumulatiuè, & non priuatiuè, ex Gonzal. in proœmio 2. num. 32. quia non applicatur casui, de quo agitur, quia cum patronus, eueniente vacatione possit plures, atque plures cumulatiuè præsentare, & alios ac alios intra terminum; si donat Ius præsentandi fiat simul quòd donatarius præsentet, & quòd ipse præsentare possit. Hic autem si vna fundatio tenet, altera non tenet, & postquam semel res est donata cum abdicatione Iuris quò ad donantem, amplius ille non potest disponere, qui est casus noster ex l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo, & alijs supra allegatis, cum fecerit donationem, & translationem iurium reseruata sibi tantùm facultate ducatorum centum ad effectum testandi de tempore obitus, atque ita per dictam donationem abdicauit à se omne ius, quod habebat ex testamento, & præterea quò ad bona mariti nihil potuit disponere, dum ille in suo testamento iam Iuspatronat. reliquerat Ioanni Bernal, eiusque descendentibus, nec quò ad bona sua, dum ipsa in donatione narrat, quòd maritus ordinauit fundari dictam Capellaniam in exequutionem tractatus, & conuentionis inter eos facta, vt de bonis vtriusque dicta Capellanie

pellaniæ fundarentur, & sic etiam narrat, hoc feciſſe vigore conuentionis. Nec ob id, quòd in principio teſtamẽti etiam Iſabella fuerit re-
153 licta exequutrix per illa verba (mando quòd ex omnibus meis bonis, mei teſtamentarij faciant, & inſtituant vnam Capellaniam, &c. quia poſtea teſtator ſe declarat, quòd dum ſupra dixit, quòd ſui teſtamentarij faciant, & inſtituant, fundent Capellaniam, non intellexit de Iſabella; ſed de fratribus de Bernal per illa verba ibi (ſed volo vt inſtitutio illius ſequatur illico, me defuncto modo, forma benè viſis Ioanni Bernal ac D. Doctori Bernal meis conſobrinis) quæ verba apertam, & enixam denotant teſtatoris voluntatem vt ſcilicet Iſabella particeps ſit honoris, & præheminentiæ, quæ fundatoribus de iure defertur, ſed illi de Bernal prædictæ fundationi clauſulas, grauamina, conditiones, modum, & formam ſibi melius viſam imponerent, & ſupradicta clauſula vltimo loco ponderata præcedẽtia declarat prop
154 ter illam dictionem (ſed) cuius natura eſt præcedentia reſtringere, & declarare, vt in l. ſi plures, ibi, ſed erunt ij, quos vulgò bonorarios appellamus ff. de adminiſtrat & periculo tutelæ l. diuort. ff. de negotijs geſtis l. ſed ſi tamen in principio, & §. 1. ff. de pactis, Grat. conſ. 25. num. 17. lib. 1. Pariſ. conſ. 45. nu. 8. cum ſeq. libr. 3. idemque ſuadet alia reſtrictiua totius præcedentis diſpoſitionis, quæ
155 deducitur ex dictione illa repetita dicto Ioanni, ac dicto Doctori Bernal, adeo vt modus & forma Capellaniã fundandi, illis ſolummodo commiſſa cenſeatur, etiam ſi alia generalior diſpoſitio præcederet l. qui liberis §. hæc verba, ff. de vulg. Menoch. de præſumpt. præſumptione 78. num. 20. Mantica de coniectur. lib. 6. tit. 23. in fine, & propterea ſpecialis diſpoſitio eſt attendẽda iuxta regulam,
156 quòd generi per ſpeciem derogatur, nec in præſenti caret ratione, quòd teſtator expreſſerit, quod tale beneficiũ fundetur per fratres de Bernal cũ conditionibus eis benè viſis, vt à dicta fũdatione viſus fuerit velle excludere Iſabellam, quia cum Iuſpatronatus fuerit eis reſeruatum, non autem Iſabellæ, & diſcernere conditiones, & qualitates, ſub quibus beneficium debeat fundari. non congruat mulieribus, quæ penè prædicta ignorant, ſed ſit virorum proprium

prium, vt ad sensum patet, consequenter dicta verba finalia (sed volo, &c.) dum fratribus de Bernal datur facultas fundandi, & apponendi conditiones eis benè visas intelligi debēt priuatiuè ad Isa-
157 bellam, nec propterea inducitur in continenti correctio præcedentium, quia non est verum, quod supra fuerit commissa fundatio Isabellæ, sed exequutoribus simpliciter, cum autem essent tres exequutores videlicet fratres de Bernal, & Isabella, declarauit testator qui nam sint illi exequutores, quibus hoc commisit, & sic dicta verba finalia in quibus, cōmittitur fundatio fratribus de Bernal, non corrigunt sed declarant. Supradicta benè comprobantur ex propria cōfessione eiusdem Isabellæ, de qua in donatione irreuocabili facta ab ipsa omnium suorum bonorum ad eumdem effectum fundandi, vbi fatetur, quòd Alphonsus illius vir in eius testamento mandauit, quòd eius testamentarij facerent, & instituerent in Ecclesia Sanctæ Crucis dictæ Ciuitatis vnam Capellaniā Missarum dicendarum pro anima sua, suorumque defunctorum modo, & forma benè visis Illustri D. Doctori Bernal Cathedratico ve sperarum in hac vniuersitate, ac Ioanni Bernal ipsius fratri germano, quem dictum Ioannem Bernal reliquit, & nominauit in patronum, illius vita durante, & post illum suos filios, & descendentes eo ordine, & forma, quibus illos vocaret. Hæc sunt verba donationis, ex qua
158 confessione validior, & efficacior omnibus insurgit probatio, l. cū precum C. de liberali causa, Roland. cons. 75. num. 23. lib. 2. Rota decis. 573 part. 2. recent. Ex quibus patet Ioannem non esse vocatum tamquam exequutorem ad Iuspatronat. & ad statuendas conditiones, quibus ipsius descendentes in eo debent succedere, sed tamquam dilectus, & vocatus ad hoc specialiter à testatore ex persona propria, & ideo cum segregatus fuerit ab exequutoribus, ipsi non possunt in hoc cum eo concurrere, sed facultas statuendi conditiones circa successionem Iurispatronat. spectat ad Ioannem ex iure & persona propria, & non consideratur tamquā exequutor. Quare cùm fundatio Isabellæ ex supradictis non subsistat, & sic locus sit fundationi Ioannis, in qua sibi proximiores vocat, Qualis est Hieronymus Martinez filius Mariæ eiusdem

fun-

fundatoris filiæ, vt inter partes non controuertitur, de illius bono iure constare, Doctores resoluerunt, vtraq; parte, &c.

Prima difficultas in hac ma-
159 teria esse potest, quomodo metienda, vt ita dixerim hoc casu proximitas, respectu nempè testatoris seu fundatoris vel vltimi Capellani mortui, tractat hunc articulum in terminis *Perez de Anniuersarijs, & Cappellanijs lib. 2 cap. 2. num. 7.* Qui videtur distinguere inter casũ quo vocantur consanguinei proximiores, & casum in quo vocãtur proximiores de linea, familia, aut parentela. Primo casu, inquit ipse, proximitas metietur habito respectu ad ipsum testatorem seu fundatorem. Secundo verò casu habito respectu ad vltimũ Capellanum, verba ipsius, quia eius codex est rarus, non pigebit hic transcribere, prout sequuntur. *Ex quo sequitur, quòd in materia Capellaniarum, vocatis simpliciter consanguineis est attendenda proximitas fundatoris, non autem vltimi Capellani, cùm non succedatur ei, sed admittatur proximior fundatoris, etiam si testator non vtatur pronomine (meus, mea, meum) Lambertinus, de Iurepatronatus libr. 2. 3 part. quæst. 5. art. 4. num. 15. & sæpè contingit, quòd mortuo Capellano relicto fratre, in quo concurrit illamet qualitas sanguinis & proximitatis respectu fundatoris, nihilominus excluditur ab alio tertio se opponente, & probante se proximiorem fundatori. Quod limita vt procedat, nisi vocationes ad Capellaniam fuerint ad instar Maioratuum, & vocentur per verba de futuro posteri de familia, & nomine fundatoris, Lambertinus vbi supra, Cabedus dec. 51. num. 4. part. 2 qui in terminis loquuntur, & conductit tradita à Caballo cõs. 60. num 8. Nam qua ratione Capellanus defunctus fuit prælatus, ead. & eius frater vel alter ei proximior, est præferendus Caballus dicto cons. 60. num. 16. Et licèt in alijs vinculis & maioratibus ingressa linea non sit regressus ad aliam, quousque omnes de linea deficiant cap. vnico in fine de natura successionis feudi, &c. Hoc tamẽ cessat in his Capellanijs, nã admittetur proximior alterius lineæ stãte simplici consãguineorũ vocatione: secus si vocauerit eũ de familia, & nomine per lineam maioratus, vt num. præcedenti, scias tamen quòd si fundator vocauit*

uit descendentes sua linea solùm veniunt descendentes ab ipso testatore, non tamen ab eius ascendentibus, & hoc siue loquatur de prima persona, dicendo, de mea linea, siue scriptura cantet in tertia persona, de sua linea, nam hæc pronomina, meus, mea, meum, & suus, sua, suum, important relationem ad personam disponentis. Et idem erit si non vtatur scriptura his pronominibus, sed dicatur, quòd præsentandus sit ex linea fundatoris, quia genitiuus fundatoris, iunctus cum dictione (ex) denotat originem linea, &c. Sic intellige verba decisionis à nobis ponderata supra *Praxi 3. num. 84.* Vide etiam ad hoc propositum *decis. 45. apud Praxim Viuiani*, de qua meminimus infra in 2. difficultate.

Nota illa verba Perez, *nisi vocationes ad Capellaniã sint ad instar maioratuum*; Quia hoc casu sicut etiam in fideicommissis & si sit valde cõtrouersa inter Doctores hæc quæstio, cuius proximitas sit attendenda, quando ad Maioratum, vel fideicommissum vocatus est proximior, an testatoris, vel vltimi morientis grauati, vt est videre apud *Thesaurum decis. Pedamontana 64.* Tamen magis cõmunis est, quòd debeat attendi proximitas respectu vltimi morientis, tum quia disponens videtur se conformare cum dispositione iuris communis, quæ in successione ab intestato vocat proximiorem vltimi morientis; tum etiam quia ex eo quòd testator prædilexit grauatum, præsumitur prædilexisse eius proximum, hanc opinionem sequuta fuit Rota Romana *decis. 72. 1 part. in nouis, & apud Caualerium decis. 465. & Sacr. Regium Consilium Neapol. apud P. Molfesium in consuet. Neapol. Addit. ad primum 4. quæst. 56.* Quod procedit absque difficultate, quando est eadem linea testatoris, & grauati, vt per Rotam apud *Caualerium citata decis. 465. num. 5.* Scilicet quia ambo concurrentes descendunt à testatore, in quibus terminis loquitur *Molfesius supra, Mantica de coniect. lib. 8. tit. 12. sub num. 39. in Addit.* Qui ita conatur explicare decisionem Rotæ primo loco allegatam, sed fallitur vt patet ex alia decisione apud Caualerium. Nec displicet *Thesauro decis. 64. citata*, & si concludat fuisse in suo Senatu decisum

cisum simpliciter attendendam esse proximitatem testatoris, quando fideicommissum cantat, quòd succedat proximior de agna
161 tione testatoris. Quid autem obseruandum sit in simili casu, quando tractatur de successione feudi, dixi supracitata Praxi 3. sub num. 84. quòd etiam in successione emphiteusis attendi debeat proximitas respectu primi, qui eam recepit, *Mática de tacitis, & ambiguis, libr. 22. tit. 18. num. 38.* Et si ibidem lib. 23. tit. 29 num. 6. contrarium doceat circa successionem feudi.

Secunda difficultas est de illegitimis, quæ meo iudicio resoluitur in Pampilonensi Capellaniæ 4. Martij 1622. coram Remboldo, quę est 45. *apud Viuianum*, vbi agitur de Capellania debita ex lege fundationis proximiori ipsius fundatoris, & sic in terminis iurispatronatus passiui, de qua mentionem fecimus supra *Praxi 3. num. 134.* In ea igitur
162 habetis primò, quòd quãdo est vocatus consanguineus vel descendens, comprehenditur illegitimus, & natus de illegitimo, quia ista sunt verba naturalia, ibi: *Nec obstat quòd Didacus descendit à Ioanne, qui fuit filius naturalis Ferdinandi fratris fundatoris, & sic ex linea infecta, quia cum dictus fundator simpliciter mãdauerit, quòd nominaretur in Capellanum suus consanguineus proximior, sicque vsus fuerit verbis naturalibus, non autem ciuilibus, censentur sub dicta ordinatione comprehensi ne dum legitimi, sed etiam illegitimi, & naturales, sicque multò magis nati ex illegitimo, eò quòd illegitimi quoque veniunt appellatione consanguineorum; quia inspecto iure naturæ etiam illegitimi, & spurij dicuntur procedere ex sanguine, & in eis cadit naturalis affectus, &c.* In specie, quòd quando vocatus est descendens proximior, etiam comprehendatur illegitimus, quia illud est verbum naturale, quando non additur ex legitimo matrimonio, vt in Tirasonen. eleæmosinariæ 14. Nouembris 1603. coram Lancellotto, & patet in eadem Pampilon. ibi: *Secùs autem quando talis disponens vsus est verbis naturalibus, quæ ex propria eorum significatione æqualiter comprehendunt etiam spurios ex supra allegatis.*

Habetis secundò, quòd
163 quando vocantur filij ali-

cuius vel liberi, tunc non veniant primariò, sed secundariò, & in subsidium illegitimi, vel nati ex illegitimis, quia ista sunt verba ciuilia, ibi: *Vltrà quod obiectũ videtur procedere, quando disponens vsus fuit verbis ciuilibus, quæ in subsidium tantùm, & secundariò possunt importare illegitimos prout est verbum filij, & liberi, quorum appellatione non veniunt propriè illegitimi, quia illi sunt propriè filij, quos nuptiæ demonstrãt. Imola, Alexand. & alij in l. ex facto §. si quis rogatus, num. 5. ff. ad trebell. ex textu in l. filium diffinimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.*

Habetis tertiò, quòd vbi ex communi vsu loquendi, vel consuetudine, aut lege particulari, illegitimi gaudeant nobilitate parentum non minus ac ipsi legitimi;
164 ipsi illegitimi veniant etiã appellatione familiæ, domus, vel casatæ, vt ibi: *Cessat difficultas in casu isto ex quo nec communis vsus loquendi repugnat, quia in partibus Hispaniarum ex communi vsu loquendi* (deudo mas cercano) *quibus dicta dispositio concepta legitur, comprehendit etiam illegitimos, vt in puncto Garzias de benefic. part. 4. cap. 15. num. 46. & imò etiam ex consuetudine illarum partium, seu lege particulari, illegitimi quoque gaudent nobilitate parentum non minus ac ipsimet legitimi, & ita veniunt etiam appellatione eorum, qui sunt de familia, domo, casata, vt in specie tradit Azeuedo consil. 24. num. 27. & 29. dicens, quòd naturales clarissimè sũt de domo, casata, & agnatione patris ex particulari, & notoria Hispaniæ consuetudine, eos admittente ad insignia, nomen, & arma, honores, & nobilitatem patris Garzia vbi supra num. 49.*

Habetis quartò, quòd ea quæ dicta fuerunt in primo
165 & secundo casu procedũt vbi talis illegitimus concurrit cum legitimo existenti in remotiori gradu, non autem in pari gradu, nam isto casu semper præfertur legitimus illegitimo, ibi: *Vel saltem, quia illegitimus concurrit cũ legitimo in pari gradu, secùs verò quia testator vsus est verbis naturalibus, & quæ tam ex communi vsu loquendi, quàm ex consuetudine important æqualiter illegitimos, & agitur de præsentatione passiua ad simplicem Capellaniam, nec legitimus est in pari gradu cum descendente*

dente ex illegitimo, vt in casu nostro, tunc enim præfertur proximior, licèt descendat ab illegitimo, excluso legitimo remotiori, Modern. dicta glosa 5. num. 124. vers. necnon & cæteris paribus. Garzias dicto cap. 15. num. 48. ad finem, & num. 53. propè finem, &c. Ex quibus patet quomodo explicandus sit Stephanus Gratianus decis. 89. Marchiæ, dum ait, quòd agens vt proximior, etiam se legitimum probare debeat, intelligi debet vbi verba sunt naturalia, & legitimus concurrit cum illegitimo proximiori, vt supra.

Tertia difficultas potest esse, vbi plures reperiuntur consanguinei in pari gradu, & nullus alio proximior, quando enim absque difficultate se opponit proximior: tunc tamquam vocatus à testatore cēsetur præsentatus, & potest institui absque alia præsentatione, vt per Rotam *decis. 57. apud Viuianum*, quod maximè procedit mortuo fundatore, vt est casus *decis. 365. apud Caualerium in fine*, ibi: *Tandem aliqui ex dominis considerabant Antichum, cui per Ordinarium fuit adiudicatum beneficium hoc, nullam habere præsentationem, cùm fundator ad quem solum pertinet præsentatio, donec viuit, præsentauerit solum Franciscum; vnde sententia in omnem euentum debuisset concipi, quòd reiecta præsentatione Franciſci deberet præsentari Antichus tāquam propinquior de domo fundatoris, non autem debebat illi sine vlla præsentatione adiudicari beneficium, prout factum fuit.* Circa casum vbi talis proximior non comparuit intra terminum præfixum in edicto, videte decis. in illa Salamantinā, relata supra *Praxi 5 n. 87. & seq.* Quid igitur faciendum, quando non adest proximior, sed omnes concurrentes sunt in pari gradu præter notata per *Ildefonsum Perez lib. 2. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 3. à num. 32.* Patet ex Corduben. Capellaniæ 5. Decembris 1629. coram Coccino Decano, ibi: *In primis enim articuli, qui tendunt ad probandum parem gradum Romeri, & Ioannis Baptistæ non debent ad probādum admitti, quia cùm iuxta tenorē fundationis debeat præsentari consanguineus proximior, & si sunt duo, vel plures in gradu æquales, patronus debeat eligere benemeritum, dum non articu-*

latur maior benemerentia Romeri, probatio paris gradus consanguinitatis nihil releuat, cùm sufficiat, quòd patronus præsentauerit alium in eodem gradu existentem, & sic æquè idoneum, cap. cum autem de Iurepatron. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par. 1. quæst. 1. art. 3. num. 14 & 15. & fuit decisum in Calaguritana de Zerdano 14. Februarij 1605. coram bon. m. Penia, præsertim cum Ioannes Baptista vltrà consanguinitates in dicto pari gradu probauerit, vt ex testibus datis, eum esse benè litteris eruditum. Confessarium, & verbi Dei Prædicatorem, & in articulis Romeri de his, aut similibus, quò ad eius personam verbum nullum; vnde intrat regula, quòd qualitas quæ adest, & requiritur in persona vnius, & non est, & desideratur in persona alterius, facit, vt aliter iudicetur de vno, quàm de alio, l. is qui opem, ff. de furtis, & l. 2. § non tantùm, ff. de incend. ruina, & naufragio, vers. sed enim, Alex. cons. 139 num. 5. lib. 5. Remissoria autem non est danda ad id, quod probatum non releuat, l. ad probationem, C. de probat. Caputaq. decis. 66. part. 3. & Gregor. XV. decis. 122. num. 1. & decis. 81. num. 3.

168 Quòd quado adest proximior, sed incapax præsentationis, iudicari debeat, ac si non adesset; fit clarum ex verbis eiusdem decis. ibi: *Præterea Remissoria concedi non debet pro articulis, qui tendunt ad probandum Ioannem Fonsecam, qui se opposuit ad hanc Capellaniam, esse in secundo gradu, & sic in proximiori consanguinitatis gradu, ad effectum, vt Romerus ex eius iure sibi cesso in manibus Papæ, excludat Ioannem Baptistam, quia quidquid sit, An ius dicti Laurentij sit cessibile, in omnem casum, cum ille de tempore præsentationis, quod attendi debet, &c. haberet solùm annos 11. erat incapax ad obtinendam Capellaniam, cùm ad obtinendum beneficium requiratur ætas quatuordecim annorum iuxta Concil. Trident. sess 23. cap. 6. de reformatione Lambertinus de Iurepatronat. part. 1 lib. 2. art. 26. num. 33. lib. 1.*

169 An autem ex eo quia proximior habeat alia beneficia sit incapax, explicat eadem decis. ibi: *Minùs obstat quòd Ioannes Baptista obtineat alia beneficia, & quòd non beneficiatus prout est Romerus, debeat præferri beneficiato, quia quò ad primum adest declaratio S. Concilij, &*

Rota

Rota sæpius decidit non facere incompatibilitatem respectu adeptionis, sed respectu tantùm retentionis; Secundum autem procedit in admissione, seu electione, quæ fit ad beneficia, in quibus nulla adest certa forma, aut conditio in fundatione apposita, secùs verò in beneficijs Iurispatronat. in quibus patronis præscribitur modus præsentandi. & sic non procedit in casu nostro, cùm ex supradictis, qualitates Romeri, & Ioannis Baptistæ, & sic termini nõ sint pares iuxta fundationem prout in pũcto, duo prædicta resoluit Rota apud Seraph. decis. 774. & in Pampilon. Parochialis 12. Decembris 1593. coram

170 *Litta*. Quòd laicus consanguineus non possit se opponere ad beneficium Parochiale debitum consanguineis, etiã si habeat ætatem ascendẽdi intra annum ad presbyteratum, nisi habeat primam tonsuram, docet *Garzias part. 7. de beneficijs cap. 5. num. 87. & seq.*

Restat vt explicemus quis nam sit, & dicatur proximior, & quomodo probetur aliquem esse proximio-

171 rem. Quòd ad primum respondetur, eum dici, & præsumi proximiorem, qui probauit esse consanguineũ in certo gradu, *Vrsillus ad Afflictum decis. 25. num. 5. Surdus cons. 241. num. 46.* Fauent dicta à nobis in simili de Iurepatronat. actiuo *Praxi III. num. 97.* Adde verba decis. Perusinæ fideicommissi de Gratianis 10. Decembris 1621. coram Caualerio, quæ est decisio 575. inter eius impressas, ibi: *Quòd ad primum circa legitimationem personæ Petri, censuerunt Domini, esse satis probatum, Petrum esse proximiorem Felici testatori, & de familia Gratiana. Dabatur enim diuisio facta inter Aflorem patrem Felicis testatoris, & auum Vincentij grauati ex vna, & auũ Petri, qui hodie est in causa ex altera parte, ex qua diuisione apparebat de tali proximitate, & hoc instrumentum multum facere debere, visum fuit in hac materia, ex traditis per Peregrinum de fideicommissis art. 44. nu. 5. maximè accedente probatione, quòd Felix fuerit filius dicti Aflioris non solùm ex testamento ipsius Felicis; sed ex pluribus enunciatiuis instrumentorum emptionum, in quibus dicitur filius quõdam Aflioris, quæ & si non sint antiquæ, ad hunc tamen effectum visæ fuerunt valde conferre, Rota decis.*

176.

176.num.1.part.1. in recentior. Quibus accedebant positiones datæ pro Perinellis in quibus tota ista series, & descendentia describitur, etiam quò ad personam Petri, quæ contra ipsos probant. Alex. conf.172. num. 1. volum.2. Rota decis.296. post medium part.1. diuers. Caputaquens. decis. 189. & 192. part. 1. Quæ licèt paterētur aliquam difficultatem, ea tamen cessabat ex testibus, super dictis positionibus examinatis, qui visi fuerunt optimè super tali descendentia in eis narrata deponere. Ex quibus cùm de attinentia & proximitate Petri satis appareat, non erat probanda qualitas maioris proximitatis cùm non appareat in causa alius, qui se proximiorem diceret, Card. Seraph.decis.1219.num.1.& decis.1265.in fine, vers.quod dicitur.

Tandem circa casum habentis aliud beneficium, quem tetigimus supra num. 169. notabilis est decisio in illa Barchinon.beneficij 13. Februarij 1623. coram Caualerio, quæ inter eius impressas est decis.630. quæ sonat vt sequitur: Non controuertebatur hoc beneficiū esse de Iurepatr. mixto, & cōsequenter non cadere sub regula referūatoria, vt fuerat sub die 12.Decembris prætériti resolutum informante tantùm Francisco: sed solum Augustinus hodie opponebat, Franciscum non probasse in ipsius persona concurrere requisita per fundatorem, qui expressè in fundatione dispposuerat quòd præsentandus deberet esse de genere fundatoris si adesset, sin minus præsentaretur alius Clericus idoneus, qui non posset aliud beneficium obtinere; Franciscus verò non probauerat non adesse alium de genere, & habebat aliud beneficium. his tamen non obstantibus, Domini censuerunt standum esse in decisis; nam vltrà quòd Frāciscus erat ab initio reus, & possessor, nec sententia Auditoris Camera contra ipsum lata tamquam iniusta, effecerat vt desineret esse reus, cùm per allegationem remanserat in eo statu, in quo erat ante sentētiam, Surdus decis.61. nu. 44. Cardin. Seraph.decis.1422 num.1. Et ideo illi sufficiebat vincere per non ius Augustini, qui ex dicta sententia Auditoris Camera nullum ius potuit acquirere, & remansit actor: ita vt illius non ius sufficeret ad victoriam Franciſci rei; l.vltima C.de rei vendicatione, Caputaquens. decis. 11. part.1, Responsum etiam fuit

satis

172 *satis constare neminem adfuisse de genere testatoris, cum præpositis edictis nemo comparuerit ad tradita per Gonzales ad regulam 8. glos. 9. §. 1. ad finem, vnde factus fuit locus præsentationi alterius Clerici, etiam si non esset de familia, vt dictum fuit coram R. P. D. meo Buratto decis. 530. num. 11. vers. vnde*

173 *ipse pater par. 1. recen. Quòd verò Franciscus aliud beneficium haberet, non visum fuit obstare, cùm prohibitio testatoris sit intelligẽda prout de iure, nempè ad effectum retentionis, non autem simplicis obtentionis, cùm post secundum, ad Episcopum possit primum dimitti, Card Seraph. decis. 774. num. 2. vltra quod in fundatione hoc non fuit simpliciter ordinatum; sed fuit remissum arbitrio Ordinarij. Et ita decisum, &c.* Quando dicitur in relata dec. *Cum præpositis edictis nemo comparuerit*, intellige iuxta aliam decis. Salamant. beneficij 4. Februarij 1630. coram Ghislerio relatam à nobis *Praxi 5. n. 88. vers. Neque obstat Hieronymum non comparuisse intra terminos edicti propositi per Ordinarium, &c.*

De alijs qualitatibus Doctoratus, Nobilitatis, & puri Sanguinis.

174 *Doctoratus, vel gradus alius an de iure requiratur pro obtinendis beneficijs, & pro quibus, nu. seq. Quando requiritur, an sufficiat si careat scientia debita, nu. 176. Quid si fuit obtentus nulliter, num. 177.*

178 *Licentiatus an veniat appellatione Doctoris, vbi fuit vocatus Doctor; Canonista quãdo præferatur Theologo, ibid.*

179 *Doctoratus à Comite Palatino, vel ex alterius facultate, an sufficiat vt possit præsentari ad Capellan. fundatam pro Doctore, Quomodo probetur num. seq.*

181 *Nobilis cæteris paribus præfertur etiam in beneficijs Ecclesiasticis; Quibus modis quis potest esse nobilis, num. sequ.*

183 *Nobilẽ ex priuilegio quis possit creare, & quomodo. An transeat talis nobilitas ad filios, num. seq. An etiam ad filios antea natos num. 185.*

186 *Doctor est persona nobilis, item eius filij etiam sunt*

sunt nobiles, non autem nepotes, vbi de pœnis ignobilium ei non infligendis.

187 *Nobiles ex priuilegio, an admittãtur vbi sunt vocati nobiles simpliciter ad Capellaniam, & num. 190.*

188 *Legatũ factum nobili pauperi an possit dari nobili ex priuilegio, vel Doctori. & num. seq.*

191 *Doctor nobilis præfertur Doctori ignobili.*

192 *Vehiculos ducere vbi est probibitum nisi nobilibus, an Doctor possit illis vti.*

193 *Insignijs vti cum Galeris apertis, licet Doctoribus.*

194 *Nobilitas attenditur ex parte patris, & non matris, Quid si pater habuit matrem ignobilem, num. seq.*

196 *Illegitimi nobilium an sint nobiles.*

197 *Nobilitas noua, vel ex priuilegio, quomõdo probetur, Quid de nobilitate antiqua num. 199.*

198 *Sententia lata circa nobilitatem quando noceat alijs de familia.*

200 *Testibus in maiori numero statur in probatione nobilitatis.*

201 *Nobilitas sedilis quomodo probetur, quando per testes coniunctos, & affines, num. seq. Ad quem spectat probatio nobilitatis, num. 206. vbi an Capitulum sit legitimus contradictor in hoc casu.*

203 *Ignobilitas alicuius quomodo probetur.*

204 *Nobilem quem esse, vel gentilem hominem an sit idem.*

SVpponimus, quòd si ex nullo iure ad obtinendas
174 has Capellanias, & beneficia simplicia requiratur gradus Doctoris, tamen neque reperitur prohibitũ, quin fundator beneficij possit apponere hanc conditionem, vt ad illud præsentandus sit Doctor, vel graduatus in quadam, vel aliqua scientia, cùm de iure etiam in rebus spiritualibus graduatus præferatur non graduato, vt per *Puteum decis. 61. lib. 1. & decis. 200. lib. 3.* Dixi *ad has Capellanias, &c.* quia de iure
175 Concilij Tridentini requiritur, quòd sit graduatus is, cui confertur Canonicatus in Cathedrali habens annexam præbendam Pœnitentiariæ, vel Theologalis, & in Archidiaconatu, & alijs dignitatibus eiusdẽ Cathedralis

dralis si commodè fieri potest, vt post alios notat *Paulus Squillantes cap. 4. de priuilegijs Clericorum num. 105. & seqq.*

Circa hanc qualitatem potest esse Prima difficultas, Vtrum quando requiritur à fundatore, sufficiat dictus
176 gradus in præsentando, & si careat scientia competēti? Ratio dubitandi est, quia Doctor ignarus non gaudet priuilegijs Doctorum, *Boërius tract. de Authoritate magni Concilij num. 94.* Hac tamen ratione non obstante, contrarium est verius, quia re vera iste est graduatus, & per consequens graduatorum priuilegijs gaudet, ita post *Aretinum, Ripam, Garziam, Mandos. & Rice Paulus Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum num. 121.* loquens de Canonicatibus, & Dignitatibus, in quibus vt supra diximus, de iure Concilij Tridentini requiritur Doctoratus, vel Licentia, qui *num.*
177 *122.* idem docet vbi talis gradus fuit receptus contra Collegij, Vniuersitatis, vel Academiæ statuta, vt quia falsò probauit cursus necessarios, vel descriptionem in matricula; aut forma præscripta in examine non fuit seruata, quoties tamen dicta promotio non fuit ipso iure irrita: ita quòd non sit necessaria alia Iudicis sententia.

Secunda difficultas est, An quando fundator requirit, quòd præsentandus sit
178 Doctor, sufficiat si talis sit Licentiatus tantùm.

Dixi, *sit Doctor*, quia si requirit, quòd sit graduatus, est certum sufficere, Respōdetur cum distinctione, aut de familia, vel loco reperitur tantùm licentiatus, & potest ipse præsentari, vel reperitur Doctor etiam, & tunc non poterit præsentari Licentiatus, excipio hanc responsionem ex *Riccio part. 2. Praxis resolut. 667. & part. 4 resolut. 69.* ibi: *Licèt Licentiatus in fauorabilibus habeatur pro Doctore, Felinus cap. Clericis de Iudicijs, Gabriel conclus. 1. de maioritate, & obedientia, tamen non erit præferendus Doctorato, qui rei veritate est graduatus, & nō fictè prout Licētiatus* Et subdit quòd Doctor in vtroque iure præfertur Doctori in iure Canonico tantùm. Sicuti etiam quando Canonista, seu Doctor in iure Canonico præfertur Doctori in Theologia, seu Theologo & è contra post alios declarat *Perez de Anniuers. &*

Capellan. lib. 2. cap. 3. num. 31. scilicet vbi beneficium est in loco vbi nō est timor hæresum.

Tertia difficultas an hoc
179 casu possit præsentari Doctoratus à Comite Palatino vel alio habente facultatem concedendi tale priuilegiū? Ratio dubitandi sumitur ex Bulla Pij V. quam post Garziam, & Massobrium allegat *Nouarius in suis quæst. forensibus quæst. 143. lib. 1. & in suis singularibus consul. 41.* vbi Summus Pontifex declarat, Archidiaconos habētes iurisdictionem contentiosam, qui vt supra diximus de iure Concil. Tridentini debent esse Doctores, non sufficere, si habeant priuilegium Doctoratus à Comite Palatino, vel alio; sed necesse esse, vt receperit dictum gradum in Gymnasio publico, & Vniuersitate. Hac tamen ratione non obstante, pro casu nostro, nisi aliud à fundatore sit expressum, censeo sufficere tale priuilegiū, quia sumus in fauorabilibus in quibus talis habens simile priuilegium venit appellatione Doctoris, & dicta Bulla non debet extēdi vltra suū casum; fauet *Riccius citat. par. 4. Praxis resolut. 69.* vbi docet, quòd tali Doctori creato à Comite Palatino, &c. præfertur in concursu Doctoratus in publico Gymnasio, non tamen negat, quòd veniat appellatione Doctoris, & gaudeat priuilegijs concessis Doctoribus.

Remanet, vt modum probandi Doctoratum, vel licentiam subdamus, qui erit secundùm *Parisium lib. 10. de resignat. beneficiorum quæst. 3. num. 49.* loquens in simili de verificatione illius, quando fuit expressum in supplicatione, quia vt ait ipse, Papa faciliùs concedit beneficia Doctoribus. Pro-
180 batur igitur per exhibitionem priuilegij, ac etiam per duos testes deponentes de publica voce, & fama, vbi allegat *Caputaquens. decis. 277 part. 1. & decis. 6 part. 2.* Addo eamdem Rotam in Leodien. Beneficij 3. Iulij 1628. coram Vbaldo, ibi; *Prout ex priuilegio eidem Antonio concesso, sufficienter remanet probatum, quòd sit Licentiatus, Egid. decis. 114. Verall. decis. 1. num. 3. part. 2.* nota ex *Lessio lib. 2. de Iustit. cap. 34. num. 106. vers. his adde.* quòd hoc casu satis sit, vt tempore præsentationis is habilis sit ad comparādum illum gradū, addo ego & tempore insti-

tutionis

tutionis reperiatur Doctor vt supra diximus de alijs qualitatibus.

Quò ad aliam qualitatem nobilitatis etiam est certum posse à fundatore dictam conditionem requiri in præ-
101 sentando, cùm cæteris paribus, etiam de iure in beneficijs præferatur nobilis ignobili, *glos. in cap. vltimo verbo nobilitati extra de pœnis cum alijs notatis per Tiraquellum tract. de Nobilitate cap. 20 à num. 11. Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs libr. 6. cap. 4. num. 1.* vbi latè de hac materia,
182 & quia sicut de seruis dicitur, quòd aut tales nascuntur, aut tales fiunt, *l. & seruorum ff. de statu hominum, §. pœn. instit. de iure personarum.* Ita quoque dicere possumus de nobili, quòd aut talis nascitur ex parentibus nobilibus, & dicitur nobilis ex genere, vel talis fit beneficio Principis, & dicitur nobilis ex priui-
183 legio eius, qui potest hoc efficere; nempe Imperator, de quo nullus est, qui dubitet, sed etiam Rex, & quilibet Princeps non recognoscens superiorem, vt per *Tiraquellum suprascitato tractat. de nobilitate cap. 6. num. 5. Peregrinum de iure fisci lib. 1. sub titulo de bis qui iura fisci habeant, & Petrum Antonium de Petris in tract. de iure quæsito per Principem non tollendo cap. 3. quæst. 4. num. 39.* Et isti quidem cum nobilem efficiunt, vbique gentium pro nobili haberi talis debet; & si secùs sit de effecto nobili ab inferiori Principe, qui tantùm poterit illa nobilitate vti in territorio cõcedentis non extra, vt colligitur ex his, quæ supracitati Doctores tradiderunt. An autem princeps vt supra tacitè appellando aliquem nobilem in aliqua scriptura de alia re facta, censeatur illum efficere nobilem, videte *Tiraquellum dicto cap. 6. & Antonium Fabrum in suo Codice lib. 9. tit. 28. diffinitione 15.* Cumque vt certum est hæc nobilitas ac-
184 quisita ex priuilegio transfunditur ad filios descendentes, quia nobilitas quò antiquior, eò dicitur perfectior, & Illustrior, *l. 2 §. quæ omnia C. de veteri iure enucleando l. 1. C. de iure aureorum anulorum.* Et si amittitur ex eo, quòd pater exercuit artem vilem, quidquid contrarium docere videatur *Ancharanus in cap. de natis ex libero vẽtre per tex. in l. 2. §. in filijs in fine, ff. de Decurionibus.* Qui tex. lo-

quitur in terminis nobilitatis ex genere, non autem de nobilitate ex priuilegio concesso ei, qui postmodum vilem artem exercuit, igitur vbi pater nobilitatem acquisiuit, & si Princeps non solùm patri, sed etiam posteris illam concessit, illa non fruentur filij, si pater dictam nobilitatem arte vili commaculauerit, vide *Antonium Fabrum loco supra citato diffinitione 1. 14. & 25. Vincent. de Franchis decis. 29.* Quæ sint artes, vel alia officia, per quæ nobilitas amittatur, ponit *Tiraquellus citato tractat. de Nobilitate cap. 24. & seq.* Adde quòd vbi pater fuit Notarius descriptus in matricula, filius non potest prætendere nobilitatem, fuit resolutum in Conchen. habitus 14. Maii 1607. coram Iusto apud Consilia *Farinacci de-*
185 *cis. 243.* Est controuersia apud Doctores, ad quos filios transferatur dicta nobilitas, ad natos postquàm pater illam acquisiuit, vel etiam ad antea procreatos, intellige ex legitimo matrimonio vt infra. De qua controuersia post *Tiraquellum, & alios agit Lulius Pacius Centuria 1. Antymoniorum quæst. 39. Iacobus Cuiacius in l. Senator C. de dignitatibus lib. 12.* Alia potest
186 esse contentio, Vtrum Doctores (qui vt certum est, sunt nobiles non solum ipsi, sed etiam ipsorum filij, non autem nepotes, vt per *Riccium part. 1. decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolitanæ decis. 216.* vbi quòd ideo neque ipsis, neque eius filijs possunt imponi pœnæ ignobilium, scilicet triremium, de qua re iterum agit *part. 2. decis. 93.* vbi cõcedit posse illis comminari talem pœnam in casu fracturæ relegationis) quòd etiam Doctor vt persona nobilis possit arma deferre, *Bartolus in l. magistros C. de professor. & medicis libr. 10. qui ad hoc allegat Tiraquellus de Nobilitate cap. 20 num. 68. in fine.* Contentio esse potest, an Doctores verè dicãtur nobiles ex priuilegio, Ratio dubitandi est, quia in illis non solùm reperitur nobilitas ciuilis, & sic ex priuilegio: sed etiam philosophica, quæ ex virtute proficiscitur; fauent allegata per *Tiraquellum supra citato loco cap. 5.* quòd non solùm nobilitas ex scientia æquiparatur nobilitati ex genere; sed quòd illi præferri debeat, & *Riccius par. 1. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolit. decis. 216. ad fi-*

nem, quòd Doctor dicatur magis nobilis, quàm nobilis ex genere. Sed his non obstantibus concludendum est, esse nobilem ex priuilegio, cùm talis declaretur in priuilegio nomine principis, & virtute dicti priuilegij gaudet priuilegijs nobilium, vt loquuntur Doctores in *l. medicos C. de professoribus, & mediciis lib. 10.*

Ideo quærimus, vtrum stante, quòd fundator ordinauerit, præsentandum ad eam debere esse nobilē,
187 intelligatur de nobili ex genere, vel etiam ex priuilegio, ita vt etiam iste nobilis ex priuilegio, siue sit Doctor, vel non, possit ad illam præsentari? *Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs libr. 6. cap. 4. num. 106.* videtur Respondere pro negatiua, ea ratione, quòd quando requiritur qualitas aliqua, intelligendum sit de naturali, & non de ficta, & adducit decisionem quādam Cancellariæ Regiæ inter quemdam Licentiatum, & Nobilem, quæ non facit ad rem, quia ibi agitur de Decurionatu debito ex statuto nobilibus ex sanguine, & certum est ex supradictis talem non posse dici nobilem ex priuilegio. Difficultas versatur quando est vocatus ad præsentationem nobilis simpliciter: vnde clarius loquitur *Tiraquellus tod tract. de Nobilitate cap. 5. sub num. 3.* vbi allegat *Alexandrum consil. 213. incip. Ponderatis his, quæ in themate col. vlt. lib. 6.* docen-
188 tem, quòd si testator iusserit aliquid dari vni pauperi nobili, possint exequutores id dare Doctori, & postea subdit hæc verba: *De quo tamen multum dubitarem propter id, quod postea dicemus in sequenti versiculo, & latè Guido Papa dec. 88. sed quæro, &c.* Id autem, quod dicit in sequenti versiculo, est quod quando *Vulpianus appellatur nobilis in l. 2. §. vltimo ff. de excusat. tutorum, & nobilissimus in l. diximus in fine eodem tit aliqui authores declarant. esse referendam eam appellationem ad nobilitatē generis, cùm Vulpianus fuerit etiam nobilis origine.* Sed hanc declarationem ipse reijcit, igitur nec videtur esse eiusdem opinionis, quam docuit *Perez*, vt scilicèt quando à fundatore dicitur, quòd præsentetur nobilis, intelligatur de nobili ex genere, non autem ex priuilegio, vt est Doctor, & alij similes, &c. His tamen non obstantibus in facti contin-

gentia

tingentia de legato facto pro nobilibus pauperibus,
189 dixi, quòd si alia coniectura non intercedat, de mente testatoris intellexisse de nobilibus ex genere, & origine, sufficiat si sit nobilis ex priuilegio, v. g. sit Doctor, & si fuit creatus à Comite Palatino, vt optimè probat *Mattheus Stephanus lib. 2. de iurisdictione part. 1. cap. 6. membro primo num. 704.* Fauet idem *Tiraquellus cap 6. num. 2.* vbi ait,
190 non solùm, quòd tales nobiles ex priuilegio dicantur propriè nobiles, quia ille est nobilis, quem Princeps talem facit; sed etiam quòd iura loquentia de nobilibus sint intelligenda etiã de nobilibus ex priuilegio, vnde in casu nostro idem dicerem, nisi concurreret etiam nobilis ex genere, qui etiam esset doctor, quia hoc casu deberet præferri hic tamquam duplici dignitate decoratus. *Tiraquellus supracitato cap. 5. à num. 7.* Quando autem nobilis ex genere concurrit cum Doctore ignobili, quid faciendum, videte *Puteum decis. 116. lib. 1.* Fauet etiam *Pacianus lib. 2. de probationibus cap. 41. num. 152.* Qui docet, quòd vbi in aliqua
192 Ciuitate prohibitũ est vti posse vehiculis, vulgò (Carrozze) nisi nobilibus, illis posse vti Doctores, & allegat textum in *l. vnica C. de honoratorum vehiculis lib. 12.* quia Doctores sunt ve-
193 rè nobiles. Vnde eis licet nobilium more insignia cum apertis Galeris facere, dummodo ab insignijs certæ familiæ abstineant, quod cæteris absque speciali Imperatoris concessione non permittitur, *l. eos qui §. fin. ff. ad l. Corneliam de falsis*, *Tiraquellus loco supracitat. cap. 6 à num. 12.*

Quando autem vocantur
194 nobiles ex genere, tunc nobilitas præsentandi debet attendi ex parte patris, & non matris, licèt non secùs sit in libertate, *Alciatus in l. pronunciatio §. familiæ n. 6. ff. de verb. significatione*, & si omnes concedant clariorem esse nobilitatem, quæ ab vtroque procedit, vt ait *Baldus in l. finali C. de seruis fugitiuis*. Quod
195 est verum etiam si mater patris, & sic auia fuerat ignobilis, vt in casu de statuto Ecclesiæ Gienn. quo cauetur, vt in dicta Ecclesia nullus admittatur pro Beneficiato, Portionario, aut Canonico, qui descendat per lineam masculinam, aut fœmininam ex Hebræis, Mauris,

Mauris, aut Hereticis, resoluit Rota in Genu. Portionis 25. Iunij, & 5 Nouembris 1607. coram Caualerio, quæ inter eius impressas sunt 6. & 9. ibi: *Cum enim in nobilitate cõsideretur genus, & sanguis ex linea paterna, licèt hęc nobilitas ex cõiunctione cum vxore impura aliquo modo denigretur, nõ tamẽ amittitur; ita vt filij nati eã amittant.* Item debet esse
196 natus ex legitimo matrimonio, vt dicatur patris nobilitatem adipisci, *Bald. in cap. innotuit, vers. nota quòd nobilitas, extra de electione*, estque ratio euidens quia, vt diximus filij hanc nobilitatem habent à patre, & pater dici non potest verè, quem nuptiæ non demonstrant, *l. quia semper ff. de in ius vocando.* Vnde Vulpianus ait in *l. filium diffinimus ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, filium eum diffinimus, qui ex viro, & vxore eius nascitur.* Præsupponit igitur matrimonium. Quæ doctrina fallit primò, vbi ex consuetudine particulari alicuius loci illegitimi gaudent nobilitate parentum in Pampilonen. Capellan. quæ est *45. apud Praxim Vtuiani, & nos retulimus supra Praxi 3 num. 133. & hac eadem Praxi, & 5. transcripsimus.* Fallit secundò, si fuerunt hi illegitimi à Principe legitimati & restituti natalibus, *Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs lib. 2. cap. 4. num. 110.* Debet tamen hoc casu de nobilitate in ipsa legitimatione, seu restitutione natalium expressa mentio fieri, per notata à *Felino in cap. postulasti ext. de rescriptis.* Nunc autem de probatione ipsius nobilitatis aliqua restant dicenda, cùm enim sit res aduentitia, certum est non præsumi, nisi probetur, *l. non ignorat C. de his, qui accusare non possunt, glosa in cap. si fortè de electione, Vincentius de Franchis decis. 600. Seraphinus decis. 207.* Agendum hic à nobis, Primò de probatione nobilitatis ex priuilegio, & sic noua; & Secundò de probatione nobilitatis ex genere, seu antiqua. Nobilitas igitur no-
197 ua probatur ex eodem priuilegio nobilitatis, *Gutierez libr. 3. Practicarum qquæst. quæst. 17. num. 148. & 151.* Vel si de tali priuilegio, & concessione non reperiantur scripturæ per præscriptionem immemorabilem, *Ripa libr. 2. responso 26. Tiraquellus de Nobilitate cap. 14. per totum.* Hoc enim

enim tempus immemorabile habet vim tituli, iustitiæ, priuilegij, & veritatis, *Cassaneus in Catal. gloriæ Mũdi part. 8. consideratione 20.* Item per libros Historicos eiusdem loci, quibus præsertim in antiquis creditur, vt tradũt communiter Doctores in *l. 1. de officio Consulis*. Item ex alijs de quibus per Rotam in Beneuentana nobilitatis 10. Nouembris 1617 coram *Caualerio, qua inter eius impressas est decis. 440.* ibi: *Probabatur .n. Antonium Siluiũ Auum informantium fuisse nobilem & tamquam talem reputatum in Ciuitate Beneuentana, quia tamquam nobilis interuenit consilio; fuit vnus ex magistris Hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ, fuit Consul, qui Magistratus non nisi nobilibus conferuntur, & appellabatur (Messere) qua appellatione soli nobiles vocabantur, cum autem ex eo natus sit Bartholomæus, & ex Bartholomæo Annibini, bodiè existentes in causa Domini censebant nobilitatem Aui fuisse de iure transfusam in descendentes. Neque visum est obstare, descendentes dicti Antonÿ nõ fuisse vsos dictis gradibus & officijs requisitis ex statuto, vel consuetudine loci ad nobilitatem, quia fortasse non euenit casus, quo potuerint vti, & noluerint, qua voluntas requirebatur ad effectum amittendi nobilitatem, vt per Decianum cons. 66. num. 65. & seqq. lib. 3. Desumebatur etiam nobilitas horum descendentium ex nobilitate vxorum eorumdem Antonÿ, Siluÿ, & Bartholomæi, de qua testes deponebant*. Item probatur per registrum, siuè matriculam nobilium, vbi fieri consueuit; de qua re Decius cons. 198 66. Item sententia qua admittitur, vel reijcitur nobilitas familiæ alicuius, facit ius etiã inter alias personas eiusdem familiæ tamquam lata in causa status, argumento notatorum in *l. ingenuum ff. de statu hominum, vbi in specie Cinus, Baldus & Angelus* extendunt ad omnem causam, vbi est quæstio de statu, quod intelligas primò nisi intercederet collusio, secundò nisi ibi tantùm incidenter, & non principaliter sit actum de statu, tertiò nisi sit lata contra absentem, quartò nisi sit lata contra inuitum, vel sine legitimo contradictore, ita Doctores citati: ex quibus sequitur, quòd in causa, qua quis nobilitatem principaliter prętendit,

num-

numquam sententia contra vnum lata, alteri nocet; imò sententia lata contra patrem non nocet filio, si vellet de nouo probare ipsam nobilitatem: ita decisum in Rota Aragonensi, refert *Sessa decis. 6.* & in S. Regio Consilio Neapolitano seruatum esse refert *Anna cons. 18.* Vnde in causa nobilitatis pater & filius non censentur eadem persona, *Gamà decis. Lusitana 174.* Conferunt ea quæ adducit *Anna consil. 17. & 19.* Tantò magis sententia lata contra aliquos de familia, alijs eiusdem familiæ minimè nocet, tum quia aliorum principaliter interest; tum etiam quia multa possunt simul concurrere ad excludendum aliquem, quæ non concurrere possunt ad cæteros excludendos, veluti si fuerit legitima linea in excluso interrupta, aut aliquid aliud simile cõtingat. Est benè verum, quod sententia circa nobilitatem lata in fauorem vnius fratris iuuat alteri fratri consanguineo, *Sessa decis. 3. Anna singulari 468.*

Nobilitas ex genere, & antiqua, quia potest esse generalis & particularis, nempè restricta ad Sediles, vt in aliquibus locis Regni Neapolitani, de vtraque
199 tractabimus. Nobilitas primo modo probatur cõmuni existimatione, & opinione hominum immemorabili, ex traditis in *l. congruum ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, & in l. prouidendum C. de postulando, Guttierez lib. 3. practicarum quæstionum quæst. 14.* vbi expressè ait, quasi possessionem nobilitatis causari ex communi extimatione, & reputatione; argumento eorum, quæ communiter Doctores tradunt in *l. Barbarius, ff. de officio Prætoris.* Quare *Ripa lib. 2. responso 26. num. 8.* inquit, quòd communis existimatio in hoc magis est, quàm lex, sequitur *Menochius de arbitrarijs casu 670. num. 4.* Et in terminis huiusmodi probationis procedit doctrina *Perez de Anniversarijs, & Capellanijs lib. 2. cap. 4 num. 74.* Quòd in
200 causa nobilitatis statur maiori numero testium, licèt sint aliqui testes deponentes contra nobilem, nempè quòd satis probatur nobilitas, si maior pars testium deponat aliquem, à quo descendunt in causa existentes, fuisse existimatum, & reputatum pro nobili; ita *Mascardus de pro-*

bationibus, *concluſ. 1094. num. 125.* Idque præcipuè ſi talis reputatus ſit in actibus poſſeſſorijs, qui non ſunt actus plebeiorum, hæc eſt enim quaſi poſſeſſio nobilitatis, *Guttierez citata quæſt. 14. num. 13.* Et patet ex verbis deciſ. Beneuentanæ ſupra à nobis relatis. Quòd etiam fama publica probari poſſit nobilitas præfata, patet ex traditis per *Bald. in d. l. prouidendum num. 2. de poſtulando*, & alios quos probat Rota Romana in Melit. Habitus, ſeu Probationum 17. Decembris 1607. coram Lancellotto, quæ eſt *deciſ. 248. apud ſecundum volumen Conſiliorum Farinacci*, & in Comen. Habitus quæ eſt deciſio 242. apud eumdem, & in Meliten. Habitus 10. Iunij 1609. coram Canalerio, quæ inter eius impreſſas eſt *deciſ. 68.* vbi habetis modum probandi, tam dictam communem reputationem, quàm publicam vocem, & famam.

Quando verò tractatur de nobilitate ſecun-
201 do modo reſtricta ad Sediles, & tunc non ſufficit probare per antiquos teſtes, vel ſcripturas fuiſſe ſuos maiores reputatos nobiles, quia poteſt quis reputari nobilis, & tamen non eſſe de nobilitate Sedilis, & ſic talis non poteſt præſentari ad Capellanias, vel beneficia fundata pro nobilibus Sedilium, &c. *Caſſadorus deciſ. 1. de probationibus Farinace. deciſ. 243 apud ſecundum volumen ſuorum Conſiliorum*. Sed neceſſe eſt probare aliquod factum, ſeu qualitatem particularem reſpicientem certum Sedile talis loci, vt dicatur probata nobilitas illius Sedilis, veluti quod fui antiqui habuerunt domum in tali quarterio Ciuitatis. Nam à principio diuiſio Sedilium facta fuit inter illos, qui domos prope dictum Sedile habebant, probata hac qualitate, & quòd reputabantur nobiles fui anteceſſores, & fruebantur prærogatiuis nobilium talis Ciuitatis remanet probata nobilitas particularis illius Sedilis argumento tex. in *l. 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum in cap. præterea de officio delegati*. Si non poteſt probare dictam qualitatem domus, ſufficit ſi probet ſuos anteceſſores gauiſos certo aliquo munere talis ſedilis, vel aliquid adminiſtraſſe, quod proprium eorum erat, qui erant certi Sedilis, *Seraphin. deciſ.*

357.

357. *Caualer. decis. 68.* Minor verò difficultas probationis hoc casu versatur in illis, qui sunt de aliquo cognomine, quod adest in Sedili, quia tunc solùm tenetur quis probare, se ex illis qui tali domo, officio, vel honore ganisi sunt; descendere, quòd si ex stipite apparere potest, nulla est difficultas; si verò hoc non fit
202 certum, debet probare lineam, in cuius probatione etiam coniuncti, & affines iurati admittuntur ad testificandum, quia propinqui melius scire creduntur propriam genealogiam, *cap videtur extra qui matrimon. accusare possunt, notant Doctores per illum tex. in l. etiam matris professio ff. de probationibus*. Quamuis verè tex. ille hoc non probet, quia non agit de testimonio, quod in particulari negotio fertur, sed de professione, quæ initio natiuitatis fit generaliter, quæ potest filio prodesse & nocere. Quando diximus, *coniunctos, &c.* intellige dummodo non agatur principaliter de eorum etiam interesse, quales sunt alij qui non gaudent Sedili, &c. *l. 3. & l. omnibus* C. *de testibus*.

Quia solet aliquando talibus præsentatis pro no-
203 bilibus, ignobilitas aliqua etiam hic addere de probatione illius ad effectũ excludẽdi dictam nobilitatem ex Rota Romana in supra allegata Viennensi quæ est *decis. 6. apud Caualerium*, ibi: *Licèt enim testes de impuritate Ioannis ex latere materno, & ex auia paterna deponant, quòd audierunt dici publicè, & sic videantur concludere publicam vocem, & famam, Cassad. decis. 3. de probation. & licèt nobilitas probetur per publicam vocem & famam, non tamen sequitur, quòd ignobilitas eodem modo probetur, quia non est eadem ratio fauoris & odij ad notata per Doctores in cap. odia de regul. iur. in 6. Et licèt repliceretur, quòd sumus in antiquis, quo casu talis probatio admittitur, cùm veritas aliter propter antiquitatem haberi non possit, vt tradit Auendaño in suo Dictionario, verbo judio, &c. Nihilominus respondetur, quod hi testes loquuntur valdè genericè de auditu, & sine specificatione causæ alterius particularis, quæ probatio aliàs fuit reprobata à Rota in Vienn. Canonicatus coram b.m. Bubalo 20. Iunij 1586. Præterea probatio de publica voce, & fama non admit-*

titur quando aliquid adest in contrarium, vt dictum fuit in vna Oueten. Canonicat. 24 Iunij 1578. coram Seraphin. prout in hoc casu adsunt multa, quæ deducuntur pro puritate, & posset etiam particulariter dubitari super personis, & qualitatibus testium, An scilicet probent, vt fuit dictum in vna Toletana Portionis 27. Ianuarij 1595. coram Illustriss. Cardinali Mantica, &c.

In facti contingentia vidi fundationem quarumdam Capellaniarum, in qua lingua materna ad præsentationes illarum vocabantur *Preti gentil'huomini*, & fuit dubitatum, an esset aliqua
204 differentia inter casum, de quo supra, vbi vocantur nobiles simpliciter, & hunc vbi vocantur *Gentil'huomini*. Et dixi, secluso communi vsu loquendi, quo nobiles omnes significentur hac voce, qui vsus debet attendi, & prævalet proprietati verborum; *Bart. in l. 1. ff. de suis & legitimis hæredibus*. Qui vsus probatur ex dicto Doctoris excellentis *Iason in l. si filius à patre, ff. de liberis, & posthumis*. hanc posse esse differentiam, quòd scilicet propriè *Gentil'huomini*, dici nobiles ex genere, & sic antiquæ nobilitatis, non autem nouæ: ita *Petrus Gregorius lib. 4. de Republica cap. 2. num. 4.* qui ait, quosdam antiquæ nobilitatis ad distinctionem nouorum nolle se dici nobiles, sed gentiles homines, quasi dicant, se gentilitate, scilicet ex gente sua trahere nobilitatem antiquam, quo sensu non omnes nobiles, sunt gentiles homines, sed omnes gentiles homines sunt nobiles. Ex quo deducitur falli eos, qui potius volunt vocari *Caualieri*, quã *Gentil'huomini*, quasi hæc nũcupatio sit nobilitas minor. Siquidem *Franciscus Condanus lib. 2. Commentariorum cap. 11.* constituit differentiam inter nobilitatem, genus nobilitatis, & gentilitatem: vt prima habeat nobilitatem, sed non genus nobilitatis; secunda habeat nobilitatem, & genus; hi sunt filij & descendentes eorum, qui habebant tantùm nobilitatem, gentilitas verò in nepotibus incipiat, & in alios deriuetur; videte text. in *l. 1. ff. de probationibus*.

205 De tertia qualitate Puri sanguinis, quòd etiam possit apponi pro præsentandis ad Capellaniam, non est apud Doctores dubitatio, vt est videre apud *Perez de*

An-

Anniuersarijs, & Capellanijs lib. 2. cap. 4. à num. 10. vbi latè agit de modo probandi, quòd quis non sit puri sanguinis, sed quòd descendat ex Iudæis, vel Mauris, aut aliàs infectis, de qua re etiam agit Rota in citata Gienn. Portionis 68. apud Caualerium, & decis. 264. & 307. apud secundum volumen Consiliorum Farinacci, quòd tales personæ de iure sint capaces beneficij Ecclesiastici, probat *Barbosa de Officio, & Potestate Parochi cap. 1. num. 73.*

206 Probatio autem nobilitatis, & puri sanguinis in istis causis Capellaniarum pertinet ad eum, qui tamquam talis vult illam consequi, vnde debet testes ad id probandum producere, ita *Perez supracitato cap. 4. num. 24. in fine vbi num. sequenti.* secus dicit in statutis Ecclesiarum, Collegiorum, & Confraternitatum requirẽtium eam qualitatem, nam tunc pars non producit testes, nec citatur ad eorum examinationem prout aliàs requiritur, An Capitulum sit legitimus contradictor, ne quis ob similes defectus admittatur ad Canonicatũ, &c. Vide in decis. relata supra hac eadem *Praxi num. 54. & num. 65.*

Quando autem sit legitimus contradictor, habetis in Basil. Canonicatus 17. Martij 1631. coram Dunozetto, scilicet quando allegat exceptionem sibi competentẽ vigore indulti Apostolici.

De Qualitate Sacerdotij requisita à fundatore Capellaniæ.

207 *Beneficia simplicia de iure non habent annexum ordinem sacrum, Quid de iure Concilij Tridentini ibid. Quid ex lege fundatoris, num. sequenti.*

209 *Probare, quòd ordo sacer sit annexus beneficio simplici, quis debeat.*

210 *Sacerdotalis non dicitur inducta Capellania ex eo quod fundator prima vice ad eam vocauit Titiũ sacerdotem, quando autẽ censeatur talis inducta, num. seq. & 226. & 232 & 233. An hoc casu possit per alium Missas celebrare n. 218. 242. & 245.*

212 *Capellanus, vbi fuit dictum quod præsentetur, qui celebret missas, an debeat præsentari sacerdos, Quid si fuit dictum quòd*

præ-

præsentetur Sacerdos, nu. seq. Presbyter, num. 214. & 216.

215 *Sacerdos, Capellanus, & Presbyter an sint idem.*

217 *Capellanus vbi ex fundatione tenetur celebrare diuina officia, an debeat esse sacerdos, an id possit facere per substitutum, num. 220. Quid si debeat adiuuari Parochum in cura animarum, num. 226.*

219 *Residentiam beneficia simplicia qualiter, & quando requirant.*

222 *Examinari an debeat per concursum Capellanus, qui tenetur adiuuare Parochum in cura. Quid de Canonicis, vel Hebdomadarijs Collegiatæ, vel Cathedralis habentibus simile onus, ibid.*

223 *Capellanus iussus celebrare per se, vel per alium, an debeat esse Sacerdos.*

224 *Verba quæ præsupponunt, regulariter non disponunt.*

225 *Exempla non restringunt, sed declarant.*

227 *Qualitas adiecta verbo regulatur secundùm tempus verbi.*

228 *Sacerdotem esse aliquem quomodo probetur, & num. 246. & quòd aliquis non sit talis, per quē debeat probari, nu. 248.*

229 *Præsentatio de non Sacerdote ad beneficium sacerdotale, quando habeatur pro non facta, quando de inhabili attēditur etiā si sit facta à minori parte patronorum, num. sequenti.*

231 *Præsentato quando dicatur quæsitum ius non solum in re, sed etiam ad rem.*

234 *Præsentatus ad Capellaniam habitu dumtaxat sacerdotali, in qua ætate esse debet.*

235 *Verba fundationis quando respiciant circa qualitatem sacerdotij tempus præsentationis, vel non, & num. seq.*

237 *Ætas pro Capellania habitu dumtaxat sacerdotali quanam sit.*

238 *Ordinem Presbyteratus nō suscipiens Capellanus tēpore debito quam pœnam incurrat.*

239 *Obseruantia antiqua an possit efficere Capellaniā de sacerdotali non sacerdotalem, & è contra.*

240 *Derogare qualitati sacerdotij requisita pro Capellania quando censeatur Papa, An possit illi derogare Episcopus etiam de consensu patroni, ibidem.*

241

241 *Sacerdote deficiente de familia, vel loco, quis præsentandus.*

243 *Residentiæ requisitæ à fundatore pro beneficio simplici expressio in gratia, an sit necessaria.*

244 *Subreptitia gratia quando iudicanda.*

247 *Narratiua est probanda etiam si confiliat in negatiua; & quomodo, n. 249.*

ET si de iure communi in beneficio simplici non
207 requiratur ordo sacer, neque sacerdotium, nullus est enim Canon, vbi hoc reperiatur, vt testatur *Azorius part. 2. lib. 6. cap. 8. quæsito 12.* Dixi, *de iure communi*, quia iure Concilij Tridentini quælibet beneficia simplicia Cathedralis, vel Collegiatæ, habent ordinem sacrum annexum, vt est videre *sess. 22. cap. 4. de reformationc.* & notat *Azorius loco supracitato quæsito 11.* Sed sufficit, vt quis sit initiatus prima tonsura, ac etiam ætatis quatuordecim annorum prout dictum fuit supra hac eadem *Praxi §. 1. & 2.* tamen non per hoc
208 prohibetur, quin fundator beneficij simplicis, & Capellaniæ, possit in ea requirere etiam sacerdotium, sicut etiam statuto, & consuetudine, vt pro certo supponitur ab omnibus authoribus, qui tractant de hac materia cùm talis conditio non sit contra ius, sed imò conformis iuri, vt post *Azorium docet Filliuccius tract. 41. de Ecclesiasticis beneficijs cap. 5. num. 23. in principio, & num. 24.* Vnde cum ex institutione requiratur Sacerdotium, qui illo ordine caret est inhabilis ad illud beneficium, ita *Leffius lib. 2. de Iustitia cap. 34. num. 96.* Quod intelligatis quando requiritur dictus ordo actu, & adest decretum irritans, vt infra *num. 229* Ex quibus sequitur, quòd in dubio non præsumitur ista qualitas prærequisita à fundatore, nisi expressè id appareat: nam vt diximus de iure non reperitur in istis Capellanijs adiunctus ordo sacer: ita post *Roccum de Curte Lambertin. Spin. & Rotam Romanam decis. 570. apud Farinacc. Riccius part.*
209 *1. Praxis decis. 202.* Et per consequens onus probandi istam qualitatem esse annexam Capellaniæ incumbit asserenti; sicut de asserente beneficium esse curatum sæpius dixit Rota, & præcipuè apud *Caualerium decis. 315. num. 3.* Non alia-

ra:

ratione, quàm quòd in dubio beneficium præsumitur simplex, & non habere causam adiunctam. Difficultas igitur prima erit quãdo hoc censeatur expressè cautum ex verbis fundatoris. Nec est parui momenti, cum in ea difficultate non solùm Doctores, qui de ea tractarunt, sed ipsamet Rota Romana variauit, teste *Petro Monsta in suo tract. de commutationibus vltimarum voluntatum cap. 10. num. 136.*

Dixi, *ex verbis fundatoris, seu fundationis,* 210 quia ex eo, quòd in prima fundatione fundator vocauerit ad Capellaniam Titium Sacerdotem tunc temporis, non sequitur, quòd voluerit omnes alios præsentandos ad eam debere esse Sacerdotes; sed potius id præsumi debet factum, ex quo de facto Titius erat Sacerdos. Rota in Monopolitana Hebdomadæ 14. Decembris 1612. coram Manzanedo. Circa hanc difficultatem extat declaratio Sacr. Cõgregationis Eminentissimorum Sacri Conc. Triden. Interpretum, quam refert post alios *Fagundez lib. 3. in 1. Præceptum Ecclesiæ cap. 9. sub* 211 *num. 3.* his verbis: *Habens capellaniam non tenetur promoueri ad Sacerdotium, nisi in fundatione cautũ sit, vt Capellanus personaliter, vel per se ipsum missas celebret, sed curare debet, vt per alium celebrentur.* Seu vt refert *Paulus Squillantes cap. 4. de Priuilegijs Clericorum, num. 27. ex Garzia.* magis clarè: *Potest conferri simplici Clerico Capella habens onus celebrandi missas; nisi in fundatione cautum sit, vt per se ipsum celebret.* Ex quibus declarationibus

Infertur primò, Capellaniam, non habere hunc ordinem adiunctum, quotiescumque fundator dixit, 212 quòd *præsentetur, vel instituatur Capellanus, qui & missas celebret.* Sed sufficere, vt supra, *præsentatum esse initiatum prima tonsura, & esse ætatis 14. annorum.* Ita *Paulus Squillantes citans alios dicto num. 27.* Ratio est, quia illa verba censeri potius debent posita ad onus, quàm qualitatem significãdam, quibus illic allegatis, adde *Ildefonsum Perez de Anniuersar. & Capellan. lib. 2. cap. 5. num. 8. Riccium allegantem decisi Rotæ part. 3. suæ Praxis resolut 101. Monetam supracitat. cap. num. 54. & Barbosam de Officio,*

&

& Potestate Episcopi allegat. 24. num. 43. pro hac parte *Riccius part. 1. Praxis decis. 102.* refert de verbo ad verbum decis. in illa Romana Capellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram Pamphilio, & si *decis. 402.* loquendo ibxta decis. in illa Parmensi, contrariari sibi quodammodo videatur. Idem esse si fundator dixerit, quod *tot missæ celebrentur per Capellanum præsentandum*, non dubitamus, quidquid contrarium videatur asserere *Graffius consil. vnico de Iurepatronat. num. 5.* quia ista verba faciunt eundem sensum cum illo alio modo, *præsentetur Capellanus qui missas celebret*, vt excipitur ex authoribus allegatis.

Infertur secundò, neque esse Capellaniam sacerdotalem, vbi à fundatore fuerit
213 dictum, quòd *eligatur, vel præsentetur Sacerdos, qui celebret missas, &c.* Ita contra *Azorium Fagundez supracit. num. 3.* Quia, vt inquit ipse, cùm expressè non sit cautum, vt per ipsummet celebret, potest deseruire per alium Sacerdotem, & sic neque erit necesse, quòd ipse sit Sacerdos; sed sufficit si sit clericus habens ætatem requisitam pro beneficio simplici, quatuor-decim scilicet annorum. Idem dicimus, vbi fundator fuit vsus vocabulo *Presbyter*, prout in casu decis. coram Mantica relatę à *Gonzales glos. 5. in Regul. 8. num. 85.* Fauet huic opinioni decisio Firmana relata à *Garzia par. 10. cap. 10. sub num. 37.* vbi habetur, quòd quando
214 testator mandauit præsentari *Presbyterum seu Rectorem causa celebrandi missas*, beneficium non dici sacerdotale. Nec obstat, quòd Presbyter magis significet ordinem sacerdotalem,
215 quàm Sacerdos, quia Sacerdos est idem quàm Capellanus, *Petrus de Gregorio part. 2. Sintagmatum Iuris cap 15. num. 12.* Nam licèt hoc sit verum in rigore verbi, & modi loquendi canonum, qui Sacerdotem vocant presbyterum, & ordinem Sacerdotij, ordinem Presbyteratus; tamē ex communi vsu loquēdi hominum, hoc nomen Presbyter conuenit cum alijs Clericis, & omnes Clericos vocamus, *Preti*, quod vocabulum trāsferunt Notarij Presbyteros: videte *Viuianum lib. 6. Praxis cap. 6. num. 37. & seqq.* Vnde
216 etiam hoc casu quando dicitur, quod *præsentetur Presbyter*, nisi alia verba

contrarium suadeant, neque Capellania erit sacerdotalis, quidquid contrarium videatur velle *Moneta loco supracitato num. 138.* Ideo non placet opinio, circa cuius probationem valdè insudat *Perez citato cap. 5. nu. 11.* loquens in casu, quo fuerit dictum, *instituatur Capellanus, vel Sacerdos*, quòd eo casu & si nō requiratur, vt actu sit Sacerdos, tamen præsentandus debet habere aptitudinem ad presbyteratum, quia vt diximus, (Iy) Sacerdos est idem quā Capellanus, & sic, si secundum eumdem quando dicitur, quod *præsentetur Capellanus*, potest eligi quilibet tonsuratus, ergo etiam hoc casu.

Infertur tertiò, quòd ex eo, quia in fundatione di-
217 catur, *Capellanum debere celebrare diuina officia*, Capellania neque erit sacerdotalis, quia neque ex illis verbis adstringitur Capellanus per se ipsum missas celebrare, sed tantùm denotatur obligatio, & onus, quod fundator imponit Capellaniam obtinenti: ita fuit resolutum in Sacra Congregatione Concilij, & refert *Quaranta verbo, seruitium Capellaniæ* his verbis: *Si fundatio Capellæ esset sub verbis testatoris; quòd Capellanus debeat celebrare diuina officia die nocteque, sicut cæteri Capellani faciūt, An Capellanus hic debeat esse Presbyter? Congregatio censuit, ex his verbis positis in fundatione huius Capellæ non inferri necessariò, vt Capellanus debeat esse Presbyter.* Et confirmatur à Rota in Romana Capellan. 23. Ianuarij 1589. coram Pamphilio, quam refert *Riccius part. 1. Praxis decis. 202 & Moneta supracitato num. 138.* Item in Palentina Capellan. 28. Ianuarij 1613. coram Buratto, quæ est *decis. 635 part. 2. recent.* Et si autem hoc casu possit per aliū missas celebrare, non tamen per alium potest celebrare diuina officia, vt patet ex decis. Aquilana Capellaniæ 26. Martij 1629. coram Merlino, quæ cantat vt sequitur.

In fundatione Capellaniæ, quam D. Leonardus obtinebat, cauebatur, quòd Capellani pro tempore teneantur celebrare in eadem Cappella missam vnam quolibet die, & inseruire omnibus horis Canonicis in choro, & associare Confratres Sancti Caroli in omnibus functionibus, & processionibus publicis, toties quoties contigerit

exire

exire ab Ecclesia, & ad hoc vt possint participare de distributionibus quotidianis Capituli Aquilani, prout ceteri Capellani inseruientes participant de annuis reditibus pro dote assignatis, soluere teneantur Capitulo prædicto quolibet anno ducatos quadraginta de Regno, pro qua solutione Capitulum è conuerso teneatur darè ipsis Capellanis distributiones solitas dari alijs Capellanis dictæ Ecclesiæ inseruientibus; cùm autem dictus Leonardus prætenderet se posse dictæ Capellaniæ inseruire per substitutum, dato super hoc dubio Domini responderunt, quò ad celebrationem missarum posse per alium inseruire, quò ad reliqua verò nequaquam.

Fundamentum autem Do-
218 minorum quò ad primam partem resolutionis fuit, quia cùm non fuerit expresè dictum, quòd Cappellanus teneatur celebrare per se ipsum, vtique potest celebrare per alium, Lap. allegat. 35. & 117. num. 2. Gonzal. ad reg. 8 glos. 5. num. 75. cum sequ. Garz. de benefic. part. 7. cap. 1. num. 86. 87. 92. & 93. & seq. Gratian. decis. March. 155 num. 4. & discept. forēs. cap. 133. num. 1. & pluries fuit in Rota resolutum, vt in Romana Capellania 2. Ianuarij 1589. coram Cardin. Pamphilio relata per Garz. vbi supra num. 94. & decis. 635. num. 2. & seq. & decis. 719. num. 3. in fin. part. 2. recentior. & decis. 108. num. 5. & ibi Adden. num. 15. coram S. M. Gregor. XV. & idem censuit Sacra Congregatio, vt refert Marchesan. de commiss. part. 1. fol. 140.

219 Quò verò ad secundam partem moti sunt ex eo, quia omnia beneficia, quæ in titulum conceduntur, etiamsi sint simplicia de iure communi residentiam requirunt cap. ad hæc de præben. Abb. in cap. cùm ad hoc num. 5. de cleric. non residen. Rebuff. in Praxi benefic. in tit. de dispens. non residen. nu. 7. & fuit dictum in causa Maceraten. Parochialis 14. Martij 1575. coram Orano.

Et quamuis hoc hodie non procedat, attenta generali cōsuetudine, secundùm quam Capellani huiusmodi simplicibus Capellanijs, personale aliquod seruitium impendere minimè tenentur, sed illi per substitutum inseruire valent. Felin. in cap dilectus il 2. num. 1. de rescript & in cap. cùm omnes sub num. 3. de constit. Gratian. d. decis. March. 155. num. 2. Gonzal. ad dictam reg. 8. glos. 5. num.

80. & glos. 15. num. 76. Rota decis. 483 num 2. part. 1. diuers. & in Virdunen. Canonicatus 23. Februarij 1587. coram Gypsio, & in alijs relatis per Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 3. & seq. vbi num. 8. & 9. refert etiam declarationes Sacræ Congregat. Concilij, & dicta par 7. cap. 1. num. 89. Nihilominus ista generalis consuetudo locum sibi non vindicat, vbi viget specialis consuetudo, statutum, vel constitutio in contrarium Innocen. in cap. fin. in princip. & ibi Abb. num. 3. Calderin. sub num. 1. de Cleric. non resident. Gonzal. d. glos. 5. num. 100. & 107. & fuit dictum in Calaguritana Beneficij 20. Iunij 1588 coram Cardinal. Pamphilio, & in Burgens. residentiæ 16. Decembris 1585. coram Robustello; nec quando apparet fundatorem aliter voluisse, potest enim ille etiam huiusmodi simplicibus Capellanijs residendi onus adijcere, cum illud dispositioni sit conforme, vt tradit Perez de Anniuers. lib. 2. cap. 8. num. 1. & 2. & apertè etiam sentiunt Doctores, & decisiones superiùs allegatæ.

120 *In proposito verò satis visum fuit constare de fundatoris mente, ex eo quod voluit Capellanos teneri interuire omnibus horis Canonicis in choro, & debere participare de distributionibus quotidianis, prout cæteri inseruientes participant, hæc enim verba videntur saltem tacitè importare residentiam personalem, ita vt idem, ac si illa fuisset expresiè iniuncta, vt per Perez loco supracit. num. 72. & ex illo verbo (associare) quod de sui natura, & propria significatione videtur pariter importare associationem per se ipsum, & non per alium.*

Nec prædictis visum fuit obstare, quòd Capitulum noluerit dictos annuos ducatos 40. de Regno acceptare, & dictum Leonardum ad quotidianarum distributionum participationem admittere; quoniam de aliqua oblatione ipsi Capitulo facta, & asserta recusatione nullibi constat, nihil enim fuit datum in sumario Leonardi ad hoc probandum, & ita decisum, &c.

121 Quæ tantò magis erunt vera, vbi fuit iniunctum, vt adiuuet dictus Capellanus Parochum in cura animarum, quia tunc non solùm obligabitur ad residentiam, sed debet esse Sacerdos: *Pilliuccius tract. 41. de benefic. cap. 1. num. 15. ad medium*, vti sunt Capellaniæ in

Ciui-

Ciuitate Capuæ, de quibus mentionem fecimus supra
222 *quæst. 3 à num. 26.* Est bene verum, quòd in tali Capellania non habet locum concursus, sicut in Ecclesijs Parochialibus, vt de Canonicis, & Hebdomadarijs, qui exercent in Collegiata, vel etiam in Cathedrali habentibus curam animarum, testatur *Barbosa de officio & potestate Parochi cap. 2. à num. 26.* Secùs est in Capellano constituto à Sùmo Pontifice, videte ibidem.

Infertur quartò, Neque Capellaniam dici posse sacerdotalem, ex eo quod fuit
223 dictum, vt *instituatur Capellanus, vel Sacerdos, qui celebret per se, vel per alium tot missas.* Quidquid aliquibus Doctoribus cõtrarium videatur veriùs, quia volunt nequaquam per dicta verba excludi qualitatem Sacerdotij, sed potius includi, & dari facultatem in casu impedimenti, vt possit talis per alium deseruire, vt est videre apud *Monetam citato cap. 10. num. 139.* Eò enim ipso, quòd dedit facultatem celebrandi per alium, fumus extra casum declarationis Sacr. Congregationis, vbi requiritur, vt *Cautum sit in fundatione, quòd Capellanus personaliter, vel per se ipsum missas celebret*, ad hoc vt Capellania habeat ordinem sacerdotij necessariò annexum.

Hæ sunt illationes pro negatiua, nunc addendæ sũt similes illationes pro affirmatiua, & relata declaratione, quòd *habens talem Capellaniam non teneatur promoueri ad Sacerdotium, nisi in fundatione cautum sit vt Capellanus personaliter, vel per se ipsum celebret Miss.* Non sequitur ergo, quando non reperiuntur in fundatione ista præcisa verba, neque Capellania esse
224 poterit Sacerdotium necessariò requirens: Verba enim quę præsupponunt regulariter non disponũt *Felinus in cap. sedes col 8. de rescriptis, Rota part. 1. diuersor. decis. 108. num. 3.* Et
225 censentur posita dicta verba loco exempli, *l. damni la 2. ff. de damno infecto*, non debent restringere; sed declarare, vt habetur in eodem textu. Quotiescunque igitur ex verbis fundatoris constat, quòd ipse velit vt Capellanus per se ipsum, & personaliter Missas celebret, & si per alia verba, tunc erit sacerdotalis Capellania, requirens ordinem sacerdotij in

illam

illam obtinente.

Vnde sequitur primò, Capellaniam esse Sacerdotalem, quando fundator vti-
226 tur verbis negatiuis, *Non præsentetur nisi Presbyter, vel Sacerdos; vel non præsentetur qui non fuerit Sacerdos, sed præsentetur Presbyter.* Ita *Perez lib. 2. de Anniuersarijs, & Capellanijs, cap. 5. à num. 20.* estque iuxta doctrinam *Lambertin. lib. 2. quæst. 7. primæ partis principalis art. 3. num. 8.* qui in eo casu, vbi iubetur præsentari Capellanum, vel Sacerdotem, qui missas celebraret, facit istam distinctionem: Aut fundator nominando Sacerdotem etiam vltra processit, prohibendo vt alius omninò non præsentetur nisi Sacerdos: Aut nequaquam vltra processit, prohibendo, &c. Primo casu est Sacerdotalis, non autem secundo casu. In his terminis habemus decisionem Rotæ in Mediolanen. beneficij 17. Decemb. 1612. coram *Caualerio, quæ inter eius impressas est 231.* quam hic transcribere non pigebit: sonat igitur vt sequitur.

Domini resoluerũt pro informante purgatis attentatis, Couum esse instituendum, nõ obstante præsentatione facta de aduersario ab altera medietate patronorum, & moti sunt, quia Couus in ipso actu præsentationis habebat qualitatem Sacerdotij requisitam in fundatione Iurispatronatus videlicèt, quòd ad hanc Ecclesiam non possit, nec debeat præsentari, & eligi aliquis, qui non fuerit in Sacerdotio constitutus, & electio, seu præsentatio, & institutio aliàs facta, nullius sit roboris, vel momenti. Vnde intrat regula,
227 *quòd qualitas adiecta verbo debeat regulari secundùm tempus verbi, l. in delictis §. 1. ff. de noxalibus, l. Tutio, vbi Bart. de militari testamento, Decius cons. 5 num. 4. & cons 480. num. 8. Puteus decis 48. lib. 2. secundùm nouam impressionem, & in terminis, quòd requiratur Sacerdotium actu, Barbat. cons. 33 num. 8. vers. modo dicitur & num. 9. post medium libr. 2. Lambertinus, &c. Quòd autem Couus esset actu Sa-*
228 *cerdos de tempore præsentationis apparebat ex litteris patentibus sacri ordinis presbyteratus sibi collati ab Archiepiscopo Mediolanen. de anno 1606. & sic longè ante præsentationem, quæ fuit de anno 1611. Cùm Dominus Pirrouanus aduersarius esset simplex Clericus de tempore*

sua

229 *sua præsentationis, & sic inhabilis propter decretũ irritans in fundatione appositũ, & ideo licèt etiã ipse esset præsentatus ab altera medietate vocum propter suã inhabilitatem præferendus erat ei Couus habilis, & actu Sacerdos, & illa præsentatio de inhabili perinde habetur ac*

230 *si facta non fuisset, & sola præsentatio de habili attenditur, etiam quòd esset præsentatus ab vno vel à minori parte patronorum, quia totum ius est illius, qui præsentauit habilem, nec fit deuolutio ad superiorem, cap. dudum, & cap. seq. post princip. & cap. congregato de electione. Neque præsentantes excusari possunt, si ignoranter inhabilem præsentarunt, quia tenebantur scire ordinem, seu qualitatem requisitam in fundatione testatoris, nec debent abuti concessione sibi facta, Lambertin. dicta quæst. 10. num. 23. Præterea pro parte Coui dicebatur, fuisse elapsum quadrimestre de iure competens ad præsentandum. Vnde licèt patroni, qui præsentauerunt D. Pirouanum, potuissent durante dicto quadrimestri variare, tamen cùm alium non præsentauerint, præualere debet præsentatio Coui, tamquam de persona habili, & sic esset ius quæsitum, ex quibus resultat quòd licèt Pirouanus etiam ipse habeat prouisionẽ Apostolicam, tamen ei non suffragatur, propter clausu-*

231 *lam, Dummodo non sit alteri ius quæsitum, quæ præseruat ius Coui non solùm in re, sed etiam ad rem, &c. Vnde licèt Papa concesserit D. Pirrouano annum ad promouendum, tamen non intellexit tollere ius quæsitum Couo per lapsum quadrimestris*

232 *&c.* Secùs esse quando fundator dixerit, *præsentetur Sacerdos, & non alius*, docet *Perez. loco supracitato sub num. 27.*

Sequitur secundò, esse quoque Capellaniam Sacerdotalem, quando à fundatore fuerit dictum, *ad Ca-*

233 *pellaniã debeat præsentari vnus Sacerdos bonæ conditionis, & famę Presbyter secularis.* Ita Rota Romana apud *Seraph. decis. 871.* Idem erit dicendum, vbi dicitur *quòd præsentari debeat Capellanus de sua linea masculina, & ea deficiente de linea faminina, etiam si sit Clericus prima tonsurę, & vtraque deficiente, extraneus, qui tamen sit Sacerdos*: nam tunc respectu extranei, Capellania erit Sacerdotalis, ita quòd qualitas Sacerdotij requiratur de tempore præsenta-

sentationis: ita per eamdem Rotam in Monopolitana, quæ est *decis. 19. apud Praxim Viuiani num. 7. vers. præsuppositis*. Rursus idem esse dicendum vbi mandauit fundator, quòd præsentetur Capellanus, vel Sacerdos, *qui missam celebraret, & celebrare deberet*, præsupponit pro certo Rota apud *Canalerium decis. 436. in fine*. Quòd tantò magis erit verum vbi dictum fuit, quòd præsentetur actualiter Sacerdos, vel in Sacerdotio constitutus, *Viuianus libr. 6. cap. 6. Praxis num. 43. & ante eum Quaranta verbo seruitium Capellaniæ ad finem, Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs, libr. 2. cap. 5. num. 20.* Vbi enim verba sunt clara non egemus interpretatione vulgatis iuribus.

Secunda difficultas in hac
234 materia esse potest. An vbi ex fundatione beneficiũ seu Capellania est iam Sacerdotalis; satis sit præsentatum esse in ea ætate, vt temporibus iure præscriptis intra annum possit fieri Sacerdos? *Azorius citato libr. 6. cap. 24. quæsito 4.* respondet distinguendo inter Capellaniam de Iurepatronat. Ecclesiastico, & Capellaniam de Iurepatron. laicali. Primo casu, inquit, sufficit si præsentatus sit in ea ætate, vt possit intra annum ascendere ad ordinem presbyteratus. Secundò verò casu, subdit ipse, debet esse actu Sacerdos, quando præsentatur: hanc opinionem accepit *Azor. à Lambertino*, & illam sequitur *Genuensis in sua Praxi, vt refert Paulus Squillantes cap. 4. de priuilegijs Clericorum num. 22.* qui numeris sequentibus refert circa hãc difficultatem duas alias opiniones, nempè *Garziæ*, qui alio modo distinguit, scilicet, aut verba respiciunt tempus præsentationis, vel non. Primo casu erit Capellania actu, secundo verò erit tantùm habitu, & *Gonzales, ac aliorum*, qui simpliciter asserunt, quòd *quãdo fundator facit Capellaniã Sacerdotalem, vel dicit quòd præsentetur Sacerdos, & non alius, qui per se ipsum celebret, & non per substitutũ*, adhuc sufficiat, quòd præsentandus sit in tali ætate, vt infra annum Sacerdotali charactere insigniri possit, nisi expressè caueatur in fundatione, *vt Capellanus præsentandus sit actualiter Sacerdos, uel in Sacerdotio constitutus*. Huic opinioni ipse *Squillantes* adhæret, estque

estque opinio *Quarantæ citato verbo seruitium Capellania vers. prædicta sunt intelligenda, &c.* Nec iudicio nostro differt ab opinione *Garziæ*, nisi in exemplificatione verborum fundatio-
235 nis, quia ipse putat, quòd respiciant tempus præsentationis, quando dicitur, *præsentatur Sacerdos, vel Capellanus qui Missam celebret*, quæ idem sonant, quàm illa verba secundæ partis nostræ opinionis, *vt Capellanus præsentandus sit actualiter Sacerdos, vel in Sacerdotio constitutus*, cùm ipse est, qui missam celebret actu, congruit etiam casus decis. Mediolanensis apud Cauallerium relatæ supra num. 226. ibi, *qui non fuerit in Sacerdotio constitutus*. Eò magis, quantò quòd verbis negatiuis fuit expressa ad notata per *Perez citato*
236 *cap. 5. à num.* 20. Quòd ex verbis illis, *Reliquit pro subsistentatione vnius Clerici, qui eidem Capellæ deseruiat in Diuinis*; & post pauca, *quòd beneficium obtinēs, pro tempore certas missas qualibet hebdomada celebrare debeat*, non intelligatur habitus respectus Sacerdotij ad tempus præsentationis, patet ex decis. Rotæ illorum de Capizucchis, & refert *Moneta loco supracitato nu. 138.* idem asserit *Viuianus libr. 6. Praxis cap. 6. num. 47. & sequent.* Vbi dictum fuit 1. *quod Missæ celebrentur per Rectorem*, vel quod *præsentatus ministret in ordine sacerdotali*, qui *num. 42.* idem putat in casu, de quo supra illatione 3. vbi dictum fuit, quòd *Capellanus celebrare debeat officia diuina die noctuque*.

Adde, quòd in casu, quo sufficit quem esse Sacerdo-
108 tem habitu, non est omninò certum, quòd sufficiat esse in ea ætate, vt infra annum possit ascendere ad ordinem presbyteratus, vt dicitur de Parochiali beneficio, aut dignitatibus, & Canonicatibus iuxta dispositionem expressam Sacri Concilij Tridentini, de qua per *Lessium lib. 2 de iustitia cap. 34. dub. 19. & Filliucetium tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis à num. 23, Barbosa de Officio, & Potestate Parochi cap. 5.* prout innuūt authores supracitati, quòd admittit *Lessius ibidem num. 97.* etiam in Capellania Sacerdotali actu, quando ex longa consuetudine fuit rigor actualitatis mitigatus. Sed requiritur vt præsentatus tempore præsentationis sit in ea ætate, quam

annexus ordo requirit, ve puta si Capellania est sacerdotalis, debet attingere vigesimum quintum annum iuxta *Clem. vnica de ætate, & qualitate ordinãdorum, cap. cum in cunctis de electione, cap. licèt Canon eod. tit. de electione in 6.* Et non sufficit esse proximum anno vigesimo quinto, glos. in *cap. eique, verbo ætate de præbendis in 6. quam ibi sequuntur Ioan. Andreas num. 5. Butrius num. 12. Geminianus num. 10. Francus num. 13. Abb. in d. cap. in cunctis §. inferiora num. 10. & ibi Decius in 4. notabili, & num. 11. & in consil. 172. in fine, & 542. num. 3. vers. Quarto quia, Romanus cons. 32. in princip. vbi Addentes, latè Rolandus consil. 47. num. 57. cum seqq. lib. 1. Lambertinus lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 29. sub num. 4. vers. subdo etiam, & fuit resolutum in causa Romana Capellania, 14 Nouembris 1588. coram Paulphilio, & in Abulensi Capell. 19 Nouembris 1599. coram Seraphino.* Accedat diuer-
238 sitas inter Beneficia, alia requirentia dictum ordinem à iure etiam, & beneficia parochialia, nam in illis non incurritur pœna priuationis ipso iure, sicut in istis, quando intra annum, vel alio tẽpore debito illa obtinẽtes, absque legitimo impedimẽto, non susceperunt sacrum ordinem, & si alia incommoda incurrant, de quibus *Lessius supraeit. cap. 34 num. 105.* Quod est verum etiam si illa beneficia curam habeant animarum annexam, dummodo non sint Parochialia, *Filliuccius supracitat. cap. 5. num. 23. vers. 2. ad Pargtiam, latè Barbosa eod. tract. de Officio, & Potestate Parochi cap. 5. num. 33. & seq.*

Quæres pro complemento huius materiæ, Primò an possint dari casus, quòd Capellania sit ex fundatione sacerdotalis, tamẽ possit cõferri non solùm non sacerdoti, sed etiam non habenti ætatem, vt supra explicãtum fuit? Respondetur affirmatiuè. Primus casus est,
239 quando ex antiqua obseruantia fuit collata non sacerdoti, & non habenti ætatem, non solùm enim in dubio, an Capellania sit sacerdotalis nec ne, obseruãtia anteriorum præsentationum potissimum attendi debet: *Parisius consil. 50 num. 19. lib 4. Rota in Recanatensi beneficij 14. Martij 1608 coram Lancellotto vers. quòd eo magis, vbi aliæ decisiones allegantur.* Sed etiam quando

do ex fundatione id constat: sicut enim longa consuetudo potest derogare legi, ita & fundationi, quæ habet vim legis: ita *Leſſius libr. 2. de iuſtitia cap. 34. num. 97. Moneta de commutat. vltimarum voluntatum cap. 10. num. 138. Barbosa de Officio, & Potestate Episcopi allegatione 24. num. 37. Gonzales gloſa 5. in reg. 8. Cancellariæ, in principio num. 85.* vbi ad hoc refert dec. coram Mantica. *Viuianus lib. 6. cap. 6. Praxis Iuriſpatronat. num. 37.* Qui *num. 61. & ſequentibus*, poſt alios aduertit, curſu quadraginta annorum beneficium Sacerdotale poſſe fieri non ſacerdotale, & è contra; modò addimus nos, quòd infra hoc tempus plures præſentationes de Clericis præceſſerint factæ animo, & intentione mutandi ſtatum, vt ſupra *Praxi III.* dictum fuit in ſimili de mutatione ſtatus de hæreditario in gentilitium, & è contra, vnde ex eo quia vna vice, non fuit præſentatus Sacerdos iuxta legem fundationis, non cenſetur perpetuò ſublata dicta qualitas, vt notat *Perez lib. 2. de Anniuerſarijs, & Capellanijs cap. 5. num. 32.* Intellige vbi incontinenti de hac qualitate docetur, aliàs cùm quæritur de beneficij qualitate, attenditur vltimus ſtatus, *Seraphin. deciſ. 1095. num. 3. & 4.* Videte *Genuenſem in ſua Praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, cap. 240 101.* Secundus caſus quando per Pontificem fuit derogatum dictæ qualitati, vt poſt *Mandoſiũ, & alios probat Riccius par. 1. Praxis deciſ. 202. num. 231.* An autem cenſeatur derogatum per clauſulam, *non obſtantibus, &c.* appoſitam in litteris Papæ, affirmat *Azorius par. 2. lib. 6. cap. 8. quæſit. 14. Garzias part. 9. de benefic. cap. 1. num. 17.* dummodo præſentatus ſit in ea ætate, vt ſaltem infra annum poſſit ordinari, &c. Sed rectius noſtro iudicio *Fillinccius tom. 3. tract. 41. de beneficijs Eccleſiaſticis cap. 5. n. 25.* vbi quærit, An Clerico nondum Sacerdoti habenti reſcriptum à Papa, vt quodlibet beneficium etiam curatum ei detur, poſſit dari beneficium ex lege fundationis requirens Sacerdotem actu? & Reſpondet diſtinguendo inter beneficium Iuriſpatr. laicalis, & Iuriſpatron. Eccleſiaſtici. Primo caſu inquit ipſe, non poteſt prætendere dictum beneficium, quia Papa non ſolet derogare inſtitutioni talis Iuriſ-

patron. nisi expresè, nè cæteri retrahantur, &c. Secundo casu, potest illud prætendere ob clausulam, *non obstantibus*, &c. Recole verba vltima decisionis Mediolanens. apud Caualerium relatæ supra num. 226. ibi: *Vnde licèt Papa concesserit D. Pirrouano annum ad promouendum, tamen non intellexit tollere ius quæsitum Couo per lapsum quadrimestris*, quia deseruiunt, vt intelligatur quando etiam derogatio in specie de fundatione talis Capellan. facta iuuet, quando scilicet ius non fuerit quæsitum alteri actu Sacerdoti præsentato, &c.

Dixi, *per Pontificem*, quia tali institutioni post Concilium non est probabilis opinio *Perez de Anniuersarijs*, & *Capellanijs lib. 2. cap. 5. à num. 28.* & aliorum, qui volunt, quòd de consensu patroni saltem vna vice possit Episcopus derogare huic qualitati, conferendo non Presbytero. Nam dictum *Concil. sess. 25. cap. 5.* hoc prohibuit Episcopis, & ideo ita censuit S. Congregatio Eminentissimorum Interpretum eiusdem Concilij, ac etiam Rota apud Garziam vt refert & testatur *Fillius tomo 3. tract. 41. de beneficijs Ecclesiasticis, cap. 1. num. 15. ad medium*. Et antea de hac re consulendam esse Sacram Congregationem dixit *Quaranta in summa, verbo seruitium Capellania ad finem*. Petes an si institutio cantet pro sacerdote de familia, nec vlterius processit fundator, prouidendo in casu defectus, & in familia non adsit, nisi Clericus, possit præsentari Clericus, vel debeat præsentari Sacerdos extraneus. Idem dubium potest fieri, vbi fuerunt vocati Sacerdotes, de aliquo loco particulari naturales; an ibi non existente Sacerdote qui possit præsentari, debeat fieri præsentatio de extero? *Perez libr. 2. de Anniuersar. & Capellanijs cap. 4. num. 112.* videtur distinguere, loquendo in casu simili vbi non reperiuntur habentes qualitatem sanguinis requisitam per fundatorem. Ex quibus etiam decidendam esse hãc difficultatem putamus: Aut fundator id iussit per verba affirmatiua, præsentetur Sacerdos de familia, vel per verba negatiua non præsẽtetur Sacerdos extraneus, vel exterus. Primo casu præsentãdi sunt Sacerdotes extranei, vel exteri; quia tunc potius Sacerdotium,

tium, quàm consanguinitatem respexisse videtur fũdator. Secundo casu verò præsentandi sunt consanguinei, vel originarij, & si non sacerdotes, quia testator maiorem affectionem videtur per verba illa negatiua habuisse ad consanguinitatem, & ad suos conciues, quàm ad Sacerdotium: intellige nisi aliud Ecclesiæ necessitas minimè suadeat, ad tradita per eumdem *Perez loco citato cap. 5. num. 32.*

Quæres secundò, an existente Capellania Sacerdotali, quia fundator iusserat per se ipsum Capellanum, vel personaliter missas debere celebrare, aut alia verba æquipollentia, iuxta ea, quæ diximus supra *vers. Ha sunt illationes, &c.* adhuc
142 teneatur Capellanus per se ipsũ celebrare dictas missas, ita vt non possit id efficere per substitutum, & videtur dicendum, quòd adhuc possit deseruire per substitutum, ex quo istud sit beneficium simplex, quod ex generali consuetudine non requirit residentiam, vt dicitur à Rota in supra relata decis. Aquilana; *num. 119.* nisi expressè constet de contraria mente fundatoris; sed si non posset celebrari facere Missas per substitutum, ipse remaneret obligatus ad residentiam; ergo accedant verba decisionis in Terdonen. Capellaniæ coram Caualerio, quæ inter eius impressas est *decis. 551.* vbi ponitur casus, in quo à fundatore residentia iubetur, & tamen decidit, illum Capellanum potuisse deseruire per substitutum. Verba sunt ista, *Secunda erat oppositio, quòd gratia Oratij esset subreptitia, quia non fuit expressum, Capellaniam requirere residentiam, sed responsum fuit, beneficium istud esse simplex, & sine cura, vt deponunt testes, nec ex fundatione id col-*
143 *ligitur. Licèt enim in ea caueatur, vt Capellanus præsentandus debeat continuò residere in terra Vicqueriæ, & teneatur singulis hebdomadis in altari Capillæ celebrare Missas. Tamen hæc non expressio huius qualitatis nõ*
144 *visa fuit talis, quæ potuisset retrahere Papam à concessione gratiæ, & propterea non inducere talem subreptionem, quæ gratiam annullaret, Mobed. decis. 14. de præbend. Cardinal. Seraphin. decis. 483. Neque contra facienti fuit apposita pœna priuationis tituli beneficij, & sic dicta residentia non videbatur*

tur præcisa sed causatiua; *vt fuit dictum in Casalens. Canonicatus coram Manzanedo confirmata 5. Iunij prateriti coram Remboldo*: *Nec præsentandus prohibitus erat adimplere per substitutum*, *Lapus allegatione 35. num. 2. & allegatione 117. num. 2. cum pluribus allegatis in Palentina Capellaniæ*, *29. Ianuarij 1615. coram R.P.D. meo Buratto*. De hac conditione residentię in Capellania quomodo obliget, videte *Perez lib. 2. de Anniuersarijs & Capellanijs cap. 8.* Non tangit tamen an ex isto onere residentiæ resultet, quòd Capellania sit Sacerdotalis, nec ne; dicimus tamen, quòd talis erit si iuxta secundam illationem supra à nobis positã ad eam vocetur Sacerdos, vel Presbyter, & non aliàs.

His tamèn non obstanti-
245 bus contrarium percipitur clarè ex verbis decisionis Aquilanæ supra relatæ, ibi: *Fundamentum autem dominorum quò ad primam partem resolutionis (scilicèt quò ad celebrationem Missarum posse per alium inseruire) fuit, quia cùm non fuerit expresiè dictum quòd Capellanus teneatur per se ipsum, vtique potest celebrare per alium*, *Lapus*, *&c.* Ergo quando fuit dictum quòd per se ipsum celebret, non potest per alium. Vnde Sacra Congregatio declarauit *non posse Episcopum cogere*, *vt Capellanus ipsemet celebret*, *licèt in fundatione disponatur*, *quòd Capellanus celebret*. *Nam huiusmodi oneri Missarũ rectè per substitutũ satisfit:* vt refert *Fagundez citato libr. 3. in primum præceptum Ecclesiæ cap. 9. sub num. 3.* intelligi debet in casu, vbi in fundatione non reperiuntur dicta verba, *per se ipsum*, *& personaliter*; vt benè *Fagundez loco supra allegato num. 5.* Quando non adsunt dicta verba, vel aliàs voluntas fundatoris liquidò appareat, censetur id remissum arbitrio Ordinarij, *Layman lib. 4. tract. 2. cap. 14. num. 2.* agit etiam de hac re *Riccius part. 4. Praxis resolut. 101.* An autem hoc casu si fuerit impeditus ratione infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti teneatur per alium celebrare infra *quæst. 7.* explicabimus. Nunc aliqua essent subijcienda de probatione huius ordinis presbyteratus ad effectum iustificationis gratiæ, vel obtinendæ institutionis. Sed quia id colligi potest ex his, quæ diximus supra hac eadem

dem *Praxi num. 27. cum egimus de probatione Clericatus*. Vbi non solùm habetis quòd probetur ex literis patentibus ordinantis Episcopi (vt in specie de hoc ordine, habetur in Mediolan. quę est 231. apud Caualerium, quam supra retulimus, & in Melfiten. Legati pij 24. Ianuarij 1629. coram Dunozetto infra referenda quæstione sequenti in principio, & sæpè in alijs decis. sed etiam quòd probetur per testes de communi reputatione; quibus illic allgatis adde, quòd ad hoc sufficiat vnus testis, qui deponat, se vidisse talem celebrare missam, habetur in Conchen. Beneficij, quæ est *decis. 48. apud Viuianum*. Quomodo autem probetur quòd aliquis non sit Sacerdos ad finem gratiæ obtentæ, ex eo quòd aduersarius non sit Sacerdos iuxta legem fundationis, in qua adsit clausula irritans, aliàs enim non est priuatus ipso iure, sed venit priuandus Capellania, vt patet ex supradictis. Habetis in Basilien. Canonicatus 17. Martij 1631. coram Dunozetto, ibi: *Præterea gratia non iustificatur in illa parte, in qua fuit narratum, quòd Franciscus resignans nullos*

247 *sacros ordines haberet, quæ qualitas ita narrata, etiam quòd consistat in negatiua, regulariter venit probanda, maximè quando prout hic, est fundamentum gratiæ, Gabriel de probat. conclus. 6. in princip. Rota coram Sanctiss. Mem. Gregor. XV. decis. 13. num. 8. & ibi Adden nu.*

248 12. *Nec obstat, quòd Simeon habeat præsumptionem Iuris per se, secùndùm quam quis non præsumitur in sacris constitutus nisi probetur, cùm sit quid facti. Rota decis. 756. num. 4 part. 2. recent. maximè concurrente prouisione executoris, qui cùm fuerit Ordinarius, bene præsumitur informatus de qualitate Francisci resignantis; Felin. in cap. ad aures, num. 15. vers. quæ non cadit de rescript. Seraph. decis. 1026 num. 3. Quia secundùm opi-*

249 *nionem, quam seruat Rota quilibet tenetur probare intentionem suam non per præsumptiones, sed plenè & concludenter. Achill decis. 1. de probat. Seraph. decis. 1171. num. 1. & 2. quod tanto magis procedit in præsenti casu, in quo Papa post narratiuã partis fecit gratiam conditionalem, ibi: Mandamus, vt si dictus Franciscus in nullo ex sacris ordinibus constitutus existat, &c.*

Quan-

Quando autem præsentatio sub conditione obtinendi à Summo Pontifice dispensationem super ista qualitate presbyteratus subsistineatur, patet ex dictis supra hac eadem *Praxi à nu. 40.*

§. VLTIMVS.

De causis ex quibus vbi plures sunt præsentati ad Capel. lan. de Iurepatr. vnus potius sit instituẽdus, quàm alius.

250 *Præsentatus à maiori parte patronorum quando sit alijs præferendus, & nu. sequenti. Quæ nam dicatur maior pars ipsorũ, num. 263.*

252 *Scientia maior an attendenda in beneficijs simplicibus.*

253 *Pauper an sit præferendus diui idoniori.*

254 *Aetas maior an sit causa prælationis in benefic. institutione.*

255 *Sacerdos antiquior an præferendus iuniori.*

256 *Obligatio instituendi vnũ ex præsentatis potius quã alium, an sit quò ad forum exterum. Quid quò ad forum conscientiæ, num. 260.*

257 *Consanguineus testatoris vel de eius familia, an debeat alijs extraneis præferri, vbi ille non est vocatus. quid si fuit vocatus, num. seq.*

259 *Originarius quando præferatur extero.*

261 *Idoneum præferens idoniori in beneficij simplicis collatione, an peccet.*

262 *Idonior vbi ex lege fundationis, vel constitutionis Ecclesiæ est præferendus, Quis talis dicatur, & num. 264.*

PRæsupponimus tales esse præsentatos vel ab eodem patrono variando, vel à diuersis, sed æquali numero, 250 cum certum sit, præsentatum à maiori parte patronorum fore instituendũ, dummodo sit idoneus, licèt alij sint idoniores. *cap. 3. vbi glosa verbo qui maioribus de Iurepatronat. & ibi Ancharan. num. 3. in 3. notabili, Cardin. in 6. not. & in 5. quæst. Butrius num. 1. & 18. Anania num. 3. in 2. notabili, Abb. num. 4. in 3. notabili, & num. 15. in fine, Beroſ. num. 21. cum plurib. sequentibus, Peregrinus conſ. 33. num. 1. vbi de communi, Palleott. deciſ. 82. aliàs 435.*

435. *num. 1. & 2. libr. 3. part. 3. diuersor. & fuit resolutum in Pampilonen. Rectoria 19. Decembris 1586. coram Orano, in Forliuien S. Mercurialis 10. Iunij 1587. coram Bubalo, Tullen. Capellan. 16. Iunij 1595. coram Orano, Calaguritana dimidiæ portionis 29. Ianuarij 1596. coram Penia, Calaguritana beneficij de Victoria 28. Iunij 1613. coram Pamphilio.* Vbi quòd hoc casu nihil attenditur præsentatio facta à minori parte.

Dixi, *dummodo sit idoneus*, 251 quia si non est idoneus, & est elapsum tempus ad alium præsentandum, tunc veniret instituendus præsentatus à minori parte si fuerit idoneus; *cap. dudum el 1. vbi DD. præsertim Abb. nu. 10. vltimo notabili de electione, Roccus verbo honorificum, quæst. 16. num. 43. Lambertin. libr. 2. part. 3. quæst. 4. art. 5. num. 2.* Et fuit resolutum in Pampilon. Paroch. 23. Ianuarij 1591. coram Bubalo, & in Lucana Plebis 29. Aprilis 1591. coram Gipsio, & patet in Mediolanensi coram Caualerio relata supra num. 230.

Et quærimus de alijs causis, ex quibus in Capellanijs simpliciter fundatis absque alicuius qualitatis adiectione, an potiùs vnus ex cõcurrentibus, quàm alius debeat institui; *Illephonsus Perez lib. 2. de Anniuers. & Capellanijs cap. 3.* format simile quæsitum, & Primam causam prælationis affert, 252 esse maiorem scientiam litterarum; vbi subdit, literatum præferri debere nobili ignaro cum alijs eruditionibus, quæ & si sint verissima in Theorica; tamen in praxi pro istis beneficijs simplicibus, non inspicitur quis sit maioris doctrinæ, vbi interueniunt qualitates præponderantes. Rota in Salamantina Capellaniæ del vodo 13. Nouembris 1585. coram Orano, & in Pampilonen. Beneficij de Nuarte 19. Decembris 1597. coram Litta. Aduerte tamen, quòd hęc Praxis non procedit vbi vnus ex præsentatis ipse solus fuit per examinatores synodales approbatus ad beneficia curata, quia ei etiam debetur beneficium simplex, ex motu proprio Clement. VIII. Et fuit resolutum in Calaguritana beneficij de fuemaior 13. Februarij 1612. coram Penia, & 22. Aprilis 1613. coram Sacrato.

Pro secunda causa prælationis ponit paupertatem,
253 subdens, pauperem idoneum præferendũ esse diuiti idoniori; quibus illic allegatis adde, quòd ita fuit dictum in Calaguritana Capellæ 13. Maij 1588. coram Orano, & Salamantina Capellæ del vodo 3. Iunij 1583. coram Vicecomite & Pampilon. beneficij de Nuarte 19. Decembris 1597
254 coram Litta. Pro tertio casu de ætate, adde quod dignior non est censendus, ex eo quòd antiquior sit ætate vel Sacerdotio, *Rota decis. 38. num. 2. part. 3. diuers. & decis. 481. num. 1. part. 2. recen. & in Eugubina Paroch. S. Venantij 13. Ianuar. 1623 coram Remboldo*. Placet
255 quod subdit idem *Perez num. 17.* quod non semper præferendus sit actu Sacerdos, vel antiquior, ad notata per *Abb. & alios in cap. 1. & cap. statuimus de Maioritate, & obedientia, Barbat. consil. 26. sub num. 14. vers. ergo huic promoto libr. 1.* Et fuit resolutum in Salamantina Capellaniæ del
256 vodo 3. Iunij 1583 coram Vicecomite, & 13. Nouembris 1585. coram Orano 18. Aprilis 1586. coram Pamphilio, quòd vbi beneficium est Sacerdotale præferatur antiquior Sacerdos, habetur in supracitata Pampilonen. beneficij de Nuarte 19. Decembris 1597. coram Litta. Sed dari possit casus, in quo non Sacerdos præferatur Sacerdoti in Capellania nõ Sacerdotali, & est vbi locus, in quo celebratur Capellania, egeat presbyteris, quia tunc potius deberet dari ei, qui cum hoc titulo posset ordinari, & sic hac occasione locus haberet plures Presbyteros. De originario quòd præferatur forensi, sicut de graduato, vel eo qui est de familia fundatoris, & nobili, quando debeant præferri non graduato, extraneo, & ignobili dictum fuit supra circa casum de præsentato à patrono Ecclesiastico, quando præferri debeat præsentato à patrono laico, præter allegata per *Perez loco supracitato num. 24.* Vide in Hostien. Capellæ 28. Iunij 1600. coram Iusto.

Circa hos casus, & alios quos refert idem *Perez loco allegato*, & prosequitur nouissimè *Barbosa de Officio, & Potestate Parochi cap. 2. à num. 109.* potest dubitari qualis nanque sit talis obligatio

gatio vt supra præferendi vnum alio; respectu ipsius
256 instituentis, an sit tantùm in foro fori, vel etiam in foro conscientiæ. Quòd enim sit in foro fori, patet ex decisionibus desuper factis & supra allegatis pro singulis casibus supra relatis. Et pro casu, quando concurrit qui est de familia, & sanguine fundatoris, quòd cæteris paribus præferatur extraneo idoniori, resolutum fuit in Romana Capellanię 15. Iunij, & 15. Martij 1574. coram Cotta, vbi ille, qui erat de familia fuit prælatus, licèt alius esset doctor antiquior, & Referē da-
257 rius: intellige si is qui est de familia sit etiam idoneus, glosa in cap. neminem vers. suæ possessionis 70. distinct. & in Cæsaragustana beneficij 14. Maij 1594. coram Mantica, vbi quòd descendens ex linea masculina præferatur descendentibus ex linea fœmina; & in Pientina Iurispatron. 16. Maij 1603. coram Litta, & Placentina Capellaniæ 18. Martij 1616. coram Coccino. Quæ procedunt, quando hæc qualitas nō est requisita ex lege fundatoris, vt supra diximus.
258 Quia si id erit ex lege fundatoris, scilicet quòd præsentandus sit consanguineus vt suo loco fuit dictum, talis consanguineus præfertur simpliciter alteri extraneo, etiam quòd habeat ille extraneus alias qualitates, *Gemin. in cap. cum Ecclesia sua num. 5. de præbend. in 6. Anchar. in Clem. quia contingit num. 11. in quæst. notab. de Religiosis domibus. Felinus in tract quando litteræ Apostolicæ, col. 2. vers. dicit, Dominicus Roccus verbo honorificum, quæst. 18. num. 46. in fine vers. limitand. Bald. cons. 38. num. 2. lib. 4.* Et fuit dictum in Cæsaragustana Capellan. 16. Martij 1587. coram Seraphino, vbi etiā quòd hoc casu, & si ille de familia sit beneficiatus, præferatur non beneficiato, & 11. Martij 1588. coram eodē Seraph. in Calagurit. Capellæ. 13. Maij 1588. coram Orano Papien. Parochial. 13. Maij. 1598. coram eodē Orano, Pientina Iurispatr. 16. Maij 1603. coram Litta, in defectu tamen cōsanguinei extraneus potest præsentari, vt in Pientina Capellan. 30. Martij 1597. coram Litta. Sicuti pro casu prælationis originarij extero non solùm habetur in *cap. nullus, & cap. nec immeritis 61. distinctione*. Sed

fuit tentum in Salamantina Capellan. del vodo 3. Iunij, 1589 coram Vicecomite, & 13. Nouēbris 1585. coram Orano, Calaguritana Capellæ 13. Maij 1588. coram eodem, Pampilon. beneficij de Nuarte 19. Decembris 1597. coram Litta. Dicas verum cæteris paribus aliàs secùs, vt fuit resolutum in dicta Pampilonensi Parochial. 12. Decembris 1597. coram Lit-
260 ta. Quòd enim etiam talis obligatio in foro conscientię (quia est ita clarum, cùm etiam neque sit certū an eadem obligatio in his Capellanijs, quæ sunt beneficia simplicia sub peccato mortali) sit præferendi idoniorem idoneo, cùm nemo regulariter obligetur ad id, quod est perfectius, sed tantùm ad id, quod est perfectum, vt liquet ex his, quæ diximus supra *quæst. 2. num. 24.* Qui-
261 bus illic allegatis pro hac opinione excusante à peccato instituens idoneum prætermisso idoniori, adde *Iulium Lauoritū in suis variis lucubrationibus de Electione Canonica tit. 4. cap. 19. num. 57. Sigismundum à Bononia de electione dub. 33. num. 5.* ad hoc allegantē *decisionem 942. apud Seraphin.* vbi refertur sic declarasse Sacr. Congregationē. Accedit *Layman libro 4. tractat. 2. num. 8. in fine*, qui contra *Petr. Nauar. & Garziam*, in hoc peccatum esse veniale, probat. Aduerte quòd Lessius libr. 2. de iustitia cap. 34. num. 66. allegatus pro contraria opinione, quòd etiam quò ad collationem Beneficij simplicis sit obligatio sub mortali, id non docet simpliciter, sed tantùm vbi non semel, nec bis, sed passim id fit, & absque delectu, quam opinionem etiam probat *Filliuccius tract. 41. de beneficijs Ecclesiast. cap. 4. num. 179.* Secùs autem esse, vbi maior idoneitas sit respectu qualitatum requisitarum ex lege fundationis ex dictis supra *Praxi 5. nu. 127.*

Si ex constitutione Eccle-
262 siæ sit præferendus ex præsentatis magis idoneus intelligitur de magis idoneo reperto in concursu & examine coram beneficiatis, ad quos ius præsentādi spectat, & propterea præsentatus ab illorum maiori parte est præferendus, licèt per examinatores Episcopi, coram quo fuerunt præsenta-

ti

ti, fuerit declaratus magis idoneus alter præsentatus à minori parte, quia non est deueniendum ad nouum concursum coram Episcopo; sed Episcopus illum præsentatum à maiori parte examinatum iuxta formam Concilij, & idoneum repertum instituere tenetur vt fuit resolutum in Calaguritana de Victoria 28. Iunij 1613. coram Pamphilio, & 4. Decembris 1615. coram Caualerio, quæ apud eius impressas est decisio 368. Intellige, nisi ex consuetudine, & obseruantia interpretatiua dicti statuti contrarium fuit obseruatũ, nempè, *quòd omnes examinati à beneficiarijs præsententur coram Ordinario, & coram eo fiat concursus, & illi, quem magis habilem, & sufficientẽ declarant examinatores, Ordinarius faciat collationem, seu Canonicam institutionem siue habuerint pauciora vota in precedenti examine beneficiorum, &c.* Ita fuit tentum in eadem Calaguritana Beneficij de victoria coram Caualerio 2. Iunij 1617. quæ apud eius impressas est *decis. 427.* Vbi habetis quomodo dicta consuetudo, seu obseruantia probetur, & per quod tempus
263 inducatur. Adde quòd maior pars non intelligitur quò ad primum casum de admittendo examinatu à beneficiatis, respectu numeri personarum patronorum, sed respectu numeri vocum, quia potest esse, quòd vnus habeat vnam integram vocem, & alius aliam, & tres habeant vnã tantùm vocem, quo casu præsentatus ab istis tribus non dicitur præsentatus à maiori parte, vt declarat Berous in cap. 3. num. 24. de Iurepatronat. & nos diximus supra *Praxi 5. à*
264 *num. 148.* Quæ dicta sunt de statuto vel constitutione, quòd idonior instituatur, procedere etiam in casu vbi id fuit iussum à fundatore, fit certum ex paritate, ac idemptitate rationis;
265 Tandem scire oportet, quòd qui simile beneficium simplex habens annexam obligationem Sacerdotij, accipit cum intentione, non ascendendi ad dictum ordinem, is mortaliter quidem peccat, sed ad fructuum restitutionem minimè obligatur, vt latè probat *Paulus Layman tractat 2. libr. 4 cap. 14 num. 11. & alij,*

alij, quos allegauimus ſupra quæſt. 2. à num. 20.

266 Quòd compatronus, ſi præſentetur, debeat alijs præferri, dixit Rota apud *Viuianum decis. 66. & 68.* Licèt. n. patronus non poſſit ſe præſentare, nec poſſit accedẽdo ad ſe ipſum (ſicut in electione) numerum præſentantiũ accreſcere, poteſt tamẽ præſentari ab alio patrono, vel à maiori numero patronorum; immo ſi ſit vnus patronus Clericus abſque præſentatione, quòd poſſit ab Epiſcopo inſtitui, notat *Perez libr. 2. de Anniuerſarijs, & Capellanijs cap. 9. num. 42. & ſequentibus*. Vide etiam deciſionem Rotæ Romanæ 59. *n.* 3. *apud Viuianum*.

QVAE-

QVAESTIO QVINTA

Legati ratione quomodo oriatur obligatio ex iuſtitia celebrandi pro alijs.

NON ſolùm ratione beneficij, & Capellaniæ poteſt Sacerdos obligari ad Miſſas pro alio celebrandas; ſed etiam ratione legati, vt percipitur ex Reſponſione Sacræ Congregationis relata ſupra *in fine Quæſtionis Primæ*. Cùm igitur huc vſque propoſuimus ea, quæ pertinent ad explicationem tàm primæ quàm ſecundæ obligationis, conſequens eſt, vt declaremus ea, quæ etiam ſpectant ad dilucidationem huius tertiæ obligationis. Et quia legatum pro Miſſis celebrandis, poteſt eſſe vel pro vna vice, vel annuum; ideo primò agemus de legato ipſarum pro vna vice, & deinde de annuo.

SECTIO I.

Legatum pro miſſis celebrandis in dubio, an interpretandum pro vna vice, vel annuum.

1 *Legatum indefinitè etiam pium, an ſit interpretandum pro vna vice, vel annuum, Quid de legato Pitantiæ in die S. Franciſci fratribus eiuſdem Ordinis, num. ſeq.*

3 *Legatum de Miſſis celebrãdis in die Anniuerſarij eſt annuum ſecùs de celebrandis in die mortis, ſepulturæ, &c. & num. 5. Quid ſi legetur redditus, vel cenſus, num. 6. Quid de legato magnæ quantit. pecuniarum, num. ſeq. & num. 15.*

8 *Animæ teſtatoris quid nam ſit magis vtile, vt Miſſæ dican-*

dicantur statim, vel annuatim.

9 *Meritum, quod & quando habeat legatis pro Missis, & quod quando celebrantur, & num. 11.*

10 *Missæ quæ ab alio, vel ab eodem curantur vt celebrẽtur, quomodo differant.*

12 *Obligatus celebrare per plures dies, an satisfaciat curando vt celebrentur vna die.*

13 *Charitas incipit à se ipso.*

14 *Animam suam potius quis diligere præsumitur, quàm catera omnia.*

16 *Legatum de Missis celebrandis pro animabus purgatorij certis diebus, an sit annuum.*

17 *Indefinita quando æquipolleat vniuersali.*

18 *Missæ sacrificium inter alia opera pia magis iuuat animabus Purgatorij, æquiparantur miserabilibus personis, num. seq.*

VIdetur enim huic quæsito respondendum, quòd in dubio fit interpretãdum potiùs pro vna vice, quàm
1 annuum. Nam legatum indefinitè prolatum, etiam si sit pium, intelligi debet dumtaxat pro vna vice, & non in perpetuum ex textu in *l. boues, §. hoc sermone vbi Alciat. ff. de verborum significatione, Couarr. in cap. indicante cap. 3. num. 4. de testam.* Vbi ait, quòd etiam in legatis pijs, quando est controuersia pro obscuritate verborum legati, an de maximo, vel de minimo, debeat interpretari de minimo; *Tiraquellus latè de priuilegijs Pia causæ, priuilegio.* Fauet tex. *in cap. ex parte extr. de censibus.* Vbi id determinatur in terminis voti, & clariùs *Bartolus in l. cum quidam ff. de annuis legatis.* Vbi docet,
2 hæredem testatoris legantis Fratribus Sancti Francisci vnam pitantiam, seu edulium in festo Sancti Francisci, semel tantùm ad eam præstandum teneri, & non quolibet anno in perpetuũ, sequitur eum Alexander ibi in additione, estque communiter in hoc receptus Bartolus, vt testatur post Barbosam *Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs libr. 1. cap. 3. num. 5.* Sed distinguẽdum est; An ex verbis, vel re relicta oriatur dubium hoc, vtrum legatum fuerit pro vna vice vel annuum, siue in perpetuum. Primo casu, vbi dubium oritur ex verbis, tunc non solùm inspiciendum est, an verba prolata à testatore sint perpetui-

perpetuitatis inductiua vel non, sed etiam an tempus, in quo missæ celebrari iubentur sit reiterabile ex sua natura vel non, exempli gratia, testator iubet celebrari tot missas in die sui anniuersarij, debet interpretari annuum in perpetuum, quia quolibet anno in perpetuum quo voluitur dies mortis defuncti, dicitur anniuersarium ipsius defuncti: è contrario testator iubet celebrari tot missas in die mortis, vel in die suarum exequiarum aut funeris, vel sepulturæ, interpretandum venit tantùm pro vna vice, quia semel mors contingit & fiunt exequiæ, siue funus, & sepultura. Ita *Perez dicto cap. 3. per totum*, sauet etiam *Azorius part. 3. suarum institut. moralium lib. 6. cap. 15. quæsito vltimo, vers. quæres quid dicendum in fine*, & si in prima parte de relicto facto pro die natalis defuncti iuxta tex. in *l. cum quidam, de annuis legatis*, eiusque valde simile relicto facto pro die anniuersarij, ad tradita per *Perez loco citato num. 20.* inferat, quod etiam legatum factum de pitantia in die S. Francisci Fratribus eiusdem ordinis sit interpretandum annuum, cuius contrarium supra nos firmauimus, quia fallitur, dum allegat *Bartolum in d. l. cum quidam*, qui contrarium docet. Quòd quando testator iussit in die mortis suæ fieri vnam septimam bannitam, intelligatur de die mortis tantùm, non de die qua quolibet anno renoluitur memoria eius mortis, quæ est propriè anniuersarium, notat *Bart. in d. l. cum quidam num 2. ff. de annuis legatis*, sauet textus in *l. cum qui Kalendis in princip. ff. de verb. obligationibus*. vbi habetur, quòd stipulatio de quacumque re facta Kalendis Ianuarij, in dubio non de sequentibus Kalendis, sed de primis intelligenda est. Probatur etiam ratione; nam communis vsus se habet, vnam tantum septimam à morte testatoris celebrari, vt patet ex Missali, vbi assignatur oratio pro septima die ab eadem morte; de qua re *Iulius Lauorius in suis varijs lucubrationibus de prisco & recenti funerandi more titulo 2. cap. 15. num. 72. & 75.* videte *Gouarr. lib. 3. variarum resolut. cap 9 num. 10. Menochius de præsumptionibus lib. 4 præsumptione 132. num. 7.* Idem esse, vbi aliquid pro missis eodem modo, quo supra in contractibus, vel quacumque alia dispositione

assignatur, probat idem *Perez citato cap. 3. num. 44.* Secundo casu vbi dubium oritur ex re relicta, tunc etiam inspiciendum erit, an pro missis celebrandis relinquatur res, quæ reiteratur v.g. fructꝰ vel redditus ex tali fundo vel censu, quia hoc casu erit interpretãdum legatum annuum & perpetuum, quia etiam fructus ac redditus sũt annui, & perpetui, vel relinquatur res, quæ non reiteratur, vt per exemplum, certa quantitas pecuniæ, quia tunc interpretandum pro vna vice, fauet *Perez citato cap. 3. num. 18.* Cuius doctrinæ occasione, examinandus occurrit casus, quem posuit *Marcus Antonius Genuensis in sua Praxi Archiepiscopali Neapolitana cap. 18 num. 16. in secunda editione.*

7 De legato facto ducẽtorum aureorum Canonicis cuiusdã collegiatæ pro Missis celebrandis in suffragium animæ testatoris, an debeat interpretari, vt de ipsa quantitate, sequuta eius morte celebrentur statim tot Missæ, scilicet bis mille, iuxta stipendium consuetum, vel potius debeat interpretari, vt dicti aurei ducentum conuertantur in redditus, de quibus annuatim celebrentur tot Missæ, iuxta quantitatem redditꝰ, & stipendium consuetum? Ipse enim auctor distinctionis fœdere, decidit dictum casum: Aut testator qui fecit dictũ legatũ erat prædiues, aut titulatus, nẽpè Marchio, Dux, &c aut non; sed erat persona ordinaria. Primo casu, inquit, ipse, erit interpretandũ legatũ de vnica vice, vt dicãt Missæ bis mille statim sequuta eius morte. Secundo verò casu faciẽdam esse interpretationem, vt dicta quantitas conuertatur in emptionem census, vel alterius rei stabilis, & de redditibus annuatim sibi celebrentur missæ vt supra: eamdem decisionem confirmat *in suis Practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 400.* Sed vt verum fatear, pace tanti viri, talis decisio quò ad secundam partem distinctionis non placet; nam ratio, quam affert pro illius probatione retorquetur in contrarium (ait enim quòd vbi tale legatum non fit à prędiuite, debet interpretari vt dicta quantitas conuertatur in redditus, &c. quia magis vtile est testatori, quòd in perpetuũ celebrentur Missæ, quàm vnica vice) Nam magis vtile est testatoris animæ, vt vna vice omnes dicantur statim sequuta eius morte, vt quantocius

tocius liberetur à pœnis Purgatorij, ad notata per *Iulium Lauorium in suo tract. de Iubileo part. 2. cap. 30.* 9 *num. 138.* Accedat, quòd & si defunctus mandando, tot sacrificia fieri, consequetur statim meritum illorum operis operantis, siue dicta sacrificia post modum fiant, siue non, tamen non consequitur remissionem pœnarũ secũdùm valorẽ operis operati, nisi effectu fiant ipsa sacrificia, *Raguccius in suo tract. de statu animarum, quæsito 43. num. 2. Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs lib. 1. cap. 1. num. 22. Iulius Lauorius de Iubileo cap. 30. num. 150. & sequent.* Qui in suis *varijs Lucubrationibus de prisco, & recẽti funerandi more tit. 2. cap. 15. num. 126.* post *Toletum* ait, quòd mis- 10 sæ quæ curantur ab alio celebrari pro defunctis, acquirunt remissionem pœnæ per modum suffragij, illæ verò quæ mandantur ab ipsismet defũctis celebrari, acquirunt eandem remissionem, sed per modum satisfactio- 11 nis. An autem testator iubẽs dictam celebrationem, si sit in statu peccati mortalis tempore quo cõdit testamentum, in quo facit tale legatum, consequatur meritum, vt supra diximus *Prima parte nostri tract. de Officio Confessarij recollect 3 nu. 157.* Fauent *Fraxinellus & Graffius, quos sequitur Homobonus tract. 3. sui examinis Ecclesiastici quæst. 128. & refert Bartholomeus à Sancto Fausto lib. 1. de Iubileo,* 12 *quæst. 92.* qui asserunt, obligatum curare celebrationẽ Missarum per plures dies, satisfacere, si curauerit illas celebrari vna die, quando relictum fuit factum ob suffragium alicuius animæ, non alia ratione, quàm ex eo, quia id magis est vtile illi animæ, interpretatio igitur ipsius *Genuensis*, quòd dicti aurei ducentum conuertantur in redditus, de quibus annuatim celebrentur missę, potius est in fauorem, & vtilitatem Ecclesiæ, vel populi, si fuerunt iussæ celebrari dictæ Missæ in certa Ecclesia, quæ debet postponi vtilitati animæ ipsius testatoris 13 cui præsumẽdum est voluisse potius consulere ex ordinata charitate, quæ incipit à se ipso argumento tex. in *l. Præses Prouinciæ C. de seruitutibus, & aqua.* 14 Quilibet enim præsumitur magis diligere animam suam, quàm cætera omnia, *Mascardus de probat. conclus. 1171. num. 157. & 75.* Posset forsan distinctio *Genuensis* procedere

vbi quantitas legati esset longè maior, nempè mille aureorum, & concurrerent aliquæ circumstantiæ, ex quibus possit coniecturari, talem fuisse mentem testatoris, vt scilicet conuertantur in annuos redditus, & de ipsis quotannis celebrentur Missæ, prout infra suo loco, cùm *de celebratione alio tempore, &c.* Quid autem dicendum, vbi aliquis
16 disposuit, quòd certis diebus celebrarẽtur aliquæ missæ pro animabus purgatorij an intelligi debeat de diebus illius primi anni, vel singulorum annorum? Casus euenit in facto, & Respondimus intelligi debere legatum annuum ob doctrinam *Alciati in l. in vsus, ff. de verb. significat.* vbi ait, quòd in dispositione hominum, quæ
17 est fauorabilis indefinita, æquipollet vniuersali; sed hic sumus in dispositione tam fauorabili pro animabus Purgatorij, ex quo & si alijs operibus pijs iuuari possunt,
18 potissimè iuuantur Sacrificio Missæ, vt ex sacro Concilio Tridentino sess. 25. &c. Probat *Perez lib. 1. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 1. num. 21.* Et nulla sit Missa per quam ex opere operato non minuatur aliquo modo pœna Purgatorij, secundùm *Nauarr. cons. 11. incipiens: Angratia num. 2. de priuilegijs apud eumdem Perez loco proximo citato num. 23.* Fauet *Nouarius in suo tract. de priuilegijs miserabilium personarum priuilegio 4.* Vbi benè concludit, legatum factum miserabilibus personis indefinitè, esse annuum
19 nec extingui prima vice, & quidem, quæ magis miserabiles, quàm animæ Purgatorij, quæ semper clamant, *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei.* Notabilis est responsio data à *Marcello Megalio cons. 27.* ad casum propositum de legato his verbis concepto: *Ità voluit dictos hæredes suos, sibi celebrare facere per vnum annum Missam Sanctissimi Rosarij cum interuentu illorum Sacerdotum, qui hæredibus magis placuerint.* Quod intelligi debeat non de vna Missa tantùm in die Sanctissimi Rosarij, sed vna Missa in qualibet illius anni, exceptis diebus, in quibus prohibetur à Rubrica Missalis cantari missam votiuã, vt est videre apud eumdem, sicut etiam placet resolutio *Ricci parte 3. Praxis resolut. 360.* ad alium casum, de eo, qui in institutione Capellaniæ iussit, *quòd in omnibus diebus dicatur vna Missa sine*

cantu,

cantu, & in die Sabati sit cum cantu, vt interpretari debeat, quòd in die Sabbati dicatur vna Missa cum cantu, & alia sine cantu.

SECTIO II.

Legatum pro Missis incertum ratione numeri, vel loci vbi sint celebrandę, an valeat, & quomodo interpretãdum.

20 *Incertitudo vitiat legatum. Quid si sit legatum pium, ibid. Quando dicatur legatum incertum, num. 27. 28. & 31.*

21 *Legatum pro Missis celebrandis est legatum pium, etiam si relinquantur celebrandę à Sacerdote consanguineo, & diuite.*

22 *Legatum factum pro anima, vel dimissio animæ in manibus alicuius, quomodo interpretanda.*

23 *Obligatus insumere aliquam quantitatem in opsribus pijs an curare debeat etiam vt Missæ celebrentur.*

24 *Consanguinei de eo quod recipiunt pro pace mortis defuncti debent aliquid dare pro Missis.*

25 *Legatum incertum ratione numeri Missarũ, vel eleemosinæ erogandæ, quomodo explicandum.*

26 *Donans omnia bona sua, cum reseruatione testandi pro anima, quid possit testari.*

29 *Ecclesia si non exprimitur à testatore vbi sint Missæ celebrandæ, quid agendum si nominet Ecclesiam S. Mariæ, vel alterius Sancti, & in loco sint plures Ecclesiæ huius nominis, num. 36. Quid si sit factum Ecclesiæ Parochiali, & testator habuit duas Parochias, num. 37.*

30 *Missæ quando celebrandæ sint vbi sepultus fuit testator.*

32 *Reseruatio casus de restitutione malè ablatorum quomodo intelligenda, Quid de simili reseruatione pro non exequẽtibus legatum, quod est distribuendum inter pauperes, num. seq.*

34 *Legatum relictum arbitrio hæredis, quando illo non arbitrante caducum euadat.*

35 *Distribuere obligatus eleemosynam pro Missis celebrandis, an satisfaciat illã tradendo vni Ecclesiæ, An sufficiat si curet illas celebrari extra locum, vbi testator mortuus fuit, ibid.*

38 *Le-*

38 *Legatum factum certæ Ecclesiæ in qua etiam iussit, celebrari Missas & sepulturam elegit, cui debeatur si ibi non sepeliatur, & num. sequenti.*

Est tam maximum vitium incertitudinis, vt per eam omnes actus ineffi caces reddantur, inquit *Menochius libr. 2. de Arbitrarijs centuria 2 casu 188. num. 1.* in 20 specie, quòd per incertitudinem rei, seu quantitatis legatę, vel etiam personæ, seu loci cui fit, legatum vitietur, est communis opinio, de qua testatur *Imola in l. si ita stipulatus col. 5. ff. de verborum obligat. Iason in l. legato generaliter, col. pen. ff. de legatis 1.* & probatur in *l. Titio cum testamento ff. de legatis 2. §. incertis inst. de legatis*. Tamen Doctores communiter concludunt id non habere locum vbi tale legatum fuerit ad pias causas, vt latè per *Tiraquellum in tract. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio 55. & 56. Nouarium de priuilegijs miserabilium personarum pri-* 21 *uilegio 19.* Cùm igitur legatum pro Missis celebrandis, tam pro se ipso, quàm pro alijs semper sit causa pia, non solùm quia sicut legatum pro alimentis pauperum, vel redemptione captiuorum est pium, vt latè *Tiraquellus in Præfatione ad citatum tract. de priuilegijs piæ causæ n. 19. & aliquibus alijs sequentibus*. Ita istud est legatum pro alimentis pauperum Sacerdotum, & pro redemptione animarum quæ captiuæ reperiuntur in Purgatorio, sed etiam quia vt legatum sit pium, sufficit quòd sit pro anima, vt per *Tiraquellum loco proximè citato num. 13.* Et vt certum est, tale debet iudicari legatum pro Missis. Inter alia enim opera pia, Missæ sacrificium potissimè iuuare animabus Purgatorij, dictum fuit *supra num. 18.* & in terminis loquendo de Anniuersario docet post alios *Perez libr. 1. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 2. num. 20.* Extende etiam si fit factum legatum istud alicui consanguineo Sacerdoti, siuè laico, fauet doctrina *Alexandri apud Tuscum liter. P. Conclus. 332. num. 26.* docentis, quòd substitutio societatis Marõgonorum cum onere celebrare faciendi vnam Missam pro anima testatoris esse legatum pium, & si ibid. *Tuscus num. 46.* putet tales Cõfraternitates non esse loca pia, videte eum. Sed vt res nostra clarior fiat, deuenien-

dum

dum est ad casus particulares.

Primus casus esse potest, quando legatum pro Missis est incertum ratione ipsius rei legatæ exemplificari potest in verbis, de quibus facit mentionẽ *Cardinalis Zabarella in Clem I. de testamẽ-*
22 *tis num. 27.* Si quis dixerit *lego pro anima mea*, nec dicat quid, tunc enim valet legatum, inquit *Zabarella*, & commissarius poterit expendere in operibus pijs conuenientem quantitatem secundùm dignitatem personæ, & eius patrimonium, seu facultates, quia vt subdit *Perez loco citato cap. 10. num. 100.* in relictis ad pias causas arbitrium boni viri semper tacitè connexum est, & si in alio casu, quem subdit idem *Perez ibid. nu. 104 post Bertachinum*, si testator solum dixerit amico suo *animam meã dimitto in manibus tuis*, nec addiderit aliud verbum, aut aliã dispositionem, quòd censeretur amicus grauatus restituere hæreditatem pijs causis, cum eo non conuenirem, quia etiam dicerem, ipsum fuisse per dicta verba hæredem institutum cum onere expendendi quantitatem arbitrio boni viri in causas pias eadem ratione, qua supra, & sic talem non teneri restituere integram hæreditatem. Quid enim aliud voluisse defunctum præsumere debemus per illa verba, *animam meam dimitto in manibus tuis*, nisi, Esto dominus meorum, sed recordare animæ meæ. Quando autem, & quibus verbis intelligatur quis institutus hæres fiduciarius, videte *Caualer. decis. 381.* Si igitur tenetur his casibus expendere conuenientem quantitatem
23 in operibus pijs, sequitur quòd & si integram quantitatem istam insumere pro Missis celebrandis non sit obligatus, tamen debeat expendere aliquam quantitatem ad istum effectum, & voluntas testatoris debeat interpretari iuxta id quod magis fauet animæ suæ, & vt supra dictum est Missæ sacrificium inter alia suffragia præcellit, & patet ex verbis *S. Concilij Tridentini sess. 25. de Purgatorio*. Vbi non solùm inter suffragia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri consueuerunt, primo loco enumerat Missæ sacrificium, sed etiam clarè dixit, *Animas in Purgatorio detentas fidelium suffragijs, potissimum acceptabili altaris Sacrificio iuuari*. Et Cyrillus Hierosolymitanus apud *Iulium Lauo-*

rium

rium in suis varijs lucubrationibus de prisco, & recenti funerandi more tit. 2. cap 15. num. 125. maximum iuuamen hoc Sacrificium animabus Purgatorij afferre dixit. Fauet doctrina *Boerij*, quam illustrat *Ildephonsus Perez libr. 1. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 13. num. 8.*

24 quòd ex eo quia datur vxori, filijs, vel alijs consanguineis pro pace, seu remissione illatæ mortis, sit aliquid tribuendum ab ipsis consanguineis, vt Missæ pro defuncto celebrentur, ergo tanto magis quando legat ipsemet pro sua anima, vel committit animam suam alicui, tenebitur hæres vel commissarius in specie curare, vt pro illo Missæ Sacrificium pluries offeratur.

Secundus casus est quando dictum legatum est incer

25 tum ratione quantitatis seu numeri Missarum, exempli gratia, dixit testator *volo quòd celebrentur pro anima mea missa*, non exprimendo numerum earum, nec quantitatem eleæmosynæ erogãdam, & tunc etiam affirmãdum, vt supra valere legatum, & Missarum numerum, & eleæmosynã pro illis erogandam boni viri arbitrio, inspecta qualitate defuncti, & eius facultatibus, vt in terminis loquendo de legato anniuersarij, sic incertè scripto docet *Perez citato libr. 1. de Anniuersarijs & Capellanijs cap. 10. num. 97. & sequenti*, vbi refert *decisionem Gammę Lusita-*

26 *nam 185.* in eo casu, quo quis donauit omnia bona sua sub reseruatione disponendi pro anima, quia Senatus pronunciauit, quòd posset relinquere predium, ex cuius redditu eleæmosyna daretur monasterio ad Sacrificia decem Missarum pro anima annuatim peragenda, quia boni viri arbitrio dictus numerus, & res legata non erat incongrua qualitati defuncti, & eius fa-

27 cultatibus, si autem dixerit *volo vt per meum hæredem, vel cõmissarium curetur mihi celebratio Missarum.* Et si tale legatum nõ possit dici incertum, cum iam sit expressa persona per quam illud venit certificandum, *Caualerius decisione 212. n. 5.* vbi firmat Rota, in simili legato Reuerendam fabricam non posse habere iustã prætensionem sicut ex constitutionibus Summorum Pontificum sibi competit in legatis pijs incertis, vel dixerit, *celebrentur Missæ pro vt meo hæredi videbitur*, quo casu non solùm legatum non

est

est incertum, sed neque collatum in voluntatem hæredis, vt per Rotam apud *Caualerium decis. 374.* Tamen vtroque casu intrat vt supra arbitrium boni viri circa taxationem quantitatis eleæmosynæ, & numeri Missarum, iuxta vires patrimonij & qualitatem defuncti, vt per eandem Rotam *decis. 374. apud Caualerium supra allegata*. Quod procedit etiam si causa non sit pia, vt est casus ipsius decisionis. Nam semper arbitrium censetur commissum, prout de iure *Bartolus in extrauaganti ad reprimendum in verbo videbitur, & pluries Rota in decisionibus relatis supra quæst præcedenti*. Quando verò relinquitur certa quantitas, & non declaratur numerus Missarum, tunc legatum est certissimum, & nisi aliud appareat de mente defuncti, tot Missę debent celebrari de dicta quantitate, quot sufficiunt iuxta stipendium taxatum vel consuetum, nisi dicta quãtitas esset ita exorbitans iuxta ea, quæ dicta fuerunt *Sect. præcedenti*, vt illa conuertenda veniat in redditus annuos pro perpetua Capellania, &c. Si verò concipiatur legatum hoc modo, *Mando, vt celebrentur centum Missæ* (verbi gratia) *cum eleamosyna conuenienti*, intelligi debet de eleęmosyna conuenienti tẽpore, quo Missæ celebrantur, & non tempore testamenti, docet *Riccius in Praxi Prætermißorum post primam partem dec. 721.* Quòd hodie est certissimum ex declaratione S. Congregat. de qua infra *Quæstione VI.*

Tertius casus est quando incertitudo est respectu Ecclesiæ, vbi missæ sint celebrandæ, verbi gratia, testator relinquit certã quantitatem pro certo numero Missarum celebrandarum, non autem exprimit in qua Ecclesia sint celebrandæ, hoc casu *Abbas cons 99. nu. 4. versic. circa secundum dubium part. 2. & sequitur post Iasonem Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 8. tit 6. num. 6. in fin.* Probat *Riccius part. 3. Praxis resolut. 359.* vbi refert in Archiepiscop. Neapolit esse constitum hoc casu, vt dicantur Missæ in Parochia vbi sepultus est defunctus testator, & si sit sepultus extra Parochiam, dimidia pars dicatur in Ecclesia vbi sepultus fuit, & alia medietas in Parochia; de qua re agit etiam *4. parte Praxis resol. 96.* vbi testatur idem constitutum

tutum esse in Hispania. Sed
30 quia, vt dictæ Missæ celebrentur in Ecclesia vbi testator sepultus est, non solùm fundatur in honestate, sed etiam in coniecturata mente testatoris, qui præsumitur habuisse maiorem deuotionis affectum erga illam Ecclesiam, in qua sepultus est, vt per Rotam apud *Caualerium decis. 494. num. 3. & duobus sequentibus*. Ideo si ex alijs indicijs apparet esse id remissum arbitrio hæredis, vel exequutoris, poterit hæres, vel exequutor absque aliquo scrupulo illas celebrare facere in Ecclesia, quæ magis sibi placuerit, quia vt supra diximus, quando incertitudo remittitur arbitrio alicuius certæ personæ debet reputari, vt certum. Vnde in quadam Diœcesi, vbi per Synodum erat statutum, Missas iniunctas absque expressione certæ Ecclesiæ, fore dicendas in Ecclesia Cathedrali, cùm accideret casus de quodam, qui Missas aliquas reliquit celebrandas his verbis: *distribuantur eleamosyna pro tot missis, à mea commissaria, seu exequutrice*. Diximus hanc dispositionem non subiacere dicto decreto Synodali, quia ex eo quòd dictum fuit, *di-*
31 *stribuantur à mea commissaria*, legatum non est amplius incertum ratione Ecclesiæ, sed certum. Pro cuius probatione, præter adducta supra *num. 20. & 27.* allegauimus *Panormitanum in cap. cùm sit num. 6. de Iudeis*;
32 vbi docet, quòd licèt reseruetur Episcopo restitutio malè ablatorum incertorũ, nõ tamen potest distribuere illa malè ablata, quæ testator mandauit, restitui per suos commissarios, vel exequutores testamenti, cõcordat *Graffius libr. 2. de quinque casibus reseruatis, cap. 33. num. 20.* Fauet etiam idem *Panormitanus in cap. nos quidem, num. 12. de testamentis*, vbi habet, quòd sta-
33 tutum Episcopi vt non exequuto legato facto pauperibus, Episcopus habeat eligere pauperes, vendicet sibi locum in simplici exequutore, non autem in eo, qui habet declarare dictos pauperes, pro vt in casu nostro: Nam cùm dictum sit, *vt commissaria distribuat dictas Missas*, ei est remissa non solùm exequutio, sed etiam declaratio Ecclesiarum, in qua ipsæ veniunt celebrandæ; eo tamen casu, quòd commissaria non fuit arbitrata, tunc intrat ius Episcopi; argumento eorum,

quæ

quæ dicuntur à Rota apud *Caualerium decis. supra allegata 374. sub num. 2.* ibi:
34 *Nec ex eo, quòd hæredes, vel exequutores non fuerint arbitrati, Domini putauerunt, hæc legata fuisse caducata, quia non fuerunt commissa arbitrio alterius conditionaliter, putà si hæredes, vel exequutores arbitrabantur. Tùm enim, ijs non arbitrantibùs, tamquam cessante conditione legata euanescerent; sed eorùm distributio dumtaxat fuit in arbitrium collata, & ideò etiã quòd non sequeretur arbitriũ legata subsistinentur, & potest adiri iudex pro arbitrando, sta Bartolus in d l. 1. num. 9. vbi etiam Castrens. sub num. 6. ff de legat. 2.* Loquitur enim decisio de legato profano, quia in legato ad pias causas, pro vt est istud pro missis, non officit caducitas, vt per *Tiraquellum in tract. de priuileg. pia causa, priuilegio 38.* Et debetur etiam deficiente conditione, prout ibidem notat *Tiraquellus priuilegio 23* sicut, quòd Episcopus declaret in defectum personæ designatæ à testatore, est quoque priuilegium pię causæ. *Perez libr. 1. de Annuersarijs, & Capellanijs cap. 10. nu. 84.* Quòd hoc casu pos-
35 sit dicta commissaria Missas præfatas in vna Ecclesia curare, vt dicantur, & si testatrix vsa fuerat verbo (distribuat) patet ex his, quæ de distributione inter pauperes iussa, dicunt Doctores, scilicet satisfacere, dando vni soli pauperi est communis opinio, de qua post alios testatur *Emmanuel Suarez in suo Thesauro receptarum sententiarum, verbo hæres num. 69. in fine*; Et si contraria sententia, hunc non satisfacere, etiam dicat communem *Viuius in sua Silua communium opinionum opinione 876.* & tetigimus *parte 1. nostri tractatus de Officio, & Potestate Confessarij recollect. 11. num. 653.* & latè probat, *Mantica, libr. 3. de coniecturis vltimarum volunt. tit. 5. num. 9.* Item etiam satisfaciet curando vt dictæ Missæ celebrentur extra oppidum, vel ciuitatem vbi talis defunctus, qui fecit dictum legatum, patet ex his, quæ diximus in *tract. de Iubileo part. 2 num. 76. iuxta impressionem Neapolitanam.* Missæ enim, vbilibet celebrentur æqualiter iuuant animæ defuncti, & ideo nisi aliter expressè fuit designatus locus à testatore, sufficit vbilibet celebrentur, videte *Riccium part. 4. Praxis resolut.*

lat. 94. 95. & 103.

Quando verò fuit dictum vt Missæ celebrentur in Ecclesia Sanctæ Mariæ, vel alterius Sancti, si in Ciuitate adsunt plures Ecclesiæ nuncupatæ de Sancta Maria, vel illius Sancti à testatore expressi, debet distribui eleemosyna legata in omnes dictas Ecclesias, nisi aliud ex consuetudine loquendi ipsius testatoris potest coniecturari, & sic in omnibus dictis Ecclesijs debet curare vt Missæ celebrentur: ita loquendo de legato relicto Ecclesiæ, vt supra. *Siluester verb. legatum 2. nu. 8. Couar. in cap. indicante num. 3. de testamentis, tom. 1.* & si alia opinio, quòd pauperiori ex illis debeatur tale legatum, est etiam probabilis, vt per *Genuensem in sua Praxi Archiepiscop. Neapolit. cap. 58. n. 15.* vbi ex hoc infert, quòd si reperiantur Ecclesiæ eiusdem nominis Monachorum & Monialium, debetur tale legatum Ecclesiæ Monialium, quod censetur pauperius, quia masculi possunt melius sibi prospicere, vt antea dixit *Genuensis in Praxi Archiepiscopali, cap. 58. num. 15.* Sed non recedatis à prima opinione, vn- 37 de idem de legato facto à testatore Ecclesiæ Parochiali, si testator habebat duas Parochias, nec constat de qua senserit, post alios concludit *Perez de Anniuersar. & Capellanijs lib. 1. cap. 10.* 38 *num. 101. & 102.* Sed quid si Missæ fuerunt iussæ à testatore celebrari in tali Ecclesia, in qua idē testator priùs declarauit, velle suum cadauer sepeliri, si deinde non sepeliatur ibi sed alibi, quia non est mortuus in eodem loco, vel quia mutauit circa sepulturam voluntatem. Respondetur per *Siluestrum verbo legatum 1. num. 10. Armillam ibidem, & alios, quos sequitur Antonius Naldus, verbo legatum num. 13.* tale legatum deberi Ecclesiæ nominatæ à testatore, licèt ibi non sit sepultus, quia sufficit, quòd non steterit per ministros dictæ Ecclesiæ, quin in ipsa sepeliretur. Quid autem si legatum verè fuit factum intuitu sepulturæ, videte *Pomponium lib. 2. tit. 8. arrest. 5. Boerium decis. 179. apud Iulium Lauorium loco infra proximè citādo,* & alios: in dubio autem cùm fuit dictum, vt celebrentur in Parochiali Ecclesia, quòd intelligi debeat de ea in qua moritur, nisi aliud de mente testatoris appareat, post *Ancharanum* probat *Viuianus libr. 2. Pra-*

xis

xis cap. 5. num. 132. De quibus omnibus latè *Mantica libr. 8. de coniect. vltimarum voluntatum, tit. 6. Menoch. de præsumptionibus, præsumptione 114.* Fauet à fortiori *Perez lib. 1. de Anniuersar. & Capellan. cap. 11.* vbi latè probat, quòd si quis simile legatũ faciat pro Ecclesia, in qua iubet corpus suum
39 sepeliri, & postea decedat vel excommunicatus, vel in notorio peccato mortali, v.g. ipse se suspenderat, vel proiecerat in flumen, vel in puteum, adhuc dictæ Ecclesiæ debeatur dictum legatũ, vbi testatur de communi, & ampliat *nu. 33.* etiam si per testatorem dictum fuerit, quòd aliàs si ibi non sepeliatur, non valeat relictum; quia adhuc, subdit ipse, etiam quòd non sepeliatur corpus, nec oret pro eo, potietur legato; sequitur *Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus de prisco, & recenti funerandi more tit. 2. cap. 9. num. 126.* Vbi præter casum de excommunicato, ponit casum de testatore simile legatum faciente pro Fratribus Sancti Francisci sub conditione si fuerit ibi sepultus, aliàs, &c. & concludit, quòd si testator ibi non fuerit sepultus, quia id prohibetur à constitutionibus dictorum Fratruum, adhuc tale legatum debetur, reiecta tali conditione, vt impossibili, qua occasione agit de capacitate, & incapacitate ipsorum Fratruum Sancti Francisci, circa hæc legata Missarum; de qua re etiam *Layman lib. 3. tract. 5. cap. 10. num. 4. & Rota apud Caualerium decis.*
40 *212. sub num. 6.* An Episcopus possit dispensare, vt Missæ iussæ à testatore celebrari in certa Ecclesia, celebrentur alibi, infra suo loco; pro nunc videatur *Riccius part. 4. Praxis resolut. 103.*

SECTIO III.

De legato Missarum incerto ratione personarum, quibus debeatur.

41 *Legatum de Missis dicendis in quadam Capella, vbi est erecta Confraternitas, & adest Beneficiatus, seu Rector ipsius, cui debeatur, & num. seq. Quando deberetur Confraternitati, num. 43. & 45.*

44 *Vnio non præsumitur, quia odiosa.*

46 *Exactio vel alius actus facti non præiudicat nisi sit factus cum scientia & patientia eius, qui potest contradicere.*

47 *Legatum de Missis celebrandis in Capella sita in Ecclesia Parochiali, cui debeatur. Quid si sit sita in Ecclesia Regularium, ibidem in fine.*

48 *Missæ iniunctæ vt celebrentur in Cathedrali vel Metropolitana, an non solùm à Canonicis; sed etiam alijs beneficiatis dictæ Ecclesiæ celebrari debeant.*

49 *Legatum factum de Missis celebrandis à Canonicis, quomodo inter ipsos diuidendum. Quando autem conuertendum in bonorum stabilium emptionem etiam pro futuris Canonicis, nu. seq.*

51 *Massæ communis seu bonorum reddituum Ecclesiæ administratio pertinet ad Canonicos priuatiuè quò ad Beneficiatos.*

PRimus casus potest esse de legato Capellæ pro Missis, cui debeatur quando in dicta Capella adest titularis Beneficiatus, & Confraternitas ibi erecta, & cũ factum contigisset, Rota declarauit pro Beneficiato ipsius Capellæ, vt scilicet ad ipsum pertineat præfatum legatum, & non Confraternitati in Beneuentana legati 9. Decembris 1615. corã Caualerio, quæ inter eius impressas est *decis.* 369. ibi: *Vnde ad ipsum vti Rectorem competit ius agendi ex iure Ecclesiæ, cui legatum reli-*
41 *ctum fuit, præsertim cum legatum factum fuerit pro Missis celebrandis in dicta Capella pro anima sua, & suorum prædecessorum, qui in dicta Capella sepulti sunt, ad tradita per Petrum de Vbaldis in tract. de Canonica & Episcop. portione cap. 4. quæst. 15 num. 2. & seq. & c. 7. num. 47. & seq. Nec visum fuit obstare, quòd hæc Capella fuerit dilatata, & ad maiorem ornatum Ecclesiæ incorporata Capellæ Sanctissimi Sacramenti, quia non constabat de vnione aliqua, imò cõstat Capellaniam fuisse, & hodie esse in statu collatiuo, &c.* Et fuit confirmata coram eodem 1. Iulij 1616. quæ est inter easdem impressas 405. his verbis: *Domini vtraque parte informante fleterunt in decisis sub die 9. Decemb. 1615. Neq; ex his, quæ pro parte Confraternitatis hoc die deducebatur, visę fuerũt corruere fũdamẽ-*
42 *ta decisionis, cùm enim Capella S. Antonij habeat certum*

Recto-

Rectorem, vtique certum esse, dicebant relicta tali Capella debere exigi per illius Rectorem, allegata vnio non fuit probata, & actus adducti pro Confraternitate, licèt essent pro ornanda & vnienda dicta Capella S. Antonij cum alia contigua in eadem Ecclesia, non tamen probare videbantur vnionem extinctiuam tituli, quæ ne-
43 *cessariò probari debebat ad effectum vt legatum factum Capellæ pertineat ad Confraternitatem; & regula est, quòd vnio tamquam odiosa non præsumitur, Calderin. consil. 13. vers. item vnio de rebus Eccles. non alienand. Aymon cons. 258. num. 10. Quòd Confraternitas aliàs exegerit legatum scutorum 200. relictum per quondam Franciscum Piacinum, di-*
45 *cebant non obstare, quia tale legatum fuit relictum ipsi Confraternitati, ideò non mirum, si ab eius ministris exactum fuit. Quòd alia legata relicta Capellæ S. Antonij, quæ fuerunt exacta à Confratribus, Responsum*
46 *fuit non probari tales exactiones fuisse factas cum scientia, & patientia Rectoris, & ideo illis non præiudicare, ad notat. per Doctores in cap. cùm Ecclesia Sutrina, vbi Ripa num. 14. de causa pos-*

sessionis & proprietatis & in omnem euentum hodie quæritur in petitorio, ad quem spectet exactio, non autem quis sit in quasi possessione exigendi, &c. Concordat cũ his decisionib. *Genuensis in Praxi Archiepiscop. Neapolitana cap. 58. num 4.* vbi idem dicit de obligationibus.

Secundus casus est de legato facto de Missis celebrandis in Capella habente proprium titularem Beneficiatum, sita tamen in Ec-
47 clesia Parochiali; cui nam debeatur Parocho, vel Beneficiato ipsius Capellæ, videtur enim, quòd debeatur Parocho; argumento eorum, quæ loquendo de oblationibus notat *Genuensis citato cap. 58. num. 3.* Confirmatur ex communi DD. proloquio, quòd scilicet Parochus habeat intentionem fundatam super oblationibus factis intra Parochiam, *cap. Pastoralis, & cap. quoniã, vbi DD. extra de decimis.* Contrarium tamen probatur expressè in *decisione supra relata primo loco 369. apud Caualerium*, vbi supponitur dictam Capellam Sancti Antonij existere in Ecclesia Metropolitana, & tamen, non dubitatur ibi, an debeatur Archiepisco-

po, Canonicis, vel Archipresbytero, vel alteri qui est Parochus dictæ Ecclesiæ; vel Rectori, seu Beneficiato illius Capellæ, sed an debeatur ipsi Rectori, seu Capellano beneficiato dictæ Capellæ, vel Confraternitati erectæ in dicta Capella. Vnde falluntur, qui pro contraria opinione adducunt dictam decisionem, equiuocando in vocabulo illo, Rectori, quia licèt illud sonet beneficium Parochiale, vt diximus supra *quæst. 3. num 22.* Tamen ibi stat prout sit idem quàm Capellanus, vt constat ex vltimis illis verbis primæ decisionis: *Imò constat Capellaniam fuisse, & hodie esse in statu collatiuo, cum antea possideretur à Gentilutio, per cuius resignationem fuit prouisus Antonucius, qui hodie possidet, vt dictum est.* Nec est nouum nomen Rectoris poni pro quolibet Beneficiato simplici, vt patet ex his, quæ habet *Riccius par. 4. Praxis resolut. 304.* Idem dicendum videtur si dicta Capella sit sita in Ecclesia Regulari, quia si habet Rectorem pro vt accidit in aliquibus Ecclesijs, quæ ante erant sæculares, tunc legatum debetur etiã Rectori, & non Regularibus, eadem ratione, de qua supra intellige tamen nisi aliud cõstet ex coniecturata mente testatoris, quòd voluerit, & intenderit dictas missas celebrari per Regulares præfatos:

48 Tertius casus est si dicat testator, quòd Missæ celebrẽtur in Cathedrali, vel Metropolitana, an non solùm debeant celebrari à Canonicis vel etiam ab alijs Beneficiatis ipsius Ecclesiæ, idem dubium esse potest vbi simpliciter dictum fuit, quòd dicantur in Collegiata Ecclesia. Sed respondetur omnibus tam Canonicis quàm Beneficiatis tale legatum acquiri, & inter eos diuidi, sicut distributiones quotidianæ, quia Anniuersaria, & similia legata, licèt propriè non sint distributiones, tamen non solùm habent cũ illis similitudinem, vt ait *Paulus Layman lib. 4. suæ Theologiæ moralis tract. 2. cap. 7. in principio*: sed etiam ipsarum distributionum priuilegijs fruantur, vt per *Bonacinam in suo tract. de Horis Canonicis, disput. 2. quæst. 2. puncto 2. num. 3.* Et certum est distributiones quotidianas tribui debere non solùm Canonicis, sed etiam Beneficiatis, & sanciuit Bonifacius VIII. *in*

cap.

cap. vnico de Clericis non residentibus, dummodo interſint officijs (diceremus nos loquendo in terminis noſtris) celebrent Miſſas indicta Eccleſia, ſupponitur in Ebrien. Tranſlationis, quæ eſt *deciſ. 494. apud Caualerium* ibi: *Minus obſtare videtur, quòd in litteris Apoſtolicis excipiantur Anniuerſaria, quæ ſunt Beneficiatorum propria, & quæ transferri non poſſunt, & ſic requiri videatur vtrumque ex copulatis, l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit. & certum ſit, hæc Anniuerſaria non eſſe propria beneficiatorum, quia placuit reſponſio, quòd hoc caſu copula reſoluitur in alternatiuam, vel deriuatiuam, nam aliàs verba eſſent ſuperflua, cùm certum ſit, quòd quæ erant propria beneficiatorũ non poterant diuidi; diuiſio enim cadit in rebus communibus,* 49 *&c.* Quando autem dicitur expreſsè quòd celebrentur à Canonicis, licèt tale legatum non cenſeatur factum Eccleſiæ: *Viuianus libr. 2. Praxis Iuriſpatronat. cap. 5. num. 133.* Tamen iudicatur relictum Collegio, ſiue Capitulo, non autem ſingulis perſonis, vt per *Genuenſem citato cap. 58. Praxis num. 7. & 14. ad finem.* Vnde diuidi debet; prout per ipſos Miſſæ celebrãtur, & ſi quando eſſet legatum ſimplex plus vni, quàm alteri tribueretur ſecundùm ſtatuta, & conſuetudinem Eccleſiæ, vt habet *Genuenſis loco ſupracitato*, & latè agit *Menoch. libr. 4. de præſumptionibus, præſumptione 112.* Intelligе de legato facto Canonicis pro celebratione ſtatim facienda, tunc enim poſſunt ipſi pecuniam legatam ſibi diuidere, vt ſupra; ſecùs autem ſi pro celebratione annua, quia tũc debet dicta ſũma cõuerti in bona ſtabilia, pro futuris Canonicis iuxta terminos *Clẽ. exiui, §. cumquè annui reditus de verborum ſignificatione, cum alijs quos allegat Riccius in ſua Praxi variarum deciſion. 411.* Et hodie adeſt Conſtitutio Vrbani VIII. de celebratione Miſſarum, de qua infra. 51 De maſſæ communis adminiſtratione, quòd pertineat ad Canonicos, & non Beneficiatos adeſt *dec. 57. apud Caualerium*. Vnde quando legatum acquiritur tam Canonicis, quàm Beneficiatis, ipſi Beneficiati à manibus Canonicorum debent ſuam portionem recipere prout eſt caſus ille, quem habetis ſupra *num. 48.*

SECTIO IV.

Legatum Missarum quando debeatur ab hærede proprietario, & quando ab vsufructuario.

52 *Legata vnica vice præstanda debentur ab hærede proprietario, sicut annua debentur ab hærede vsufructuario.*

53 *Legata etiam pia non minuunt legitimam.*

12 DIstinguendum est, an sit legatum vnica vice præstandum vel annuum? Primo casu debetur ab hærede proprietario; secundo verò casu ab vsufructuario, habetur per Rotam *decis. 163. apud Caualerium*, ibi: *Benè autem potuit dirigi iudicium in hoc casu contra hæredes proprietarios, quia in legato quantitatis vnica vice præstando, receptissima est iuris conclusio, quòd solui debeat ab hærede, non autem ab vsufructuario omnium bonorum, Bartolus in l. vltima nu. 6. ff. de vsufructu legato, vbi Addent. Rolãdus cons. 8. num. 26. lib. 2. Covarr. variar. resolut. libr. 2. cap. 2. num. 7. vers. cæterum, Matthesil. singulari 4. num. 2. vers. ego verius puto. Corneus cons. 195. num. 2. vers. his tamen non obstantibus, libr. 4. Decius cons. 590. num. 1. 2. & 3. vbi vers. ex quibus omnibus testatur de communi, Mohed. decis. 4. de appellationibus.* Fauent quæ docent Doctores in materia de censibus qui & si magis communiter docent ad proprietarium, & non vsumfructuarium eiusdem rei cẽsui subiectæ pertinere obligationem soluendi annuum censum, limitant tamen in vsufructuario omnium bonorum, nam etiam si ad hæredem proprietarium, & non ad vsumfructuarium pertineat æris alieni solutio, id tamen non vendicat sibi locum in debitis annuis, vt benè discurrit post alios *P. Duardus in suo tract. de censibus part. 1. §. 3. quæst. 11. num. 16.* in terminis legati loquitur *Michael Graffius in tractat. de succeff. tam ab intestato quàm ex testamento §. legatum, quæst. 35. num. 1.* Ratio est euidens, quia hoc casu habetur, ac si esset æs alienum, quia post debita veniunt soluenda legata

53 pia, & si non minuant legitimam, vt de voto diximus supra *quæst. 1. num. 27. ad finem*;

num, & in terminis habetur per *Tiraquellũ in Præfatione tractatus de priuilegijs pia causæ*, *num. 28.* Tamen minuũt vsumfructum, vt supra.

SECTIO V.

Legatum pro Missis celebrandis, an debeatur ex testamento nullo.

54 *Hæres ab intestato an in foro conscientiæ teneatur soluere legata relicta in testamento nullo. Quid de legatis pijs num seq. & nu. 60. Quando etiam teneatur in foro externo, num. 56. & 59.*

57 *Testes duo sufficiunt pro legato pio, etiam si non adsit Parochus.*

58 *Testamentum quibus modis possit esse nullum.*

59 *Scriptura facta à defuncto in extremo vitæ spiritu coram duobus testibus, & Parocho quãdo habeat vim testamenti, & vbi.*

61 *Legatum ad pias causas debetur ex testamento non stipulato. Quid de electione sepultura, ibid.*

54 ET si inter Doctores sit dissensio an hæres ab intestato teneatur in foro conscietię soluere legata relicta non pia in testamento nullo, seu minus sollemni, vt nouissimè est videre, apud *Antonium Dianam part. 1. suarum resolutionum moralium tract. 8. de contractibus resolut. 75.* vbi refert Doctores pro vtraque sententia, quibus illic allegatis adde ꝓ opinione Affirmatiua *Emanuel. Suarez in suo Thesauro recept. sent. litera* H. *num. 36. & seqq.* tamen concordant omnes, q; teneantur quan-
55 do sunt legata pia illa soluere, quia ad valorem dispositionis ad pias causas, sufficit quòd testator potuerit disponere, & quod de facto disposuerit, idque constet ipsi heredi: *Couarr. in c. cũ esses nu. 8. de testamen. Vasquez opusculo de testam. c. 2. num. 27. Molina disp. 134. vers. quin verò, Lazarius de monitorijs quæst. 6. num. 72. & 73. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 19. n. 7.* testatur, hanc esse communem Doctorum sententiam *Bonacina disp. 3. de contract. quæst. 1. Puncto 3. num. 17. in vltima impressione*. ideò potest cogi talis, per censuras ad exequenda dicta legata in testamento, minus sollemni scripta, cum quisque qui reperitur in notorio peccato mortali po-

test per viam censurarum compelli, vt ab illo exeat, *Graffius part. 1. suarum decis. aurear. cap. 8. nu. 20. Lazarius loco supracit. num. 32.* Et quòd Tribunal Reuerendæ Fabricæ habeat ius p adimplemento talium relictorum, probat *Riccius in 2. p. praxis resolut. 420.* Ratio differentiæ, quare ex testamento minus sollemni debeantur legata pia tantum, & non prophana, est, quia ius ciuile non habet potestatem circa dispositionem ad pias causas *Panormitan. in cap. relatum, el prim. sub. nu. 30. de testamentis*, & si ex hoc non sequatur, quin legatorum ad pias causas cognitio spectare nõ possit ad forum seculare, vt infra proximè dicetur, imò *Tiraquellus de priuilegijs pię causę priuilegio 150.* ostendit, spectare ad forum non quodlibet sæculare, sed principis, cum igitur supra probatum sit, *Sectione prima*, quòd legatum pro Missis celebrandis, sit non solum pium, sed pijssimum, sequitur item, quòd illud debeatur, etiam si reperiatur relictum in testamento minus sollemni ab herede ab intestato in foro con-
56 scientię. Quæres an etiam aliquando, debeatur in foro externo? respondetur, deberi in foro externo quotiescumque dispositio prædicta ad pias causas probari potest in iudicio saltem per duos testes, nam ad valorem prædictæ dispositionis non requiritur solemnitas iuris ciuilis; sed sufficit solemnitas iuris gentium, scilicet duorum testium, *cap. relatum el 1. & cap. cum esses extra de testament.* vt de communi testatur *Bonacina citato puncto 3. num. 16.* Quod non solum procedit attenta iuris Canonici dispositione; sed etiam de iure ciuili, vt per Rotam Romanam apud *Caualerium decis. 27.* ibi: *Su-*
57 *mus in legato pio, in quo sufficiunt duo testes, non solum attenta iuris Canonici dispositione, cap. relatum, &c. sed etiam de iure ciuili, Federicus de Senis cons. 217. num. 2. Tiraquellus priuilegio 1. & 2. Mantica, &c.* etiam si non adsit Parochus, *Lessius lib. 2. de iustitia cap. 19. num. 6.* Vnde quando testamentum est nullum, vel ratione præteritionis filij, aut ascendentium, vel etiam fratris vbi est instituta turpis persona, vt in *auth. ex causa vbi Doct. C. de liberis preteritis, latè Capriolus de successionibus ab intestato in Protheoria à num. 156. Andreas Gaill. libr. 2. Practicarum*

rum obseruationum, obseru. 113. & 134. Ferdinandus Vasquius lib. 2. de succession. §. 6. num. 14. & §. 8. num. 61. & §. 12. num. 18. Vbi etiam de causa nullitatis testamenti, ratione exhęredationis filij, absque legitima causa, vel ratione defectus hæredis institutionis, quæ debet esse caput & principium testamenti, *§. 1. instit. de hæreditat. quæ ab intestato deferuntur*, vel ratione defectus debiti numeri septem testium. Tunc certum est deberi ex dicto testamento nullo, etiam quò ad forum externum legata pia, ac posse peti tam coram iudice Ecclesiastico, quam seculari, & si quando petuntur coram iudice seculari; talis iudex debet determinare talem causam secundum ius Canonicum, tam in terris Ecclesiæ, quàm Imperij, vt per *Panormitanum in citat. cap. relatum nu. 2. & 8. extra de testament. indicat etiã Bonacina loco supracitato sub num. 14.* Estque casus decisionis Rotæ apud *Caualeriũ 168.* Vbi prę supponitur causa commissa super nullitate testamenti, & tamen Rota ait; *Nam quò ad legata pia, res transibãt sine difficultate, cùm debeantur, etiam quòd fuerint relicta in testamento minus sollemni, Abbas in cap. relatum el 1. num. 5. de testam. Alexander cons. 105. Bartol. in l. cunctos populos num. 30. vers. non valeant nisi contineant C de Summa Trinitate, & fide Catholica Bellon. cons. 16. num. 1.* Adde *Gaill. & Vasquium, ille obseruat. 113. iste §. 8. num. 65.* in terminis primi casus nullitatis testamenti, docentes deberi legata pro malè ablatis, restitutione vsurarum vel exoneratione conscientiæ, non solùm quia ista magis restituuntur, quàm dantur (vt inquit *Vasquius*) sed etiam, vt inquit *Gaill.* sũt legata necessaria, & ideo præsumi debere, testatorem etiam illa reliquisse, si sciuisset vxorem grauidam, vel filium superuiuere, cum quilibet præsumatur magis animam suam, quàm cætera omnia diligere, quæ ratio valdè vrget pro casu nostro legati ad Missas celebrandas. Accedit etiam *Constantinus Capriolus in suo tract. de successionibus ab intestato in Protheoria num. 179.* Vbi talia legata deberi ex testamento nullo, ex eo quia nullus reperiatur institutus hæres, defendit ex magis recepta Doctorum
58 sententia. Et *sequentib. numeris* habetis casus alios in quibus

quibus testamẽtum est nullum, & an illud tunc substineatur quò ad causas pias, debetur etiam in foro ex-
59 terno legatum pium, quando fuit relictum in schedula manu testatoris scripta, vel subscripta in extremo vitæ spiritu cum duobus testibus & Parocho, vt in *dicto cap. cum esses de testam.* de qua re *Lazarius de monitorijs sect. 3. quæst. 6. num. 34.* vbi reperietis quando ex testamento sic condito debeantur etiam legata non pia, & hæreditas ipsa. Remanet igitur
60 vt obligatio in foro conscientiæ dumtaxat, & non in foro externo vrgeat, vbi deficit numerus dictorum duorum testium, verbi gratia, vbi reperitur schedula scripta vel subscripta manu testatoris absque testibus, vel cum vno tantum teste, vel hæredi id fuit impositum à defuncto absque scriptura. vt per *Bonacinam supra Puncto 3. num. 16. Lazarii supracitata quæst. 6. num. 32 & 33. Lessium lib. 2. cap. 19. num. 7.* vbi subdit rationem quia scilicet ius Canonicum non requirit duos testes ad hoc, vt dicta dispositio sit valida in foro cõsciẽtiæ, sed vt probari possit in foro externo quantum satis est, vt pro ea possit ferre senten-
61 tiam. Idem esse vbi testator incepit condere testamentum, & relinquebat ad piam causam, ac antequam perficeretur testamentum ex hac vita migrauit, *Bonacina supradicto Puncto 3. num. 21. Tiraquellus priuilegio 6. latè de hac materia Filliuccius tract. 34. à num. 150. Fauet Riccius 2. parte Praxis resolut. 461.* vbi firmat, electionem sepulturæ factam in testamento adhuc non stipulato valere, ergo & tanto magis relictum promissis celebrandis ad suffragium animæ ipsius testatoris Dixi (antequam perficeretur testamẽtum, quia etiam testamentum imperfectum ratione totius volũtatis testatoris substinetur quò ad legata ad pias causas *Tiraquellus priuilegio 7.* quidquid aliqui contrarium docere videantur.

SECTIO VI.

Legatum pro Missis celebrandis quando soluj debeat.

62 *Hæres in foro conscientiæ, an teneatur statim exequi legata pia, & alia non expectato anno. Quid quò ad*

ad forum externum, num. seq. Qualis sulpa sit negligentia hæredis circa id, num. 64. An sit causa iusta excusans vt bona testatoris carius vendantur nu. 67. An teneatur ob talem negligentiam ad aliquam restitutionem defuncto, n. 68.

65 *Animæ defuncti quomodo noceat negligentia hæredis in exequendis legatis pijs. Quid de non exequente votum reale defuncti, nu. 66.*

69 *Legatum annuum pro Missis celebrandis qua in parte anni sit soluendum Capellano. Quid de legato alimentorum num. sequ. quantum duret dictum legatum num. 78.*

71 *Salarium quando debeatur locanti operas suas.*

72 *Fructus quomodo diuidantur inter hæredes beneficiati defuncti, & successorem, vel Cameram Apostolicam. Quomodo inter resignantem, & resignatarium num. 74. Quomodo inter translatum ad aliam Ecclesiam & prouisum, num. 75. Quid de Capellano num. 76.*

73 *Testandi facultas concessa Episcopo, vel alteri beneficiato de quibus fructibus possit testari;*

77 *Iudex quis compellere possit hæredem vel exequutorem negligentem exequi legata tam pia, quàm profana.*

78 *Hæres cui iniunctum est vt faciat annuatim celebrare certas Missas in certa Ecclesia, quando possit constituere Capellanos.*

PRæsupponimus non fuisse appositum tempus solutionis ab ipso testatore, quia si reperiretur appositũ illud erit obseruandum, sicut si legatum præfatum fuisset à testatore relictum, vt soluatur ex fructibus alicuius fundi, deberet solui eo anni tempore, quo fructus colliguntur. *l. fundus ff. de vsufr. legato*. Ideoque quia legatum istud potest esse, vel pro vna vice tantum, vel annuum, vterque casus hic venit explicandus. Potest legatum istud vnica vice præstandum relinqui duobus modis. Primò, vt hæres faciat sibi pro vna vice celebrari tot Missas, vel det tantam eleæmosynã pro celebrandis tot Missis. Secundò, quòd det ducatos centum v.g. tali Monasterio pro emendo censu, de cuius fructibus quot annis celebrentur tot Missæ prout est casus super quem consuluit *Marcell. Megalius cons.*

62 80. Vbi optimè probat, statim ab hærede esse talem voluntatem testatoris exequendam, quòd etiam dicendum est in terminis primi casus; quia & si de iure detur tempus sex mensium hæredi ad exequenda legata pia, & annus ad legata non pia, tamen non per hoc infra illud tempus, si potest exequi illa, & non exequitur, & sic est negligens, euadit culpam in foro conscientiæ, & si euadat pœnam ibi à iure impositam, & latius confirmat *Paulus Layman lib. 3. tract. 3. cap. 11. num. 13.* qui habet hæc verba: *Pœnas negligentibus exequutoribus iure statutas legere potes apud Abb. & Couar. Silu. & Molinam. Videlicet vt si intra medium annũ à die publicationis testamenti numerandum cessante legitimo impedimento legata pia exequi neglexerint, postea eadem soluere cogantur cum omnibus fructibus, & emolumentis, quæ à die mortis testatoris percipi poterãt iuxta cit. cap. si hæredes de test. & § si autem legatum Auth. de Ecclesiasticis titulis, &c.* Vbi benè aduertit non obligare has pœnas in conscientia ante iudicis condemnationem. De culpa talis negligentiæ loquitur *num. 12.* ibi: *Hæres alïque exequutores post hæreditatem aditam, & inuentarium confectum statim tenentur soluere legata, & alia exequi, quæ defunctus præceperat, nisi iusto impedimento excusentur, ita habetur in cap. si hæredes de testamen. vbi Abb. num. 5. Couarruu. num. 4. Molina disputat. 251. §. dubium item est, Siluester verbo testam. 2. quæst. 6. & 9. Petrus Nauar. lib. 3. de restitut. cap. 4. num. 165.* Alios allegat, & sequitur *Diana part. 3. tract. 5. resolut. 59.* Subdit Layman post pauca; *Rectè enim notãt Siluester & Petr. Nauarr. hæredem, atque exequutores, si differant solutionem legatorum grauiter peccare, non tãtum aduersus eos, quibus relicta sunt; sed etiam interdum aduersus defunctum, si tardè, vel non integrè præstentur legata pia & eleemosyna relictæ in remedium animæ per sacrificia orationes, aliaque fidelium suffragia, quin & ipsamet exequutio legati pï, puta actualis elargitio eleemosynæ non parum momenti habet ad satisfaciendum pro peccatis defuncti, &c.* Concordat *Bonacina disput. 3. de contractibus quæst. vltima, Puncto vltimo, sub num. 29* vbi post alios docet, quòd

animæ

65 animæ defuncti non nocet negligentia hæredum, nisi quatenus non exhibentur ei debita suffragia, & remedia expiationis, quibus exhibitis anima ipsius posset eripi, & subleuari à pœnis purgatorij, ideo pariter peccare exequutores legatorum, quoties debitam non præstãt operam & diligentiam in exequendis, & persoluendis legatis, quia faciunt contra propriam obligationem, in materia graui cũ præiudicio testatoris, qui posset ab igne purgãte subleuari solutione legatorum, citãs *Emmanuelem Sà*, *Naldum*, *Couarr.* & *Petrum Nauarr.* fauent, quæ de obligatione hæredis circa vota realia defuncti adnotauit *Lessius libr. 2. de Iu-*
66 *stitia cap. 40. num. 66.* Vbi firmat, quòd si hæres non curans adimplere dictum votum, non peccabit propriè contra votum, nec erit voti violator, quia ipse nihil vouit, aut promisit Deo, sed partim contra obligationem qua defuncto obstringitur ratione hæreditatis acceptæ seu taciti pacti, quo eò ipso, quò hæreditatem adijt, acceptat onera defuncti, partim contra Religionem, quia non soluit quod Deo debet, & si enim Deo non promiserit, tamen factus est Deo debitor suscipiendo in se obligationem alterius Deo debentis, sicut is qui promisit se votum viuentis impleturum accepta mercede si fallat, & ipsi, & Deo iniuriam facit, hucusque *Lessius*. Quando verò possit hæres compelli per censuras ad adimplenda dicta vota, vide *Sanchez lib. 4. Summæ Moralis cap. 15. sub num. 26.* vbi latè de hac obligatione hæredum. An autem sit causa iusta differendi dictam exequutionem, quia si statim vellet soluere præfatum legatum cogeretur bona defuncti viliùs vendere? tractat *D. Thomas quolibeto 6. articulo 14.* qui ita
67 respondet: *Si exequutor per modicum tempus eleæmosynã dare differat, vt rebus defuncti melius venditis, ampliores eleæmosynas dare possit laudabiliter hoc facit, si verò è conuerso per multum tempus differat eleæmosynas distribuere, vt non multò ampliores elegmosynas faciat, non videtur esse absque culpa, quia fortè defunctus à Purgatorio liberaretur, in quo existenti, remedium suffragiorum maximè necessarium erat, hoc autem requirit prudentis exequutoris examen, vt scilicet consideratis dilatione temporis, & conditione*

personæ, quæ creditur citius, vel tardius liberanda, & etiã quantitate augumenti eleæmosynarum faciat, quod videbitur expedire defuncto. Hactenus D. Thomas. Ex quibus omnibus colligerem talem exequutorem cùm damnum intulit, vt supra, animæ defuncti ob retardationem Missarum teneri in conscientia ad emẽdandum dictum damnum cum alijs suffragijs, prout infra suo loco dicemus de Sacerdote retardante celebrationem Missarum, vel non celebrante in Altari priuilegiato pro vt mandauit testator. Nihil autem nocere, vel iuuare defuncto, si hæres tempore, quo, exequitur legatum, sit in statu peccati mortalis, vel in gratia, post alios notat *Bonacina supracitat. Puncto vltimo num. 28.*

Maior difficultas videtur adesse in resolutione secundę partis huius Sectionis, scili-
69 cet vbi est legatum annuum qua in parte anni debeat fieri solutio? vt est videre apud *Ildefonsum Perez libr. 1. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 9.* qui refert varias opiniones circa hãc materiam, & *num. 14.* concludit contra *Rebuffum* docentem, in omnibus relictis pijs indistinctè, siue legatum fiat pro quolibet anno, siue annuum præstandum esse initio anni, quam alijs allegatis sequitur *Diana part. 3. tract. 5. resolut. 29. ad principium*. Regulariter hoc casu solutionem faciendam esse eo tempore, quo necessaria erit dicta solutio ad piæ causæ exequutionem. Vnde infert loquendo in terminis anniuersarij, legatum relictum pro illo celebrando, sufficere si soluatur tempore, quo illud venit celebrandum, & sic nec initio, nec in fine anni, non autem descendit ad casum nostrum de legato relicto pro celebratione Missarum qualibet die, vel hebdomada aut mense, & simil. quem casum decidendum esse credimus iuxta ea, quæ
70 de alimentorum legato, quod est valde affine legato pro Missis celebrandis, cùm illud censeatur relictum pro alimentando Sacerdote, qui celebraturus est Missam, iuxta vulgatum proloquium, Qui altari seruit de altari viuere debet, docet ex communi vsu *Andreas Molfesius parte 5. in consuetudines Neapolitanas, quæst. 9. sub num. 6. & 8.* vt scilicet propter commodũ tam soluentis, quàm alimẽtandi, solui debeat dictum legatum singulo trimestre,

vel

vel quadrimestre. Fauet *Additio ad glosam in l. 2. C. de locato, & conducto.* Vbi lo-
71 quendo de salario soluendo ei, qui locat operas suas, sicut de Sacerdote, etiam dici potest quòd locet operam suam hoc casu, vt infra *quæst. sequenti*, docet ad determinandum tempus solutionis talis salarij, inspiciẽdam esse qualitatem personæ locatoris operarum, quia (inquit) si est pauper, qui non potest operas præstare, nisi minutatim des illi pecuniam, tunc tacitè etiam videtur actum, vt etiam ante opus perfectum illi pecuniam minutatim præbeas, argumento tex. in *l. si verò §. finali ff. mandati*, vel subdit eadem *Additio*, attendenda est consuetudo, allegans textũ in *l. quod si nolit §. qui assidua, ff. de ædilitio*
72 *edicto*. Vnde quidquid sit de beneficiato, qui transmittit ad hæredes omnes fructus recollectos, fructus autem non recollectos ad successorem in beneficio, vel ad Cameram Apostolicam, vt supponit pro certo Rota apud *Caualerium decis. 637. num. 2.* latè *Nou. in tract. de redditibus Ecclesiasticis quæst. 2. monito 13. & seq.* Vbi pro fructibus recollectis, intelligit eos qui fuerunt à solo separati, licèt adhuc in horrea non congregati. Latè *Geminianus & Philippus Frãcus in cap. præsenti col. vltima, de officio Ordinarij in 6. Cardinal. Zabarella, Imola, aliique communiter in cap. vltimo de peculio Clericorum, & latius per Couarr. libr. 1. resolut. cap. 15. num. 12. vers. verius tamen est.* Extatque Constitutio Iulij III. Felicis Memoriæ incip. *Cum sicut nobis*, & duæ aliæ incipientes *Dudum*, & *Ex certis*. In quibus habetur, fructus non dum perceptos, ac non dum exactos per beneficiarios, cuiuscunque ij sint dignitatis, etiam Episcopalis, vel maioris, ac etiam si eorum fructuum, seu pecuniarum, solutionis dies, in illorum vita aduenisset, & per eos quo minus in vita exigerent non stetisset, ad successorem in Episcopatu, & alijs beneficijs quibuscumque spectare, exigique debere, solutis tamen à successoribus debitis, beneficiorum intùitu per prædecessores contractis, de quibus verisimilis ab ipsis successoribus notitia haberi potest, & non aliter, quæ Constitutiones fuerunt nuper innouatæ, declaratæ, & extensæ per Sanctissimum

rbanum Octauum in sua Constitutione incipiēte *Aeternus rerum conditor* sub die 5. *Aprilis* 1628. vbi etiam declaratur *numquam intentionis nostræ fuisse, nec esse, minusque de cætero fore, per quancunq; concessionem, in-*
73 *dultum, seù facultatem testandi, vel disponendi, ac ab intestato succedendi, vel trasmittendi, etiam motu, scientiæ, ac potestatis plenitudine similibus, ac etiam concistorialiter, & per modum indulti seu legis generalis, vel aliàs quomodolibet à nobis emanatam, & pro tempore emanandam prædictis Regulæ, & Constitutioni nostris, nec resolutioni, & decreto Cameralibus illorumque obseruantiæ minusque Cōstitutionibus dicti Iulij prædecessoris huiusmodi quò ad fructus inexactos etiā si Afflictus, & emolumenta quæcunque inexacta huiusmodi deberentur ratione fructuum recollectorum, & in horreo reconditorum, ac etiā consumptorum derogare, nec aliquod eis præiudicium vllo modo inferre, quin imò easdē nostras regulam, & Constitut. decretumq; & resolutionē Cameræ prædictæ, ac prædicti Iulij prædecessoris Constitutiones per nos, vt præfertur approbatas, confirmatas, ac respectiuè innouatas de cætero perpetuis futuris temporibus, quò ad fructus quarūcumq; Ecclesiarum, & beneficiorum qualificatorum, & quocumq; nomine nūcupatorum inexactos huiusmodi inuiolabiliter obseruari, ac omnimodæ exequutioni demandari debere, &c.* Quid obseruandū quan-
74 do est contentio inter resignantem, & resignatarium, habetur in Barensi fructuum quæ est decis. 104. apud Caualerium, vbi Rota negando æquiparationem inter casum vacationis per obitum, & per resignationem, cùm neq; de iure mors ciuilis non æquiparatur morti naturali, nisi in casibus in iure expressis resoluit, fructus ciuiles, quales sunt census, pensiones domorum, responsiones, & similes, quorum de tēpore resignationis scilicet die, qua fuit prouisus resignatarius, adhuc non venerat dies solutionis, spectare ad resignatarium; fructus verò naturales & industriales separatos à solo ante dictum diem prouisionis, etiam si fuissent locati, & dies solutionis affictus veniret post resignationem spectare ad resignantem idem. Confirmatur in Cremonensi fructuum coram Pirouano quæ est *decis. 278. part. 2. to. 1. ex recollectis à Farinaccio*, idem

idem seruari debere, vbi liquidatio dictorum fructuum
75 fieri debet inter translatũ ad aliam Ecclesiã, & translatariũ, patet in eadem *Barensi, seu 104. apud Caualeriũ*, ibi: *Pro his optimè facit decis. Putei 14 libr. 3. vbi ex prædicta ratione fuit datus translatario integer terminus pensionis maturatę post translationem etiam pro rata temporis decursi ante translationem* & infra ad finem; & hac de causa ad propositũ placuit, quod dicunt Doctores, quòd si aliquis translatus est de vna Ecclesia in aliam, & consuetudo Ecclesiæ est, quòd fructus decedentis perueniant ad Capitulum, non habebit fructus pendentes de tempore translationis, vt per *Archidiaconum in dicto §. ecce, num. 8. quem ibi sequitur Gemin. nu. 5. & Egid. num. 2. Rota decis. vnica de translatione Episcopi in antiquis tenuit Rota in vna Burgensi. expensarum 19. Nouembris 1584. quæ est 809. part. 1. diuersorum vbi reijcit dictum Cardinalis in dicto cons. 110. &c.* Ecce quòd translatus æquiparatur ibi resignanti in acquisitione fructuum tam ciuilium, quàm naturalium, & industrialium, nam de resignante aderat dubitatio, ad quam reijcendam adducitur instantia de translato, qui habetur pro mortuo, capit. in Apibus §. ecce 7. quæst. 1. & tamen assequitur fructus, ergo idem in resignante. Adde nisi sit in contrarium consuetudo, vt per *Perez de Anniuersar. & Capellanijs libr. 2. cap. 11. num. 26.* & de consuetudine circa diuisionem fructuũ inter Beneficiatos Neapoli, vide *Vrsillum ad Afflictum decis. 168. sub num. 6.*

76 Tamen contrarium dicendum de capellanis istis, quibus tribuuntur hi fructus, non vt præmia meritorum, sed vt stipendia laborum; & sic nõ dãtur eis simpliciter propter officium, sicut dicitur de beneficiato in *cap. finali de rescript. in 6.* sed propter missas celebrandas quibus correspondere debet salariũ à testatore relictum, ideoq; pro rata temporis inter prędecessorẽ & successorem diuidẽdi sunt fructus eo modo, quo inter maritum & vxorem, facto diuortio: ita in terminis *Perez citato cap. 11. n. 18.* fauet *Molfesius p. 5. in consuetudines Neapolitanas quæst 9 nu. 17.* vbi loquendo in terminis legati alimentorum, idem fuisse decisum testatur per S. Consil. Neapol. non obstante conuentione, vt alimenta

solue-

soluerentur in tribus tertijs, conducunt etiam quę dicunt Doctores de eo, qui locauit operas suas, quòd scilicet huic singulis diebus, quibus præstat operas, debeantur fructus pro rata, iuxta textum in *l. si nauis, ff. de rei vēdicatione*, & *alia adducta per Dominum Vincentium de Franchis decis. Neapolit. 60. num. 7.* Est meo iudicio text. apertus in *l. Stio ff. de annuis legatis*, vbi habetur, quòd tam labor, quàm pecunia diuisionem debeant recipere, videte *Ceuallos in speculo commun. contra communes quæst. 1. num. 21. de Franchis additione ad decis. 19. Addentes ad Quarantam verbo beneficiorum possessio in fine*. 77 Quòd tam iudex Ecclesiasticus, quàm secularis compellere possit hæredem, vel exequutorem laicum ad exequendas pias voluntates, si fuerint negligentes, & sic hoc iudicium esse mixti fori, deturque locus præuentioni, post alios docet *Paulus Layman lib. 3. suæ Theologiæ moralis tract. 5. cap. 11. num. 13.* vbi id extendit etiam ad relicta pro causis non pijs, nam iudex Ecclesiasticus subuenire debet personis miserabilibus & destitutis omni auxilio, quales defuncti, qui meritò miserabiles personæ cēsentur, cum suam causam ipsimet agere non possint. Vide *Molinam & alios apud Dianam tom. 1. tract 2. resolut. 98. & tom. 3. tract. 1. resolut. 21.* vbi benè loco primo citato concludere videtur cum *Ceuallos* hanc sententiam esse veram in legatis omninò pijs. Quibus illic allegatis, quòd defūctus sit miserabilis persona, adde *Tiraquellum in tract. le mort Saisit le vif, declaratione 5. num. 10.* An etiā nulla data negligentia iudicum secularium possint personæ miserabiles trahere aduersarios suos apud Iudicem Ecclesiasticum, tractat idem *Antoninus Diana tom. 1. tractat. 2. resolut. 17.* vbi testatur Praxim esse pro negatiua sententia.

78 Tandem aduertendum quòd & si aliqui Doctores, quòd legatum annuum etiā relictum pro causa pia non amplius, quàm centum annis duret, tamen contraria opinio aliorum quòd semper duret, quam docet post illos *Tiraquellus priuilegio 90. Piæ causæ*, est verior & hodie magis communis, vt alijs allegatis testatur *Emmanuel Suarez in suo Thesauro receptarum sententiarū lit. A. num. 182 addo Azoriū part. 3. lib. 1. cap. 26. quæsito*

2.

2 vers. si roges, & in terminis Viuianum in sua Praxi Iurispatron. fol. 73 num. 116. Item quòd in dubio tale legatum censeri debeat ex subiecta materia perpetuum, quia fit pro anima, quæ est perpetua, probat *Perez de Anniuers. & Capellaniis lib. 1. cap. 3. à num. 9.* Vide ad hoc *Nauarr. cons. 11. de testam.* In vna Calaguritana Capellæ 16. Ianuarij 1584. coram Seraphino fuit per Rotam decisum, quòd facto legato pro Missis celebrandis annuatim in aliqua Ecclesia non ex hoc sequitur, quòd hæres possit deputare Capellanum, sed tantùm curare debet, quòd huiusmodi Missæ celebrentur à ministris illius Ecclesiæ; refert hanc decis. *Genuensis in Praxi Archiepiscopali Neapol. cap. 48. num. 3.* vbi *num. sequenti* declarat quando beneficiati moderni alicuius Ecclesiæ teneantur celebrare Missas, quarum legatum fuit acceptatum per suos prædecessores.

SECTIO VII.

Hæreditas si non est sufficiens pro omnibus legatis, an præferri debeat legatū pro Missis celebrandis.

79 *Hæreditas vbi non est sufficiens pro legatis soluendis, quid faciendum. An hoc casu legata pia prius soluenda, quàm non pia, num. sequenti. Quid de legato pro Missis celebrandis, num. 82. 84. & 86.*

81 *Falcidia non detrahitur de legatis pijs. Quid si reperiatur instituta pia causa, ibid.*

83 *Funeris impensa præferuntur omnibus legatis etiam votis defuncti, quid de debitis, ibid. remissiuè.*

85 *Missa de requiem præsente corpore defuncti antequam sepelitur, quando potest celebrari, debet celebrari etiam in die festo.*

86 *Legatum si est insufficiens pro erigenda Capellania quid agendum.*

87 *Inuentarium si non conficiat hæres, an in foro conscientiæ teneatur vltra vires hæreditarias. Ecclesia, Monasterium, Clericus, &c. an in foro fori teneatur vltra uires hæreditarias hoc casu.*

casu, num. sequenti.

89 *Argumentum de falcidia ad Trebellianicam valet.*

90 *Confraternitas quando sit locus Pius ad effectum impediendi detractionem Trebellianicæ.*

91 *Substitutio piæ causæ quando impediat detractionem Trebellianicæ.*

79 REgulariter vbi hæreditas non est sufficiens pro adimpletione legatorũ omnium, ipsa legata diminuuntur pro rata *l. si post missionem, & l. in ratione §. quod vulgo ff. ad l. falcidiam cum concordantibus*, quæ regula procedit etiam quò ad legata pia, vt per *Sanchez lib. 4. Summę cap. 15. num. 40. & Bonacinam disp. 3. de contractibus quæst. vltima, Puncto vltimo sub num. 27. Ampliatione* 1. Dubium tamen 80 videtur, an concurrentibus legatis pijs, & non pijs omnia legata sint diminuenda pro rata, vel prius soluẽda legata pia integrè, vel pro rata, si neque hereditas, vel redditus, ex quibus talia legata soluenda esse iussit testator; sufficiant ad legata pia exequenda, exclusis legatis non pijs, ac prophanis, vt est videre apud *Riccium* 1. *part. decis. Curiæ Archiepisc. Neap. decis. 221.* qui relatis opinionibus concludit pro opinione, quod diminutio debeat fieri generaliter de omnibus legatis pijs, & nõ pijs pro rata, & testatur sic fuisse decisum in *Sacr. Regio* Cons. Neapolitano, & practicari in Tribunalibus, & sic tali casu nullus ordo seruandus, & in solutione legatorum, nec est locus gratificationi vt pòst *Valerium, habetis per Antoninum Dianam parte 3. tract. 1. resol. 60.* Sed præter citatos à *Riccio* pro opinione fauorabili piæ causæ videte *Molfes. cõs. 13. num. 16. & seq.* certum autẽ est ex ipsis legatis pijs, 81 non detrahi falcidiam ab herede, vt per *Tiraquellum de Priuilegijs piæ causę priuilegio 26.* intellige, vbi non fuit iussum à testatore, quod dicta legata integrè soluãtur quia tunc tacitè censetur p hibita falcidia, vt per Rotam apud *Caualerium decis. 537.* Estque vera doctrina principalis etiam si in testamento ex quo debentur legata pia, fuerit instituta alia pia causa vt per *Riccium par. 3. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ. decis. 59. n. 7.* & si contrarium doceat *Bonacina cit. Pun. vltimo n. 30. vers. 2. nisi, &c.* Sed quidquid sit de supra relata opinione

nione circa diminutionē pro rata legatorum in casu insufficientiæ hęreditatis, quò ad
82 legatum pro Missis celebrandis; distinguerem de legato pro vnica vice: & sic quantitatis non valde excedentis, iuxta qualitatem personæ defuncti, & legato annuo seù de fundanda capellania: nam primo casu, opinionem docentem illud deberi sine aliqua diminutione, amplecterer, cùm tale legatum videatur necessarium pro subleuatione animæ defuncti, & per consequens, vt æs alienum est detrahendum, & eius adimpletio præferenda alijs legatis voluntarijs etiam pijs, prout de
83 expensis causa funeris habetur in *l. penultima ff. de religios. & sumptibus funerum, latè Sayrus libr. 10. suæ clauis Regiæ tract. 5. cap. 10. num. 23. & 25. latius Iulius Lauorius in suis varijs lucubrationibus, de prisco, & recenti funerandi more tit. 2. cap. 16. à num. 8.* Vbi tractat, an præferatur etiam debitis à testatore, & quæ dicantur tales expensæ iuncto *num.* 223. Et in specie, quòd dicta expēsa causa funeris præferatur votis defuncti realibus, *Sanchez libr. 4. Summæ cap. 15. num. 39.* Et quidem
84 non incongruè legatum pro Missis celebrandis vnica vice, vt supra possumus æquiparare expensæ funeris cùm etiam ad cohonestandum funus celebrentur, & si verè non possint dici funeralia ad effectum quartæ Parochialis, vt infra *sect. sequenti*, vbi refertur decisio illa Elnen. iurium Parochialium. Fauet *Rituale Romanum de exequijs*. Vbi legi-
85 tur, quòd antiquissimi instituti est, & illud quantum fieri poterit, retineatur, vt Missa præsente corpore defuncti pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur, & si quis die festo sit sepeliendus, Missa propria pro defunctis præsente corpore celebrari poterit, cum alijs quæ refert *Iulius Lauorius in suis varijs lucubrationibus de Prisco, & recenti funerandi more tit. 2. cap. 15. à num. 88.* vbi à *nu. 35. vsque 57.* conatur ostendere Missas celebrari pro defunctis statim post mortē, vel in ipsa funeratione ad tollendum vsum epulorum, quæ antiquitus tali tempore pro mortuis fieri consue-
86 uerant. Secundo casu verò, quādo est legatum annuum vel magnæ quantitatis inspecta qualitate defuncti, concederem esse minuendū pro rata cum alijs legatis,

imò si non sufficit dicta rata pro Capellania erigenda, de ea celebrentur Missæ statim vel annuatim in minori numero, cum consensu Ordinarij, vt de legato insufficienti pro sepultura construenda, quòd debeat arbitrio Ordinarij conuerti in alium pium vsum, dicit *Iulius Lauorius loco supradicto cap. 9. num. 91.* ita in terminis terminantibus consuluit *P. Megalius cons. 71.* nec hoc casu vendicant sibi locum decreta nouissima de celebratione Missarum, quę loquuntur de similibus legatis relictis Ecclesijs vel Cõuentibus, &c. licèt enim
87 hæres non conficiens inuentarium teneatur de suo in foro exteriori, non solùm soluere debita; sed etiam legata, tamen hanc obligationem non habet quòad forum conscientiæ, secundùm quod non tenetur, nisi quatenus vires hæreditatis se extendunt: ratio est manifesta, quia leges præcipientes, quòd non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias, fundantur in præsumptione contra hæredem, quòd scilicet subtraxerit bona hæreditaria, & hæreditatem esse soluendo, *§. sancimus Auth. de hæredibus, & falcidia cum alijs adductis per Rotam in Romana legati apud Caualeriũm decis. 246. à num. 3.* Et lex quæ fundatur in præsũptione non obligat in foro conscientiæ, quod est forum veritatis, *Baldus in l. vnica col. 3. C. de confessis.* Docẽt communiter Doctores, in materia de legibus *Paulus Layman lib. 1. suæ Theologiæ Moralis tract. 4. cap. 21 num. 4.* Et in terminis nostris loquendo probat *Sanchez libr. 4. Summæ Moralis cap. 15. nu. 37.* Vbi hoc ampliat etiam sequuta condẽnatione talis hæredis à iudice, quòd talis teneatur vltra vires hæreditarias, quia inuentarium non confecit; alios authores habetis apud *Dianam part. 1. tract. 10. de legibus resolut. 27. & part. 3. tractat. 5. resol. 56.* qui *tract. 2. de immunitate Ecclesiastica resolut. 70.* probat non
88 solum, quòd Ecclesia, & Monasterium, & per consequens alia pia causa, quando fuit instituta hæres, non subiaceat dictis legibus præcipientibus confectionem inuentarij, sed etiã vbi fuerit institutus Clericus, sequitur *Paulus Squillantes cap. 7. de priuilegijs Clericorum num. 60.* Sed vt verum fatear, ratio quam adducit post *Martam*, *Diana* pro

Eccle-

Ecclesia, & Monasterio, ac Clerico, quòd scilicet non teneantur ad Confectionem inuentarij, quia leges illud præcipientes non comprehendant dicta loca, & personas ex defectu iurisdictionis, non implet animum meum, cum dictæ leges ciuiles sint canonizatę à Summo Pontifice in *cap. Rainaldus, extr. de testamentis in fine, vbi glosa verbo inuentarium liter. N.* Ideò potius meo iudicio erit ratio, quàm supra attingimus, quia dictæ leges fundantur in præsumptione fraudis, quæ præsumptio fraudis cessat in dictis locis & personis. Et quia diximus supra, quòd ex legatis pijs non deducitur falcidia, quæ propriè debetur, vbi hæreditas exausta reperitur ob legata, vt ait glosa in dicto *cap. Rainaldus in principio*. Item quòd quando institutus est locus pius non tenetur vltra vires hæreditarias si non confecit inuentarium. Et quia sæpè contingit dubitare, an societas seu confraternitas secularium personarum sit locus pius, non pigebit hic referre decisionem Rotæ in illa Aesina fideicommissi 3. Decembris 1604. quę loquitur in materia detractionis

89 Trebellianicæ, à qua valet argumentum ad detractionem falcidiæ, vt testatur Rota apud *Caualerium decis. 537. num. 2.* Verba decisionis sunt ista: *Dubitaui, An esset locus Trebellianicę, cùm fuerit factus locus fideicommisso ad fauorem societatis Sanctissimi Crucifixi Corporis Christi per obitum Marchegianæ filiæ testatoris absq; filijs cui Societas in talem casum fuit substituta. Et Domini eum præsuppositio, quòd Societas sit solita conuertere relicta in opera pia, negatiuè*

90 *resoluerunt: nam licèt Confraternitas non sit locus pius, Baldus in l. si quis ad declinandam, §. in omnibus num. 19. C. de Episcopis, & Clericis, Abb. cons. 31. num. 2. lib. 1. Imola in cap. officij num. 20. & seq. de testam. Alex. in Rubr. de noui operis nunciatione num. 25. Antonius Gabriel, qui de magis communi, de pia causa conclus. 1. Hieronym. Gabriel cons. 162. libr. 1. tamen ad effectum, quòd censeatur prohibita detractio Trebellianica non est necesse, quòd locus sit pius; sed sufficit quòd opera pietatis exerceat, quia priuilegium non datur loco; sed causæ, cui relinquitur. Castrens. cons. 167. num. 2. libr. 2. Ga-*

briel de Pia causa conclus. 2. Peregrin. de fideicom art. 3. num. 63. vers. & nota: Nec
91 obstat, quòd ad effectum quòd censeatur prohibita Trebellianica necesse est quòd pia causa sit immediatè substituta, vel mediatè modo fideicõmissarius sit purè, vel in diem certam grauatus restituere, secus autem, si sub conditione si sine filijs, vt per Crassum qui alios refert in §. Trebellianica quæst. 6. nu. 6. & ratio differentiæ est, quia in primo casu est certum, quòd Ecclesia est successura: in secundo verò casu substitutus primo hæredi non potest impedire detractionem, quia non est priuilegiatus, & minus etiam pia causa, quia est incertum, an sit successura, quas rationes inspecie ponderat Romanus cons. 206. num. 7. Emmanuel Costa in cap. si pater, vers. Trebellianica num. 27. de testam. in 6. Peregrinus de fideicom. loco superius allegato num. 65. Nam in casu, de quo agitur, & si Confraternitas sit substituta sub conditione, si sine filijs; tamen Marghegiana numquam habuit filios, & ideò semper Confraternitas fuit certa, quòd erat successura, quare cum hæc ratio Doctorum sit generalis, & adaptetur ad punctum de quo agitur, benè illud determinatur, glosa in l. milites agrum de re militari l. bis solis de reuocandis donationibus, Iason in l. Marcellus num. 46. ff. ad Trebell. & in auth. nõ licet C. de liberis præteritis Riminald. iunior cons. 8. num. 8. & seqq. libr. 1. Nec obstat decisio Fauentina fideicommissi 13. Nouembris 1595. coram D. Litta, quia ille articulus non fuit ibi ex professo tractatus; sed aliquid perfunctoriè dictum, & ibi detractio Trebellianicæ expresiè reperiebatur prohibita, &c.

SECTIO VIII.

Quarta Parochialis, vel Episcopalis, an debeatur de legato pro Missis celebrandis,

92 Portio Canonica cur vocetur Quarta.

93 Quarta Episcopalis qua nã sit, an debeatur ab Ecclesijs exemptis, ibid & num. 109. An debeatur à Confraternitatibus & Hospitalibus num. 94. Quando debeatur de relictis pro operibus pijs num. 95. Quando de Decimis ibid. remissiuè

siuè, An de legato ex legato facto Rectori pro missis celebrandis nu. 108. & 110 in quibus casibus non habeat locum nu. 112. & 113.

96 *Quarta Parochialis, quę nam sit, Quare debeatur nu. 104. An debeatur de cereis, & alijs quę interueniunt in exequijs peractis in Ecclesia, in qua quis non est sepultus eod. num. 96. in fine, Quid de exequijs peractis in ead. Ecclesia in qua est sepultus sed post diem sepulturę num. 120. coram quo iudice illa petatur, & quomodo num. 97. Cui debeatur, quando Ecclesia est cathedralis, & curata num. 103. quid si sit collegiata num. 107. Quid de legato pro missis celebrandis num. 115. 121. & 123. Hodiè de quibus rebus solui debeat dicta Quarta num. 117. in specie de Regularibus num. 124 An debeatur de cereis, & intortijs, quę manibus deferuntur, quando fiunt exequiæ num. 118.*

98 *Concordia inter Canonicos, & curam gerentem in cathedrali quando ligat successores Canonicos.*

99 *Transactio habet exiquutionem paratam, eiusque exceptio impedit litis ingressum.*

101 *Cura animarum ad quem de iure spectet in cathedrali.*

102 *Parochus habet intentionem fundatam in oblationibus contingentibus intra limites Parochię, Quarè illi debeantur dictæ oblationes num. 105.*

106 *Conuocare sacerdotes pro obeundis exequijs & funeribus ad quem spectet*

111 *Clement. Dudum de sepulturis nō disponit de quarta Episcopali.*

114 *Dictio, siuè, est disiunctiua quando ponitur inter res.*

116 *Consuetudo non solum est attendenda circa quantitatem quartę, sed etiam circa res de quibus illa soluenda sit.*

118 *Funeralia quę nam sint, & quę mortuaria & n. 122.*

124 *Regulares de quibus rebus soluere debent Quartam & sub num. 126. An ab ea hodie sint exempti nu. 125. Quando non obstantib. priuilegijs illam soluere debeant num. 127. & 128. Decisio Rota pro exemptione nostræ Religionis Clericorum Regul. à Quarta num 126.*

126 *Conciliari dispositioni quādo, & per quas clausulas censeātur derogatum in fine numeri.*

129 Monasterijs regularium nouis, ędificandi licentiam impartiri debet Ordinarius.

SEcundum canones de legatis & relictis, Ecclesię debetur quędam pars, quę ideo portio canonica nuncupatur, vt per *Siluestrum verbo*
92 *Canonica portio*, & quia hęc pars, & si possit esse dimidia, vel tertia ipsorum relictorũ portio secundum varias cõsuetudines, tamen iuxtà vsũ frequẽtiorem & consuetudinem in qua, vt inquit *Siluest. supracit. loco sub nu. 1. Azor. part. 2. suar. instit. moral. lib. 9. cap. 12. quæs. 2. vers. quid si alicubi*, iura magis concordare videntur, est quarta pars, ideoque Quarta nuncupari solet: Quę est duplex, vna Episcopalis alia Paro-
93 chialis. Quarta Episcopalis est illa portio quę debetur Episcopo de omnibus bonis, quę non solum relinquũtur, sed aliàs obueniunt Ecclesijs, quæ sunt in sua Diœcesi, intellige de Ecclesijs secularibus & non exemptis, hęc est opinio cõmuni omnium consensu recepta, vt post *Angelum testatur Azorius loco suprac. quæs. 5. in*
94 *fine*. An autem Confraternitates laicorum & hospitalia veniant hic nomine Ecclesiarum, prætẽr *Siluestr. & Azor. supra*, *videte Barbosam in tract. de officio, & Potestate Episcopi part. 3. allegatione 75. num. 43. & seq.* Sicuti ad dignoscendum
95 quando ex relictis pro operibus pijs, possit Episcopus prætendere dictam Quartam, patet ex decis. Rotæ apud *Seraphinum 276.* quam refert de verbo ad verbum *Quaranta in sua Summa Bullarij*, *verbo Quarta Episcopalis*, *& Iulius Lauorius* qui etiam latè tractat de hac materia Quartæ *in suis varijs Lucubrationibus de prisco, & recenti funerandi more tit. 2. cap. 17.* Et quando eadem Quarta debeatur Episcopo ex decimis solutis à parochianis Rectori, habetur per eamdem Rotam apud *Caualerium decis. 648.*
96 Quarta autem Parochialis est illa portio, quæ debetur Parocho ex omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, alteri Ecclesiæ vbi suus parochianus sepelitur: vnde etiam appellari solet Quarta funeralis, vt per *Genuensem in sua Praxi Archiepiscopali Neapolitana, cap. 72. in principio.* Vbi tractat articulum illum, An debeatur dicta Quarta de cereis, & alijs, quæ ponuntur circa

ca castrum doloris, quod fit in memoriam alicuius Principis, qui alibi sepultus est. cum Missa cantata, & exequijs, & concludit in Ciuitate, & Diœcesi Neapolitana ab antiquissimo tempore practicari opinionem *Calderini* affirmatiuam. Quomodo autē petatur dicta Quarta à Parocho tam ab Ecclesia legataria, quàm ab hærede, & coram quo iudice, aperit *Iulius Lauorius cap. 17. à num. 61.* Fuit aliquando dubitatum an quando in Ecclesia Cathedrali exerceretur per aliquem cura animarum, puta Archipresbyterum prout de iure communi; Canonici seu Capitulū possint prætendere aliquam partem huius Quartæ Parochialis, & decisum pro negatiua, vt patet ex decis. in Alexandrina Funeralium, 1. Iulij 1630. coram Merlino, quæ cantat vt infra, *Dissidebant inter se Capitulum, & Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis Alexandriæ circa perceptionem oblationum, & eleæmosynarum, quas pro defunctorum ope, vel ad cohonestādum eorum funus Christifideles elargiri consueuerūt, nec non circa alia iura Parochialia, & funeralia, ad quæ dissidia tollenda, inita fuit concordia de anno 1610.* 97

in qua statuitur, vt omnia emolumenta prouenientia ex funeribus mortuorum ac aliæ oblationes, quæ Religionis causa Deo offeruntur spectēt ad Archipresbyterum tamquam habentem curam animarum, iniuncto illi onere faciendi expensas cerę in die Purificationis Beatiss. Virginis, & Oliuæ in Dominica Palmarum, aliisque pactis adiectis, de quibus in dicta concordia data in summario num. 1. Verùm cùm propter absentiam Archipresbyteri, Capitulum ab obseruantia dicta concordiæ recedere prætenderet, dictaque emolumēta funerum, atque oblationes vsurparet. In Rota mihi commissa causa, dubitatum fuit, An dicta concordia sit seruanda, & hodie informante tantùm Archipresbytero, Domini seruandam esse 98 *responderunt. Quoniam huiusmodi concordia facta fuit ex authoritate, & decreto Episcopi, adhibita causæ cognitione, prævio diligenti tractatu nomine ipsius Ecclesiæ super iuribus tantùm & ijsdem dubijs in controuersiā deductis, non autem super bonis stabilibus. Vnde non est ambigendum quin sit omninò seruanda, & liget etiam Canonicos successores vt est tex. in cap. statuimus, vbi Ab-*

bas

bas num. 1. & seq. c. de cætero vbi Innoc. num. 4. & 5. cap. veniens, vbi Cardin. num. 2 de transact. in 6. Natta consil. 441. num. 9. Rota in recent. decis. 759. part. 2. & in Elnens. distributionum 25. Iunij 1629. coram R. P. D.
99 meo Durano. Regulariter enim seruanda est omnis transactio, habetque vim rei iudicatæ, & exequutionem paratam adeo vt transigens pro cõtentis in ea, ad obseruantiam exequutione possit compelli. Grauetta consil. 685. num. 27. vers. simili modo, Gratian. disceptat. forens. cap. 665. num. 11. Rota apud B. Mem. Cardinal. Caualer. decis. 23. sub num. 3. & latius dictum fuit in prædallegata Elnen. distribut. coram D. meo Du-
100 rano. Et impedit litis ingressum, dicitur què exceptio litis finitæ cap. 1. de litis contestat. in 6. Surdus consil. 451. num. 16. Cardinal. Seraphin. decis. 279 num. 3. & 1059 n. 1 cum alijs. In quam sententiam eò facilius Domini transierunt, quia ead. concordia est iuris communis, & Concil. Prouincial. Mediolan. di-
101 spositioni conformis. De iure enim communi, Parochus, & sic Archipresbyter, ad quem spectat exercitium curæ Ecclesiæ Cathedralis, cap. 1. cap. officium de officio

102 Archipresbyteri, fundatam habet intentionem super omnibus obuentionibus contingentibus intra limites Parochiæ, & ad eum omnes spectant tex. in cap. Pastoralis, & ibi Canonistæ, de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli, cap. dilectus de officio Ordinarij Ferret. consil. 143. num. 2. & seqq. Rota in recenti. decis. 256. num. 1. part. 1. & in terminis de Parocho curam animarum in Ecclesia Cathedrali exercente, fuit dictum in Beneuent. spolij 2. Decembris 1545. & 2. Decembris 1587. corã Orano, & latius firmatum fuit in Lunen. Sarzan. oblationũ, 8. Februar. 1627. coram me, quam etiam secuta fuit Rota in Ciuitatis Castelli Beneficij 24. Martij 1628. coram Eminentissimo Cardinal. Virili, & consequenter eidem Archipresbytero, tamquam Parocho debentur emolumen-
103 ta funeralium, quæ recensentur inter obuentiones, & eleamosynas suntque de iuribus Parochialibus, & ad eum solum qui exercet curam animarum pertinent ex cap 1. c. relatum de sepultur. Abb. in Rubr. de Parochijs num. 2. Vitalian in Clemen. Dudum, §. verum num. 9 & 10. de sepultur. Sebastian Medices in tract. de sepult. quæst. 8.

casu

casu 1. & 6. Rota apud Cardinalem Manticam decis. 294 num. 5. & in recent. decis. 376
104 num. 1. ad finem. Dantur enim hæc Parocho in recompensationem laborum, quos sustinuit in celebrando Diuina officia, & in ministrando sacramenta defuncto dum viueret, glos. in cap. 2. de sepult. in 6. Sebastian. Medic. supracit. casu 1. & 6. Quem-
105 admodum & alia oblationes, quæ Deo à fidelibus secundùm pietatis rationem in Ecclesia Cathedrali offeruntur, pari ratione dantur Parocho, vtpote quia sacramenta Dei populo exhibet, & preces populi exhibet Deo, cap. quia sacerdotes, & cap. Sanctorum 10. quæst. 1. benè D. Thomas in 2. 2. quæst. 86. art. 2. & in præallegata Lunen. Sarzan. oblationum coram me. Ex quibus etiam conse-
106 quitur, vt & ius conuocandi alios Sacerdotes pro obeundis funeribus eidem Archipresbytero competat, huiusmodi enim cura videtur in necessariam consequentiã eidem demandata in cap. perlect. distinct. 25. & cap. 1. & cap. officium de officio Archipresbyteri Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 8. quæsito 3. Concilij autem Prouincialis Mediolanen. dispositioni congruens est etiam dicta concordia, quia ipsum Concil. Mediolan. IV. tit. de funeribus, §. illud præpositi, & §. quæ in funere, & §. funeribus. Dispoſuit ferè idem, quod ius commune vt in summario n. 3 & 4. & sic adstipulatur Archipresbytero. Ex quibus resolutum pro Archipresbytero informante, cui fauet ius commune, Concil. Prouinciale, & particularis conuen-
107 tio. Si autem Parochialis Cura in Collegiata non resideret pęnès certam personam dicta quarta diuidetur inter eos, apud quos residet cura, nempe inter Canonicos, ita quòd singuli habebunt portionem nisi aliter statutum vel consuetudo declarauerit Ioannes de Lignano in cap. fraternitatem de sepulturis, sequitur Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus de Prisco, & recenti funerandi more tit. 2. cap. 17. num. 16. Idem dicẽdum esset si apud Canonicos Cathedralis resideret cura animarum vt alicubi seruatur, à pari.

His sic stantibus deueniẽdo ad decisionem nostri quæsiti, patet quòd illud consistit in duabus partibus. Prima pars est, an de ijs, quæ obueniunt Rectori Ecclesię in qua quis sepelitur, ex legato pro Missis celebrandis

debeatur Quarta Episcopo. Secunda pars erit, an ex legato pro Missis celebrandis ex legato defuncti extra Parochialem Ecclesiam debeatur Quarta ipsi Parocho?

108 Quò ad primam partem *Iulius Lauorius in suis variis Lucubrationibus de prisco & recenti funerandi more, cap. 17. num. 96. & ante eum Azorius part. 2. suarum institutionum Moralium libr. 9. cap. 14. quæsito 5 in fine*. Respondet, quòd legatum prædictum si constat, relictũ fuisse dicto Rectori dignitatis intuitu, & non personæ, debetur ex eo Quarta Episcopo.

Dixi, *Rectori Ecclesiæ*, quia dicta Quarta Episcopalis, cùm debeatur non ratione legantium, sed ratione Ecclesiarum sollicitandarum per Episcopum, de-

109 betur solùm ab Ecclesijs Episcopo subiectis, & non ab exemptis, vt per *Siluestrum verbo Canonica portio num. 4. quæsito 3*. qui refert *Panormitanum testantem de communi*; & ipse testatur de veriori. Latè *Tamburrinus de iure Abbat. disput. 15. quæsito 16*. vbi quòd nomine Episcopi hic veniunt Abbas, &c. habentes in Eccles. Episcop. iurisdict. & nos etiam innuimus supra *in principio huius sectionis*, vbi allegauimus *Azor.* testantem de communi. Sed

110 hęc responsio non est vera ex dispositione text. in *cap. finali extra de testamentis*. Vbi eximuntur à solutione Quartæ tam Episcopalis, quàm Parochialis legata Anniuersarij septimi, vigesimi, trigesimi, vel aliarum Missarum celebrandarum in perpetuum, vt ibi: *Anniuersario septimo, vigesimo, trigesimo die siue alijs ad perpetuum cultum Diuinum legantur Ecclesijs, vel reliquis pijs locis, Canonica portio, (dummodo in fraudem non fiat, vt ea Episcopus, seu Parochialis Ecclesia debeat defraudari) deduci non debet*. Cuius dispositioni quò ad hanc portionem & Quartam Episcopalem non est

111 derogatum per *Clementinam Dudum de sepulturis*, quæ solũ disponit de Quarta Parochiali, vt benè *Ildefonsus Perez libr. 1. de Anniuersar. & Capellan. cap. 25. num. 56. vers. deinde*, qui allegat *Abbat. in dicto cap. fin. de testament.* exemplificantem dictam decisionem in eo, quòd legatum fuit, vt die quolibet celebraretur in quodam altari, neque id negant *Azorius*, & *Lauorius supracitati*, nam ille *cap. 12.*

quæ-

quæsito 7. inter alios casus,
112 in quibus de iure Quarta Episcopalis ex bonis, quæ Ecclesiæ obueniunt deduci non potest, enumerat hos casus, scilicet si legetur aliquid pro anniuersario, septenario, vicenario, tricenario quotannis faciendo in perpetuum: item si legetur aliquid ad Diuinum cultum perpetuum, exemplificat ille in legato de Missæ Sacrificio quotannis faciendo in die alicui Sancto dicato, vel vt Diuina officia decantentur in hac vel illa Ecclesia, vnde à fortiori idem videtur firmare, vbi est legatum de Missis celebrandis quotidie, vel certis diebus in perpetuum in tali altari vel capella, prout clarius loquendo aperit *Lauorius n.* 99. vbi enumerat eosdem
113 casus, & exemplificat iuxta dictum textum in *cap. fin. de testament.* quando relinquit pro anniuersario, vel pro tot Missis pro perpetuo cultu Diuino, est tamen verum quòd dicti authores nempè *Azorius*, *& Iulius Lauorius*, volunt se saluare à vitio contradictionis hoc modo, vt scilicet quando dixerunt, Episcopo deberi Quartam de legato relicto Rectori intuitu dignitatis pro Missis celebrandis, intelligantur, de legato pro vna vice tantùm vel ad tempus, & non de legato perpetuo prout supponũt quãdo postea docent hunc esse vnum ex casibus, in quibus cessat Quarta Episcopalis, sed in rigore hoc non est verum. Primò, quia in *cap. inter vos extra de verborum significatione*, in quo fundatur *Azorius* non solùm est sermo de his, quæ offeruntur Sacerdotibus pro Missis mortuorum, sed etiam de his quæ offeruntur pro septimis, vigesimis, & anniuersarijs, sicuti in dicto *cap. fin. de testam.* Ergò si ibi intelligitur de septimis, vigesimis, trigesimis, & anniuersarijs perpetuis, ita in dicto *c. inter vos.* Nec obstant verba illa posita in dicto cap. fin. *siue alijs ad perpetuum cultum*, quia non exhis inferri potest, ergo ibi intelligit Summus Pontifex de anniuersarijs septimis, vigesimis, & trigesimis perpetuis. Nam dictio illa (siue) de sui natura est distinguere vt latè per *Barbosam in suo tract. de dictionibus*. Confirmatur ex textu in *capit. ex parte el 2. eod tit. de verborum significationibus*. Vbi Honorius III. idem statuit, quod Gregorius IX. in dicto *cap. finali* absque alia

mentione perpetuitatis, vt ibi est videre. Ergo in rigore de Missis relictis non debetur Quarta Episcopalis, sed quia in hac re potius attendenda est consuetudo, quàm rigor iuris, vt supra dictum est, ad eam remittendus est lector.

Quò ad secundam partem de Quarta Parochiali, tractat hanc materiam *Petrus de Vbaldis in suo tract. de Canonica Episcopali & Parochiali part. 1. cap. 7. num. 16. & par. 2. cap 4 sub num. 9.* qui relatis varijs opinio-
115 nibus concludit, quòd dicta Quarta debeatur de Missis relictis in genere, non expressa persona, per quam sint celebrandæ, non autem de relictis in specie, quia tunc legatum est reale, & non personale, estque secundùm mentem Rotę apud *Seraphinum decis. supra allegata 726. & apud Caualeritū dec. 101.* Vbi habetur, quòd de relictis personis non debetur Quarta, sed benè de relictis locis pijs. In specie quòd de legatis pro Missis celebrandis ratione sepulturæ in loco sepulturæ, tamquam de legatis in genere debeatur dicta Quarta, post *Petrum de Vbaldis citat. cap. 7. vers. quid si testator & Augustinum Barbosam de officio & Potestate Episcopi part. 3. allegatione 86. à num. 20. dixit Iulius Lauorius in suis varijs Lucubrationibus de Prisco, & recenti funerandi more cap. 17. num. 18.* Quibus adde eundem *Barbosam in alio tract. nuper edito de Officio, & Potestate Parochi cap. 25. num. 43. iuncto num. 46.* Sed quia vt supra nos diximus, & aduertit idem *Petrus de Vbaldis locis cita-*
116 *tis*. In ista materia est attendenda consuetudo; fauet *Fuscus de Visitatione lib. 1. cap. 25. in fine, Iulius Lauorius loco supracit. num. 22.* Cessat omnis difficultas, cū
117 consuetudo hodie recepta sit, vt tantū soluatur Quarta Parocho de funeralibus, & mortuarijs, quę propriè dicūturilla quę funus cōcomitantur, vel quæ offeruntur, dum funus est in Ecclesia, non autem quæ causa funeris offeruntur, vt benè *Azorius part. 2. suarum institut. Moralium libr. 9. cap 14. quæsito 13. vers. funeralia. clarius Iulius Lauorius citato cap. 17. num. 20.* vbi ait,
118 Hodie funeralia intelliguntur candelæ, quæ circa cadauer accenduntur, maceries omnis, quæ supra castrū doloris, & corpus construitur, pannus siue laneus, siue sericus, siue auro contextus,

quo

quo feretrum tegitur, & omnia, quæ cum funere computantur, & pro illo in Ecclesia præparantur, siuè alias efferuntur; mortuaria verò sunt, quæ offeruntur in die funeris. Quid de fa-
119 cibus, quæ manibus deferuntur à Fratribus vel alijs Presbyteris, quando comitantur funus, agit *Iulius Lauorius supracitato tit. 2. cap. 3. sub num. 78.* Vbi determinat, non deberi Quartam aliquam, nisi de facibus & intortijs, quæ deferuntur circum circa cadauer, & exponi solent pro ornatu castri doloris. Sed hac in re etiam seruanda est consuetudo, vt ibidem per eumdem num. 175. in fine. Et Romæ etiam harum facum seu horum intortiorum debetur medietas Parocho, vt patet ex decreto confirmato à Sanctiss. Pontifice nostro Vrbano VIII. pro eadem vrbe, quod refert noster *Naldus in suis Annotat. ad varia iuris Pontificij loca, tit. extrauag. commun. cum de extrauag. inter cunctas, §. de funeralibus de priuilegijs. Iulius Lauorius loco supracitato, num. 179. & sequentibus*, refert controuersiam notabilem circa Quartam
120 debitam de officio funeris peracto die sequenti post sepultum cadauer, cum declarationibus Sacræ Congregationis pro affirmatiua, quòd scilicet Parocho debeatur Quarta de facibus, intortijs, &c. in dicto officio interuenientibus de eadem consuetudine recepta, quòd solùm soluatur Ecclesiæ Parochiali Quarta de his tantum, quæ offeruntur eo tempore, quo funus, aut exequiæ defuncti celebrantur,
121 & in specie, quòd hodie ex generali consuetudine de relictis pro Anniuersario celebrando, non soluatur Quarta, testatur *Perez de Anniuersar. & Capellan. lib. 1. cap. 25. num. 57.* Et est id, quod etiam cõfirmauit Rota nouissimè in Elnen. iurium Parochialium 6. Iunij 1631. coram Queipo, his verbis: *Parochus Cocolibri Elnen. Diœcesis vrgebat hæredes, & exequutores testamentorũ eorum, qui in Monasterio Prædicatorum eiusdem loci sepulturam elegerunt ad celebrandum nouenarium, & caput anni in Ecclesia Parochiali postquam in dicto Monasterio Prædicatorum celebratum extiterat, super quo orta controuersia, & causa ad Rotam deuoluta, & mihi commissa proposui dubium, An Parocho liceat cogere hæredes, seu exequutores testamentorum*

defun-

defunctorum, qui sepeliuntur in Ecclesia Fratrum ad celebrari faciendum in Ecclesia Parochiali Diuina Officia nouennaria, seu Capo d'anno, quæ iam in Ecclesia Fratrum fuerunt celebrata? & Dominis visum fuit id Paracho non licere, quia iure communi, quo libera cuilibet sepulturæ electio permissa est, dumtaxat Quarta Canonica Parocho reseruatur cap. 1. cap. is qui, cap. in nostra, cap. certificari, cap. cum sup. de sepultur. quæ non generaliter sed cum restrictione, de qua in cap. vltimo de testament. competebat, quamuis per tex. in Clementina, Dudum de sepulturis fuerit ampliata, vsu tamen, & consuetudine generali ad Quartam funeralium restricta fuit, vt post Cardin. in dicta Clemen. Dudum, §. verum tradunt Couarr. in dicto cap. fin. de testam. num. 6. Molina de iust. & iure tractat. 2. disp. 217. Rodriquez quæst. Regul. om. 1. quæst. 39. art. 2. in fine, & de ea tantùm loquitur Concil. Tridentinum cap. 13. sess. 25.

122 de reformat. Funeralia autem sunt, quæ cum funere deferuntur, vt tradit glosa verbo funeralibus in dicta Clemen. Dudũ de sepulturis, & Petrus de Vbaldis de Canonica Episcopo, & Parocho debita par. 2. c. 4. n. 18. & 26. quã dũtaxat consistere in cera & in alijs oblationibus, quæ deferuntur tẽporè, quo defunctorũ corpora ad sepulturam

123 deferuntur, nõ aũt de Missis, & legatis, aut alijs oblationibus eorum, qui apud dictos Fratres sepeliuntur, declarauit Sanctiss. Memoriæ Pius V. 17. Kalendas Iulij anno Domini 1567. vt referunt Guttierez de iuramento confirmatorio 2. part. cap. 4. num. 3. Rodriq. dicta quæst.

124 39. art. 2. Vnde cum iure communi de oblationibus factis, aut relictis in Monasterio non deberetur nisi Quarta Ecclesia Parochiali, & hoc vsu, & cõsuetudine ad Quartam funeralium fuerit restricta, & ex constitutione Sanctiss. Memoriæ Pij V. declarantis Concil. Trident. in dicto cap. 13. fuerit constitutum, vt à Fratribus non deberetur nisi Quarta eorum funeralium, quæ tempore sepulturæ fuerint oblata: idque Sixtus Quartus ad fratrum fauorem iam constituerat, vt refert Siluester in summa, verbo Canonica in fine. Pretentio dicti Parochi omni iure destituta videtur; præcipuè quia Sanct. Memor. Pius V. die 9. Iulij 1571. in statuto directo ad Principatum Cataloniæ prohibuit, ne Parochi à

Fra-

Fratribus vltra Quartam funeralium quidpiam exigerent. Et cum hæc omnia fuerint tam fauore liberæ sepulturæ, quàm Fratrum cõstituta omninò, & directè impugnantur per Parochos agẽtes contra hæredes, & testamentarios eligentium sepulturam in Monasterijs, cum per hoc grauamen ab huiusmodi sepultura electione fideles auerterentur, atque ita finis dictarum Constitutionũ fraudaretur, quod licere non debet, per regulam tex. in l. non dubium C. de legibus cap. quod vna via de regulis iuris in 6. & ita vna tantùm parte informante, &c.

Hac occasione esset hic̀ inquirendum, an hodie Regulares habeãt aliquod priuilegium circa exemptionẽ
125 à soluendo hanc etiam Quartam eorum funeraliũ, quæ tempore sepulturæ fuerunt oblata, sed quia hunc articulum reperi plenè examinatum nouissimè per *Tãburrinum in suo tractat. de iure Abbat. disput. 15. quæsit. 17.* qui benè probat per formalia verba Cõstitutionum Põtificum tale priuilegium fuisse cõcessum diuersis Religionibus, & illud communicare alijs Religionibus habentibus priuilegiũ cõmunicationis cum dictis Religionibus, pro qua re in specie adducit verba decisionis Rotæ Romanæ in vna Licien. Quartæ funeralium 15. Ianuarij 1618. coram Coccino, quæ cum fuerit lata in terminis nostræ Religionis Clericorum Regularium potientis tale priuilegium per viam communicationis, & si referat eandẽ decisionem *Barbosa de Officio & potestate Episcopi par. 3. allegat. 86 à num. 17.* non omittam illam hic transcribere; tenor igitur est qui sequitur. *Domini censuerunt*
126 *Monasterium Clericorum Regularium non teneri ad solutionem Quartæ funeralitĩ Reuerendissimo Episcopo: nã & si de iure communi ista Quarta spectet ad Episcopũ, vel Parochum, Clement. Dudum de sepultur. cap. 1. & 4. cum alijs eodem tit. cap. cum quis pariter eod. tit. in 6. Attamen secus est quando Monasterium eximitur à dicta solutione ad tex. in cap. priuilegia dist. 3. cap. in nostra de sepult. In casu autem de quo agitur, ne dum prædictũ Monasterium, sed tota Religio est exempta à dicta solutione Quartæ funeralium, cum Paulus IV. & Gregor. XV. dictis Clericis Regularibus communicauerit omnia priuilegia alijs Regularibus concessa,*

cessa, quare censentur etiam communicata priuilegia eximētia à dicta solutione Quartæ, inter quæ adest Priuilegium Iulij II. concessum Minimis de anno 1506 & aliud eiusdem Pontificis concessum Minoribus de obseruantia anno 1511. sui Pontificatus 8. & aliud Pauli III. concessum Minoribus ann. 1544 & postremò aliud Pauli IV. cōcessum Ordini Prædicatorū anno 1556. quæ per extensum refert Archangelus Caraccia de Quarta funeralium cap. 1. Neque obstat Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de reform. quia cum istud Monasterium sit fundatum post publicationem Concilij, & quatenus esset fundatum ante, cum non esset solitum soluere dictam Quartam Concil. ei non obstat, vt declarauit Sanctiss. Pontifex Pius V. in sua Constitut. de anno 1567. quam refert Archangelus Caraccia loco cit. Guttierez de iuramento confirmatorio, part. 2. cap. 4. num. 3. Rodriquez quæst. Regul. tom. 1. quæst. 41. ar. 2. & ita etiam resoluit Congregatio Illustrissimorum Interpretum, vt refert Rodriquez loco prædicto Quod autem hoc Monasterium fuerit fundatum post confirmationem Concil. ex eo probatur, quia Concil. fuit confirmatum die 27. Ianuarij 1564. Religio autem Clericorum Regular. fuit confirmata à Clemente VII. 14. Iunij 1524. Vnde perneceſsè inferendum est quòd hoc Monasterium sit fundatum intra quadraginta annos de quibus loquitur Concil. & quatenus esset fundatum extra dictos quadraginta annos, non probatur quòd esset solitum soluere Quartam funeralium. Neque est verum quòd prædicta Constitut. Pij V. fuerit reuocata per Gregor. XIII. vt in eius Bulla, quam refert Nauarr. in Manual. cap. 27 in fine, quia cum dicta Bulla plura contineret per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt censuit Congregatio Illustrissimorū Interpretum, vt refert Caraccia loco citato, qui etiam in fine tractat. refert ipsam declarationem, & benè aduertit Guttierez loco citato; ita fuit resolutum vna parte tantùm informante, &c.

Per quæ verba satis clarè apparet, Rotam recessisse à decisione aliàs facta in vna Granaten. Quartæ funeralis 21. Maij 1610. coram Caualerio, quæ inter eius impressas est decis. 101. ibi: *Et licèt pro parte Fratrum allegarentur diuersa priuilegia tamen non visa*

fuerunt

fuerunt suffragari, quia non constabat in ijs fuisse derogatum dispositioni, de qua in dicta Clementina Dudum. Nec sufficiebant clausulæ generales, quia cùm sit dispositio conciliaris, fuit enim facta in Concil. Viennensi, requirebat specialem derogationem, & ideo obstabat defectus voluntatis in concedẽte cap. ex parte de Capellis Monachorum, &c. Et licèt fortasse in alijs priuilegijs cõcessis alijs Religionibus, quæ postea per viam communicationis concessa fuerunt his Fratribus, fuerit derogatum dispositioni dictæ Clementin. Dudum, tamen Domini non putabant, huiusmodi communicationem posse extendi ad ea, quæ sunt alijs præiudicialia, vt fuit dictum in Vallisoletana Quarta funeralis, &c. Cùm in dicta decis. Licien. fateatur Rota esse concessum istud priuilegium in specie Religioni Minimorum, de qua erat casus in ipsa Granaten. & quia dictum priuilegium tantùm communicatur à nostra Religione, resoluit sufficere ad hoc, vt etiam nostra Religio sit exempta vt supra, vnde percipitur in eodem Priuilegio Minimorum adesse derogationem specialem, & communicationem extẽdi etiam ad ea, quæ sunt alijs præiudicialia. Nec etiam refragantur declarationes Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium in illa Senen. de anno 1621. & 1624. relatæ per *Iulium Lauorium in suis varijs Lucubrationibus de Prisco, & recenti funerandi more tit. 2. cap. 3. num. 196.* quæ loquũtur in terminis Fratrum Prędicatorum, quibus etiam vt patet in relata decisione in specie idem priuilegium
127 cõcessum est, quia fortè fũdantur in consuetudine quæ extabat Senis soluendi à dictis Fratribus Quartam, qua consuetudine extante debet solui non obstantibus priuilegijs ipsis concessis, vt per eumdem *Lauorium loco supracit. num. 189. in fine.* Adde alium casum, in quo Regulares, & si priuilegiati vt supra, tenẽtur soluere Quartam, & licèt Monasterium sit fundatum post confirmationem Concilij,
128 nempè quando fuit data licentia ab Episcopo fundandi ipsum Monasterium absquè præiudicio iurium Ecclesiarum Parochialium, vt in illa Granatensi seu decis. 101. apud Caualerium, ibi: *Sed quod videbatur omnem penitus adimere difficultatẽ, DD. considerabant, quòd*

in limine fundationis huius Monasterij de Victoria fuit data licentia ab Archiepiscopo, quòd Monasterium ædificaretur sine præiudicio iurium Ecclesiarum Parochialium, vt benè deponunt duo testes primus, & tertius de certa scientia, & vnus de auditu, idest secundus: vnde apparet iura Parochiarum fuisse reseruata, inter quæ iura est etiam Quarta Canonica Parochiali Ecclesia debita, si parochianus defunctus alibi sepeliatur, cap. certificari de sepulturis, & fuit dictum in Vallisoletana coram Iusto. Talis autem reseruatio, & conditio valida est, & iuris authoritate confirmata cap. 1. & cap. vltimo de pactis in 6. & iubet optima ratio, quia per eam res reddit ad suam naturam primã cap. ab exordio 35. distinct notat Ioannes Andreas in dicto cap. 1. in

129 *fin. de pactis in 6 &c* Quòd Ordinarij licentia requiratur, quando de nouo Ecclesiæ Regularium fundantur, patet in Concilio Tridentino sessione vltima de Regularibus cap. 3. *Tamburrinus de iure Abbatum disput. 15. quæst 7. num. 16.* Quid agere debeant hoc casu Ordinarij, fit clarum ex Constitutione Clementis VIII. incip. Quoniam ad institutum die 23. Iulij 1603. ex decreto Sacr. Cõgregationis Episcoporum, & Regul. sub Gregorio XV. sub die 17. Augusti 1621. & Constitut. SS. Vrb. VIII. quæ incipit, Romanus Pontifex, die 24. Aug. 1624. in qua reuocat omnes licẽtias, & facultates concẽssas à Prædecessoribus suis, diuersis ordinibus ædificandi Ecclesias, seu loca Regularium non solùm contra formam Concilij, sed etiam contra formam datam à Clem. VIII. & Gregorio XV. vt supra.

SECTIO IX.

Legatum pro Missis in perpetuum celebrandis de certa quantitate sub hac lege, vt donec hęres illam consignauerit, teneatur certum quid soluere pro interesse, an sit validum pro hac parte de interesse.

130 *Vsura committi potest in legato à testatore facto. Quid si legatum sit ad piam causam, num. sequ. Quid obseruandum quãdo verè legatum est vsurarium num. 132.*

133 *Legatum certæ quantitatis*

tis cum onere, vt si illa non solueretur, teneatur hæres certum quid pro interesse annuatim præstare quando sit vsurarium. Rotæ Romanæ opinio in hac controuersia, num. seq. & 135.

136 *Legatum certæ quantitatis cum conditione, vt nõ solũ sorte principali annuatim teneatur hæres illius fructus præstare, si sit factum pro Missis celebrandis, an subsistineatur etiam quòd petitio sortis sit in potestate legatarij.*

137 *Maritus potest recipere vsuras dotis sibi non solutæ, an etiam vxor eius vidua ab eodem dotante possit illas recipere, num. 140.*

138 *Vidua an possit recipere vsuras dotis sibi ab heredibus non restitutæ.*

139 *Legatum factum vxori de dote, addens quòd non soluta ab hærede teneatur certum quid soluere pro fructibus annuatim, an sit vsurarium.*

130 COmmitti vsuram in legato, eamque inducere testatoribus prohibitum esse, est communis Doctorum opinio, de qua testatur *Viuius libr. 3. communium opinionum opinione 872. refert Naldus in suis quæstionibus practicis verb. testam. num. 14. Menoch. cons. 441. num. 1. Franciscus Cannuccius cons. 440. inter cons. Menoch. eod. lib. 5. Surdus de alimentis tit. 8 priuilegio 29. Vgolinus in tract. de vsuris cap. 64. in princip. Alexander Ambrosinus decis. Perusina 4. num. 2.* Ratio est euidens, quia mutuum potest palliari etiam in vltima voluntate, & quolibet modo committatur, semper est illicita, etiam si fiat dicta

131 palliatio in fauorem piæ causæ, vt per Doctores supracitatos, Rota verbis infra referendis *num. 139. in fine*. Qui etiam communiter docent, quòd quando inductæ sunt vsuræ per te-

132 statorem, ipsa adiectio tamquam turpis conditio pro non scripta habenda sit *l. vnica in fine C. de his quæ pœnæ nomine*. Et legatũ prædictum si fuit relictum eo pacto, vt per decem annos hæres soluere debeat vsuras, illud non debetur ab hærede; nisi post decem annos, si autem à testatore non sit adiectum tempus, debet determinari à iudice tempus solutionis ipsius legati habito respectu ad

hæredem eiusque facultatē, in specie *Vgolinus loco supracit. cap.64. num.2.* Et si iam aliquid in causam vsurarum fuit solutum computatur in sortem principalem, vt per DD.infra citandos, & præcipuè per *Menochium dicto cons.441.ante numerum primum*. Ratio est in promptu, quia quod soluitur pro vsura non transit in dominium accipientis, & per consequens semper est obnoxium restitutioni, vt est communior Theologorum, teste *Leonardo Lessio libr.2.de iustitia, & iure cap.20. num.158. & seqq.* Vnde malè *Ioannes Lupus in l curabit Cōmentario primo §.4.num.72.de actionibus empti*, asserit id esse valdè controuersum inter Doctores; nam controuersia non est circa hanc regulam; sed circa practicam ipsius, scilicet quando à testatore di-
133 cantur inductæ vsuræ, seu legatum sit vsurarium: ita vt illæ non debeantur, & si solutæ fuerunt, debeant cōputari in sortem: nam aliqui Doctores distinguunt, an in potestate hæredis positum sit à testatore sortem principalem vel vsuras præstare, an verò in potestate legatarij illam, vel illas petere, & exigere. Alij in casu, quo in potestate, & arbitrio hæredis sit, distinguunt, vtrum legatarius interpellauerit hæredem ad sortem præstandam, vel non. Alij demum diuerso modo etiam distinguunt, aut testator iussit præstare vsuras moderatas, aut immoderatas, de quibus opinionibus latè *Facchineus libr.6. Controuersiarum iuris cap.72.* & nos diximus in illa Ariminensi vsuræ testamentariæ inter nostras consultationes morales, in qua probamus legatum factum cuidam Confraternitati 800.librarum, & casu; quo hæres nollet illas soluere, hæres non possit cogi ad soluendam sortem principalem; sed teneatur præstare octo pro centenario in singulos annos, fuisse vsurarium, & proinde fructus solutos cōputandos esse in sortem, iuxta quæ à nobis scripta fuit pronunciatum ab Illustrissimo Mantica tunc Vicelegato Romandiolæ. Est
134 tamen verum per Rotam Romanam sæpiùs fuisse approbatam distinctionē *Soccini in l.2.nu.7.& 8.ff.de his quæ pœnæ nomine*, nempè quòd quādo remittitur à testatore arbitrio hæredis solutio sortis principalis, tale legatum non sit vsurarium;

sed

sed benè quando non reperitur eius arbitrio relictum, sed legatarius potest illũ cogere ad soluendã sortẽ principalem, ita habetur in Romana fructuum 18. Decembris 1615. coram Buratto, quæ inter recollectas à *Farinaccio est decis. 773.* ibi: *Demum non obstat, quòd legatum præstationis ad rationẽ sex pro centenario, donec soluantur scuta 4000. videatur vsurarium, iuxta notata per Puteum decis. 101. part. 1. in nouiss. & alios allegatos; quia cum testator concesserit dilationem haredi post primũ annum gratis datum, alterius triennij ad soluendum cum responsione dicti interesse, & sic non posset frater Ioannes Baptista exequutor petere præcisè legatum cessat vsura, iuxtà distinctionem Soccini, secundum quam dixit, in Romana Curia obtinuisse, Cagnolus in l. curabit num. 14. vers. secundus casus C. de actionibus empti, cum alijs per Surdum de alimentis tit. 8. priuileg. 29. num. 6. & seq. & cons. 23. num. 8. Gratian. disceptat. 34. num. 35. & seq. quam approbauit Rota coram bonæ mem. Orano in vna Romana Saluiani interdicti 29. Nouembris 1591. & in Romana nullitatis obligationis 18. Aprilis 1601. corã P. D. meo Pirouano, &c.* Confirmatum fuit per eandem Rotam in Romana, seu Comens. Legati Pij 27. Aprilis 1622. coram Caualerio, quæ inter eius nomine impressas est decis. 591. his verbis: *Quamuis enim verum sit, facto legato certa quantitis cum onere quòd donec illa quantitas soluatur certum quid pro fructibus præstetur, fructus illos hodie cedere debere in extinctionẽ sortis principalis Bart. in l. 3. §. vltimo ff. de annuis legatis, & in l. cum stipulati in fine, ff. de verb. obligat. Surdus cons. 23. num. 1. Menochius cons. 441. num. 18. & 26. vbi latè prosequitur Couarr. variarum resolut. lib. 3. cap. 1. num. 9. Hoc tamen dictum fuit non procedere quando testator noluit permittere, legatarium exigere sortem principalem legati, tunc enim sicut potuisset certam quantitatem annuam legare: ita potuit certos fructus pro legato relinquere, Surdus dicto cons. 23. ante num. 8. vers. Quarto facit, & in tract. de alimentis, tit. 8. priuilegio 29. num. 5. & 6. & post alios Couarr. dicto cap. 1. num. 9. vers. sed vbi. Et fuit dictum in Romana Saluiani coram Bon. Mem. Orano apud Pacificum de Saluiano decis. 159. num.*

8. per

8. per totam, & in Romana fructuum coram R. P. D. meo Buratto, quæ est desis. 773. num. 6. part. 2. recent.

Ex quibus patet, difficultatis articulum pro casu nostro versari, vbi legatur
136 certa quantitas pro alimentando Capellano, qui teneatur celebrare tot missas in hebdomada, vel mense, aut anno, de fructibus dictæ quantitatis, absque eo, quòd solutio dictę quantitatis remittatur arbitrio hęredis, & tamen in casu non solutionis dictę quantitatis obligatur hęres ad præstãdum certum quid annuatim pro interesse ipsius. An si sit solutum interesse, & non quantitas, dictum interesse solutum exequutori, computari debeat in sortem, & sic cesset legatum pro missis celebrandis; & in facti contingentia diximus, neque hoc casu computari in sortem fructus solutos, nec per consequens cessare legatum pro Missis celebrãdis. Primò quia delictum executoris non potest, nec debet nocere ipsi defuncto, vel alijs, pro quibus missæ fuerunt iniunctæ vt celebrentur, & tanto magis, nec populo; si pro eius commoditate fuit factum legatum, vel pro cultu Ecclesiæ. Ex regula trita, quòd nemo ex facto alieno reportare debet damnum: secundo & fortius, quia adhuc si fuisset petita dicta sors principalis ab herede, per ipsum exequutorem conuertenda esset in rem stabilem, censum, vel aliam rem fructiferam, ad hoc vt ex fructibus ipsius celebrarentur missę in perpetuum vt supra, ergo ratione lucri cessantis animę ipsius testatoris vel aliorum, vt supra, vt interim missæ etiam celebrarentur & non vt mutuum palliaretur; alternatiuè ęquè principaliter censetur factum dictum legatum, vel sortis principalis, vel fructus, & sic excluditur omninò vsura insuper, vt latè probaui inter meas consultationes morales, hęc quantitas habet rationem dotis huius Cappellanię non collatiuę & Capellanus ratio-
137 nem sponsi, sed marito non interdicitur vsuras dotis non receptæ petere, quia substinet onera matrimonij, ob quam causam dos constituitur, *Sotus lib. 6. de iustitia quæst. 1. art. 2. Bannes in 2. 2. D. Thomæ quæst. 78. art. 2. Nauarr. Lopez. & alij quos refert, & sequitur Corradus in suis Responsis casuum conscientia quæst. 230.* vbi idem dicit de vi-

dua,

138 dua; dum ei dos non restituitur ab hæredibus mariti, quia dos succedit loco alimentorum, vnde si maritus iubeat præstari tale interesse ipsi vxori viduę in casu non solutionis dotis, plerique putant, tale legatum non esse vsurarium, vt post alios habetis apud *P. Duardum in suo tractat. mox imprimendo de censibus quæst. 26. conclus. 1. & conclus. 2. num. 31. & seqq.* sed contrarium fuit decisum quo ad
139 forum externum per Rotam apud *Puteum decis. 101. lib. 1.* & confirmatur in illa Romana seu Comens. legati pij, quę est *decis. 591. apud Caualerium in fine*, ibi: *Neque contrarium visum fuit voluisse Puteum decis. 101. lib. 1. Quia ibi dos erat debita vxori ratione contractus, & poterat peti, & exigi, vndè solutio annua donec sors exigeretur erat vsuraria, cum ex dilatione debitum dotis resolueretur in mutuum saltem palliatum & ideo fructus ex eo percepti sapiebant vsuram.*
140 Quid si dos fuit promissa marito cum fructibus, donec solueretur, & interim moritur maritus non soluta dote à dotante, An possit vidua hęc etiam ab isto recipere dictos fructus marito promissos, videte *Beyan in suis Responsis Bononiæ editis 2. congregationis Septembris 1581.*

SECTIO X.

Legatum pro Missis in perpetuum celebrandis, an possit erigi per Episcopum in beneficium.

141 *Episcopus an possit erigere in beneficium legatum annuum pro celebratione Missarum.*

142 *Testator prohibens, quòd Ordinarius non se intromittat in suo legato pro Missis celebrandis, videtur etiam prohibere, nè illud erigat in beneficiũ, Quid si fuerit dictum legatum temporale, & non perpetuum num. seq. & num. 146. Quid si mandauit tantùm vt Sacerdos aleretur ex fructibus legati, num. 145. Quid si fuit vsus verbo Capellaniæ, vel Capellani, num. 148. & 162. Quid si fuit dictum quòd prouisio Capellanorum pertineat ad hæredes laicos num. 150.*

144 *Verba fundationis sunt attendenda.*

147 *Consensus Ordinarij si nõ interuenit in fundatione,*

an

an & quando sit signum noluisse testatorem quòd erigatur suum legatum in beneficium, & num. 161. An talis consensus in dubio præsumatur eodem num. 147. in fine.

152 Confraternitatum bona ad effectũ celebrandi Missas pro animabus Purgatorij, an Episcopus possit erigere in beneficium, & nu. 165. & 167. Quid de alijs bonis ipsarum Confraternitatum, num. 159. & 163.

153 Legatum pium non potest conuerti in alium vsum etiam pium absque consensu Papæ, & nu. 166. & 170. maximè si fuit legatum pro celebratione Missarum ex sacra Cõgregatione n. 157. Quando illud dicatur conuerti in alium vsum, nu. 160 & 164.

154 Episcopus quid facere debeat quando Rector non est sufficiens pro administratione Sacramentorũ, & alijs ex Sacro Concilio An ex eo quia est exequutor piarum dispositionũ possit illas conuertere in alium vsum, quàm destinatum à testatore, num. 155. Compellere potest administratores Confraternitatum, vt reddant rationes suæ administrationis num. 156. Potest erigere Beneficia num 167.

158 Eleamosynæ quæsitæ per Confraternitates, vt debeant cõuerti in pios vsus arbitrio Ordinariorum, quomodo intelligatur.

168 Confraternitatis bona non possunt alienari sine assensu Apostolico.

169 Beneficij erectio de bonis Confraternitatum est alienatio.

DOctores circa hunc articulum communiter di-
141 stinguunt, An testator, vel fundator expressè prohibuerit dictam erectionem, vel non. Primò casu asserunt illud legatum vel donationem non posse erigi ab Episcopo in beneficium. Secundo verò casu posse, ad cuius distinctionis probationem præter iura & Doctores adducunt varias Rotæ decisiones, vt est videre apud *Garziam part.* 1. *de beneficijs cap.* 2. *num.* 105. & *alios infra citandos*. Idcò à nobis erit nunc inuestigandum, quando expressè à testatore id censeatur prohibitum, vel non. In qua re aliqua sunt certa & vnum tantùm est incertum.

In

In primis certum est, cen-
142 seri id prohibitum, quando testator prohibuit ne Episcopus aliusque Superior Ecclesiasticus se in tali legato intromittat: ita *Didacus à Spina in suo speculo testamentorum glos. 4. principali num. 42. vers. quo fit vt ratione, circa medium. Garz. loc. cit. n. 105.* Qui ait: *Malefacere Prælatos, qui faciunt institutionem, vel collationem de Capellanijs contra voluntatem testatorum, & fundatorum, qui noluerunt esse collatiuas, moti aliquando vt imponi possit in eis subsidium imponi solitum bonis & redditibus Ecclesiasticis; quia non est in voluntate ordinariorum, illas facere collatiuas & erigere in beneficia Ecclesiastica etiam de consensu patroni.* Accedit alijs allegatis *Gonzalez glosa 5. num. 44.* Quomodo autem procedat dicta prohibitio, ne ordinarius se intromittat in dictis legatis pijs, infra dicetur *Sect. 12.*
143 Secundò est certum, id censeri prohibitum, quando testator, vel donator iussit Capellaniam istam fore non perpetuam, sed temporalem, *Nauar. cons. 5. de præbend. & cons. 7.* Cõstat ex decis. illa Salernitana Oratorij apud eumdem *Garziam loco supracitato*. Vbi cùm testator legasset quosdam hortos cuidam presbytero cũ onere celebrandi Missam qualibet hebdomada in tali Ecclesia, & post mortem ipsius presbyteri iussisset, vt hæredes eligerent alium Sacerdotem, cui concederent dicta bona per annos decẽ, cum prædicto onere, & non vltra, & alium eligere post dictos decem annos, ac reperiretur tale legatum tamquam beneficium impetratum, fuit dictum non potuisse impetrari vt beneficium, nec conferri in titulum, sed esse Oratorium priuatum, & si aliter fuit impetratum gratiam fuisse subreptitiam: nam est seruanda voluntas testatoris quò ad ea quæ reliquit. Adde eãdem Rotam apud *Caualerium decis. 639. num. 6.* ibi: *Quibus accedebat, quòd*
144 *ex verbis fundationis, quæ semper inspicienda est, cap. porrò de priuilegijs Barbat. cons. 33. num. 8. lib. 2. & dictum fuit coram Reuerendiss. Lugdunen. decis. 254. num. 1. part. 2. in recent. Potius apparebat hanc Capellaniam non esse beneficium; sed*
145 *legatum pium ex quo mandatur sacerdotem alendum esse ex fructibus legati. Felin. cons. 45. num. 6. vers. 1.*

considere, Sarnen. in Regula de annali quæst. 20. Neque requirebatur interuentus, aut consensus Ordinarij, Gonzal. ad regul. 8. dicta glosa 5. num. 20. Addita insuper facultate admouendi ad nutum
146 *Capellan. quæ facultas repugnabat beneficio Ecclesiastico, quod est perpetuum, Gonzal. loco citato num. 11. & fuit dictum in Hispal. Iurispatronat. 16. Iunij 1586. coram bon. mem. Oriolen. & dicta decis. 254. num. 3. part. 2. in recent. Vnde eo minus intrabat reseruatio Calderin. cons. 26. de præbend. Achill. decis. 9. num. 5. eodem tit.*

Tertiò est certum non esse ex eo prohibitum erigi tale legatum in beneficium
147 quia in institutione, seu erectione ipsius facta in vltima voluntate non interuenerat authoritas Ordinarij, ita post *Salzedo*, & *Gsuallos*, *Garzias loco supratitato nu. 108.* Ratio est manifesta, quia dictus consensus non requiritur quòd interueniat, quando testator facit tale legatum, sed sufficit si sequatur etiam post mortem ipsius, quando erigitur Capellania, & instituitur Iuspatronat. vt sæpiùs dictum fuit supra. Vnde secus est si dicta Capellania fuit instituta inter viuos, ac etiam dum in humanis ageret fundator posuit Capellanum absque alia authoritate Ordinarij: nam hoc casu videtur expressè velle, vt remaneat Capellania non collatiua, vt per *Garziam supra num. 111.* In dubio autem quando præsumendum sit in prima institutione interuenisse consensum Ordinarij. Vide *Gonzalez supra num. 50. Monetam de commut. vltimarum voluntat. cap. 10.* & sic intelligè *Perez lib. 2. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 1. in fine*, dum asserit in dubio præsumi fundatam cum dicta authoritate.

Quartò est etiam certum, nec ex eo præsumi à testatore concessum, vt tale legatum erigatur in benefi-
148 cium ex eo quòd vsus fuerit testator nomine Capellaniæ vel Capellani, si ex alijs verbis ipsius testatoris colligitur, quòd eius intentio fuit faciendi legatum pium, secus si manifestè non constiterit, quòd testator voluerit, quòd esset Capellania non collatiua, quia tunc præsumitur mens testatoris talis, qualis per verba demonstratur, scilicet quòd fiat beneficium: ita *Ildefonsus Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs libr. 2. cap.*

cap. 1 num. 45 & 46. qui *nu. 47.* docere videtur, quòd
149 ex sola prohibitione facta à testatore, ne Episcopus conferat, non arguatur, quòd sit eius mens prohibere quin fieri possit, imò debeat tale legatũ fieri beneficium, imò subdit hoc casu dictam conditionem reddi inutilem, quia turpis & sacris sanctionibus contraria. Videte *Gonzalez dicta glosa 5. num. 19. & 66. Rotam in Salamantina apud Garziam loco supracitato*, vbi allegat *Seraphinum decis. 611.* vt infra sub *num. 151.* vbi salua pace *Perez*, probatur contrarium, scilicet ex dictis verbis prohiberi, quòd per Episcopum possit erigi in beneficium, vnde explicandus est de casu vbi ex alijs expressis verbis appareat voluisse testatorem illud erigi in Capellaniam collatiuam.

Dixi, *si ex alijs verbis, &c.* quia si iussit simpliciter, quòd ex suis bonis erigeretur Capellania, non per hoc prohibetur Episcopus illam facere Capellaniam collatinam, vt per *Rotam infra num. 162.*

Dubium tãtum inter Doctores versatur vbi fuit dictum à testatore, quòd pro-
150 uisio Capellanorum pertineat ad suos hęredes, vel ponatur Capellanus à suis hęredibus laicis, an tunc censeatur prohibitum erigi per Episcopum in beneficium tale legatum. Nam *Gonzalez glosa 5. supracitata num. 58.* refert quamdam decisionem Rotæ in qua videtur quòd hoc casu determinet per dicta verba id non censeri prohibitum Episcopo. Sed si rectè legantur verba decisionis, non solùm Rota mota fuit ad id determinandum ex eo, quòd dicta erectio in beneficium facta per Episcopum non fuit cõtra voluntatem testatoris, sed etiam quia fuit facta ad instantiam vnius ex duobus patronis ea ratione, quia bona dictæ Capellanię dissipabantur per vniuersitatem Loci de Congosto vnã ex patronis nominatam. Vnde cõtraria opinio; quòd per dictam dispositionem censeatur Episcopo prohibitum tale legatum erigere in Capellaniam collatiuam, *Garziæ part. 1. de beneficijs, cap. 2 num. 3. in fine*, est probabilior, vt post Lambertinum probat *Moneta de commutation. vltimarum voluntatum cap. 10. sub num. 80. versus finem*. Fauet decisio Rotæ in illa Salamantina apud *Garziam loco supracit.*

ibi : *Domini inclinabant, quòd noluit testator erigere beneficium Ecclesiasticum, cùm velit, quòd huius Capellaniæ prouisio spectet ad laicos, qui obtinebunt maioratum, non enim loquitur de præsentatione, sed de prouisione. Nec obstat, ibi esse prohibitum etiam à testatore,* 151 *quòd nec Papa aut alius quispiam se intromittat in huiusmodi prouisione, & in euentum, quòd quis se intromiserit, reuocet legatum, quia ista ponderantur à Rota ibi ad maiorem probationem, vt patet in illis verbis (& manifestiùs) quòd præsupponit, iam ex primo capite id esse manifestum: sed fieri magis manifestum ex subsequètibus clausulis, quod maximè est verum, vbi simul adest prohibitio facta à testatore, quòd Papa nec alius se intromittere possit, & si fuerit vocata Capellania à testatore, Seraphin. decis. 611.* Confirmatur ex decis. Derturs. Erectionis beneficij 29. Nouembris 1624. corã Remboldo, vbi fuit tentum quòd similia legata pro Missis celebrandis relicta Confraternitati, neque possint per Episcopum conuerti in beneficium, quæ decisio fuit confirmata nouissimè in Hortana Rectorjarum 26. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. Coccino Decano, quas decisiones hìc transcribemus ob commoditatem lectoris.

Prima est decisio Derturs. Erectionis Beneficij die Veneris 29. Nouemb. 1624. coram Remboldo, quę cantat vt sequitur.

Dubitatum fuit, an erectio beneficij, de quo agitur, subsisteretur, & Domini negatiuè responderunt, non quidem ex defectu causæ seu potestatis in genere erigendi dictum beneficium, sed quia 152 *illud erigi non potuit ex redditibus Confraternitatis, dicti enim redditus fuerunt per dictam Confraternitatem acquisiti, partim ex propria Confratrum substantia, & partim ex eleemosynis dicta Confraternitati à Christifidelibus elargitis ad effectum eas erogandi in celebratione Missarum pro animabus Fidelium defunctorum in Purgatorio existentium, vnde non potuit Illustrissimus Ordinarius dictos redditus reli-* 153 *ctos ad certum vsum pium in alium conuertere, cùm hoc fit reseruatum Summo Pontifici, vt est text. in Clement. quia contingit de Relig. Domib. ibi, Quę ad certum vsum elargitionis sunt destinata ad alium vsum non debent con-*

conuerti, salua tamen semper authoritate Apostolica, & ibidem Vitalin. num. 112. & Card. Zabarell. num. 9. Gabr. cons. 183. num. 8. libr. 2. Nauarr. cons. 15. de rebus Eccles. non alien. num. 6. cum alijs per Bertacch. de Episcop. part. 4. principal. num. 71. & fuit dictum in Hispalen. Iurispatronat. 13. Iunij 1586. coram Robustello.

154 Nec obstat dispositio Sacr. Concilij Trident. sess. 21. cap. 4. de reformat. vbi quòd si vnus Rector non potest sufficere Sacramentis administrandis, & cultui Diuino peragendo; Episcopus cogat Rectores, vel alios, ad quos pertinet alios sibi Sacerdotes adiungere; quia in dicto Capitulo non datur facultas Episcopo destinata ad certum vsum conuertendi in alium, sed potius cogendi eo casu populum ad subministrandum ea, quæ sicut necessaria pro victu Sacerdotum adiunctorum: sicque non potest deseruire dicta dispositio ad sublinendam erectionem factam ex redditibus destinatis ad certum vsum pium, vt dictum est.

155 Minus faciunt aliæ dispositiones eiusdem Concil. Trident. in cap. 8. & 9. sess. 22. quia in cap. 8. Episcopi deputantur tamquam Sedis Apostolicæ delegati exequutores piarum dispositionum tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, non tamen propterea eis tribuitur facultas disponẽdi de relictis ad pias causas in alium vsum, quàm in eum, ad quem sunt destinata.

156 Et eodem modo etiam respondetur ad cap. 9. in quo dicitur, quòd Episcopus cõpellat administratores Confraternitatum ad reddendam rationem administrationis; quia neque hinc potest inferri, quòd sit tributa facultas Episcopis conuertendi relicta ad certum vsum pium in aliũ contra voluntatem relinquẽtium.

157 Quinimò eadem Sacr. Congregatio Illustrissimorum Interpretum Concilij Tridentini censuit, quòd redditus relicti pro celebratione non possint ad alium vsum quantumuis pium conuerti, vt habetur in declaratione d. Sacræ Congregationis, cuius copia data fuit.

158 Minus obstat Constitutio Sanct. Mem. Clementis VIII relata in Thesaur. for. Eccles. part. 4. cap. 1. in fine, in qua datur facultas Confraternitatibus excipiendi eleemosynas, quæ tamen in reparationẽ, & ornatum Ecclesiarum, aut in alios earumdem Confraternitatum pios

vsus

vsus arbitrio Ordinariorum conuerti debeant, quia dicta constitutio loquitur de eleemosynis incertis, & non destinatis ad certum vsum, & mandat conuerti debere in pios vsus Confraternitatum,
159 non verò, quòd ex illis erigatur perpetuum beneficium contra voluntatem offerentium dictas eleemosynas, neque enim admitti potest, quòd Papa voluerit dare per dictã Constitutionem Ordinarijs facultatem commutandi voluntatem defunctorum, quæ à Summis Pontificibus reseruata est.

Non obstat, quòd Illustrissimus Ordinarius non con-
160 uertit in alium vsum relicta pro celebratione, cùm iniunxerit Capellano beneficij per eum erecti ex redditibus relictis pro Missarum celebratione onus celebrandi certas Missas pro suffragio animarum in Purgatorio existentium; sicque potius videtur dictus Illustrissimus Ordinarius pinguius adimpleuisse voluntatem eorum, à quibus fuerunt dicti redditus relicti, quia pro responsione est aduertendum, quòd oblationes, & redditus, ex quibus fuit erectum dictum beneficium, fuerunt (vt supra dictum est) relicti Confraternitati pro celebrandis Missis, quòdque dominium, & administratio dictorum redditu-um fuit acquisita ipsi Confraternitati, ad effectum tamen elargiendi dictos redditus in celebratione Missarum per Presbyteros ipsi Confraternitati beneuisos, ac propterea Illustrissimus Ordinarius erigendo beneficium perpetuum ex dictis redditibus, videtur voluntati testatorum contrauenisse, non solùm in eo, quòd voluntas testatorum non fuit, quòd erigeretur beneficium ex dictis redditibus ad tradita per Vitalin. in dicta Clement. quia contingit num. 112. de Relig. domib. Garz. de benefic. par. 12. num.
161 111. vbi quòd ex eo, quòd testator non requisiuit authoritatem Ordinarij, non videtur voluisse facere beneficiũ Ecclesiasticum, & propterea erigere beneficium Ecclesiasticum esset alterare dispositionem, & voluntatem fundatoris; verum etiam quia testatores voluerunt quòd Confraternitas haberet administrationem dictorum redditu-um, eaque & non aliàs curaret vt dicta Missa celebrarentur per Presbyteros Confraternitati beneuisos, nec propterea potuerunt redditus assignari alteri, & sic volũtas testatorũ immutari in aliud opus pium ex sup. allegatis.

Nec

Nec obstat Decisio 112. lib. 3. part. 3. diuers. quam ponit Mobed. decis. 1. de Iurepatr. & reassumit Gonzal. glos. 5. num. 58 quia in casu dictæ
162 *decisionis fundator mandauerat quòd ex suis bonis erigeretur Cappella, & sic benè potuit fieri in eo casu interpretatio quòd fundator voluerit erigi dictam Capellam ad titulum beneficij, licèt etiam dicta decisio fuerit facta pluribus contradicentibus, vt in eadem met decisione dicitur;*
163 *verùm in casu isto agitur de redditibus, qui fuerunt relicti Confraternitati pro celebrandis Missis, non autem ad effectum erigendi Cappellam, nec propterea locus est interpretationi, quòd relinquentes voluerũt erigi beneficium perpetuum ex dictis redditibus, deberet enim præsumi, quòd testatores voluerint, quòd ex dictis redditibus erigeretur Capella, & si non dixerunt expresiè, quòd voluerint erigi Cappellam ad titulum beneficij, quod pariter repugnat dispositioni dictorũ testatorum, cum dictos redditus relinquerunt Confraternitati, vt dictum est.*

Neque enim subsistit quòd mediante erectione dicti bene-
164 *ficij fuerit pinguius adimpleta voluntas defunctorum, quia Confraternitas vtique potuerit curare, vt ex dictis redditibus plures Missæ celebrentur, quàm possit celebrare vnus beneficiatus, & sic apparet potius dictam erectionẽ cedere in diminutionem suffragij quod sibi procurarunt defuncti per dictas oblationes.*

Et sic Confraternitas neglexit celebrari facere dictas Missas, non autem propterea commutare eleamosynas ad dictum effectum destinatas in alium vsum, quantumuis pium, nisi accedente Sedis Apostolicæ beneplacito, cui talis facultas, vt superius dictum est, reseruata est, &c.

Secunda decisio est eadem Dertrusen. die Lunæ 10. Iunij 1630. coram Ghisterio, quæ est tenoris sequentis.

Cum Episcopus in visitationem Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Orta erexisset in
165 *ea quoddam beneficium simplex & pro dote illi applicasset annuum redditum scutorum triginta acquisitum per Confraternitatem nuncupatam Luminaria animarum de Purgatorio dicti Oppidi, partim ex propria Confratrum substantia, & partim ex eleamosynis dictæ Confraternitati à Christifidelibus elargitis pro celebratione Missarum pro animabus defunctorũ in Purgatorio exi-*

stẽs;

sientium, Confratres interposita appositione ab huiusmodi applicatione, & dotations commissa causa in Rota bon. mem. Remboldo, disputatoque dubio 29. Nouembris 1624. Domini responderunt dictam erectionem non subsistineri, non quidem ex defectu causæ, seu potestatis in genere erigendi dictum beneficium, sed quia illud erigi non potuit ex redditibus Con
166 *fraternitatis, cùm Episcopus non possit relicta ad certum vsum pium conuertere in alium vsum quamuis pium quia hoc solus Papa potest, qui cum supra legem sit potest. derogare voluntati testatoris, argument. cap. proposuit de concession. præben. quæ lex est, vt notant Doctores in Clem. quia contingit §. 1. de Relig. domib. & præsertim Vitalin. in fin. num. 12. asserens, hoc de facto dixisse Ioan. Andr. & alij in cap. fin. de testam. in 6. Gabr. conf. 183. num. 8. lib. 2. nam sic obuiaretur licitæ voluntati testantium contra §. disponat in auth. de nupt. collat. 4. Et cum in allegata decisione remoueantur. quæ ex aduerso fuerunt opposita ex bene deductis in ea, informantibus tantùm Confratribus, DD. resolutionem in hac causa factam, approbauerunt, &c.*

Sequitur tertia decisio Hortana Rectoriarum die Mercurij 26. Iunij 1630. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, tenoris sequentis:

Fuit resolutum non conflare de valida erectione be-
167 *neficij; quia licèt Episcopus possit erigere beneficia, cap. decretum, cap. regenda, cap. quæcumque 10. quæst. 1. glosa 1. in fine Clementinæ secundæ de decimis, Hostien. in summa tit. de Ecclesijs ædificandis, §. cuius authoritate Calderinus conf. vltimo vers. & ratio est, eod. tit. Guido Papa decis. 187. Abb. conf. 47. num. 1. lib. 2. Felin. in cap. in nostra, nu. 9. vers. de primo, extra de rescriptis; & fuit resolutum in causa Pientina beneficij 29. Aprilis 1591. coram Orano, & in Hispalen. Iurispatron. 16. Iunij 1583. coram Robusterio, & prius in causa Firmana Hospitalis 27. Nouembris 1577. coram Grasso. Attamen erectio facta per Episcopum in hoc casu non subsistinetur, cùm fuerit facta de bonis ipsius Confraternitatis,*
168 *quæ non potuerunt alienari etiam in erectione beneficij inuita Confraternitate, vt fuit resolutum in causa Derturs en. erectionis beneficij 29. Nouembris 1624. coram bon. mem. Remboldo, & sine beneplacito Apostolico. Ex-*

tra-

trauagans enim Pauli Secundi habet locum etiam in alienationibus bonorum Confraternitatis erectæ authoritate Ordinarij: Cardinalis, & Roceus, quos refert, & sequitur Gamà decis. vltima num. 6. & ex antiquis Concilijs, notat Rhenatus Copinus de sacra Politia lib. 3. cap. 6. quidquid dicat Guttierez Canonicarū quæst. cap. 35. num. 32. qui distinguit, quam distinctionem improbat Modernus Lusitanus in suo tract. de Officio, & potestate Episcopi part. 3.

169 *Allegatione 75. num. 3. Et prædicta procedunt etiam quòd alienatio fuerit facta pro erectione beneficij, cùm Extrauagans Pauli Secundi habeat locum, etiam quòd vna Ecclesia, in aliam alienet, vt fuit resolutum in causa Neapolit. spolij 3. Iunij 1601. coram bo. me. Cardinali Lancellotto, & in causa Treuiren. bonorum 17. Martij 1621. coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien. & in causa feretrana beneficij 11. Feb. 1628. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Virili, qua eò magis procedunt, quando bona*

170 *relicta sunt per fideles ad certum pium vsum, tunc enim eorum pia voluntas non potest commutari; nisi per Summum Pontificem, & ideo in alienatione requiritur illius authoritas, Clem. quia contingit de religiosis domibus vbi Vital. nu. 112. Cardinalis nu. 9. Gabriel conf. 15. de rebus Ecclesiæ non alienandis nu. 6. latè Bertachinus de Episcopis part. 4. principali num 71. & fuit decisum in dicta causa Hispalen. iurispatron. 13. Iunij 1586. coram Robusterio, & in dicta Derturs. coram Remboldo, & in ead. x. huius mensis, & anni coram R. P. D. meo Ghislerio. Et ita concluſum vna tantum parte informante.*

SECTIO XI.

Legatum pro Missis in perpetuum celebrandis, an ex obseruantia effici possit beneficium Ecclesiasticum.

171 *Collatio de legato pro Missis tamquam de beneficio, quando illud efficiat beneficium, & num. 186. & 202. à quo debeat id probari, num. 192.*

172 *Capellania an sit collatiua vel non desumitur ex fundatione, declaratur num. 176.*

173 *Status vltimus de collatiua quando attendi debet, Quid de materia reseruationis*

tionis, num. 179. Quid in materia manualitatis, n. 195. Quid in materia iustificationis gratia, num. 197.

174 Instrumentum publicum facit probationem probatam.

175 Hypotecaria competit pro consecutione legati de Missis celebrandis, & n. 181.

177 Religiosus locus quis nam sit.

178 Beneficium non potest obtineri nisi à superiore Ecclesiastico, Quid de Capellania non collatiua ibid. in fine, & num. 180.

182 Excommunicationem Bulle cœnæ non incurrunt vsurpantes bona Capellania non collatiua.

183 Iudex quis nam cognoscat de dubijs ortis circa Capellanias non collatiuas. Quid si fuit relicta Hospitali, vel Confraternitati laicorum, num. sequenti.

185 Cõmissarius Fabricæ quomodo & quando se intromittat in tali Capellania.

187 Præscriptio quadragenaria an requiratur pro rebus legatis ad piam causam & num. 189. Quid si tractetur de Ecclesia contra piam causam, num 190.

188 Pia causa & Ecclesia aequirantur, & eisdem gaudent priuilegijs.

191 Priuilegiatus contra priuilegiatum quando vti possit priuilegio.

193 Probare narratiuam desolita collationis in titulũ cui incumbat, & quomodo fieri debeat, num. 201.

194 Regularium in Ecclesijs regulariter deputantur pro cura Vicarij temporales.

196 Reus non tenetur aliquid iustificare.

198 Subreptitia gratia est nulla, quando talis dicatur num. seq.

200 Fides exemplationis instrumentorum quomodo, & quando probet.

CErtum est, quòd ad hoc vt legatum pro Missis celebrandis euadat benefi-
171 cium Ecclesiasticum, non sufficiat vnica collatio, vel institutio tamquam de beneficio, seu Capellania collatiua, in medium afferam verba decisionis Melfiten. legati pij 24. Ianuarij 1629. coram Dunozzetto, ex qua patent plura alia facientia ad hanc materiam; verba decisionis sunt ista: *De anno 1507. quondam Angelus de Musso legauit Sergio, & Antonello presbyteris suis pronepotibus quoddam pra-*

dium

diam situm in territorio Melfit. nuncupatum (la chiusarella) inter ipsos, æquis portionibus diuidendum, cum onere tamen vtrique iniuncto celebrandi singulis hebdomadis tres Missas pro anima ipsius testatoris, ac cum facultate eligendi, & præsentandi in portione ad quemlibet ipsorum spectante, alium Sacerdotem cum eodem onere Missarum, & sic continuare de Sacerdote in Sacerdotem in perpetuum. Mortuo testatore dictum prædium, vt supra legatum deuenit ad præfatos pronepotes legatarios, successiuis verò tẽporibus deuenit ad plures alios presbyteros iuxta dispositionem testatoris electos ac præsentatos. Postremò deuenit ad Hectorẽ de Filiolis vltimum possessorem, qui de anno 1627. præuia electione, & præsentatione ab eo facta ad fauorẽ Maiorani eius nepotis, decessit, verùm dum pro parte dicti Maiorani instaretur pro institutione coram Ordinario Melfiten. insurrexerat D. Angelus Petronius, qui de dicto legato vti de simplici beneficio vacante in mense reseruato per obitum dicti Hectoris, obtinuerat sibi à Sede Apostol. ea prouideri. Propterea orta inter eos lite, & introducta causa in Rota, mihique commissa proposui dubium cui adiudicandum legatum pium prædictum, & Domini ad fauorem Maiorani responderunt. Moti fuerunt Domini, quia licèt legatum, de quo agitur fuerit factum cum onere celebrandi Missas; tamen non potuit dici beneficium Ecclesiasticum, sed est laicale, & temporale. Felin. in cap. ex parte el 2. num. 2. de rescriptis Nauarr. cons. 5. num. 1. & consil. 7. num. 1. de prabendis, Gonzalez super Regulam 8. glos. 5. num. 20. Sarnen. in regula de Annali, quæst. 2. Guidopapa decis. 87. num. 1 & sequent. Rota in Monopolitana hebdomada 1. Iulij 1613. coram Patriarca Manzanedo, & 1. part. diuers. decis. 509. num. 1. Non obstat quòd in prouisione facta ad fauorem Hectoris vltimi possessoris adsit institutio Ordinarij, quia
172 placuit responsio, quòd scilicet in iudicandâ qualitate beneficij, erectio seu fundatio tantùm debet attendi cap. porrò de priuilegijs, Rota in Ripana Oratorij 10. Martij 1591. coram Gypsio. Minus
173 obstat, quòd sit attendendus vltimus status iuxta cap. cùm de beneficijs de prabendis in 6. quia fuit responsum, hoc procedere in re dubia, secùs verò quando clarè constat prout hic de anteriori

statu, scilicet laicalitatis & temporalitatis, Decius cons. 126. num. 3. in fine, Rota decis. 2. de præbend. in nouis, & decis. 188. num. 1. circa medium, vers. quia licèt par. 1. recent. Firmata igitur temporalitate, & laicalitate supradicti legati, sequitur quòd sit locus dispositioni testatoris, non autem collationi, & prouisioni Apostolicæ, cum collatio in suum necessarium antecedens requirat existentiam beneficij, quæ hic non adest ex supradictis. Curtius iunior cons. 20. num. 1. part. 1. Gonzalez super regul. 8. glosa 5. num. 22. Quod verò in Maiorano concurrant omnia à dicto testatore requisita, nempè Sacerdotium & præsentatio de eo facta, visum fuit probari: nam quòd ad Sacerdotium probatur ex litteris Ordinarij in summario Maiorani nu. 11. quæ optimè probant cap. 2. & ibi Abb. num. 1. vers. Notabis de Clericis Peregrinis, Rota decis. 455. n. 7. part. 2. recent. Præsentatio verò facta ad fauorē Maiorani ab vltimo possessore probatur ex publico instru

174 *mento in eodem summario num. 2. quòd facit probationem probatam, Tiraquellus de retract. ligniag. §. 2. glosa 1. num. 20. & seq. Rota corā Gregorio XV. dec. 180. num. 1. & decis. 195. eodem num. 1. Facultas denique vltimi possessoris in præsentando, & sibi eligendo successorem legitur in eodem testamento Angeli de Musso fundatoris, vt in eodem summario num. 1. Vnde cum Maiorano pro cō-*

175 *sequutione dicti legati competat actio hipotecaria. Consequenter ei legatum prædictum venit adiudicandum l. 1. C. communia de legatis Gabriel cons. 46. num. 28. lib. 1. & cons. 44. num. 4. libr. 2. Seraphin. decis. 1394. num. 3. & ita vtraque parte, &c.*

Ex quibus verbis patet

176 primo quòd hi redditus, seù legatum de ipsis redditibus, & si pro missis celebrandis, tunc erit iudicandum vt beneficium Ecclesiasticum quando adest erectio seu institutio Episcopi, quod bene declarat. *Azorius t. 1. suarum instit. moralū lib. 10. cap. 3. quæsito quinto*, vbi agit de obligatione beneficiorū circa recitationem horarum Canonicarum, his verbis. *Capellanias à laicis sæpè institui ex ipsorum bonis, in quibus Capellanijs erigendis; si nec initio, cum instituuntur, nec postea ex interualio temporis vlla Episcopi authoritas interuenerit, hoc est si prorsus sine vlla Episcopi authoritate erigūtur, & con-*

statuuntur, beneficij Ecclesiastici rationem habere nequeūt. Neque enim laicus ex re prophana, sacram facere potest,
177 *vnde sicut Hospitalis domus, oratorium, sacellumque extruuntur à laico absque Episcopi authoritate, Sacer & Religiosus locus non est, sic etiam nulla Capellania ex laicorū donis, & rebus instituta sine Episcopi authoritate, beneficium est Ecclesiasticum, cùm in ea nullum sit ius percipiendi Ecclesiasticos fructus ex bonis Ecclesiæ.* Pro eo quod dicit *Azorius* de Oratorio, vel Sacello absque authoritate Episcopi erecto, Amplia etiam si Episcopus dederit licentiam ibi celebrandi, quia neque est locus sacer, & Religiosus & per consequens non gaudet immunitate Ecclesiastica, *Bonacina de censuris in particulari disputat. 2. quæst. 3. Puncto 16. num. 14.*

Secundò fit clarum, quòd & si beneficia Ecclesiastica
178 non possint obtineri, nisi à superiore, *cap. 1. de regul. iuris in 6. Parisius de resignatione libr. 7. cap. 1. num. 6.* scilicèt collatione si sint libera, electione si sint electiua, & institutione si sint Iurispatronatus, *Azor. tit. 2. libr. 6. cap. 25. in principio.* Hoc non habet locum in isto legato, vnde communiter vocatur Capellania non collatiua, seu prophana, vel temporalis, quia sine Episcopi authoritate per eos etiam laicos, quibus hoc à testatore iniunctum est, conceditur, *Layman post Nauarr. lib. 4. sua Theologia Moralis tract. 2. cap. 4. num. 6.* Et de renunciatione ipsius, quòd neque requirat authoritatē superioris notat *Parisius loco supracitato num. 8.* Huc pertinet declaratio Sacræ Congregationis relata per *Perez de Anniuersar. lib. 2. cap. 1. num. 33.* Quòd huiusmodi legato satisfaciat hæres, vnum sacerdotem ex approbatis ab Ordinario eligat, qui huiusmodi legato satisfaciat; videte eum etiam *num. 39.* vbi quòd neque à Papa conferri potest talis Capellania prophana.

Tertiò indicatur, quid operetur hoc casu vltimus
179 status, de quo re extant verba alterius decis. eiusdem Rotæ in illa Pacen Capellaniæ apud *Caualerium 639. in fine*, ibi: *Tamen ad hæc respondebatur, testamentum in quo continetur fundatio, non esse in forma probanti. Vnde potiùs attendendus erat vltimus status, secundùm quem hæc Capellania, tamquam beneficium fuerat collata*

lata Francisco Soto. Quod videbatur sufficere pro substinenda reseruatione, Rota coram Sanctissimo D. N. decis. 77. num. 9. & dictum fuit coram R.P.D. meo Pamphilio, decis. 233. num. 1. in fine part. 1. in recent. sed quia hoc procedere posset, si incontinenti de statu contrario ex fundatione non doceretur, ad tradita per Calderinum cons. 23. de prabendis, & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 188. num. 1. part. 1. in recentioribus; ideò Dominis visum fuit non intrare arbitrium pro vlteriori Breuis executione, cum præsuppositio, quòd testamentum sit in forma probanti. Quod è contra si vltimus status sit de Cappellania collatiua, illic attẽdi debeat dixit *Perez de Anniuersar. & Capellan. libr. 2. cap. 1. num. 58.* vbi de requisitis ad constituendum vltimum statum in hac materia seu acquirendi quasi possessessionem.

Quartò remanet explicatum quomodo sit verum, quod docet *Azorius cit. quæst. 5. in fine.* Non solùm di-
180 scerni posse tale legatum non esse beneficium Ecclesiasticum, vbi testator expressè ait, se nolle in tali legato Episcopũ se ingerere sed etiam sufficiat si nominet, & eligat certum clericum, ac deinde statuat, vt sui posteri, vel sibi genere propinquiores absolutè per se ius & authoritatem habeant sine Episcopo nominandi, & eligendi clericum ad Capellaniam. Quia vt patet ex casu supra relatæ decis. sufficit si detur facultas ipsis legatarijs, vel hæredibus eligendi, & præsentandi successorem, & sic continuare de sacerdote in sacerdotẽ in perpetuum; Aut relinquo talia bona, tali cum onere alendi Sacerdotem, qui perpetuò Missas celebret, vt loquitur *Rota apud Cauallerium decis. 639.* Vel sufficit si dixerit; Relinquo N. talia bona tali cum onere vt de fructibus ipsius faciat celebrare tot Missas, siue talis legatarius sit clericus, siue laicus.

Quintò, & vltimò dum ait Rota nominato ad talem Capellaniam compete-
181 re hipotecariam pro consecutione dicti legati remanet manifestum, quòd ista bona quæ legantur ad huiusmodi effectum iudicantur vt laicalia, prout post alios habetur per *Sebastianum Cæsarem in sua Ecclesiastica Hyerarchia disput. 14. §. 3.* Vnde & si in *Bulla cœnæ Canone 18.* Excommunicantur vsur-

182 vſurpantes, & ſequeſtrãtes bona, prouentus, &c. ſpectãtes ad perſonas Eccleſiaſticas, ratione Eccleſiarũ, beneficiorum, &c. tamen in illã nõ incurrũt vſurpãtes & ſequeſtrãtes redditus, & prouẽtus harum Capellaniarum, vt poſt alios habetur per *Bonacinam diſputatione de cenſuris in particulari quæſt. 18. Puncto 2. num. 22. & 25.*

183 Vnde, & ſi quando tractatur an dicta bona ſint facta Eccleſiaſtica per titulum beneficij, quo poſſidentur, hoc pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, vt eſt caſus deciſionis Melfiten. ſupra relatæ, & aliarum; tamen quando agitur ſolùm de ſucceſſione in dicto legato vti perſona vocata à teſtatore, vel nominata à vocato per ipſum teſtatorem aduerſus laicos poſſeſſores bonorum in prætenſo legato contentorum, pertinet ad iudicem laicum iuxta vulgatam regulam, actor ſequitur forum rei, *l. iuris ordinẽ C. de iuriſdictione omnium iudicum, cap. ſi Clericus laicum, & cap. cùm ſit generale de foro competenti*, vt de facto accidit in cauſa illorũ de iudice agitata in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, coram Regio Conſiliario Octauiano Cæſare, quæ fuit definita anno 1603. patrocinante meo genitore Mutio de Leone, vbi legatum cõceptum erat his verbis: *Item laſcia à D. Giouãne vna vigna d'eſſo teſtatore ſita & poſta nel territorio e pertinentia di d. Terra di Lauria, &c. con peſo, che ſe detto D. Giouanne ſe farà prete ſia tenuto ſingulis annis celebrare per l'anima, &c. e non ſe facẽdo prete pure ſia tenuto farle celebrare per li preti di ſanto Nicola ſingulis annis dette quindici Meſſe ſua vita durante, e dopò ſia tenuta laſciarla ad alcuno altro prete lo più propinquo della caſa, con lo detto peſo, e non ci eſſendo prete pure ſia tenuto di laſciarla ad alcuno della Caſa con lo detto peſo; ita & taliter, che le dette quindeci Meſſe ſingulis annis in perpetuum s'habbino da celebrare per l'anima, &c.* Et cùm poſt mortem dicti Ioannis peruenisſet dicta vinea D. Ioanni Iacobo de iudice proximiori, & dictus D. Ioannes Iacobus mortuus fuerit ab inteſtato, & nullus reperiretur in dicta familia ſacerdos, ſed tantùm quidam clericus, fuit dictum per Sacrum Regium Conſilium, *extare fideicommiſſum tam reſpectu laicorũ, quàm Sacerdotum de familia de iudice cum onere tamen*

quia-

quindecim Missarum pro anima testatoris celebrandarum & proinde post mortem quondam D. Ioannis Iacobi de Iudice, vineam prædictam licito iure peruenisse ad Carolum de Iudice tamquam proximiorē in gradu tam primi morientis, quàm dicti Ioannis Iacobi exclusō dicto D. Francisco de iudice non reperto Sacerdote tempore mortis dicti quondam Ioannis Iacobi, & ideò vineam prædictam esse restituendam d. Carolo cum onere dictarum Missarum, vt latiùs in dicta sententia: & ita docere videtur *Perez de Capellan. libr. 2. cap. 6. nu. 16. vers. & non solùm*, ibi: *Si eius autem erit, si bona relinquantur laicis cum onere Missarum, & Capellaniæ ex quo ea bona non spiritualizantur, immo remanent in sua temporalitate in regimine laici, & iudicis secularis, & clariùs hoc expressit supra eodem libr. cap. 1. num. 3.* vbi habet hæc verba: *Et quia multipliciter constituitur anniuersarium; distingue: nam aut bona temporalia à laico relinquuntur etiam laico cum onere Missarum, vel eleemosynarum, seu alterius pij operis, & tunc cùm bona remaneant in sua temporalitate, vt supra libr. 1. cap. 5. num. 61 non sunt in gubernio Episcopi, & siue testator iusserit, quòd se non intromittat, vel non, talia bona affecta anniuersario possidētur à laico. & sub eius regimine, vt sua reputantur inter cætera bona, neque ex eo quòd sint hipotecata pro oneribus pijs adimplendis censentur esse in dominio operarum piarum*, Gamà *decis. 288. num. 4. in principio*. Item clarissimè *num. 22. in fine*, ibi: *Ea bona sunt prophana, & sic iudices seculares de his cognoscunt, non Ecclesiastici, &c.* & *num. 7.* ponit casum,
184 quòd dictum legatum sit relictum Confraternitati, aut Hospitali fundato à laico sine Episcopi authoritate, & probat, non esse de iurisdictione Episcopi, sed iudicis secularis; benè dicit *Confraternitati, vel Hospitali fundato sine Episcopi authoritate*, quia tunc non est locus religiosus, aliàs ipsa Confraternitas, vt talis est in communi, & eius bona sunt de foro Ecclesiastico, vt patet ex decis. in Romana beneficiatus Sancti Laurentij relata à nobis supra *initio quæstionis quartæ, num. 11. & sequenti* Quando, & quomodo Comissarius fabricæ possit se intromittere in altibus legatis videte *Riccium part. 2. praxis resol. 378.* po-

test

est enim se intromittere, quando dictum legatum non est impletum, fauet *Rota apud Caualerium decis. 212.* vbi alios casus habetis, pro quibus se potest intromittere dicta Fabrica Sancti Petri.

Ex hac doctrina, quòd bona ista legata pro simili capellania remaneant in sua temporalitate, & sic sint bona laicorum, colligit idem *Perez citato libr. 2. cap. 1.* plura corollaria à *num. 35.* & præcipuè vt ad id, quod petit titulus sectionis deueniamus, *num. 50.* colligit, quòd
186 si per tempus ordinarium, quo præscribitur res laicorum, nempè decem annorum ab Episcopo huiusmodi legatum reperiatur collatum, vt beneficium Ecclesiasticum, ter, quaterque, & etiam bis; in posterum esse iudicandum, vt beneficium Ecclesiasticum, quia
187 vt ipse subdit, cursus, seu obseruantia quadraginta annorum desideratur in rebus Ecclesiæ, & ad mutandum statum beneficij; at istud legatum & si pro celebrandis Missis, neque est beneficium, nec est res Ecclesiæ; sed res prophana, ergo. Additque hoc intelligi quando constat fundatorem non fecisse capellaniam collatiuam, quia si de hoc dubitaretur, sufficit minus tempus decem annorum, dummodo ter, vel bis Ordinarius contulerit. Contrarium tamen, vt scilicet requiratur ad hoc tempus quadraginta annorum post *Azorium citata parte 1. libr. 10. cap. 3. quæsit. 5. in fine.* Mordicus defendit *Garzias part. 1. de beneficijs Ecclesiasticis cap. 2. num. 115.* Et iterum confirmat impugnando *Perez* in additione ad supracitatum caput *num. 116.* Quæ opinio, vt verum fatear videtur probabilior, quia non est verum, id quod præsupponit *Perez*, ipsa bona scilicet relicta pro hac capellania, non esse res Ecclesiæ, licèt enim sint ista bona prophana, quia non sunt beneficia Ecclesiastica, tamẽ sunt res Ecclesiæ particularis, cùm sit legatum pium, sunt res Ecclesiæ
188 vniuersalis, vnde pia causa & Ecclesia æquiparantur, & eisdem gaudent priuilegijs, vt per *Tiraquellum in suo tractat. de priuilegijs piæ causæ priuilegio 141.* Qui priuilegio præcedenti *140.* expressè docet, & probat,
189 quòd sicut contra Ecclesiam non currit præscriptio, nisi quadraginta annorum, ita neque contra pias causas, quod etiam non negat

idem *Perez lib.1.cap.20. nu.* 69. ibi: *Neque obstat textus in Auth. de Ecclesiasticis titulis §. pro temporalibus, quia ibi Ecclesiæ etiam conceditur, vt contra eam solum currat quadragenaria præscriptio pro legatis pijs et relictis.* Quòd
190 hoc sit verum etiã, quando tractatur inter Ecclesiam, & aliam Ecclesiam, cui vt diximus æquiparatur causa pia; tanquam certum docet idem *Tiraquel. eod. tract. de Priuil. pia caus. priu. 26. sub n. 5.* vbi latè declarat commune illud
191 proloquium: Priuilegiatus contra alium priuilegiatum non vtitur priuilegio, & subdit hæc verba: *Sicuti Ecclesia non præscribit contra Ecclesiam, nisi tanto tempore quanto priuatus, videlicet quadraginta annorum, quia Ecclesia non reperitur actiuè priuilegiata in præscriptione*
192 *sicut passiuè, &c.* Quòd verò incumbat probatio impetranti per istud tempus fuisse solitam Capellaniam conferri, vt beneficium, patet à simili in illa Ianuensi Parochial. Sanctæ Fidei 6. Iunij 1629. coram Durano, quæ cantat vt sequitur.

Ecclesia Parochialis Sanctæ Fidei Ciuitatis Ianuensis, quæ est membrum præceptoriæ Sancti Ioannis de Burgo Religionis Hierosolymitanæ fuit de anno 1615. à tunc Præceptore concessa in perpetuum Congregationi Clericorum Regularium Minorum confirmatione Apostolica, & possessione subsequutis; sed nihilominus Sebastianus Benuenutus de anno 1618. cum narratiua, quòd illa aliàs obtenta per Ioannem Mariam Grandum vacabat à quatriennio, & vltra per affectionem alterius incompatibilis, sicque ius conferendi esse ad Papam deuolutum iuxta Cõstitut. Pij V. in nouo Bullario tit. 2. Constit. 3. obtinuit, eandem sibi conferri, vt in litteris Apostolicis desuper expeditis, pro quarum executione lata sententia per Ordinar. Sauonen. executorem, Clerici præfati appellauerunt & commissa mihi causa, cum facultate, etiam easdem litteras exequendi. Dubitaui hodie, an illæ exequendæ sint? Et fuit vnanimiter per Dominos negatiuè resolutum. Præcipua resolutionis ratio fuit, quia quidquid sit de
aliis narratis, illud vnum non fuit iustificatum, nempè, hanc Parochialem solitam es-
193 *se conferri in titulum, quod tamẽ debuit per Sebastianum impetrantem omninò iustificari ex regula tex. in l. 2. ff. de probat. & c. 2. de rescriptis Ioann. Andreas in cap. 1. nu.*

2. vers.

2. vers. in beneficialibus de litis contestatione in 6. Abb. in cap. quia circa num. 3. de consanguinitate, & affinitate, Paris. cons. 49. num. 3. lib. 4. Rota decis. 2. de præbendis in nouis, & in recent. decis 24. num. 1. part. 2. & apud Gregorium XV. decis. 242. num. 5. Et præsertim cum dicta narratiua solita collationis in titulum sit principale fundamentum gratiæ Sebastiani, Puteus decis. 267. libr. 3. in nouiter impressis, Rota diuers. decis. 268. num. 3. part. 1. & in recent. decis. 179. num. 3. & 296. num. 1. part. 2. nec non quia habet contra se iu-
194 ris præsumptionem, ex quo in Ecclesijs Regularium de iure deputantur Vicarij temporales ad nutum cap. prim. de Capellis Monacorum, & ex Constitut. Pij V. super Vicarijs edit. Gonzales super regulam 8. glosa 5. §. 6. Bellamera decis. 203. Cassador. decis. 4. num. 3. & decis. 12. num. 9. de præbendis; & fuit dictum in Ianuen. Parochi. 19. Aprilis 1627. coram me; vnde tantò magis debuit per Sebastianum impetrantem clarè, & concludenter probari, Ioan. Andreas in quæst. super quarta per Rectorem contra Episcopum præscribenda per eum disputata in c. fine possessione de regulis iuris in 6. Bel-
195 lamer. decis 674. Deinde accedit, quòd vltimus status fuit de manuali, vt probatur ex vltimis duabus prouisionibus pro parte Clericorum exhibitis, qui vltimus status attendi solet cùm quæritur de beneficij qualitate cap. cum de beneficio de præbendis in 6. Decius cons. 126. num. 1. Rota decisione 2. de præbendis in nouis, & apud Seraphin. decis. 1095. num. 3. & 4. Vnde Clerici non solùm excludunt Sebastianum ex eo, quòd non iustificauit suam gratiam, quod eis satis esset ex Regula actore non probante, &c. Ipsi
196 enim vti rei conuenti & possidentes non tenentur quidquã iustificare, Abb. in cap. licèt Heli in fine de simonia, Innocent. in cap. veniens il 2. & ibi Felin. qui testatur de communi num 13 de testibus, Federicus de Senis cons. 103. in principio, & propè finem, Rota decis. 36. sub num. 10. part. 2. diuers. & decis. 612. & 728. num. 2. & 739. num. 4. part. 2. recent Sed etiam ex abundanti probant contrariũ
197 & iustificãt suam gratiam, qua tantat de manuali, quia ad effectum iustificationis gratiæ sufficit docere de vltimo statu, Abb in cap. nobis num. 8. vers. si verò non constat de iurepatron. Innocent in cap. postulasti num. 1. post mediũ,

eodem tit. Rota decis. 737. nu. 3. part. 2. recent. & apud Gregor. XV. decis. 482. num. 7. & in Asculana Parochialis 17. Martij 1586. coram Orano. Tandem gratia Sebastia-
198 ni fuit subreptitia, & ideo nulla cap. ad aures de rescriptis, cap. si motu proprio de prebendis in 6. Felin. in cap. ad audientiam el 2. num. 22. de rescriptis, Cassad. decis. 3. num. 4. de pension. & Gregor. XV. decis. 450. num. 1. Subreptitio autem est clara dum Sebastianus non fecit mentionem de pacifica possessione plurium annorum, in qua Clerici existebant vigore supradicta concessionis Apostolicæ, cap cum nostris, vbi Abb. nu. 1. de concess prebendæ, Felin. in cap. in nostra num. 32. de rescript. Gomes. super regul. de Annali, quæst. 10. Mandos. super eandem regulam, quæst. 49. & in fortioribus terminis Rota in Carinol. præceptoriæ 6. Martij 1617. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Casalen. beneficiorum 10. Decembris 1627. co-
199 ram D. meo Merlino, & certum est, quòd possessio Clericorum, & maximè tot annorum, vt supra, si per Sebastianum fuisset narrata, non solum Papam reddidisset difficiliorem, quinimo retraxisset verisimiliter; cum non præsumatur eum in præiudicium etiam coloratè possidentis, velle alteri beneficium conferre, vt benè practicati DD. & Antonius de Butrio in dicto cap. cum nostris num. 17. vers. si verò possessio, Bero. in cap. super litteris num. 72. vers. decimo septimo in impetratione, de rescriptis, Ioannes de Silua in tract. de beneficijs part. 3. quæst. 11. vers. item si Papa. Menoch. de arbitr. casu 201. num. 139. & Rota in dictis decisionibus. Vnde non obstant prætensa instrumenta collationum, quæ dicuntur cantare in titulum quia in primis, inde non tollitur subreptio gratiæ Sebastiani ex causa supradicta. Deinde Dominis fuit data
200 solum fides cuiusdam exemplationis collationum, quæ præterquam quòd non releuat sine instrumentorum tenore Auth. si quis in aliquo C. de edendo, in omnem casum cùm non constet, quòd illa fuerit facta à Notario de dictis instrumentis rogato, vel ab alia legitima persona; sed solùm à quodam asserto notario attestante per hæc verba (hæc est exemplatio publicorum documentorum, & scripturarum per dictum Sebastianum productarum in authent. & probanti forma, &c.) solùm inde probatur exemplatio, de

qua

qua ille Notarius fuit rogatus, non autem instrumenta, ex quibus exempla sumpsit, & de quibus non fuit rogatus esse authent. & in forma probanti, § nos autem auth. de tabellionibus Bart. in dicta auth. si quis in aliquo num. 3 Felin. in cap. si cautio num. 69. de fide instrum & Rota decis. 545. num. 5. part. 2. re-
201 *cent. Minus releuant quatuor testes dati ad probandam qualitatem collatiuam huius Parochialis, quia vltra quod regulariter collationes, & gratia beneficiorum non probantur per testes, sed per litteras, Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 2. num. 7. Verall. decis. 51. num. 2. part. 2. & Rota in Taurisina Canonicatus 9. Martij 1607. coram Corduba. Primus testis se refert ad quamdam epistolam Præceptoris. Secundus fatetur se numquam vidisse litteras collationum. Tertius deponit etiam de manualitate, & vltimus de proprio iudicio, quibus propterea nullo modo credendum est ex vulgatis iuribus, & patet ad sensum, &c.*

202 *& ita vtraque, &c.* Quòd collationes factæ tamquam de beneficio similium legatorum ad hoc vt operentur, vt supra debeant esse effectum sortitæ, habetur per *Illescensum Perez de Anniuer-sarijs & Capellanijs lib. 2. cap. 1. num. 56.* vbi de alijs conditionibus, de quibus etiam per nos supra *Praxi IV.* cum de probatione quasi possessionis.

SECTIO XII.

Episcopus quomodo, & quando possit se intromittere in huiusmodi legatis pijs.

203 *Visitare an possit Episcopus Capellanias non collatiuas. Quando illas visitare potest, de quibus non potest prouidere, nu. seq. Quid si fuit prohibita à fundatore visitatio, num. 205. & 210. Qualis debeat esse dicta prohibitio, num. 207.*

206 *Hospitalia propbana quomodo visitari possint ab Ordinario,*

208 *Exemptio generalis quamuis plena quando comprehendat exemptionem à visitatione.*

209 *Concilio generali quando intelligatur à Papa derogatum, & num. sequ.*

211 *Conditio quòd Capellania collatiua possit conferri à laico an possit apponi in fun-*

fundatione.

212 Episcopus non potest extinguere Capellanias etiam ad finem maioris operis pij, neque illas vnire. An extantibus pluribus Capellanis possit in visitatione iubere, vt illæ vni tantum tribuantur, num. 213.

DVas opiniones pugnantes reperio circa hoc particulare. Prima est *Parisij cons. 34. quam probat Gonzales in regulam 8 glosa 5. num.* 203 *35.* quæ docet Episcopum non solùm in prædictis Capellanijs non collatiuis nequaquam habere ius instituendi vel destituendi, sed nec etiam ius visitandi. Secunda opinio cõtraria quòd & si Episcopus in dictis Capellanijs non habeat ius instituendi & destituendi, tamen habeat ius visitandi; nisi expressè in fundatione id reperiatur prohibitum; est *Garzia part. 1. de beneficijs cap. 2. num. 104. quem sequitur Petrus Moneta in suo tract. de commutationibus vltimarum voluntatum c. 10. num. 478.* Hæc secunda opinio, quæ est probabilior, habet duas partes. Prima pars, quòd regulariter Episcopus habeat ius visitandi has Capellanias non collatiuas. Secunda pars, quòd testator possit prohibere etiam Episcopo nè illas visitet, quæ ambo partes sunt à nobis declarandæ & explicandæ. Dicimus igitur primò, quòd quando docent hi Doctores, nulla facta prohibitione à testatore Ordinario circa visitationem, habere ius visitandi; intelligi debet de visitatione pro exequutione voluntatis testatoris, si benè vel malè executores adimpleuerunt dictum legatum, secundum eius voluntatem, faciendo celebrare Missas, &c. sicuti etiam vt videat, si locus vbi celebratur sit decens, vel idem sit in quo iubetur à testatore celebrari dictas Missas; in istis enim potest se Episcopus intromittere, etiam si testator expressè prohibuit nè Ordinarius in tali legato se intromittat; cùm ipse sit piarum causarũ exequutor. *Perez de Anniuers. & Capellanijs libr. 2. cap. 1. num. 4.* Quibus illic allegatis, adde *Monetam in suo tract. de commutat. vltimarum voluntatum cap. 10. num. 475. & seqq. Sebastianum Cæsarem in sua Ecclesiastica Hierarchia disputat.* 204 *54 §. 3. in fine.* Non autem intelligi debeat de visitatione

ne contraueniendo, vel commutando aliquid circa dispositum à testatore, vt habetur post alios in relata decisione Derturfen. supra Sectione præcedenti expendendo verba Sacri Concilij Tridentini *Sess. 22. cap. 8.* & habetur in *§. si autem pro redemptione, Auth. de Ecclesiast. titulis collatione 9.* ibi: *In omnibus enim talibus pijs voluntatibus Sanctissimos locorum Episcopos volumus prouidere, vt secundùm defuncti voluntatem vniuersa procedant: licèt præcipuè à testatoribus, aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium*; item in *cap. tua nobis §. 1. de testam.* ibi: *Cùm igitur in omnibus pijs voluntatibus sit per locorum Episcopos prouidendum, vt secundùm defuncti voluntatem vniuersa procedant, licèt etiam à testatore id contingerit interdici.* Potest quoq; Episcopus prohibitus per testatorem se intromittere, & prouidere quando euenit casus ommissus à testatore, fuit resolutum per Rotam Romanam *decis. 611. num. 6. apud Seraphinum.*

Dicimus secundò, quòd quando subdunt præcitati
205 Doctores, quòd vbi à testatore fit expressè prohibitum Ordinario, ne visitet has Capellanias, non posse visitare, intelligunt de visitatione circa exequutionem voluntatis testatoris, & alia vt supra dictum est, quia in his est difficultas, an possit prohiberi à testatore visitatio, cùm regulariter possit quò ad hæc, dictas Capellanias visitare, vt ex Sacra Congregatione post *Armendar. refert Nouarius in suis singularibus concluſ. 119. in fine, clariùs concluſ. 121. nu. 3.* refert declarationem, *Riccius part. 4. Praxis resol. 573. num. 6.* Et præsupponit *Antoninus Diana par. 1. suarum resolutionum Moralium tract. 2. de immunitate Ecclesiastica resolutione 83.* loquens de Hospitalibus, quæ similiter possunt esse propha
206 na, & Ecclesiastica, sicut Capellaniæ. Qui nulla præmissa distinctione, an Hospitalia sint prophana, vel Ecclesiastica, seu sine authoritate Episcopi, vel cum eiusdem authoritate fundata, conatur ibi probare, quòd stante prohibitione, seu conditione appositа per testatorem in fundatione, vt Episcopus non valeat se intromittere in visitatione; nequeat Episcopus dicta Hospitalia visitare, pro qua sua opinione refert declarationem Sacræ Congregationis,

& de-

& decisionem Rotæ & insuper declarationem factam à Paulo V. Sûmo Pontifice. Nec videtur negare *Nouarius in suis singularibus conclusion. 121. num. 6. in fine*. etsi pro veritate remittat lectorem ad *Ludouisium decis. 4.* De qua re agit etiam *Riccius non solùm alijs in locis à Diana citatis, sed etiam nouissimè parte 4. Praxis resolut. 572. & sequ.* Vbi refert declarationes aliquas Sacræ Congregationis Concilij circa hãc materiam, inter quas duæ relatæ, ibidem *num. 7. in fine, & 12.* confirmant opinionem *Antonini Dianæ loco supracitato*, contra id, quod idem *Riccius* videtur defendere *citata resolut. 572. num. 4. vers. Amplia procede-*
207 *re*, Quod dicta prohibitio debet esse expressa, & non sufficiat tacita, veluti si alteri sit delegata visitatio absque tamen exclusione Episcopi, fuit declaratum à Sacra Congregatione in Abulensi relata à *Riccio supracitata resolut. 573. num. 7.* pro
208 vt etiam exemptio plena, & generalis concessa ab inferiori à Papa non comprehendit exemptionem à visitatione, vt ex decisionibus Rotæ, quas refert *Riccius supra resolution. 566. & 568.* manifestissimè patet; vt autem talis exemptio vigore priuilegij concessi à Summo Pontifice operetur suum
209 effectum non est necessarium, vt derogetur in specie Concilio Tridentino, sed sufficit si apponatur clausula generalis, *Non obstãtibus ordinationibus, & constitutionibus Apostolicis, Garzias part. 4 de beneficijs cap. 5. nu. 45. Tamburrinus de iure Abbatum tit. 2. disputat. 6. quæsito 17. in fine*, vbi allegat varias Rotæ decisiones. Imò in gratijs & dispositionibus manu Papæ signatis, nulla requiritur derogatio, *Moneta de commutat. vltimarum voluntatum cap 11. nu. 250.* Plus dicit *Bartholomeus de Vecchis in sua Praxi pro nouitijs, &c. disputat. 9. dub. 13. in fine*, post Rotam Romanam, semper scilicet per clausulam generalem censeri dicto Concilio derogatum. Ex his igitur, quæ Doctores supracitati docent de hospitalibus, patet à si-
210 mili idem dicendum esse de Capellanijs, prout in specie adnotauit *Garz. p. 1. de beneficijs cap. 2. à nu. 97.* qui concedit, quòd fundator possit excludere Ordinarium ab administratione, cura, & vi-
211 sitatione; negat autem etiam de consensu eiusdem Episcopi, posse eum exclu-

dere

dere quando Capellania est erecta authoritate ipsius, & sic collatiua, ab eius collatione, illam tribuendo laicis, de qua re latè *Perez lib. 2. de Anniuersarijs & Capellanijs cap. 1, à nu. 16.* vbi quòd talis conditio non solùm vt iuri cõtraria non sit seruanda; sed etiam pœna apposita in casu, quòd Episcopus vellet se intromittere ad cõferendum, vt aliàs censeatur cassata & annullata dicta Capellania, & de eius dote fiat aliud opus pium; de qua re vide decis. Rotæ apud *Riccium part. 4 Praxis resolut. 471.* in simili casu. Imò *num. 47. in fine*, idem *Perez* vocat hanc conditionem turpem, vnde puto errorem inesse Typographi in illis verbis, quæ subiungit *num. 48.* ibi: *De licentia tamen Summi Pontificis poterit testator apponere eam conditionem, quòd Episcopus se non intromittat. Rebuffus de congrua portione num. 120. sed & de licentia Episcopi, inquit Abbas in cap. nobis, num. 5. de Iurepatron.* si intelligat de hac conditione quòd nõ conferatur ab Episcopo, sed à laico, quia hoc spectat ad Summum Pontificem, vt supr. diximus *quæst. III num. 72. per totum*; Etsi fateamur ibidem, non esse talem conditionem illam, quòd Capellanus in articulo mortis nominet successorem. Videte *Riccium part. 4. Praxis resol. 460. & seqq.* vbi facit Praxim particularem circa hanc materiam, facultatis reijciendi, & admittendi conditiones in fun-
212 datione. Quòd neque Episcopus possit extinguere hanc Capellaniam ad finem applicandi redditus alicui loco pio, notat *Riccius in Praxi Prætermissarum decis. 710. part. 1.* Qui ibidem *decisione 720.* etiam probat, non posse illas vnire, v. g. quando in vna Capella adsunt diuersi Capellani relicti pro singulis diebus, non potest Episcopus iubere in visitatione, quòd dicta Capella tribuatur vni sacerdoti cum integro redditu. Pos-
213 set hoc bene facere hæres vel legatarius vbi esset Cappellania prophana nostro iudicio cum consensu Episcopi, stante aliqua causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ; quia hæc non est commutatio voluntatis propriè dicta, & licèt post Concilium Tridentinum Episcopus nõ possit dispensare contra institutionem beneficij, etiam ex necessitate Ecclesiæ, *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis*

sticis, quæstione 375. tamen hoc non est beneficium, vnde non intrat Concilium, maximè cùm id fiat cum causa aliqua legitima. Et sic intellige *Perez de Anniuers. & Capellanijs per totum cap. 14. libri primi præcipuè num. 29.* vbi docet, quòd ex necessitate Ecclesiæ possit Episcopus vnà cum patrono mutare conditionem à testatore adhibitam.

SECTIO XIII.

De successione in huiusmodi legato seu Capellania non collatiua.

214 *Fideicõmissum an & quãdo inducatur ex solo onere Capellaniæ super rem aliquam impositio. An etiam & Maioratus, ibidem. Quomodo differant fideicommissum & maioratus, num. seq.*

216 *Fideicõmissi successio quomodo reguletur.*

217 *Successio in bonis pro Capellanijs non collatiuis relictis, quando reguletur iure maioratus, vel iure communi circa successionem ab intestato, & num. seq.*

219 *Legata pia quando petuntur corã iudice seculari, an etiam attendendum ius ciuile.*

220 *Alienatio an cẽseatur prohibita ex solo onere Capellaniæ rei impositi, & nu. 222. Vbi est prohibita vsque ad quem gradũ duret, num. 223.*

221 *Tertius possessor rei affecta onere Capellaniæ quo modo conueniatur.*

224 *Consanguineo Sacerdote ad talem Capellaniam vocato non existente, an possit dari Clerico eiusdem familiæ. Quãdo nec existit Sacerdos, nec Clericus quid faciendum, n. 229.*

226 *Familia deficiente cui fuit relicta nominatio Capellaniæ ad quem transeat ius nominandi tam vbi est Capellania collatiua, quàm non collatiua.*

230 *Sacerdos vt quis sit ad finem obtinendi hanc Capellaniam, quando requiratur, An Clericus ex linea fœminina præferatur Clerico ex linea masculina, num. seq.*

QVæ spectant ad hanc materiam facilè lector poterit decidere ex his, quæ latè dicta fuerunt à nobis supra *Praxi III. cap. 1. de pertinentia ratione successionis*

nis in Capellanijs de Iurepatronat. & Praxi VI. à num. 138. vbi agimus de qualitate appositæ, quòd præsentandus sit de domo, familia, &c. vel quòd sit proximior. Et hoc in loco fat erit explicare
214 quæstionem illam, An per solam impositionem oneris Missarum in perpetuũ celebrandarum, seu perpetuæ Capellaniæ, censeatur inductum fideicommissum, vel maioratus, de qua post alios latè *Perez de Anniuers. & Capellan. lib. 1. c. 4.* Qui, vt patet *ibid. num. 15.* contra aliquos concludit pro negatiua, quòd scilicet per simplicem impositionem dicti oneris non censeatur inductum, neque fideicommissum, neque maioratus; nisi aliæ coniecturæ concurrant, nempè pro fideicommisso reali, si sit prohibita alienatio rei super quam impositum fuit onus Capellaniæ, saltim extra familiam; & pro Maioratu, si præter prohibitionem alienationis, vt supra, sit etiam dispositum, vt res illa super quam fuit impositum onus, possideatur à primogenito, vt ibidem probat à *num. 39.* Qua sumpta occasione *nu.*
215 *24. & sequ.* in medium affert plures differentias inter fideicommissum, & maioratum, videte eum. Ex hac doctrina sequitur primò, quòd quando reperitur dictum onus impositum cum clausulis inducentibus
216 fideicommissum, eius successio regulari debeat secũdùm ordinem succedendi ab intestato, quia in fideicommisso succeditur secundùm ordinem successionis ab intestato; *glosa in l. cùm ita, §. in fideicommisso, ff. de legatis 2. Soccinus senior cons. 249. col. 10. vol. 2. Anchar. cons. 25. testatur de communi, Cardin. Parisiensis cons. 51. n. 16. apud Capriolum in suo tract. de successione ab intestato lib. 3. num. 101. vbi alios allegat.* Intellige dummodo aliud non appareat esse de mẽte testatoris, vt per Rotam apud *Caualerium decis. 465. num. 6.* Vbi ex hoc probat, vt supra diximus *Praxi VI. n. 159* proximitatem grauari & non grauantis in fideicommissi successione; esse attendendam. Sicuti vbi fuit impositum cum clausulis inducẽtibus maioratum, eius successio regulari debet secundùm leges maioratus, vt per eumdem *Perez citato libro 1. cap. 5. num. 8. & seq.* idem dixit *Gonzales super Regulam 8 Cancellariæ glosa 5. in princip. n 33. & seq.* Vbi quòd in Hispania quãdo in

talibus Capellanijs vocantur Clerici, vel Sacerdotes consanguinei, seu de familia, vt scilicet dubia orta circa illarum successionem debeant diffiniri per iura, & leges loquentes de maioratibus, sequitur *Riccius in Praxi variarum dec. 413. Sebastianus Cæsar in sua Hierarchia Ecclesiastica disput. 14 §. 3. num. 2. & 7. in fine.* Cuius ratio esse potest, quia ibi est consuetudo generalis, quòd in omnibus istis Capellanijs succedatur iure maioriæ, vt innuit *Perez supracitato cap. 5. num. 40.* Qui *num. seqq.* aperit id, quod agendum sit, quando in eo loco non est consuetudo generalis, sed in talibus bonis cum onere Anniuersarij diù fuit successum
218 iure primogenituræ. Quãdo verò non adest talis consuetudo, vel obseruantia particularis, dubia debent diffiniri secundùm ius ciuile, vel vt in Regno secundũ cõstitutiones, vel cõsuetudines aut aliud ius municipale loquẽs de successionibus *Ricc. sup. decis. 413.* vnde doctrina *Panormitani in cap. relatum num. 2. de testamentis.* Quòd
219 etsi legata pia possint peti coram iudice seculari, debent tamen dictæ causæ determinari secundùm ius canonicum, procedit vbi tractatur de validitate ipsorum legatorum, non autem quãdo tractatur de successione, vt in cãsu nostro.

Sequitur secundò, quòd
220 ex sola huius Capellaniæ oneris impositione super aliqua re, quia verbi gratia fundus relictus fuit, vt ex eius redditu curet hæres, vel legatarius alicui Sacerdoti præbere stipendium ad Missas in perpetuum celebrandas, non prohibetur hæres, quin possit alienare ipsum, licèt emptor illius, ac possessor remaneret obligatus præbere Sacerdoti dictum stipendium, quando dictum onus non fuit impositum super dictum fundum causa demonstrationis, sed causa dispositionis & taxatiuè. Ita concludit loquendo de Anniuersarij onere *Perez libr. 1. de Anniuersar. & Capellan. cap. 2. præcipuè num. 14. & cap. 4. num. 16.* Quia tunc onus est reale. Qui *Perez ibidem cap 8. præ-*
221 *cipuè à num. 24.* firmat, quòd iure communi absque aliquo fauore potest tertius possessor rei affectæ pro Capellania, vt supra, directo cõueniri, nulla facta excussione, de qua in *Auth. Hoc si debitor C. de pignoribus*, qui tenetur soluere redditus neces-

cessarios pro Capellania, vel fundum deferere, vt ibidem probat idem author *sub num. 26. & seqq* Hęc do-
222 ctrina vt patet habet locum, quando ex redditu rei debetur salarium Capellano, secùs est quando fuit dictum, quòd dicta res semper reuertatur vel deuoluatur ad ipsum Capellanum, quia tunc adest fideicommissum reale perpetuum, vt est casus *decis. Rotæ 34. & 513. apud Caualerium*, Et ipsa res pertinere debet in totum Capellano, & sic ab eo potest reuocari res alienata. Nec obstat, quòd in casu dictarum *decisionum 34 & 513.* adsit etiam prohibitio alienationis, quia ex hoc tãtùm arguitur, clariùs adesse fideicommissum, non autem, quòd ad illud inducendum non sufficiat dicta coniectura deuolutionis, & reuersionis; quæ verba, vt inquit Rota de per se sunt cõmunia, & inducunt substitutionem fideicommissariã,
223 fauet, quòd etsi regulariter prohibitio alienationis censeri debeat inclusa vsq; ad quartam generationem, tamen contrarium seruari debet in casu nostro Capellaniarum perpetuarum, vbi etiam prohibitio censeri debet perpetua, vt in terminis Anniuersarij notat *Perez supra cap. 6. nu. 18. Nauarrus cons. 5 de præbendis.* Ad-
224 dit, quòd quando ad similem Capellaniam fuit vocatus Sacerdos de familia, si nullus in ea inueniatur Sacerdos, potest illam obtinere Clericus de familia habens alias conditiones requisitas à testatore, item etiam intentionem efficacẽ ascendendi ad ordinem Presbyteratus, & residendi eo modo, quo testator iussit, quæ doctrina procedit quãdo ex verbis testatoris apparet in fundatione dictæ Capellaniæ potiùs respexisse cõmodum Sacerdotis ex sua familia, quàm suffragiũ pro anima sua ex dictis Missis, vt diximus supra *Praxi VI. num. 241.* vbi latè potest lector addiscere, quando talis capellania sit actu sacerdotalis, vel non; item quando sufficiat vt Missæ per alium celebrentur, & sic Capellanus non teneatur per se ipsum, illas celebrare. Subdit *Nauar. eodem consil. su-*
225 *pracitato*, quòd nec Ordinarius potest super hoc dispẽsare, quod si intelligit, vt existente Sacerdote de familia, conferatur Clerico tantùm, etiam nos diximus supracitata *Praxi VI. num. 240. vers. Dixi per Pontificem.*

cem. Quibus illic allegatis, addo *Genuensem in suis Practicabilib. Ecclesiasticis quæst.* 225. vbi probat quòd post Concilium non possit Episcopus dispensare contra institutionem beneficij, Papa tamen dispensare circa id potest, vt diximus eadem *Praxi VI. num. 240.* Etsi ad hoc vt iustè dispenset requiratur causa iusta, vt per *Nauar. dicto cons. 5. in fine.* Vnde si Ecclesiæ necessitas posceret quòd Sacerdos institueretur, iusta causa tunc adesset. Sed puto quòd *Nauarrus* ex eo, quòd fundauit hoc non esse beneficium Ecclesiasticum, ideo subijcere nec Episcopum, nec Papam posse circa hoc dispensare, quia neque se intromittunt, vt etiam dixit *Perez libr. 2. capit. primo num.* 226 39. Non existente nec Sacerdote, nec Clerico de familia, certum est quando Capellania est collatiua, posse illam conferri extraneo, quia iam cùm sit beneficiũ, est sponsa, & sic debet habere suum sponsum; talis est titularis, seu rector, vel beneficiarius, vt sæpius supra dictum est; ideoque propositis edictis, si nemo compareat de familia, confertur extraneo, *Rota ver-*

bis supra relatis Praxi 6. nu. 227 *172.* Sed in casu nostro vbi Capellania non est collatiua, potest dubitari, an hæredi accrescant redditus, seu res ad hunc effectum relictę, vel teneatur eligere extraneum, *Sebastianus Cæsar in sua Hierarchia Ecclesiastica disput. 14. §. 3. num 8.* ponit casum in quo deficiunt consanguinei, quibus fuit à testatore iniunctum, vt eligerent talem Capellanum, & Respondet tunc fieri liberam de iure, de consuetudine tamen in Hispania, & Lusitania, succedere in ea Inuictissimum nostrum Regẽ, sed ex modo suo loquendi, eius doctrina procedit in Capellania collatiua, 228 ipsa enim deficiente familia, cui non simpliciter; sed cum taxatiua fuit reseruatũ Iuspatron. fit libera, pertinet scilicet ad liberam collationem Ordinarij, iuxta ea quæ diximus supra *Praxi III. num. 94.* Quod habet locum etiam vbi tale iuspatronat. fuit reseruatum masculis cum dicta taxatiua, *Ancharan. cons. 81. num. 2. Calder. cons 4. de Iurepatronat. Paris. cons. 48. num. 21. libr. 4. Cassador. decis. 1. num. 3. de Iurepatron. Lambertin. libr. 1. part. 2. quæst. 2. art. 5. Et fuit resolutum in Comen.*

Capel-

Capellæ, seu Iurispatronat. 8. Nouembris 1593. coram
229 *Penia*. Quod non potest affirmari in casu nostro, cùm nullibi sancitum reperiatur, Capellaniam hoc casu de nō collatiua fieri collatiuā. Vnde pro casu nostro ac etiam casu extinctionis familiæ respectu eorū, qui habent prouidere de Capellano, inspiciendū erit, vtrum testatoris volūtas conijci possit, quòd voluerit primariò suffragiū, vel cultum Ecclesiæ, vel cōmoditatem populi, An potiùs, vt diximus in hoc legato, voluerit prospicere Clerico vel Sacerdoti de sua familia. Primo casu tenetur hæres vel legatarius prouidere de ista Capellania extraneum, sicut ad extraneū etiam extincta familia, hæredem tamen vltimi de familia transiret hæreditas cum hoc onere. Secundo verò casu non esset ampliùs obligatus hæres vel legatarius, dum conditio familiæ minimè possit verificari. Fauent notata à *Bonacina disputat. 3. de contractibus quæst. vltima Puncto vltimo num. 17* Vbi quòd in dubio præsumi debeat tale legatum pro suffragio, &c. In causa illorum de Iudice relata supra *Sectione ante præcedenti nu. 183.* cum pendente reclama-

tione facta à D. Francisco, mortuus fuisset Carolus: ad quem (fuit iudicatum in Sacro Regio Consilio Neapolitano) iure peruenisse fideicommissum cum onere Missarum, excluso dicto D. Francisco non reperto Sacerdote tempore mortis q. Ioannis Iacobi, &c. & hoc tempore mortis ipsius Iacobi, ipse D. Franciscus reperiebatur Sacerdos: fuit du-
230 bitatum ad quem spectarent bona, seu fideicommissum cum dicto onere, ad filium Caroli, vel ipsum D. Franciscum, & quia fundator, seu testator in ea facti specie solū grauauit Ioānem, vt illa bona relinqueret alicui presbytero de familia proximiori, & non addidit verbum aliquod denotans perpetuitatem. Item ex finalib. verbis appareret, quòd solùm perpetuitas ab eo fuit cōsiderata quò ad celebrationem Missarum quindecim pro anima sua, fuit benè patrocinatum à meo genitore pro parte filij ipsius Caroli defuncti contra præfatum D. Franciscum vt latius in eiusdem genitoris allegatione, quam vtiq; cum alijs spero aliquando non sine magna vtilitate in lucem proditurum, etsi quādo Capellania esset actu Sacerdo-

cerdotalis perpetuò, ipse D. Franciscus deberet illam obtinere hoc casu vacatione per mortem dicti Caroli, vt aliàs à nobis dictum
231 fuit. Quando sunt vocati in simili Capellania consanguinei ex linea fœminina, deficiente masculina; fuit dubitatum an Sacerdos de linea fœminina deberet præferri clerico de linea masculina? & resolutum pro Sacerdote, etsi de linea fœminina, vt per *Riccium parte 3. decis. Curiæ Archiepiscop. Neap. decis. 13.*

SECTIO XIV.

Auctis, vel diminutis fructibus rei pro Capellania relictæ, an augeri, & diminui etiam debeat numerus Missarum celebrandarum per Capellanum.

232 *Augumentum, vel diminutio oneris Missarum ratione augumenti, vel diminutionis fructuum, quando non habeat locũ, & num. sequen. & num. 238. quando habeat locum num. 234 Quid si cessarent in totũ ipsi reditus, num. 235.*

236 *Inexigibilitas fructuum, & reddituum, quando possit esse causa, vt Capellanus non teneatur celebrare.*

237 *Missarum numerus hodie à quo reduci possunt ob tenuitatem fructuum.*

239 *Obligatio celebrãdi tot Missas an inducatur ex eo, quod Capellanus illas diu turno tempore celebrauerit, & num. seq.*

241 *Obligatus præstare pitantiam pro anniuersario Clericis, vel Religiosis alicuius Ecclesiæ, an teneatur præstare etiam augumentatis.*

Fructus in dubio censentur potiùs aucti, quàm diminuti, eodem num. 241.

HOc quæsitum verificatur, vt benè aduertit *Perez de Anniuersar. & Capellanijs libr. 1. cap. 15. num.*
232 *etiam 15.* vbi fructus, seu redditus rei relictæ pro Capellania sunt correspondentes oneri Missarum iniuncto Capellano iuxta stipendium taxatum vel consuetum; non autem quando sunt ampliores, quia tunc quomodolibet augeantur, non augeri debet numerus Missarum, sicuti quomodolibet dimi-

diminuantur, dùmodo diminutio non sit perpetua, sed temporalis, neque diminui debet dictus numerus, sed fieri debet compensatio de fertili cum infertili.

233 Item vendicat sibi locum idem quæsitum vbi res illa, seu fructus, & redditus ex ea taxatiuè fuerunt relicti, secùs, si tantùm demonstratiuè, cùm hoc casu diminutis fructibus correspondentibus, vt supra, teneretur hæres soluere de alijs bonis hæreditarijs per allegata in simili à *Bonacina disputat. 3. de contractibus quæstion. vltima §. vltimo, num. 15.* vbi subdit quando demonstratio sit appositа taxatiuè, vel demonstratiuè, & in terminis docet *Perez citato cap. 15. in fine*. Qui *num. 18.* concludit, loquendo in materia Anniuersarij perpetui, alteriusque piæ

234 causæ, quòd quando fructus non sunt amplores; sed correspondentes, ac taxatiuè, vt supra ad hunc effectum fuerunt relicti, tunc auctis vel diminutis dictis fructibus, augeri & diminui debeat pro rata numerus Missarum, sicuti *num. 8* iam affirmauerat quòd cessantibus in totum dictis fructi-

235 bus, etiam cessaret, in totum onus missarum, & subdit rationem *nu. 20.* nempè quòd onus vbi imponitur habito respectu ad redditus, debeat etiam regulari, & limitari secundùm quantitatem reddituum, fauet *Riccius 4. part. Praxis resolut. 104.* vbi quærit, An

236 vbi redditus sunt inexigibiles teneatur Capellanus celebrare: & Respondet esse obligatum celebrare Missas pro rata fructuũ, quos exigere potest. Additque quòd si fortasse redditus non sunt inexigibiles, sed cũ difficultate exigi possunt, non esse excusatum beneficiatum; quia tenetur facere omne posse, & adhibere diligentiam possibilem pro perceptione, & exactione dictorum fructuum. Miror tamen circa hanc rem authores supracitatos non facere mentionem dispositionis *Sacr. Concilij Tridentini sess. 25. cap. 4.* vbi in casu

237 quòd eleæmosyna pro celebrandis Missis sit adeò tenuis, vt non inueniatur, qui velit huic muneri subijcere, vnde depereunt piæ testantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios vsus relicta, quo plenius, & vtiliùs potest, impleri, facul-

tatem dat Episcopis vt in Synodo diœcesana, &c. reducant dictum numerum iuxta quantitatem eleæmosynæ. Quæ facultas hodie reperitur ablata ipsis Episcopis, & reseruata S Congregationi Eminentissimorum S.Concilij interpretum vt in decretis de celebratione Missarum iussu Sanctiss. D.N.Vrbani PP. viij editis, nisi expressè fuit in fundatione id reseruatum Episcopo, vt ad secundum quæsitũ respondet S.Congregatio in declarationibus eorumdem Decretorum, imo ante dicta decreta, neque poterant Episcopi reducere Missas impositas in fundatione Capellæ, vel beneficij, vt declarauit S. Congregatio, quam retulimus *I I I. part. de Iubileo, num 24. vers. & nota.* & infra etiam *Sect. 20.*

238 Vnde etsi quando superabundant fructus nõn reperiatur dispositum, quòd debeat augeri numerus Missarum; in quo casu *Genuensis in suis practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 229* distinguit an dictum augumentum sit magnum, vel paruum, & tãtùm admittit, quòd primo casu augendus sit numerus Missarum; sicuti quando diminuuntur; Non putamus tamen posse ex se Capellanũ diminuere numerum taxatum à testatore; imò ad illum numerum seruandum posse cogi ab Episcopo, antequã reductio fit facta authoritate Sacræ Congregationis, cùm sint Missæ à defunctis relictæ, & sunt in fundatione impositæ. Vnde quidquid in casu magni augumenti admittat *Genuẽsis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 229.* augendum etiam esse numerum Missarum, in casu nostro Capellaniæ, obseruanda erit resolutio *Nauarr. conf. 6. de prabendis*, vbi ponit casum de legato bonorum reddentium 830. solidos annuos pro vna Capellania ad missas celebrandas non expresso numero earum, in Diœcesi, vbi extat constitutio Synodalis, quæ dicat, eum, qui habet Capellaniam non reddentem 500. solidos, teneri ad celebrandam vnam Missam in hebdomada pro quolibet centenario solidorum: & Respondet, quòd si teneretur pro quolibet centenario solidorum vnam missam in hebdomada, oporteret celebrare octo Missas in hebdomada, quod est impossibile, ideoque neq; tenetur quotidie; sed quoties potest deuotè, & honestè, & de augumento; si

fit

sit magni momenti, in paramentis, & alijs vt infra de fructibus excrescētibus prębendæ, erogandum esse, docet *Genuensis supracitata quæst. 229. num. 1.* Ibidem etiam *Nauarr. num. 1.* Quę-
239 rit vtrum Capellanus qui per 20. annos quotidie Missam celebrauit, putans ad hoc teneri, si verè ex tenore fundationis vel alterius causæ ad id non teneatur, possit cogi in futurum etiam quotidie celebrare, & Respondet negatiuè iuxta opinionem *Panormitani*, quam & nos approbauimus supra *quæst. 2. num. 51.* contra *Genuensem*. Idem dictum fuit
240 per Curiam Archiepiscopalem Bononiensem in illa Canonicorum collegiatæ S. Ioannis in Persiceto in casu contrario; nam cum illi certo quodam stipendio 25. scutorum obligati reperirentur mediante publico instrumēto, celebrare in quodam Hospitali quatuor Missas in qualibet hebdomada, & per 29. annos numquam celebrassent nisi tres tantùm, tam in prima, quàm in secunda instātia fuit decisum, Canonicos præfatos esse obligatos respectu temporis præteriti, & in futurum teneri celebrare omnes missas, Anniuersaria, & officia, de quibus in instrumēto cū eorum Hospitali, suppleta tamen per Contractres eiusdem Hospitalis eleæmosyna seu annua præstatione secundùm taxam, & iuxta formam Constitutionum synodalium Bononiæ, quæ decisio ad hoc propositum est valde notabilis, maximè ad declarationem doctrinæ *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis quæstione 203. num. 2.* quod Capellanus acceptans Capellaniam tenuem non possit petere augumentum. De alio casu, An scilicet possidens bona cum onere soluendi pitātiam Clericis alicuius Ecclesiæ pro anniuersario teneatur soluere augumentatis, vel solùm pro numero existentium tempore constituti Anniuersarij latè agit *Perez libr. 1. de Anniuersar. & Capellanijs cap. 16.* Nota quòd fructus censentur aucti, & non diminuti, vel saltē quòd sicuti priùs sufficiebāt, ita quoque nunc sufficiant, ideo eam allegans debet diminutionem probare, ex latè allegatis in Cęsaraugustana distributionum 9. Decēbris 1630. coram Coccino.

SECTIO XV.

Quando transfertur Capitulũ vel Religio de vna Ecclesia in aliam, An etiam tranferatur onus Missarum ibi ex defunctorum legatis celebrandarum.

242 *Verba non præsumuntur superflua in rescriptis.*

243 *Missæ celebrantur & anniuersaria vbi testator fuit sepultus, quid si Canonici vel Religiosi, qui erant tempore sepulturæ transferuntur in aliam Ecclesiam nu. 244 Quid si erat Ecclesia Monialiũ quæ nunc reperiuntur translatæ, num. 245.*

246 *Copula quando resoluatur in alternatiuam, vel disiunctiuam, & num. 248*

247 *Diuisio cadit in rebus cõmunibus.*

249 *Derogatio facta à Papa in rescriptis quomodo interpretanda.*

ADest circa hanc materiã decisio Rotæ Romanæ apud Seraphinum 1149 quę loquitur in legato relicto Monialibus del fine, vt celebrare faciant singulis diebus pro remedio animę suę, cum conditione, quòd aliàs legatum deuoluatur, & fuit dictum, quòd si contingat illas transferri ad aliam Ecclesiam, non priuari dictas Moniales ipso legato, dummodo illas faciant celebrare in Ecclesia, vbi in præsens reperiuntur, quæ decisio declaratur per eandem Rotam apud *Caualerium decisione 494.* vt sequitur: *Disputatum fuit dubium. An Canonici Elnen. debeant participare de Anniuersarijs fundatis & relictis ab ijs, qui in Ecclesia Elnen. sunt sepulti, quod resolutum fuit negatiuè, prout etiam Rota similem sensum habuit in decisionibus alijs factis in hac causa sub diebus 6. Iunij & 15. Decembris 1607. coram Millino. Quamuis enim Papa in litteris translationis mandet diuidi distributiones, & emolumenta omnia cum Canonicis, & Beneficiatis communia, neque controuertatur, quod de eiusmodi anniuersarijs, de quibus hodie dubitatur, participabant ante translationem etiam Canonici; tamen expresè excipiuntur emolumenta prouenientia ex Anniuersarijs, fundatis in Eccles. Elnen. quę sunt beneficiatorum propria, & quę transferri & diuidi non possunt, sed quod in dicta*

Ec-

Ecclesia Elnen. absque illorum diminutione remaneant &c. Hæc autem verba videbantur Dominis, aut omninò superflua, quod non est di-
242 cendum, stante regula, quòd semper verba sunt intelligenda, vt aliquid operentur, l. si quando, ff. de legatis 1. &c. Aut non posse verificari, nisi in huiusmodi Anniuersar. relictis ab ijs, qui in Ecclesia Elnen. sepulti sunt. De
243 iure enim regulariter Anniuersaria celebranda sunt in Ecclesia vbi fundatorum corpora requiescunt, Abbas cõs. 99. num. 4. vers. circa secundum, & num. 5. part. 2. Cumanus cons. 12. & subdit ibi Abb. inter alias rationes, quòd honestius ibi celebrabuntur Missæ, quàm alibi cum patrocinio Sanctorum illorum sub quorum inuocatione Ecclesia consecrata est. Et licèt animæ defunctorum in dicta Ecclesia quiescentium eodem modo iuuarentur; si Missæ in alia Ecclesia celebrarentur, Sotus in 4. dist. cap. 3. quæst. 2. art. 4. Cardin. Seraphin. decis. 1149. num. 11. vers. quod comprobatur cum alijs adductis. Nihilominus respondebatur satis esse, quòd honestiùs celebrentur in Ecclesia sepulturæ, vt dicit Abbas, vnde verba illa litterarum, quæ transferri & diuidi non possunt, Domini non censebant, esse intel-
244 ligẽda de Anniuersarijs omnino indiuisibilibus, quæ nullo modo transferri possunt; sed de bis, quæ honestè, vel æquè honestè non possunt trãsferri, cùm non dicantur posse ea, quæ honestè non possumus, l. filius cum ibi notatis, ff. de condit. instit. Considerabatur insuper, præsumi fundatores habuisse maiorem deuotionis affectum erga illam Ecclesiam, in qua sepulturam elegerunt, vt per Menoch de præsumpt. lib. 4. præsumptione 14. num 8. Ad decisionem Cardinalis Seraphi-
245 ni respondebatur fuit, quòd ibi agebatur de legato relicto pro Missis celebrandis in Ecclesia Monialium, ex qua adiectione videbatur pòtius fuisse consideratas Moniales, quam Ecclesiam ipsarum, ideò onus celebrandi durabat quousque Moniales essent translatæ. At in dicta decisione dicitur, vt in casu proposito fuit considerata Ecclesia ipsa, in qua fundatores sepeliri voluerunt; & ita intelligitur dicta decisio, vt per Gratianum disceptat. forens. cap. 73. num. 5. & seq. Minùs obstare visum fuit, quòd in litteris Apostolicis excipiantur Anniuersaria, quæ sunt beneficiatorum propria,

&

& quæ transferri non possunt & sic requiri videatur vtrũque ex copulatis, quia placuit responsio, quòd hoc casu

246 *copula resoluitur in alternatiuam vel disiunctiuam: nam aliàs verba essent superflua, cùm certum sit, quòd quæ erant propriè beneficiatorum non poterant diuidi.*

247 *Diuisio enim cadit in rebus communibus, non autem in proprijs; ideo sufficere videtur, verificari illam tantum qualitatem, quòd diuidi, & transferri non possint,*

248 *cùm aliàs ad euitandam superfluitatem copulatiua resoluatur in disiunctiuam, Castrens. cons. 43. num. 2. par. 2. vbi ait, substitutionem si decesserit in pupillari ætate, & sine liberis intelligi disiunctiuè, quia aliàs copula esset superflua, cùm secundùm naturam & cursum communẽ, quilibet in pupillari ætate decedat sine liberis. Demum*

249 *dum dicebatur Papam derogasse omnibus fundationibus, & dotationibus dictæ Ecclesiæ, placuit responsio, quòd id procederet; si constaret, Papam voluisse derogare huiusmodi relictis factis à fundatoribus pro Anniuersarijs, sed contrarium visum fuit apparere ex exceptione illa, quæ transferri, & diuidi non possunt, scilicet commodè & honestè, vt supra dictum est. Ex quibus, &c.* Quod enim dicitur de Anniuersarijs in supradictis decisionibus, dicendum quoque esse de Capellanijs præsupponimus, vt certum ex supradictis hucusque.

SECTIO XVI.

Capellanus vigore talis legati, an semel constitutus, possit a pátrono amoueri.

250 *Capellania non ideo iudicanda non collatiua, quia fuit instituta ad nutum amouibilis; In dubio, quando præsumatur perpetua, num. 253.*

251 *Capellanus à Capellania non collatiua an possit amoueri, vbi id non prohibetur à testatore talis amotio.*

252 *Capellanus amouibilis qui diù inseruiuit an si ejiciatur, possit agere spolio, An sine causa possit priuari, num 254. Quando præsumatur priuatio ex causa odij & sic ex malitia, num. 255. Quid in Capellanijs non collatiuis, num. 256.*

257

257 *Odij & malitiæ præsumptio cessat vbi patronus ideo priuat Capellanum amouibilem, vt illam cõferat consanguineo.*

NAuarrus *consil. 5. & 6. & clariùs consil. 27. de præbendis* videtur eius esse opi-
250 nionis, quòd ex eo, quia institutæ fuerat à testatore Capellania, ita vt Capellanus possit ad nutum amoueri, talis Capellania debeat reputari nõ collatiua, quam opinionem post *Perez libr. 2. de Anniuersar. cap. 6.* reiecimus supra *quæst. III. sub num. 40.* Non tamen tangunt Doctores hunc articu-
251 lum. An vbi constat, testatorem voluisse facere Capellaniam non collatiuam, & non expresserit, Capellanum eligendum non posse amoueri, possit patronus eum amouere ad sui libitũ, & in facto respondi pro affirmatiua, nẽpè in eo casu, quo testator iussit eligi debere per suos hæredes Capellanum, qui celebret certis diebus in sua Capella, quòd ex eo quia hęres elegit vnũ, nõ prohibeatur illum amouere, & alium in illius locũ subrogare, quia videtur ex dictis verbis tantùm percipi, testatorem respexisse potiùs ad sacrificium Missæ, quàm ad personam, & ideò satis eius voluntati remanere satisfactum per quemcumque Sacerdotem conficiatur, qui vtique, quisque erit, verè est Capellanus, & sic verificantur eius verba, *eligi debere per eius hæredes Capellanum, &c.* Circa tamen amotionem Capellani, stante quòd Capellania sit amouibilis ad nutum, præter ea quæ notat *Perez citato cap. 6.* & nos tetigimus supra *eadem quæst. 3. num. 56.* est valde notabilis decisio Rotæ apud *Caualerium*
252 *72.* ibi: *Cùm enim hi Capellani possederint per tantũ tempus, non videtur posse negari, quin habeant aliquem statum considerabilem, ex quo turbati, essent manutenendi, & priuati, essent restituendi ad tex. in cap. querelam de electione. Mohedanus decis. 8. num. 1. de restitut. spoliat. Affl. decis. 395. num. 4. Gabriel conclus. 1. num. 38. eod. titul. Et ideò iniusta videtur sententia D. Nuntij quæ reuocauit duas præcedentes, per quas fuerat Sebastiano, & Didaco concessa redintegratio & restitutio. Nec dicebant Domini obstare prætẽsionem Capituli, quòd hæ Capellaniæ sint manuales, & ad nutum amouibiles, & quod*

prop-

propterea non potuissent tales electi agere spolio. Rota decis. 1. de restitutione spoliatorum in Antiqu. Nam multifariam respondebatur.

253 Et primò, quòd cùm hæ Capellaniæ sint seculares præsumuntur de sui natura perpetuæ, & collatiuæ, Lapus allegat. 9 num. 3. Cardin. conf. 57. num. 5. Cassador. decis. 4. num. 2. de præbend ideo talis manualitas esset à Capitulo concludenter probanda, & probationes allegatæ non visæ fuerũt Dominis ita clarè. Secundò esto etiam sine veri

254 præiudicio, quòd essent manuales, tamen in hoc casu non videbatur benè facta priuatio, & amotio non probata causa priuationis, & sic competit restitutio, Rota decisione 6. de restitut. spoliat. in antiquis. Et licèt aliàs Rota sequuta fuerit eam opinionẽ, vt in manualibus, amotio possit fieri etiam sine causa, id tamen intellexit si non subsit causa malitiæ, & præsumptio odij, Cardin. in Clemen. 1. §. præmissa num 2. vers. ego puto de supplenda negligentia Prælatorum, Imola in eadem Clem. num. 44. vers. D. Antoninus credit, Franch. in cap. cum singula num. 5. de præbendis in 6. Et fuit dictum in vna Aquilana Prioratus 16. Martij 1584. quæ est 778. inter impressas diuersor. part. 1. In hoc autem ca-

255 su dicebant Domini, satis apparere de præsumptione odij, ex depositionibus testium examinatorum pro parte Sebastiani, & Didaci, qui deponunt; electionem fuisse factam à Capitulo propter maleuolentiam, & odium Capituli ob litem, quam Capitulum habet cum Doctore Salgado fratre horum electorũ super Canonicatu, &c. de qualitate constat ex confessione ipsius Capituli, & decisione facta in illa causa corã R.P.D. meo Manzanedo, & ex his, &c. Nota verba illa, esto, &c. quòd essent manuales, quia innuere videtur, hoc idem dicendum esse

256 etiã in istis Capellanijs nõ collatiuis, quando concurrit tempus considerabile seruitij, & amotio fieret ex malitia vt supra, quia potest adire superiorem, vt eum restituat, intellige superiorem Ecclesiasticum,

257 excludetur præsumptio malitiæ, si aliqua considerabili causa ad remouẽdum hoc faciat patronus, etiam si prouisus non fuerit demeritus, vt si velit illam conferre consanguineo, ad quem, quis præsumitur habere affectionem, & ideo iudicatur causa honesta.

Perez

Perez citato cap. 6. num. 23. quem ad hoc videatis, nam *num. 4. & sequentibus* tractat difficultatem, An Romanus Pontifex conferendo huiusmodi beneficia amouibilia censeatur velle mutare eorum naturam, & concludit, quòd si hoc non exprimatur, non censeatur voluisse mutationem inducere.

SECTIO XVII.

Subsidium & collecta an solui debeat de bonis relictis pro Capellanijs non collatiuis.

258 *Subsidiũ charitatiuũ quod nam sit, & à quibus soluendum, ac cui.*

259 *Subsidium seu decima Papalis quæ imponitur ratione alicuius communis boni quanam sit, an illam teneantur soluere Capellani amouibiles, num. seq. Qui de Capellanijs ex simplici legato, num. 261*

260 *Decima Parochialis an soluatur de bonis Capellania non collatiuæ, Quid de decima personali, an soluenda à Capellano huiusmodi, num. seq.*

264 *Collecta qua nam sit, an ad illam teneantur clerici, ibid. remissiue. An debeat solui de bonis huiusmodi Capellania, nu. seq.*

266 *Artifices an possint collectari pro rebus eorum artificio elaboratis.*

267 *Mercium appellatione quæ res veniant.*

268 *Collectarum materia regulariter est odiosa.*

269 *Consensus quando semel adhibitus præiudicet. Excluditur per errorem, num. seq.*

271 *Pensionarij an sint exempti à solutione decimarũ Papalium super fructibus omnium, & quorumcumque beneficiorum, &c.*

272 *Derogationis materia est stricta.*

QVando hic quærimus primo loco de subsidio, nõ intelligimus de illo,
258 quod vulgò charitatiuum nuncupatur, & præstatur Episcopo, Archiepiscopo, Patriarchæ, vel Primati à Clericis, & Ecclesijs suæ Diœcesis ob aliquam eorum iustam, & manifestam necessitatem, quia certum est, ex dictis bonis relictis pro Capellania non colla-

tiua, etiam quòd possideantur ab ipsis Capellanis, cùm illud non debeatur à Clericis simpliciter, sed clericis beneficium habentibus Ecclesiasticum, & possidentibus bona Ecclesiastica, & Capellanus nec hoc casu potest dici habere beneficium Ecclesiasticum, nec possidere bona Ecclesiastica, vt supra sæpiùs dictum est, ita *Azorius part. 2. suarum institutionū moralium lib. 9. cap 14. quæsito 6. vers. insuper Clerici, &c.* Qui eod. in loco, *vers. si roges*. Idem asserit de Hospitali absque authoritate Episcopi erecto & sic prophano. Vbi etiam inuenies, quòd neque tale subsidium debeatur pro bonis Capellaniæ collatiuæ quando redditus non excedunt decentem victum, de qua re etiam *Quaranta, verbo Concilium Prouinciale, quæsito 19.*

Intelligimus ergo de alio
259 subsidio, quod imponitur authoritate Sūm. Pont. qui habet administrationē omnium beneficiorum, & bonorum Ecclesiasticorum, quod alio vocabulo dicitur decima Papalis, quam solet imponere pro vrgenti aliqua causa communis boni, soluendam à Clericis, Ecclesijs, Episcopis, & Pastoribus, ac bonis Ecclesiasticis; vt post *D. Thomam Lessium, & alios*, notat *Fagundez in 5. Præcepto Ecclesiastico libr. 2. cap. 2. num. 13. & seq.* vbi testatur de communi, & vsu receptissimo, qui vsus hoc tempore experientia comprobatur, quo exiguntur dictæ decimæ etiam à Monasterijs pro necessitatibus Germaniæ authoritate Vrbani VIII. Summi Pontificis, & ad hunc effectum in Regno destinati sunt Commissarij Ecclesiast. Circa enim hoc subsidium, est dissensio inter authores; nam *Perez libr. 2. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 6. num. 16. vers. Et non solum, &c.* loquendo de subsidio excusato, vt vocant (de quo fit mentio in dec. Bergom. infra referēda in fine Sectionis, vbi habes differentiam inter istud subsidium particulare, & dictas decimas Papales) soluendo vigore motus proprij Clementis VIII. editi 24. Februarij 1604. qui intitulatur concordia inter Catholicum Regem Philippū Tertium, & Statum Ecclesiasticum Regnorum Castellæ, & Legionis super prorogatione subsidij annui quadringētorum & viginti millium ducatorum inita, &

Apo-

Apostolica authoritate cõfirmata, vbi declarat Cle-
290 mens VIII. quòd ad huiusmodi subsidij contributionem non solùm Capellani perpetui, sed etiam ad nutum amouibiles teneantur. Qui Capellani antea ad hoc non obligabãtur vigore primæ concessionis talis subsidij, factæ à Sanctissimo Pio Quinto Summo Pontifice anno 1561. circa
261 Capellanias non collatiuas, siue perpetuas, siue ad nutum amouibiles: Distinguit hoc modo *Perez*, vel bona ista relicta pro ipsis Capellanijs possidentur à Clericis, seu Capellanis ipsis, vel possidentur à laicis cum onere Missarum. Primo casu, inquit ipse, tenentur Clerici, & debetur subsidiũ de dictis bonis, non autem secundo casu. Hanc opinionẽ *Perez* reijcit *Garzias prima part. de beneficijs cap. 2. num. 107. in Additione*, quia etsi dicta bona possidentur ab ipso Capellano, & cum onere Missarum, tamen non per hoc desinunt esse temporalia, sicut alia bona patrimonialia eiusdẽ Capellani, vt patet in decisione Melfit. legati pij 24. Ianuarij 1629. corã Dunozetto sup. *n 171.* à nobis relata, vbi præsupponitur, dictum legatum possideri ab eisdem Capellanis, & tamen firmat, esse aliquid laicale & temporale. Vnde ex tali-
262 bus bonis, tamquam temporalibus, debetur decima prædialis Parrocho, vbi est consuetudo soluendi dictas decimas, quia cùm sint acquisita titulo donationis, seu legati, iam antea quàm deuenirent ad ipsos Capellanos erant obnoxia dicta bona tali oneri, vt generaliter loquendo de bonis emptis à Clericis, vel ipsis donatis, vel titulo patrimonij assignatis, docet post alios *Fagundez Præcepto 5. Eccles. libr. 2. cap. 2. num. 2.* Dixi, *Decima prædialis*, quia
263 ad personalem non teneretur: Nam id quod lucratur Saderdos ratione Missæ, spectat ad titulum & officium spirituale; ideò oneri decimarum non subiacet, idem *Fagundez citato cap. 2, num. 5.* In specie quòd contributio imposita pro beneficijs non debeat solui ab habente Capellaniam non collatiuam docet *Garzias part. 5 de benefic. cap. 1 num. 613. in fine*.

264 Secũdo loco quærimus in titulo Sectionis de collecta, quæ exigitur ab vniuersitate vel alio superiore seculari pro aliqua necessitate, de

qua re agimus *prima parte nostri tractatus de Officio Cõfessarij recollect.11. nu.714.* vbi examinatur articulus ille, an Clerici teneantur ad collectas, *& num.678.* declaramus quæ sunt requisita necessaria ad illas imponendas vt supra. An, quando
265 ista bona possidẽtur à laicis cum tali onere, possint collectari; istam difficultatem tangit, & soluit *Perez libr. 1. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 20. in fine.* vt scilicet, loquendo in simili de bonis Anniuersariorum, possit quis pro dictis bonis collectari deducto tamen onere Anniuersariorum, seu Capellaniarum, & sic limitat doctrinam *Ancharani cons. 229.* quam refert ibidem *nu.71.* per multas rationes concludentis, quòd si laicus dimittat omnia bona sua pro alẽdis pauperibus, etiam si administrationem relinquat Cõmunitati sæculari, & addat quòd Episcopus non se intromittat, dicta bona gaudeant priuilegio, quòd non possint collectari; ex quibus sequitur, quòd si bona ista sunt correspondentia oneri, ita vt non interfit fraus, quia fuerunt relicta stabilia magni valoris cum onere Capellaniæ paucarum Missarum, gaudent dicto priuilegio.

Hac occasione arbitratus sum rem non ingratam præstare lectori; si hic transcribam decis. in Rauenn. collectæ 12. Iunij, 1615. coram Eminentissimo Card. Pamphilio, quia etsi nil commune habeat cum ista materia de collecta pro bonis relictis ad effectum Capellaniç, tamen est valde notabilis in materia collectæ impositæ pro mercibus; sonat vt sequitur.

Ad dubium, quod propo-
266 *sui, an artifices potuerint collectari pro rebus eorum artificio elaboratis, Domini negatiuè Responderunt, quia facultas collectandi concessa à Summo Pontifice Communitati iuxt. l. Placet Cod. de excusat. muner. libr. 10. cum alijs allegatis vt patet ex eius lectura, est restricta ad mer-*
267 *tes, quarum appellatio non pertinet ad artifices, qui propriè dicuntur illi, qui res emunt vt eas in aliam speciem eorum artificio vertãt, sed ad mercatores, qui vendunt res in eadem specie, quã emerunt, Alciat. in lex. mercis appellatio 6. num. 4. & 5. & in l. mercis 207. num. 1. & 6. ff. de verbor. significatione, Stracc. de Mercat. par. 1. num. 22. & seq. & ad istum effe-*

effectum, ne quis de rebus ad artificium pertinentibus teneatur soluere collectam impositam super mercibus, tradit Federic. de Senis conſ. 207 num. 2. Abb. conſil. 6. ſub num. 2. verſ. ad ſecũdum dubium, Bertazzol. conſ. Criminal. 256. num. 7. & ſic ſatis viſum fuit ceſſare, quòd plures ex dictis artificibus emant merces extra Ciuitatẽ, illaſque conducant in ciuitatem, adeo vt illarum ratione teneantur ad rationem collectæ, quia cùm illas emãt non vt in eadem ſpecie cariùs vendant; ſed vt eorum labore, & induſtria in aliam ſpecium mutent, illæ poſtquàm per eos empta ſunt, non poſſunt ampliùs dici merces, ſed res pertinentes ad eorum artificium, quæ non comprehenduntur in ſupradicta facultate collectandi ex ſupradictis. Quod etiam comprobatur, quia aliàs pro rebus, quas emunt artifices à mercatoribus eiuſdem Ciuitatis, Communitas duplicem exigeret collectam, quod fieri non debet, Decius conſil. 285. ſub num. 4. verſ. 3. hoc idem, & conſ. 457. num. 3. Nec refragatur, quòd licentia Summi Pontificis ſit generalis; vſque ad annuam ſummam ſcutorum 400. col-

lectandi quaſcumque merces,

268 quia cum materia collectarum regulariter ſit odioſa, ſtrictè eſt interpretanda, Angel. conſ. 9. in princip. & conſ. 385. Decius conſ 457. num. 7. Natta conſil. 274. n. 7. & ſeq. Bertazzol. d. conſ. 256. num. 5. & in ea ſermo

268 vniuerſalis non operatur, niſi quatenus verborum proprietas patitur, Soccin. in leg. quidam relegatus, num. 10. ff. de rebus dubijs, Ruinus conſ. 103. num. 10. libr. 3. Gabriel conſ. 8. num. 12. & ſeq. libr. 1. ideo dicta facultas licèt ſit generalis collectandi quaſcumque merces, tamen viſa fuit intelligenda de illis, quas emunt mercatores, vt in eadem ſpecie cariùs vendant, quæ propriè dicuntur merces. Minus obſtat, quòd artifices ab initio conſenſerint cum mercatoribus in electione hominum pro ea imponenda, quia fuit reſponſum, quòd

269 huiuſmodi conſenſus eſt reſtrictus ad facultatem Summi Pontificis, ſub proteſtu, quòd illa comprehenderet etiã res ad artificium pertinentes. Vnde cùm ex ſupradictis cõſtet, rem aliter ſe haberi, ſatis dicitur probatus error, Alex. conſ. 188. ſub num. 1. verſ. & de errore libr. 1. Afflict. deciſ. 44. num. 3. cum alijs adductis per Cephalum conſil.

270 369. num. 133. per quem exclu-

excluditur consensus, l. si per errorem, ff. de iurisdictione omnium iudicum; & in omnem euentum, fuit etiã dictum quòd consensus huiusmodi præiudicaret tantùm consentientibus, non autem aliys, qui ab illis causam non habent, cap. non debet de regul. iuris in 6. Et sic fuit decisum.

Circa exemptionem pensionariorum ab istis decimis Papalibus præter notata ab *Azorio* loco supra allegato adest decisio in causa Bergomen. pensionis Mercurij 10. Aprilis 1630. coram Pirouano.

Responsum fuit Pensionarium non teneri ad decimas per Summos Pontifices Serenissimæ Reipublicæ super fructibus omnium, & quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum eiusdem dominij indultas.

Quia clausula exemptionis ab oneribus, & decimis, de quibus in litteris reseruationis huius pensionis sunt amplissimæ, & præcisè à decimis dominij Reipublicæ Venetæ, ibi etiam dominij & Reipublicæ Venetiarum instantiã, ac pro eorum, & Sedis prædictæ necessitatibus etiam motu proprio, vel etiam de facto pro tempore impositis, & imponendis, etiãsi in impositionibus huiusmodi cauetur expressè, quòd Pensionarij quicumque pro rata pensionum suarum quantumuis exemptarum, præmissis contribuere teneantur, similiter & clausula promissionis titularis soluendi pensionem absque diminutione sunt claræ ibi, quam ratam dictus Ioannes Hieronymus Tassus pro se & successoribus suis, absque spe aliquid vmquam postea repetendi soluere promisit, onusque ratæ huiusmodi in se & successores suos suscepit, & quidquid propterea pro tempore quomodolibet soluerit, siue ipsi successores soluerint, tibi etiam donatione pura, mera, & irreuocabili inter viuos facta perpetuò valitura grãtiosè donat, & remittit, ex quibus patet; Pensionarium non teneri, quia Papa voluit & potuit illum priuilegiare, nè teneatur decimas soluere, cap. cum instantia de censibus Gig. de pen. quæst. 59. nu. 6. Mohedan. decis. 4. de locato, Put. decis. 386. libr. 2. Garz. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 172. & titularis promissioni propriæ non potest contrauenire, l. post mortem ff. de adopt. Surd. decis. 149. in fin. & cons. 284. num. 5. libr. 2 sed tenetur factũ promissum adimplere, l. quoties

quis

quis, ff. de verb. oblig. Bertran. conſ. 309. num. 1. libr. 3. Pariſ. conſ. 109. num. 11. lib. 1. Rolan. conſ. 53. num. 11. libr. 1. Bece. conſ. 105. num. 8. Surd. conſ. 3. num. 5.

Non obſtat, quòd hæc eadem exemptio ex poſterioribus indultis Clementis viij. Pauli v. Gregorij xv. eiuſdem Sereniſſimæ Reipublicæ conceſſis fuerit ſublata, & vlterius derogatum fuit quibuſcumque obligationibus, & pactis inter Titularem, & Penſionarium initis, etiam Cameralibus, & iuramento vallatis, & cauſam donationis habentibus cum clauſulis ampliſſimis, & derogatione Regulæ de iure quæſito non tollendo, quibus ſublatis Penſionarius in prima ſua obligatione fuit repoſitus vt teneatur ad ſolutionem rata onerum ſuper fructibus beneficij impoſitorum. Caccialup. de penſ. quæſt. 17. Gig. eodem tractatu quæſt. 59. in princip. Rota coram Cardinali Pamphilio Seniori, & in cauſa Valentina ſubſidij 4. Maij 1611. coram bonæ mem. Penia in verſ. ad deciſionem in cauſa Toletana Penſionis. 271

Quia cùm prædicta indulta conceſſa fuerint ad inſtantiam eiuſdem Sereniſſ. Reipublica, derogationes exemptionum, & pactorum in damnum Penſionarij non ſunt intelligendæ, niſi in quantum, vel poſſunt decimas diminuere, vel exactionem illarum retardare, Seraphin. deciſ. 1348. num. 2. & 702. num 5 & 6. part. 2. recent. & in Valetina ſubſidij. 4. Maij. 1611. coram bon. mem. Penia, & nouiſſimè fuit latiſſimè firmatum in Bergomen. penſionis 13. Nouembris 1626. coram D. meo Durano, in qua reſpõdetur ad deciſionem ſupradictam, ibi, & ad Aſculanam Penſionis, & quamuis alia deciſio Valetina ſubſidij reſpondendo ad Toletanam Penſionis coram Cantuccio, qua eſt eadem in impreſſis ibi part. 2. diuerſ. dicat. loqui in diuerſis terminis, videlicet in confirmatione concordiæ facta ſuper excuſato habenti pregnantiores derogationes, cum in ſpecie deroget obligationibus Cameralibus, & iuramento, dubium autem in ea propoſitum eſſet reſtrictum ad indultum ſubſidij, in quo tales derogationes non leguntur, quaſi ſi eſſent appoſitæ contrarium fuiſſet reſolutũ; attamen in eadem Bergomẽſ. Penſionis aliter reſpondetur, quòd in deciſione 161. præceſſerat concordia inter Regem, & Clerum, in qua totus

totus Clerus se obligauerat soluere excusatum non obstantibus exemptionibus, & pactis, & sic agebatur de simultanea obligatione voluntaria per concordiam suscepta per Titulares, & Pensionarios, non autem de imposita per Papam, vt propterea in hoc tamquam propria; derogationes non possint euitari; in alia verò ad limites verborum sint intelligenda, & exactio Principis reddatur facilior, & absque diminutione, quæ responsio optima ratione conuincitur:
272 quia materia derogationis est stricta, Gemin. cons. 35. num. 2. Oldrad. cons. 190. n. 2. Put. decis. 193. in nou. lib. 1. Vnde si derogatio potest duo recipere, nempè interesse Principis, & dissolutionē pactorum inter Titularem, & Pensionarium sufficit, quòd operetur ad commodum Reipublicæ, quod est id, ad quod principaliter assumitur absque eo, quod ad alterum de priuato, non expressum extendatur, vt strictam retineatur naturam cap. nuper de decim. Rota in Oriolen. decimarum ex alijs comprobat; maximè concurrente proprietate verborum clausularum in indultis appositarum hanc restrictionem inferentium, ibi sub quacumque verborum forma & expressione concepta; quò ad hoc nullatenus suffragari volumus; scilicet quò ad hoc, vt Princeps possit habere suam decimam indultam, quod per pensionarios non controuertitur, sed id solum, quod ius illorum non sit sublatum, quin soluta possint à Titularijs recuperare.

Non obstat, quòd huiusmodi onus per Papam impositum Pensionarijs sit reale, dū Papa explicitè vult, quòd Pensionarij soluant octo decimas pro suis pensionibus, Cresc. decis. 4. de locato, Rota decis. 231. num. 1. part. 1. recent. vnde dissolutiones obligationum ad eos pertinere debent, non autem ad Principem, cui decima non potest impediri per Pensionarium.

Quia si benè aduertatur; pacta, donationes, & promissiones, Titularis semper possent obstare Principi, agenti ad decimas, nisi illis fuisset derogatum; nam Titularis aduersus Principem fūdat intentionem suam super fructibus, vt non teneatur, nisi ad ratam illarum; Pensionarius verò similiter, quòd Titulari, ex pacto, & promissione teneatur illam relevare, vnde vel cogetur Princeps ex pluribus obligatis, alterum

terum non molestare, vel iudicium cum altero eorum subire, aut demum finem controuersiæ inter titularem & Pensionarium expectare, quæ tamen ex derogationibus tolluntur, & executio remanet facilior, & absque controuersia respectu Principis, & suffieit ad effectum derogandi absque eo, quod tollatur ius particularium non expressum, vt dictum est.

Demum non obstat obseruantia 14. annorum in exigendo pensionem cum remissione ratæ huius decimæ.

Quia vltra quod ad interpretationem Indulti non sufficit obseruantia particularis, sed doceri debet de obseruantia generali, hæc tamen, quæ allegatur magis referenda est ad errorem, quàm ad obseruantiam, quæ non plus nocere debet, quàm confessio erronea in ignorante, prout fuit dictus pensionarius, qui semper potest illam corrigere, Castr. conf. 364 n. 3. libr. 1. Menoch post alios conf. 337. num. 37. libr. 4. Et ita, &c.

Vtrum ex venditione earum rerum quæ pro Missis celebrandis relictæ fuerunt debeatur gabella? quærit Bertachinus tract. de gabellis, 8. parte, membro 5. num. 5. Parladorus libr. 1. de rebus quotidianis, cap. 3. §. 1. num. 18. loquendo generaliter de relictis pro animæ expiaculo? & respondent negatiuè.

SECTIO XVIII.

Legatum pro Missis an & quando censeatur reuocatum.

273 *Reuocatione generali legatorum facta, an censeatur etiam reuocatum legatum pro Missis celebrandis. Quid de legato dotis, num. seq.*

275 *Legatum per deletionem, aut superinductionem lineæ, quando censeatur reuocatum.*

276 *Alienatione rei legatæ, an censeatur ademptum, & reuocatum legatum.*

277 *Legatum ad pias causas relictum ab eo, cui nihil à testatore fuit relictum, an debeatur, & quomodo. Quid de legato rei alienæ. ibid.*

278 *Legatum pro Missarum celebratione an censeatur reuocatum ab eo, qui in aliquo peccato mortali, vel cēsura moritur, quomodo remaneat dictum*

legatum hoc casu apud Ecclesiam, ibidem in fine.

273 PRimum dubium in hac materia esse potest. An sub generali reuocatione legatorum, censeatur reuocatum istud legatum pro Missis celebrandis, siue sit legatum vnica vice præstandum, siue annuatim. Quod resoluitur negatiuè, non censeri reuocatum, quia vt sæpè dictum est supra, tale legatum est pium, & legatum pium nunquam censetur sub generali reuocatione reuocatum & ademptum, sed requiritur specialis reuocatio, & ademptio: ita loquendo de legato facto miserabilibus personis, quales vt supra diximus, sunt Animæ Purgatorij, probat *Nouarius de priuilegijs miserabilium personarum, priuileg. 43. 68.*
274 *& 69.* Et in terminis dotis, quæ etiam est causa pia, habetur per Rotam *decis. 41. apud Caualerium num. 6.* his verbis, *Et tale legatum dotis, neque etiam in generali reuocatione comprehenderetur, Affl. decis. 111. num. 2 &c.*

Secundum dubium esse potest, quod tangit *Tiraquellus in tractat. de priuilegijs piæ causæ, priuileg. 16.*
275 de legato deleto vel superinducto per lineam, quod erat de Missis celebrandis, vt supra, an ex hac deletione, vel superinductione lineę censeatur reuocatum, qui *Tiraquellus* respõdet, quòd nisi constet, dictam lineam fuisse superinductam à testatore data opera ad reuocandũ legatum ad pias causas, numquam censeri illud reuocatum, ad cuius confirmationem habeo decisionem *Rotæ 49. apud Caualerium* per sequentia verba: *Nec dixerunt obstare: quòd verba illa testamenti. Item reliquit Hieronymæ, & Catharinæ filiabus, &c. essent deleta per lineam superinductam, vnde ex ijs tamquam deletis, nullum videbatur posse induci legatum, l. cancellauerat, ff. de his quæ in testamento delentur. Quia id non procedit in legato ad piam causam, quod in dubio censetur inconsultò deletum, & non censetur propterea ademptum, l. proximè in fine, ff. eodem titulo, vbi testator induxerat nomen serui, quem liberum esse iusserat, & nihilominus fauore libertatis, talis seruus remanet liber, & ibi Bartolus extendit fauorem libertatis etiam ad*

pias

pias causas, Felin. cap. ex literis num 16 de fide instrumentorum. Couarr. in Rubrica de testamentis in 3. par. num. 19. vers. Huic sententiæ &c. Idem Illustriss. D. Mantica libr. 12. de coniect. vltim. voluntat. tit. 2 num. 25. Qui Doctores licèt loquantur in casu, quando non aliter constat, quod testator voluerit adimere legatum; tamen in casu isto, non solùm non constat, quod testator talem animum habuerit, imò testes expressè deponunt, audiuisse testatorem dicentem, quòd legasset his puellis scuta mille, & licèt inter hos testes adsit vna famina, non tamen à testimonio repellitur in pia causa, Felin. in cap. 3. num. 3. vers. quid autē, de testibus. Decius in l. 2. num. 27. ff. de regul. iuris, Couarr in cap. relatum, num. 5. de testam.

Tertium dubium, quod circa hanc materiam contingere potest, est istud. Te-
276 stator legauit certam, & determinatam rem; ex cuius redditibus fundari debeat talis capellania, vel ex eius pretio celebrandas esse Missas, quam rem postea alienauit idem testator. An ex tali alienatione censeatur reuocatum istud legatum, sicut censeretur reuocatum, siue dicta res fuisset postea reempta siue non, quando legatum esset prophanum: & respondeo non censeri reuocatum nec adeptum, sed primo casu deberi eandem rem à principio legatam, secundo autem casu hæres tenetur redimere dictam rem, vel aliam loco ipsius subrogare, ita loquendo de legato ad pias causas *Tiraquellus priuilegio 20. & 21.* Nec mirum, quia ipsemet *priuilegio 37.* docet quòd legatum ad pias
277 causas relictum, vt præstaretur ab eo, cui nihil fuit relictum à testatore, valeat & debeatur ab hærede, & *priuilegio 66.* Quòd etsi legatum rei alienæ etiã ignoranter factum regulariter non valeat, secus tamen sit, vbi tale legatum fuerit ad piam causam, quia tenetur illam lucre hæres, & tradere piæ causæ.

Quartum, & vltimum dubium erit illud, quòd ponit *Perez lib 1. de Anniuersarijs, & Capellanijs cap. 11.*
278 An ex eo quòd testator, qui reliquit legatũ pro Missis statim celebrandis, vel annuatim in remedium, & suffragium suæ animæ, mortem sibi intulit, vel aliàs notoriè in excomunicatione, vel alio peccato impœnitens obijt, censeatur reuocatum

dictum legatum. Ratio dubitandi non solùm sumitur ex causa inimicitiæ inter dãnatum & Ecclesiam, vt ait *Perez*, sed etiam ex titulo, causa data, causa non secuta, & regula, cessante causa, cessat effectus; cessat enim causa talis legati, cùm ipse sit incapax suffragij, igitur etiã cessare debet effectus, nempè solutio dicti legati & per consequens censetur ex tacita eius mente reuocatum, Contrarium tamen concludit esse verum, *nu. 37. ad medium, & 38.* Ratio est, quam affert *num. 35.* quòd scilicet cùm hæc impossibilitas & impedimentum iuris prouenerit culpa testatoris, non debet nocere Ecclesiæ, ideo illa potest consequi dictum legatum, conditionem illam celebrãdi Missas pro eius anima habendo pro non adiecta, & sic remanet, vt ipse supponit, tale legatum purum apud ipsam Ecclesiam.

SECTIO XIX.

Capellano, an, & à quo debeant dari vestes sacræ, candelæ, & alia necessaria ad celebrationem sibi ratione legati iunctam.

279 *Paramenta, & alia necessaria ad Missæ celebrationem ex legato iniũcta, quis teneatur præstare, & num. 284.*

280 *Argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale.*

281 *Vxorem pauperem ducens tenetur maritus alimentare.*

282 *Patronus quando teneatur necessaria pro Missa celebratione Capellano præbere.*

283 *Fructus Capellaniæ, quando conuertendi in emptionem necessariorum pro Missę celebratione.*

285 *Paramenta comparata à Capellano, qui non tenebatur ad illa emenda, quando transeunt in successorem in Capellania.*

286 *Meliorationes quas fecit Capellanus in bonis, super quibus fundata est Capellania, an possint peti à successore.*

VT Sacerdos valeat Missam celebrare, requiritur certum supellectile, vt ita dixerim, tam pro ornatu altaris, quàm ipsiusmet Sacerdotis, de quo latè *Fagundez primo Præcepto Ecclesiæ, libr. 3. à cap. 21. & nos infra quæst. 7. cap. 4.* Quę-

279 ritur igitur, An stante legato

gato certæ summæ soluendæ annuatim Capellano, ad hoc vt celebret certum numerum Missarum in hebdomada, censeatur grauatus ipse ad procurandum dictũ supellectile, vel debeat ab alijs de eo prouideri: Casus iste præcipuè accidere solet, vbi determinatur ab eodem testatore certus locus, in quo Missæ debeant celebrari; item quando redditus ipsius capellaniæ non valdè excedunt stipendium correspondens oneri Missarum, iuxta taxam, vel consuetudinem, quia alioquin censetur etiam miunctum; vt ipse Capellanus sibi procuret talia necessaria, stante igitur quòd sit destinatus locus, nempè altare, vel Ecclesia, vbi teneatur Capellanus celebrare, & redditus non excedant stipendium consuetum, vel taxatũ, & præsuppositio quòd primus fundator non sit viuus, quia tunc ipse esset obligatus congruè dotare Capellam non solùm pro salario Sacerdotis; sed paramentis & Clerico seruiente in Missa, vt per *Genuensem in Praxi Archiepiscopali Neapolitana, num. 13. cap. 92.* cuius dicta de hoc primo patrono sunt intelligenda, non autem de eius hæredibus. Ita distinguerem inter Capellaniam collatiuam, & nõ collatiuam; si est Capellania collatiua tenetur Capellanus ea sibi procurare, ratio secundùm me videtur conuincens, quæ sumitur à
280 matrimonio carnali, à quo rectè argumentatur ad matrimonium spirituale, *cap. inter corporalia extra de trãslatione Episcopi*, cũ concordãtibus adductis per *Petrum Gregorium de beneficijs cap. 9. num. 2.* in matrimonio
281 enim carnali, qui pauperem ducit vxorem, vel sine dote sufficienti, non per hoc remanet deobligatus ad onera matrimonij sustinenda, *Sanchez libr. 8. de matrim. disput. 5. num. 8.* ergo, etiam in hoc matrimonio spirituali, quod intercedit inter beneficiatum, & Ecclesiam, vel Capellam, de qua est intitulatus, vt habetur in *cap. sicut in vnaquaque 21. quæstion. 2.* vbi hac ratione prohibetur, quòd aliqua Ecclesia habeat plures presbyteros, quod est verum etiam in Capellano, patet ex textu in *capit. cum non ignores, extr. de præbendis, & dignitatibus, vbi glos. in princip.* & in omnibus ordinibus Ecclesiasticis, hoc idem habere locum, patet in *cap. in Apibus in fine 7 quæst.*

quæst. 1. vnde sibi imputabitur, quòd tenue beneficium acceptauerit, vt dicitur à *glosa in cap. si proponente de rescriptis, verb. minus competens*, ibi, *Præterea ille recipiendo modicum beneficium sibi præiudicauit, vnde quærat sibi victum ex artificio suo, &c.* Vnde si habet alia bona de istis tenetur procurare dictum su-
282 pellectile necessarium, si autem non habeat aliquid, deductis expensis necessarijs pro suo victu, tunc à patrono Capellę ei erit subministrandum, sicut supra diximus *quæst. 3. sub num. 80.* de reparatione, quibus illic allegatis adde *Megal. cõsil. 78. Parisium libr. 3. de resignatione beneficiorum, quæst. 15. Azorium part. 2. libr. 9. cap. 3. quæsit. 10. Barbosam de officio, & potestate Episcopi Allegatione 64. & de officio & potestate Parochi cap. 13. num. 8.* etsi etiam patronus non potest, quia pauper; tunc habet locum
283 cautela, quam probat *Riccius Praxi 4. resolution. 342.* quòd in visitatione iubeat Episcopus, vt Capellanus cesset a celebratione Missarum in dicta Capella ad effectum satisfaciendi legato, seu Capellaniæ per annum, & de dictis redditibus emat paramenta, & alia necessaria; vnde quando *Riccius met ibidem resolut. 97.* asserit, Sacerdoti, cui a testatore designatus est numerus Missarum celebrandarum certo stipendio, non debere dari candelas & alia necessaria, nisi parum sibi remaneret deductis expensis prædictis; intelligi debet loqui vel de Capellania non collatiua, vt infra, vel præsuppositio quòd loquatur de Capellano intitulato, vt supra, debet explicari in casu quòd non habeat de suo, & patronus sit potens ad ista emenda, &c.

Si est Capellania non collatiua, tunc ad hæc necessaria teneretur patronus, seu hæres illa præstare, cùm hoc casu simoliciter Capellanus cẽsetur obligatus ad Missas celebrãdas in d. altari vel capella (de quibus ad ipsum nihil ptinet, vt in Capellania collatiua) dũmodo adsit cõmoditas celebrandi, alias sufficit si alibi celebret, applicando Missas pro testatore, vt infra dicemus, cum de cessatione obligationis celebrãdi ratione huius defectus. Secùs tamen dicas si ipsemet Capellanus possideat bona relicta pro Capellania; nam legatarius hoc casu cum ipse sit, censetur

ex

ex voluntate testatoris obligatus ad ista sibi comparanda ex ipsa dote; vnde si non sufficiant dicta bona, sibi debet imputare, qui acceptauit legatum non sufficiens cum tali onere: Sed
285 hinc potest dubitari, an ista paramenta, vel alia comparata à Capellano, ipso defuncto, vel aliàs deferente, vel resignante dictam Capellaniam, remanere debeat penès hæredes suos, vel efficiantur ipsius Capellæ, aut altaris, ita vt deseruire debeant Capellano successori, in facto diximus, id esse determinandum ex coniecturata mente ipsius Capellani, an fuerit illa applicare Capellæ, vel non, quando ad eum non pertinebat talia emere: si enim applicauit Capellæ, ibi ea conseruando, efficiuntur ipsius Capellę vel altaris, & Capellanus successor poterit illis vti, sauet *Lambertinus in tractat. de iurepatron. quæst. 9 principali, num. 44* Si verò constat noluisse illa applicare Capellæ; sed comparasse ad sui tantùm commoditatem, quia verbi gratia, postquàm celebrauerat, domi illa asseruabat, in illis non habebit ius Capellanus successor; & ita quotidie practicatur in istis Capellanijs non collatiuis, quia in alijs debet obseruari Constitutio Pij V. per quam ista remanent Ecclesiæ, vel Capellæ, vt per *Genuensem in suis Practicabilibus, quæstione 363.* vnde differt hoc dubium ab alio, quod excitat *Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs, libr. 2. cap.*
286 *11. in fine.* An Capellanus petere possit expẽsas, quas fecit in domibus, seu fundis Capellaniæ, vbi distinguit, an dictæ meliorationes sint modici, vel magni valoris: primo casu, inquit ipse, non potest illas petere, sed benè secundo casu, nam etiã Capellanus tenetur ad deteriorationes magni momenti sua culpa contingentes in dictis bonis, quia doctrina ista procedit iuxta alios terminos; vt latè diximus in consultatione pro hoc casu à nobis facta.

SECTIO XX.

De aliquibus, ad huiusmodi legata pro Missis celebrandis pertinẽtibus per Decreta nouissima de celebratione Missarum, statutis.

287 *Reductio numeri Missarum à Sede Apostolica hodie*

hodie fieri tantùm potest, excipe nisi aliter sit sancitum in fundatione. num. sequenti. Quando etiam Episcopus, vel Generalis possit hodie illum reducere, numer. 289. Quid si fuerunt impositæ in fundatione Capellaniæ non collatiuæ, num. 291.

290 *Dictio (aut) quando stare possit copulatiuè.*

292 *Reducere Anniuersaria vel officia pro defunctis, an possint hodie Episcopi.*

293 *Sacerdos recipiens eleæmosynas pro Missis celebrãdis, an possit illis satisfacere per alios minori stipendio. Quid si detur maior eleæmosyna, quàm solita, num. 296. Quid si condonetur illud plus, numero 298. & num. 300.*

294 *Administratores Ecclesiæ, vbi recipiuntur eleamosynæ pro Missis celebrandis, an possint retinere aliquam portionem pro luminibus, & alijs necessarijs ad eandem Missarum celebrationem, Quid de Parocho, & Sacrista, num. seq.*

297 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, & generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

299 *Maius qui potest facere, potest etiam & minus.*

301 *Lex ita debet intelligi ne reddatur elusoria.*

302 *Beneficiatus obligatus ad Missas celebrandas, quãdo per alium celebrat, quod stipendium debeat ei prabere. Quid de Capellano Capellaniæ non collatiuæ, num. seq.*

304 *Beneficiatus in vita aquiparatur vsufructuario, in morte autem vsuario.*

305 *Bona relicta pro celebratione Missarum in perpetuum, quomodo conseruanda.*

306 *Onus Missarum perpetuarum susci pi hodie non possunt absque Episcopi, vel Generalis consensu, Quomodo præfati dicti consensum præstare debeant, num. sequenti. Quid si tale onus fuerit relictum pro Sacerdote particulari, num. 308.*

309 *Lex vna declaratur per aliam.*

287. IN primis *interdicit ac prohibet, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Missarum*

sarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis: sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, qua re diligenter perspecta, id statuet, quòd magis in domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi; si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas & inanes decernit. Circa quæ verba, cùm fuerit dubitatum, Quid si legatum sit ita tenue, vt non sit qui velit onus illi iniunctum subire? Et si recurrendum sit ad sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessarijs? Et quid si permittatur Episcopo in fundatione vt possit huiusmodi onera moderari? Responsum fuit per eamdem Sacram Congregationem: Quòd *etsi legatum sit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, vt supra positi, ab his ad quos pertinet, sedem Apostolicam esse adeundam, qua absque vlla impensa, id statuet, quod magis in domino è*
288 *re esse iudicauerit. Verum tamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere; ac moderari, legi hanc fundationi quam decreta de hac re edita non substulerunt, esse validam & obseruandam.* Constat igitur ex supradictis decre-
289 tis relatis; hodie fas esse Episcopis, & Generalibus, vt supra, reducere, & moderari legata de Missis relicta ante Concilium Tridentinum, dummodo dicta legata non sint simul etiam fundationes; copulatiuè hæc duo requiri, vt hæc potestas resideat pœnès supradictos hodie; patet ex alia declaratione eiusdem Sacræ Congregationis, quam allegauimus supra *num. 238.* vbi prohibetur iisdem Episcopis reducere Missas impositas in fundatione, ideoque ne superflua videantur
290 apposita dicta verba, dictio illa *aut* resoluitur in copulatiuam, licèt regulariter sit disiunctiua, vt de dictione, *&*, quæ regulariter est copulatiua, quòd resoluatur in disiunctiuam; dixit Rota decisione à nobis supra relata *num. 248.* Difficultas igitur potest excitari, An quando prohibet Sacra Congregatio ipsis Episcopis reducere Missas *post Concilium relictas, aut in*

fundatione appositas, intelligi debeant tantùm de fundatione beneficij propriè dicti, scilicèt authoritate Episcopi erecti, vel etiam Capellaniæ non collatiuæ, de qua nos in hac quæstione agimus, & salua eiusdem Sacræ Congregationis de-
291 claratione, Dicimus etiã de fundatione huius Capellaniæ debere intelligi, cùm illa etiam fundatur, & cui conueniunt verba, debet & conuenire dispositio, & licèt quò ad aliqua differat à beneficio, & Capellania collatiua, tamen in multis cum eo conuenit, vt patet ex *Nauarro cons. 27. sub titulo de præbendis.* & ad summum sufficit, quòd ipsum legatum fuerit factum post Concilium, vt hoc censeatur interdictum Episcopis ex vi dicti decreti, & in hoc sensu, dictio illa, *aut*, retinet suam naturam disiũctiuam. Instabis, An possint moderari Anniuersaria & officia pro defunctis? Respondeo, neque hodie Episcopos, vel Generales posse ista reducere, quia concilium loquitur generaliter, ibi, *Contingit, sæpè in quibusdam Ecclesijs, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse*; & paulò post, *Vnde depereunt pie testantium voluntates*, ideoque ante dicta decreta poterant Episcopi, & Generales dicta Anniuersaria, & officia reducere, vt declarauit Sac. Congregatio Archiepiscopo Neapolitano, vt refert *Quaranta verbo Missa, Garzias parte 7. de beneficijs cap. 1. nu. 13.* Sequitur igitur, vt sicut ablata est per decretum præfatum eis facultas quò ad alia, etiam, censeatur sublata, quò ad ista.

293 Secundariò ipsa Sacra Congregatio, *Similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleamosyna, ne eandem Missam alteri, partem eiusdem eleamosynæ sibi retenta, celebrandam committat.* olim circa hanc quæstionem, An Sacerdos plures pecunias accipiens pro Missis celebrandis, posset absque peccato, & restitutionis obligatione, dictas Missas per alios Sacerdotes minori stipendio conductos, celebrare, variæ erant opiniones, vt diximus, *part. 3. de Iubileo, num. 31. in prima impressione Venetijs.* Quibus illic allegatis adde *Fagundez libr. 3. in primum præceptum*

Ec-

Ecclesiæ cap. 9. à num. 12. Qui *num. 18.* affirmat, talem Sacerdotem teneri ad restitutionem, quando ei ex officio nõ incumbit huiusmodi Missas accipere, & distribuere, v. g. Parochus, Sacrista, &c. Nec ex lege aut consuetudine aliquid de prædicta stipe assignatum est. Admittit tamen loquẽdo de Sacerdote particulari, qui habet collectas stipes vberiores, & non possit omnes Missas dicere, nec aliunde habeat vnde restitutionem faciat, quòd possit pro minori stipendio alijs Sacerdotibus comendare, vt saltim eo modo, quo possit, restitutionem faciat. *Layman libr. 5. tractat. 5. cap. 1. num. 13. in fine, & num. sequen.* videtur non discrepare à *Fagundez*, cùm idem doceat simpliciter de Parrocho, & de Sacrista, vel altero non Sacerdote, cui incumbit vt supra ex officio huiusmodi Missas recipere, & distribuere, quando etiam concurrit loci consuetudo, vel alia de causa præsumptio fieri possit, id non fieri cõtra voluntatem dantis; sed ista procedunt ante dicta decreta. Vnde cùm circa relata verba fuisset primò dubitatum, An permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleæmosynarum portionem pro expẽsis manutentionis Ecclesiæ, Altarium: inseruientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium? Respondit, *Permittendum non esse vt Ecclesia, ac loca pia, seu illorum administratores ex eleæmosynis Missarum celebrandarum vllam vtcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quam subeunt in Missarum celebratione, nisi cùm Ecclesiæ, & loca ipsa, alios non habeant redditus, quos in vsum earumdem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debet excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantùm sacrificio, necessariò sunt subeundæ & nihilominus, eo etiam casu curandum esse, vt ex pecunijs, quæ superfunt expensis, vt supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerẽtibus eleæmosynas.* Ex quibus verbis 295 patet, non esse hodie hoc licitum nec Parrocho, nec Sacristæ, vt supracitati Doctores asseruerunt, quia hi veniunt appellatione administratorum Ecclesiarum, cùm etiã dictis administra-

coribus, hoc esse licitum persuaderi poterat ratione officij distribuendi Missas, vel aliarum expensarum, sicuti probant DD. hoc esse licitum Parrocho, & Sacristæ,

296 Fuit secundò dubitatum, An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna maior solita pro celebratione Missæ debeant dare eandem integram eleemosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt: An verò satis sit vt dent celebrantibus eleemosynam consuetam? Et responsum ab eadem Sacra Congregatione, *Debere absolutè integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam ipsius partem retinere*. Ex qua responsione, patet, post dicta decreta neque esse tutam opinionem illorum, qui distinguebãt, vtrũ dictum stipẽdium maius, fuit datum pro Missa simpliciter, vel non tantũ pro Missa, sed intuitu personæ, quę Missam celebrare debebat, puta quia amicus, vel coniunctus, primo casu non satisfacere; sed benè secundò casu, quia cùm Sacra congregatio id indistinctè, & generaliter prohibet, indistinctè & generaliter censetur prohibita retentio illius pluris, quod accepit, nec alteri dedit sacerdoti, qui verè erat celebraturus, iuxta regulam

297 iuris, quòd lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. prima, C. de aleatoribus, l. de pretio, ff. de publicis*. Item lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi quando in casibus specialibus non est facta alia specialis prouisio, *l. Stichus, vbi Bartolus, ff. de alimentis, & cibarijs legatis*. An autem tutus sit talis Sacerdos, sic retinens excessum, quia iste Sacerdos, qui conducitur ad celebrandum pro minori stipendio, est conscius talis retentionis, illique consentit condonando danti, ius quòd in illo habere potest, virtute huius Decreti? Re-

298 spõdet affirmatiuè *P. Diana part. 1. tract. 14. de celebratione Missarum resolutione 13*, quia etiam posset retinere pecuniam integram datam pro Sacro faciendo si illud gratis ab alio fieri inueniet, fauet Regula, quòd qui potest facere, quod est maius, potest facere quod est minus, *l. cui pacto, ff. de seruis exportandis, l. non debet, ff. de regulis iuris*. Si igitur potest quis condonare integrum stipendium,

sibi

sibi competenti, ex celebratione Missæ; ergo etiam
300 partem; sed mea sententia, licèt non dubitarem de hac opinione, quando ille alius gratis Missam, vel Missas dicere velit, si sciat commendantem recepisse stipendium pro dicta Missa, vel Missis, tamen quando condonaret partem tãtùm, non auderem commendantem excludere à dispositione huius decreti, quia regulariter talis condonatio partis non est ita voluntaria, sicut totius, & plerumque ea fit à pauperibus Sacerdotibus, quia non reperiunt eos, qui illis maius stipendium tribuant, item hoc modo hoc decretum redderetur eluſorium, quod
301 fieri non debet, cùm lex ita debeat intelligi, ne reddatur eluſoria, *cap. ſi ciuitas de ſent. excommunic. in 6. l. ſi quando, ff. de legatis 1.*

Tertiò fuit dubitatum, & hoc dubium magis congruit huic materiæ, de qua nunc
302 agimus, An hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum; ideſt an Rector beneficij, qui potest per alium celebrare teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum beneficij? & resolutum. *Non habere locum, ſed ſatis eſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleęmoſynam congruam ſecundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ; niſi in fundatione beneficij ipſius, aliud tantum fuerit.* Quod antea docuerunt plures authores apud *P. Dianam loco ſupracitato, reſolut. 11.* Quibus ab eo citatis, addo *Fagundez libr. 3. in primum pręcepeum Eccleſię capit. 9. num. 19. ac alios allegatos per Bartolomeum de S. Pauſio, libr. 1. de Iubileo, quæſt. 96. verſ. deinde quotidiana, &c.* Qui *Diana*, & *Fagundez* expresè hoc dicunt verum, non solùm in beneficiatis; sed etiam in Capellanis; non tamen declarat *Diana* præcipuè, quis cripsit post dicta decreta, vtrum id extendatur etiã ad Capellanos Capellæ, quæ non confertur
303 in titulum, sed est merè prophana, de qua hic loquimur, etsi ex ratione, quam ad eius doctrinæ probationem in medio affert, Quòd scilicet redditus Capellæ, vel beneficij non dentur tantùm pro Missis celebrandis; sed etiam pro onere recitandi horas Canonicas, reparandi, ac ornandi Ecclesiam, vel Capellam,

lam, & alijs huiusmodi, clarum fiat, restringi hanc doctrinam ad Capellanum intitulatum, & sic beneficiatum, sicut sonat dubium, & resolutio Sacræ Congregationis supra relata. Sed si velimus adherere rationi *Fagundez*, qui id probat non solùm, quòd hoc casu talis retentio non habet speciem turpis lucri, quemadmodum habet illa negotiatio Sacerdotis, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleæmosyna, sicuti loquitur decretum verbis supra relatis;
304 quia beneficiarius in vita æquiparatur vsufructuario, vt dixit Rota apud *Caualerium, decis. 104. num. 7.* & vsufructuarius est dominus vsufructus & vtilitas tota illi cedit, & sat est si satisfaciat obligationi impositæ pro ipso. Illa vtique militat in Capellano etiam Capellaniæ non collatiuę, quãdo possidet quoque bona relicta pro Capellania: nam & ipse etiam vsufructuario æquiparatur, vnde deducto onere, tenetur ad decimas prædiales vt supra diximus *num. 261.* & tenetur ad paranda necessaria pro celebratione Missæ vt etiam diximus *Sectione 19. ad finem*, fauent etiam dicta à nobis supra sub *num. 302. & sequ.*

Tandem pro bonorum legatorum ad huiusmodi effectum celebrandi in perpetuum Missas, conseruatione, statuit Primò, ibi, *Præterea ne in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis vt par est adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cùm nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta; sta-*
305 *tuit, atque decernit, vt pecunia, ac bona mobilia Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasterijs, Conuentibus, ac locis omnibus, tam secularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab ijs, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrẽda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant pœnès eadem Sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seu illorum pretium quàm primum inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur ac si eadem bona*

bona immobilia authoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium sub eadem pœna, vt supra deponi, atque in alijs bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat. Secundò ibi, *Ad hæc Sacra Congregatio, quibusuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum tam secularium, quàm Regularium Superioribus, vel ad quos pertinet, districtè prohibet,* 306 *ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum, celebrãdarum; seculares quidem sine Episcopi, vel eius generalis Vicarij: Regulares verò sine Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda, alioquin seculares, qui huius prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso; Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisq; activæ, ac passiuæ absque alia declaratione incurrat.* Et post pauca: *Episcopus verò, seu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis vbi de licentia prò perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligẽter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incum-*
307 *bentibus; nec assensũ huiusmodi, aut licentiã præbeant, anti quàm eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri suscipiendo, quàm antiquis iam susceptis satisfacere posse, præcipuamque rationem habeant, vt reddit⁹ qui Ecclesijs, & locis pijs relinquuntur, omninò respondeant oneribus adiunctis secundùm morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouinciæ: intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligẽtes fuerint in nouissimo die, se huius prætermissi muneris rationem esse reddituros.* Circa horum decretorum intelligentiam potest dubitari, an habeant locum etiam in Sacerdote particulari, & sic in Capellano, de quo hic loquimur, & videtur dicendum quòd sic; quia etiam fuit dubitatum apud eandem Sacram Congregationem. An quia prohibitio alterius decreti videtur directa solis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus & singulis Ecclesiarũ, & pio-

& piorum locorum tam secularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autẽ priuatis Sacedotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali, *& alijs, ad quos pertinet*. Et supplicatum pro opportuna declaratione. Et Sacra Congregatio declarauit, *comprehendi etiam* 309 *priuatos Sacerdotes*. Lex enim vna declaratur per aliam, *l quæsitum ff. de testibus*, fuit etiam circa hanc materiam legati Missarum dubitatum, Posito quòd testator relinquat, vt celebrẽtur pro eius anima centum Missę, absque vlla præscriptione eleæmosynæ. An liberum sit ipsis hæredibus eleæmosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleæmosyna præscribenda sit ab Ordinario? Et Sacra Congregatio *Censuit, vbi nullam certam eleęmosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleęmosynam congruam, quę respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundùm morem Ciuitatis, vel Prouincię*. Ex eo autem, quòd talis consensus Episcopi requiratur in acceptatione huius oneris à Sacerdote particulari, non sequitur, quòd dicta Capellania fiat collatiua, vt supponimus certum, cùm sit valde diuersus hic consensus ab illo, qui requiritur in eius erectione pro beneficio.

SECTIO XXI.

Legatum pro Missis celebrandis, si non fuit solutum per aliquot tempus. An possit præscribi.

310 *Præscriptio quadragenaria sola currit contra Ecclesiam inferiorem; sicut centenaria contra Ecclesiam Romanam.*

311 *Hæres non petente legatario legatum, an censeatur illud præscriptum. Quid de legato pio, num. sequ. Quid de fideicommisso, Maioratu, vel Primogenitura, num. 314.*

313 *Ecclesia an restituatur aduersus præscriptionem quadragenariam, An etiam aduersus centenariam. ibid.*

315 *Legatum annuũ pro Missis celebrandis, an præscribi*

scribi possit contra Ecclesiam non petentem illud.

316 *Prælatus solus sine Capitulo, an possit repudiare legatum pro Missis celebrandis.*

QVale debeat esse istud tempus ad præscribendum contra Ecclesiam inferiorem, constat ex *cap. illud cum alijs, extra de præscriptionibus, & Auth. quas actiones, Cod. de sacrosanctis Ecclesijs.* Vt scilicet hoc tempus sit quadraginta annorum, sicuti contra Ecclesiam Romanam est tempus centum annorum, & tradunt communiter scribentes. Quæritur igitur hic à nobis, An si legatum pro Missis celebrandis non fuit agnitum ab Ecclesia inferiori per quadraginta annos, possit ab ipsa peti post dictum tempus, vel potius hæres possit se tueri beneficio præscriptionis contra dictam Ecclesiam? Et quia hoc potest contingere tam in simili legato pro vna vice tantùm, quàm annuatim soluendo, ideo de vtroque casu, etiam à nobis erit agendum.

Circa primam partem de legato pro vna vice tantùm, loquendo generaliter est magna cõtrouersia apud Doctores vtriusque iuris

311 An hæres, non petente legatario rem, vel quantitatem sibi legatam, possit se tueri præscriptione, de qua latè *Ioannes Guttierez libr. 2. Canonicarum quæst. cap. 26.* qui cum communi sententia *Ancharani*, tamquam veriori, concludit, quòd hæres hoc casu non possit dici malæ fidei possessor, & per consequens præscribat, cõcludit tamen *in fine capitis*, cum magis communi, quòd huic legatario concedatur restitutio in integrum intra quadriennium à die scientiæ dicti legati, ex capite ignorantiæ, quia tenetur hæres certiorare ipsum legatarium, aliàs hæres erit censendus malæ fidei possessor, proindeque numquam præscribere potuit, idem in re habet *Iacobus Cancer. part. 3. variarum resolut. cap. 20. à num. 62.*

312 Extendit hanc doctrinam ad legatum factum pauperibus *Stephanus Gratian. part. 1. suarum disceptationum forensium, cap. 118. num. 21.* & ante eum *Couarruuias tom. 2. 2. part. relectionis, cap. Rainuntius, §. 2. num. 3. & 4.* vbi etiam loquitur de legato facto Ecclesiæ. Vnde idem videtur dicendum in

casu nostro, de legato pro Missis celebrandis; si enim Ecclesia conscia fuit legati, & tamen illud neglexit petere, & exigere, hæres præscribit trãsacto d. tẽpore 40 annorũ aliàs Ecclesia potest restitui ex causa ignorãtiæ, vt contra aliquos, qui id negant, probat *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 121.* vbi allegat decisiones tam Sacri Regij Consilij Neapolitani, quàm Sacræ Rotæ Romanæ, & *Quæstione sequenti* idem concludit de præscriptione centenaria. Dixi, *de legato generaliter*, nam quid dicendum sit de fideicommisso, maioratu, vel primogenitura, remitto lectorem ad *Molfesium parte 2. suæ Summa tract. 12. cap. 3. num. 284.* Quomodo autem probare possit hæres, quòd legatarius habuerit notitiam testamenti; videte *Seraphin. decis. 279. & 341.*

Circa secundam partem de legato annuo, *Gaspar Antoninus Thesaurus in suis quæstionibus forensibus part. 1. quæstione 76. à num. 4.* refert decisum in casu legati annui, certæ quantitatis vini cuidam Monasterio cum onere duarum Missarum in qualibet hebdomada celebrandarum in altari priuilegiato, à cuius solutione fuit cessatum per plures annos, quòd præscriptio tantùm procederet pro pensionibus præteritis, non autem futuris: quia in legato annuo tot requiruntur præscriptiones, quot sunt ani, *l. 3. ff. de annuis legatis*. Et latè confirmat *Iacobus Cancer supracitata resolut. 20. num. 58.* vbi *num. sequenti* affert rationem, cur præscriptio iuuet pro pensionibus præteritis, & non pro futuris. Et ante hos omnes, *Spino in suo speculo testamentorum, glos. 8. à nu. 65.* Sicuti etiam in casu, quo hæres non fuerat in mora, ex eo, quia legatum erat de Missis celebrandis in quadam Capella, quæ erat construenda in Ecclesia fabricanda, idem Senatus Pedamontanus apud eumdem *Gasparem Thesaurum loco supracitato*, censuit, hæredẽ tantùm teneri à die fabricatæ Ecclesiæ, & in alio casu, in quo præsumebatur bona fides in hærede, quia forsan erat hæres hæredis, censuit deberi pensiones à die productionis testamenti. Hæc *Gaspar Thesaurus*, quem in casu principali de præscriptione impugnat *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis, quæstione 586.*

586. probando, quòd tale legatum numquam possit præscribi, ex quo non fit in potestate Ecclesiæ agnoscere, vel non agnoscerere dictum legatum, cùm ad hoc possit cogi officio iudicis, ideòque non posse iudicari ipsum tamquam de iure quærendo, sed benè tamquã de iure quæsito, & quòd sit in bonis Ecclesię, ipsum sequitur *Viuian. in Praxi Iurispatr. lib. 2. cap 5. num. 175.* Sed, pace tanti viri, tuum fundamentum non est solidum, cùm nemo neget, Ecclesiam, posse non solùm non agnoscere simile legatum, sed etiam repudiare ex aliqua causa rationabili, & solùm quæstio est inter doctores, vt per eumdemmet *Genuensem eodem loco*
316 *quæstione 150.* An solus Prælatus sine capitulo possit hoc facere, vt per *Rotam part. 3. libr 3. nouissimarum decision. 284. num. 9. & seq.* De qua re latè *Sanchez libr. 6 de matrimonio, disputat. 4. num. 8. Scortia in selectas Summorum Pontificum constitut. epit. 1. Theoremate 2. in fine*. Vbi quòd licèt Prælatus peccet repudiando sine causa, non tamen incurrat pœnas Pauline, Quod an sit verum, vt scilicet non sint necessariæ solemnitates in repudiatione simili, alio in loco à nobis erit dilucidandum; videte pro nunc *Riccium part. 1. Praxis decis. 96.* & saltim *Genuensis* declarandus est, quòd non curret præscriptio pro pensionibus futuris, quòd non negat *Thesaurus*, vel quòd concedatur restitutio in integrum, quòd etiam supra cõcedunt Doctores allegati, etiam vbi tale legatũ non esset ad pias causas, & decisum refert *Iacobus Cancer supracitato, cap. 20. num. 64.* Ex quibus patet, quòd supradicta habent locum etiã in Capellania non collatiua, etsi non desint Doctores, qui doceant, præscriptionem quadragenariam in ea non habere locum, vt loquendo de Hospitali non erecto authoritate Episcopi, discurrit *Valascus consultatione 105. num. 40.* Sed quia nõ potest negari, quòd hoc sit legatum pium, vt idem *Valascus loco citato, sub num. 38.* etiam concedit, & causa pia, ac Ecclesia æquiparentur, ideo benè *Genuensis* hoc subsistinet in materia legati pro Missis & Anniuersarijs, in specie, quod etiã aduersus causam piam, sicut aduersus Ecclesiam requiratur quadragenaria, notat *Tiraquellus de*

priuilegijs pie causæ, priuilegio 139. Hæc dicta sint pro theorica: nam in praxi rarò hic casus accidere potest ob diligentias, & edicta Reuerendæ Fabricæ: quamobrem statim certior fit de dictis legatis pijs, &c. de qua re per *Rouitum in Pragmatica de legatis pijs*.

existentibus Clericis sua familia, pro tempore redditus conuertantur in alium vsum pium.

324 *Vocatus ad administrationem Capellæ in casu mortis, an etiam censeatur vocatus in casu alterius impedimenti.*

325 *Pactum de capienda possessione propria authoritate, quomodo seruandum.*

SECTIO XXII.

Legatum de Missis celebrandis, factum alicui Ecclesiæ, cum pacto resolutiuo quomodo, & quando resoluatur.

317 *Pactum resolutiuum potest apponi etiam in legato facto Ecclesiæ; Declaratur num. seq. Quæ requirantur ad hoc, vt possit fieri resolutio ipsius, num. 319. Quando resoluit ipso iure, num. 321.*

320 *Restitutio, an detur Ecclesiæ aduersus casum resolutionis.*

322 *Concordia, quando possit fieri inter hæredem, & legatarium cum pacto resolutiuo in præiudicium substituti.*

323 *Fundari an possit Capellania cum pacto, quòd non*

CErtum est, vt habetur in *cap. verum, & ibi Doctores omnes, extra de conditionibus, & demonstrationi-*

317 *bus*, posse apponi à testatore in legato facto Ecclesiæ pactum resolutiuum in casu modi non adimpleti, v. g. quòd non faciat celebrari Missas, vel certas Missas, aut in tali altari, &c. Sed vt benè declarat *Petrus de Ancharano consil. 197. incip. subtiliter*, quem alijs allegatis, probat *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis, quæstione 161.* id pro-

318 cedit in legatis factis Ecclesiæ iam dotatæ, in illis enim potest apponi pactum resolutiuum, non seruatis conditionibus adiectis, quæ sint honestæ, non autem in legato pro dote Ecclesiæ, quia tunc talis pœnæ adiectio

ctio non valet, ne contingat Ecclesiam manere indotatam, estque secundum ea quæ supra diximus, quòd scilicet quando testator apponit talem conditionem in casu quo Episcopus se ingerat, signum est quòd noluerit facere Capellanium collatiuam, & habetur per Rotam apud *Seraphinum dec. 591. nm. 2.* Vnde quando casus accidit in terminis legati Missarum, Anniuersariorum, &c. huiusmodi; præsupponimus iam Ecclesiam esse dotatam, nec obstare, quòd dictum legatum sit dos talis Capellæ existentis in dicta Ecclesia dotata, quia etsi videatur dos, est legatum pro Missis celebrandis, cùm non sit necessarium, vt in qualibet Capella celebrentur Missę, & sic habeãt dotem: nam multoties deseruiunt pro ornatu Ecclesiæ dictæ Capellæ.

Hoc posito, Quæritur 319 primò, quæ requirantur ad hoc, vt non seruato modo ab Ecclesia legataria, resoluatur dictum legatum iuxta pactum appositum à testatore, idest acquiratur alteri Ecclesiæ, vel redeat ad hęredes ipsius testatoris, & simili. Et respondet *Felinus consil. 34. quem sequitur ex recentioribus Viuianus lib. 2. Praxis, cap. 5. num 49.* requiri tria, primò negligentiam Prælati, secundò monitionẽ, tertiò, quòd Ecclesia non sit parata moram purgare, hæc requisita examinat latè *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis, quæstione 127.* & ferè eisdem verbis *Riccius 3. par. praxis, resolutione 368.* loquendo de legato facto Ecclesiæ pro celebratione Anniuersarij singulis annis, & & concludunt, non requiri monitionem aliquam, sed sed tantùm negligentiam Prælati solum, si Ecclesia non habet Capitulum, vel Conuentum, vel etiam Capituli, vel Conuentus; si Ecclesia illum habeat, item si legatum sit annuum, quòd non sit parata Ecclesia moram purgare, quod vltimũ admittit sine controuersia *Riccius*, & confirmat optima ratione *Viuianus loco supracitato*, etsi de eo dubitet *Genuensis*.

Quæritur secundò, an eo casu Ecclesia prima legata- 320 ria possit restitui aduersus resolutionem prædictam in præiudicium substituti, vel alias vocati exẽplificat *Genuensis loco supracitato, quæstione 344.* in Ecclesia instituta sub conditione, vt singulis annis celebret anniuersa-

uersarium pro anima testatoris, & si semel defecerit, hæreditas transeat ad aliam Ecclesiam, an si semel defecerit de facto non celebrando dictum Anniuersarium, possit iuuari beneficio restitutionis in integrum, & sic implendo conditionem, viã claudere secundæ Ecclesiæ vocatę in casu talis defectus, & disputato articulo pro vtraque parte, concludit pro negatiua, scilicet non posse per viam dictæ restitutionis prima Ecclesia, contra voluntatem testatoris, & ius canonicum, quod ipso iure aufert omnem hæreditatem & commodum non seruantibus vltimas voluntates, maximè pias testantium, impedire translationem in secundam Ecclesiam. Confirmat, quia tota ratio restitutionis in integrum fundatur in æquitate, sed admittere ad restitutionis beneficium hoc casu, esset iniquitas, cùm agatur de grauissimo præiudicio testatoris, &c. Sed non mirum si *Genuensis* sit huius opinionis, quia vt supra *num. præcedenti* dixi, dubitat de tertio requisito ad finem verificationis huius pacti resolutiui, nempè quod velit Ecclesia, & sit parata moram purgare, quod requisitum post alios absque contradictione admittit *Riccius*, & *Vivianus* optima ratione confirmat, si ergo secundùm istos authores potest prima Ecclesia purgare moram, igitur, potest restitui in integrum, & est quod *Genuensis in fine dicta quæstionis*, admittit cum *Baldo*, vt tunc negetur restitutio, quando Ecclesia sciebat dictum onus & poterat, tamen noluit adimplere, & sic constituitur in dolo. Addo ex Rota, Romana cẽsus 4 Iunij 1618. coram Dunozetto, quæ est 356. apud *P. Duardum in suis Commentarijs de censi-*
321 *bus*, quod pactum resolutiuum potest apponi duplici modo; Primo verbis directis, Secũdò verbis obliquis; Dicitur appositum verbis directis, quando cãtat, quòd in talem euentum dictum legatum habeatur pro non facto dictæ Ecclesiæ, sed res intelligatur legata alteri Ecclesiæ, vel redeat ad meos hæredes, &c. verbis obliquis est cõceptũ; si dixerit testator, in talem euẽtũ possit talis alia Ecclesia, vel possint hæredes mei recuperare dictam rẽ ab Ecclesia, &c. Quando legatum fuit conceptum verbis directis, tunc dominium trãsfertur ipso iure in substitutum

tum, & sic non habet locũ restitutio, sed benè quando fuit conceptum verbis obliquis, quia hoc casu requiritur retro traditio.

Quæritur tertiò. An supposito, quòd hæreditas non sufficiat ad legatum præfatum cum pacto resolutiuo in fauorem alterius loci pij in casu, quòd recusabit, vel non adimpleuerit, integrè soluendum; possit prima
322 Ecclesia se concordare cum hęrede pro minori sũma, reiectis conditionibus, in præiudiciũ alterius operis pii substituti: Ratio dubitandi est, quia ex quo Ecclesia prima legataria se concordat cum hęrede, reiectis conditionibus celebrandi, &c. videtur factus casus restitutionis, & ideo concordia debet fieri cum opere pio, vel alia Ecclesia substituta. Hoc tamen non obstante *Genuensis loco supracitato quæst. 263.* distinguit, aut in dicta concordia fuit auditus locus pius, vel Ecclesia substituta, vel non; primo casu etiam subdistinguit; vel locus pius, aut Ecclesia substituta obtulit pro dicta summa minori, onus adimplere, vel non, si obtulit, & hoc non obstante fuit facta concordia cum prima Ecclesia legataria reiecto onere, non valet concordia, sicut nec valet, si fuit facta secunda Ecclesia, vel opere pio inauditis, secùs autem si fuit audita, & non obtulit onus adimplere, quod ego intelligerem etiam pro rata minoris sũmæ, de qua fit concordia, & in hoc excederet oblationem primæ Ecclesię legatariæ, cùm illa semper sit potior in paritate oblationis.

323 An autem patronus possit fundare iuspatronatus sub conditione, quòd non existentibus Clericis suę familię, & pro tẽpore, quo nõ extant, redditus iurispatronatus sint alterius loci pij, videte *Riccium part. 3. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decis. 240.* Sicuti idẽ author *2. part. Piaxis resolut. 68.* resoluit aliud dubiũ,

324 An scilicet vocatus ad administrationem Capellanię in casu mortis censeatur vocatus in casu alterius impementi, videte eum, solet quoque cum pacto resolutiuo, apponi aliud pactum,

325 nempè de capienda possessione propria authoritate in casu resolutionis à substituto, de quo pacto præter alia quæ notant Doctores, in terminis nostris loquendo, *Genuensis citata quæstione 161.* concludit, quòd

quòd etsi valeat tale pactum; tamen semper antequam apprehendatur possessio à substituto, requiritur sententia declaratoria iudicis.

SECTIO XXIII.

Legatum factum alicui de annua quantitate, dummodo efficiatur Sacerdos, & Missas celebret, aliàs illud capiat alius locus pius, quid faciendum à loco pio, si ille non efficiatur Sacerdos,

326 *Ordinum susceptio pendet magis à voluntate, & potestate ordinandi, quàm ordinantis.*

327 *Sacerdotij ordinem non suscipiēs Capellanus iuxta fundationis legem, an sit priuatus ipso iure.*

328 *Annus intra quem tenetur quis assumere ratione beneficij sacerdotij ordinē quomodo sit computandus.*

329 *Conditionis superuenientia non tollit ius quæsitum.*

MAteria huius Sectionis habet connexionem cum præcedentibus, & cùm contigisset casus de facto illum resoluendum esse dixi ex his, quæ in simili docet *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis, quæstione 632.* vbi quærit de hærede instituto sub hac conditione, dummodo efficiatur Sacerdos, aliàs hæreditas transiret ad quandam Ecclesiam, & concludit, quòd
326 ordinum susceptio dependet magis a voluntate, & potestate ordinandi, quàm Episcopi ordinantis, qui sēper præsumitur esse paratus dignos ad ordines admittere, proindeque ex quo ista conditio sit merè potestatiua, posse Ecclesiam, vel locum pium instare, vt statuatur terminus dicto hæredi, intra quem efficiatur Sacerdos, aliàs declaretur factum esse locum substitutioni, ita à simili in casu nostro consului, esse procedendum, quod autem idem obseruandum, si talis legatarius ex aliquo casu nō possit fieri Sacerdos, patet ex his quæ docet *Spino in suo speculo testamentorum, glosa 14 Principali, num. 16. ad finem*, nempè, quòd conditio potestatiua, licèt deficiat per casum, numquā tamē habetur pro completa. Eodem modo esse etiam
327 procedendum, quando ex lege fundationis Capellania sit habitu sacerdotalis, ideſt saltem

saltem infra annum, qui illa obtinet debet ordinari Sacerdos, quia etsi non curans se ordinari; nequaquam remaneat priuatus ipso iure, prout obtinens beneficium habēs curam annexam animarum, iuxta ea quæ dixi *Quæst. 4. Prax. 1, n. 90.* Tali mē debet moneri, q̄ est idē, quàm posse iudicē statuere terminum, intra quem debeat ipsum ordinem assumere, quibus illic allegatis, adde *Riccium part. 3. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, decis. 153. nostrum Naldum verbo Capellania, num. 5.* vbi etiam habetis;
328 quòd dictus annus numerari debet non à die collationis, vel institutionis, sed pacificæ possessionis. Intellige, nisi aliud expressum fuit a fundatore, cuius voluntas pro lege habenda est, vt sæpius dictum fuit, aliàs etsi postquàm factus est locus subst itutioni, legatarius efficiatur Sacerdos, nō per hoc poterit dictum legatum obtinere, ex notatis per *Spino in supracitato speculo testamentor. glosa 4. principali 4 num. 70.* Vbi ponit casum de eo, qui fundauit Capellaniam cum conditione, vt ad illam præsentari debeat proximior ex sua cognatione, qui tamen tempore præsentationis sit actualiter sacerdos: aliter si sacerdos non sit eo tempore, præsentetur Parrochus talis Ecclesiæ; & quærit, an non reperto Sacerdote proximiori vt supra, & ideo fuerit institutus Parrochus, posset prætendere dictum relictum ille cōsanguineus proximior, si postea efficiatur Sacerdos, etsi hoc contingat pendente appellatione ab institutione facta de Parrocho, & concludit pro negatiua, vt scilicet non debeat auferri dicta Capellania à Parrocho, donec vi-
329 xerit, ea ratione, quòd ius semel quæsitum ex superuenientia cōditionis tolli non possit, vulgatis iuribus.

SECTIO XXIV.

Legata re, pro Missis celebrādis, perempta, an hæres teneatur de euictione.

330 *Dotantis Ecclesia bona esse obligata pro ipsa dote, quomodo sit verum.*

331 *Deteriorata re assignata pro dote Capellæ, Quid faciendum, & num. 338 Quid si in totum pereat,*

num.332.& 340.

333 *Debitum delegatum pro dote Ecclesiæ, si pereat, quia debitor fit impotens ad soluendum, quis teneatur redotare ipsa Ecclesiam. Opinio authoris, num.334.*

335 *Hæres, an & quando teneatur legatario de euictione.*

336 *Legatum quando fit quantitatis, & quando speciei.*

337 *Iuspatronatus extinguitur per peremptionem dotis assignatæ à patrono, nisi eam redotauerit.*

339 *Euictio non habet locum, vbi res legata petit fortuitò.*

SVpponimus talem peremptionem euenire post traditionem factam Ecclesiæ legatariæ, vel Capellano, &c. quia si eueniret ante; certum est, tale periculum pertinere ad ipsum hæredem non solùm quando fuit legata res in genere, sed etiam in specie; tunc enim debet præstare extimationē, iuxta text. in *l. eum alienam*, C. *de legatis*. Hoc est enim, quod post *Lambertinum docet Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis, quæst.342.* 330 vt scilicet quando res legata in specie pro dote Capellę reperitur esse alienam, Patronus teneatur de euictione, & per consequens etiam hæres post mortem Patroni, quia eo casu bona omnia dotantis sunt hipotecata pro dicta dote, quod est dicere, talis legatarius non habet obligata bona hęredis; sed defuncti pro re legata; idem dicendum. de exequutore, si non hęredi; sed exequutori fuit mandata erectio talis Capellanię, quia non sua bona, sed testatoris, quę sunt apud hęredem remanent obligata pro dicta erectione, quoties enim aliquis facit aliquid ex officio sibi iuncto ipse non tenetur de euictione, sed is qui mandauit officium, *l. qui erat hæres*, *l. si pignori*, *ff. familiæ erciscundæ*.

Difficultas igitur videtur esse vbi dicta peremptio contingeret post traditionem rei legatę, circa quam difficultatem *Lambertinus artic. 8. quæstionis 5. primæ* 331 *partis libri 1.* loquendo de extenuatione, & deteriorationē ipsius rei legatæ iam traditæ in dotem Capellæ, distinguit, An id contingat ex casu fortuito, vel ex culpa, aut negligentia Rectoris,

ris, vel Capellani, Primo casu, subdit ipse, periculum spectat ad Ecclesiam; secundo casu, tenebitur Rector, cui doctrinæ congruit id quod nos diximus supra hac *Quæst. Sect. 14. num. 136 præcipuè*, vbi quærimus; quãdo diminutis fructibus rei pro Capellania relictæ, diminui etiam debeat numerus Missarum; Maior difficultas meo iudicio est in eo, quòd idem *Lambertinus docet articulo præcedenti eiusdem quæstionis sub num. 13. ad finem*, vbi loquitur de dote assignata Ecclesiæ, vel Ca-
332 pellæ per delegationem debitoris, vt sæpe fieri solet, vbi testator iubet vendi aliqua ex eius bonis, & constitui censum, qui census assignetur ab hærede, Ecclesiæ, vel Capellæ, pro dote; & Quærit, quid faciendum, si debitor census efficiatur non soluendo. *Respondetque* distinguendo his
333 ferè verbis. Aut istud debitum delegatum assignatũ fuit pro dote Ecclesiæ veræ, quia à testatore fuit cõstructa Ecclesia, & postea iussit, de tali debito dotari. Aut verò dictum debitum non fuit assignatum pro dote Ecclesiæ, sed beneficij in abstracto, nempe pro Missis celebrãdis fine fundatione vel constructione alicuius Ecclesiæ. Primo casu, inquit ipse *Lambertinus*, si debitor reperiatur non soluendo, primus patronus adhuc tenebitur dare dotẽ, si verò patronus neque esset soluendo, tenetur ipse Diœcesanus, qui admisit delegationem debitoris non sufficientis, sicuti subdit postea; si debitor effectus est non soluendo ex negligentia Rectoris, ipse Rector tenebitur de suo dotare, à simili de dote, &c.

Secundo verò casu, quando tractatur de dote beneficij in abstracto pro aliquibus Missis celebrandis sine fundatione, & constructione Ecclesiæ; tunc cùm nulla interuenire possit culpa Diœcesani, ex quo in similibus beneficijs satis est, quòd quis velit fundare tale beneficium, ad hoc, vt Episcopus hilari fronte illud acceptare debeat, distinguit; aut ille debitor delegatus non erit soluendo absque negligentia vel culpa Rectoris, & tenebitur patronus delegans, ex quo semel beneficium creare voluit; Aut debitor delegatus non erit soluendo, vel aliàs perijt debitum ex culpa Rectoris, aut eius negligentia, & tunc Rector tenebitur.

Hactenus *Lambertinus*. Sed
334 pace tanti viri in vtroque casu, secluſa negligentia, & culpa hæredis in exactione dicti cēſus, neſcio quomodo poſſit obligari de euictione, cùm hoc caſu tale legatum ſit rei in ſpecie, & Doctores
335 quando quærunt, an legatarius poſſit agere contra hæredem de euictione pro legato; diſtinguunt, an res ſit legata in genere, vel in ſpecie, ac concludunt quòd tantùm poſſit agere, quando fuit legata res in genere, non autem in ſpecie, ex eo quia tunc ſufficit hæredi tradere rem legatam ipſi legatario ſicuti eſt, vt poſt *gloſ. Bart. & alios habetur per Cabalinum in tractat. de euictionibus, §. 4. num. 10. & 16. Aluarum Valaſcum poſt conſultationes ſuas, in praxi partitionum, & collationum, cap. 33. à num.*
336 *15.* Quòd autem tunc ſit legata res in ſpecie, quando legati exactio, & executio collata eſt ipſi legatario, habetur per *Franciſcum Nigrum in ſuis controuerſijs forenſ. controuerſia 136. n. 17.* ſicuti etiam, eſſe legatū ſpeciei cùm alicui legantur bona valoris centum v.g. habetur per *Magon. dec. Lucēſi 63 ſub n. 4.* Confirmatur ex his,
337 quæ docent Doctores de extinctione iuriſpatronatus: nam communiter concludunt, extingui per conſumptionem dotis, nec volunt poſſe cogi patronum ad redotandum, imò potiùs ſubdunt; quòd ſi alius redotauerit, hic acquirat iuſpatronatus, quo priuatur primus ille patronus: ita poſt alios *Viuianus in Praxi Iuriſpatronatus libro 15. cap. primo*, Et ſic ceſſat ratio *Lambertini*, ex quo ſemel beneficium creare voluit, quæ militat in patrono ipſo, qui tractat de acquirendo Iuſpatronat. non autem in hærede, qui iam præſtitit rem in ſpecie legatam à teſtatore, ad quod tantum ip-
338 ſe erat obligatus; Quod tantò magis procedit in legato pro Miſſis celebrandis, & ſic vt vocat *Lambertinus*, beneficio in abſtracto, ex conie&urata mente teſtatoris, qui ex quo rem in ſpecie pro illo legauit, de illa re præſumitur voluiſſe tale beneficium erigi, & Miſſas ſibi celebrari, & illa re perempta, etiam ceſſare beneficium, & celebrationem. Fauet decſ. 11. ſub tit. de teſtamentis in antiquis ibi: *Quid ſi pro Anniuerſario duas ſummatas legauerim, quas mihi ſeruiunt Guglielmus, & Raymundus pro*

quo-

quodam affirmario, quod habent in tali loco. Hæres quidem cedendo actiones liberatur; nec si pensio sine haredis culpa minueretur, aliquid suplere cogitur, &c. Summata, quas seruiant in tali loco non demonstrationis, sed taxationis causa vnica oratione declarata sunt, inde igitur solui debet, non aliunde exigi, secùs dicendum est, si diuersis orationibus, demõstrationis causa factum sit, vt sæpè in iure contingit. Addo, quòd quando hæres teneretur de euictione, tunc neque teneretur ad pensiones præteritas, sed tantùm ad dotem de nouo præstandam, & sic in futurum à simili eorum, quæ diximus supra *Sectione XXI. sub num. 315.* Et de feudo euicto docẽt communiter Doctores apud *Modestinũ consilio 46. sub num. 25.* sufficere quòd detur cambium, quando expressè non fuit promissa euictio, *Gaspar Thesaurus lib. 2. quæstionum forensium, quæst. 23. sub nu. 24.* Fauet item *Surdus decis. 28.* vbi quòd bona testatoris non sint hipotecata pro legatis annuis, ita vt quando hæres non soluit annatas præteritas, ad eas teneatur fideicommissarius.

339 Quod autem, quando talis peremptio contingeret casu fortuitò, ipse patronus nequaquam sit obligatus, sicut fatetur *Lambert. in 1. casu supra indicato n. 331.* ita debet etiam fateri in secundo casu, quia nec tunc habet locum euictio, *l. Lutius, ff. de euictionibus*, cum alijs adductis per *Caballinum, & Gasparem Antoninum Thesaurum, locis supra allegatis, & confirmat Rota in sup. proximè relata dec. 11 de testam. in antiq. in fin.* ibi: *Casus autem aduersus fortuna inspiciendus non est, si fundo deteriore facto integra pensio solui non potest.* Quòd 340 enim dicitur de diminutione, & sic de parte, etiam dici debet de peremptione, & sic de toto, cùm militet eadem ratio, argumento notatorum per *Enerardum, & alios*; & in specie, quòd sicut quando in parte extenuatur res legata, minuatur onus, ita quando in totum deficit, etiam in totum deficiat onus, habetur per *Pancirolum consilio 131. num. 22* vbi allegat textum in *l. Imperator, ff. de legatis 2.*

SECTIO XXV.

Legatum pro Missis, an debeatur etiam non adita hæreditate.

341 *Legata non debentur nisi hæreditas adeatur, Quid de legatis pijs, num seq. De legato pro Missis, nu. 349.*

343 *Hæreditas, qua vacans, & qua iacens.*

344 *Legata ad pias causas, an debeantur quando hæreditas non est adita, ex eo quòd sit quæstio super nullitate testamẽti. Quid si ex alio capite non fuit adita hæreditas, nu. 347. & num. 353.*

346 *Testamentum non publicatum, quando sit imperfectum non solùm ratione solemnitatis, sed etiam voluntatis.*

348 *Exequutoris facultas circa legata satisfaciendã non adita hæreditate, an se extendat.*

350 *Funeris impensæ appellatione an veniant Missa celebrata pro defuncto.*

351 *Legata rei dominium, quando recta via trãseat in Ecclesiam legatariam.*

352 *Legata cõsequi possunt vel via ordinaria, vel extraordinaria.*

354 *Hæreditas an dicatur adita ex eo, quòd institutus curauit sepeliri corpus defuncti, vel pro eo Missas celebrari de bonis eiusdem defuncti.*

341 REgulariter non debentur legata, nisi adeatur hęreditas, *l. eam, quam, C. de fideicommissis, l. si nemo ff. de testamentaria tutela*. Difficultas versatur
342 circa legata ad pias causas quam tangit, sed non resoluit *Tiraquellus de priuilegijs pia causa, priuilegio* 33. tantùm enim citat ibi varios authores de ea tractantes, vt autem huius difficultatis vera resolutio habeatur, Prę supponendum est ex nostro *Capicio decis. 87.* quem sequitur Rota Romana apud *Se-*
343 *raph. decis. 1151.* quòd hæreditas non adita potest esse vel vacans, vel iacens; Dicitur vacans, quando non est spes aliqua, quòd aliquis possit esse hæres, vnde tunc iudex decernit curatorem hæreditati præcedentibus sollemnitatibus, de quibus per *Capicium supra*. Dicitur iacens, quando est spes quòd aliquis possit hęres. Quãdo igitur hic quęrimus, an legata ad pias causas, & pręcipuè legata pro Missa-

rum

rum celebratione debeantur non adita hęreditate, non intelligimus, vbi hæreditas non est adita, quia vacãs, ex quo solet talis vacatio contingere, quia illa non est lucrosa, sed onerosa propter debita testatoris, quæ præferuntur huiusmodi legatis, vel si aliquid supereſt, curator debet exequi legata pia, sicut exequi tenebatur hæres, sed intelligimus de casu vbi est iacens; Quod quia potest
344 cõtingere, vel quia est quęstio circa nullitatem testamenti, vel ex alio capite distinguendum etiam à nobis erit. Si enim hæreditas
344 non est adita ex eo, quia est quæstio super nullitate testamenti, non debentur legata hæreditate iacente, & hoc siue sit datus executor in dicto testamento, siue non, ita *Petrus Garzia à Toleto dec.* 35. *relatus à Marta tomo* 5 *digestorum nouissimorum titulo legatum cap.* 5. Quando enim Doctores asserunt quòd ad valorẽ istorum legatorum ad pias causas, non est necessaria aditio hæreditatis, vt infra sub *numer.* 148. præsupponunt, esse validum testamentum, quia tunc habet dictum testamentum exequutionem paratam, vt optimè aduertit *Sesse de inhibitionibus capit.* 2. §. 1. *num.* 23. quando autem dubitatur de eius inualiditate tunc etiam neque est certus valor horum legatorum ad pias causas; ideò prius debet sententiari super eiusdem testamenti validitate, vt etiam fiat certus valor illorum legatorũ, quod maximè, ac præcipuè est verum, quando ita prætenditur nullum testamentum; vt neque ex eo debeãtur legata pia, quod vt supra dictum est *sectione* 5. *ad finem.* secundùm aliquos cõ-
345 tingit, vbi testamentum non solùm est imperfectum ratione solemnitatis, sed etiam ratione voluntatis, quę opinio seruari debet in praxi, vt per *Couarr. in cap. Relatum el 1. n. 9. de testam.* vbi allegat varias decisiones, quibus adde aliam decisionẽ *Surdi* 292. vbi ponit
346 casum de muliere, quæ accersito notario describere fecit voluntatem suam in specie testamenti cum institutione hæredis, & pluribus legatis, inter quæ Fratribus S. Francisci, capacibus tamen, reliquit in annos singulos decem octo aureos cum onere celebrandi Missas, & officia certis tẽporibus pro anima ipsius mulie-

rit lieris, & postea iussit notario, quòd asseruaret dictam scripturam, quia post suum redditum à rure, vbi erat itura, ipsum Notarium cũ testibus vocaret, ad hoc vt dictam scripturam publicaret, quæ mulier antequã ad illum actum publicationis deueniret, mortua fuit, & ipse *Surdus* testatur Senatum Mantuanum, & si totum id, quod supra dictum est probaretur per tres testes, decidisse nequaquam deberi præfatum legatum 18. aureorum annuatim dictis Fratribus, quia ex quo non fuit defectus Notarij in non publicando testamentum, sed voluntas ipsius defunctæ, signum est, quòd noluit facere testamentum; sed tantùm præparationem quamdam ad testandum, & per consequens dictum testamentum non solum esse imperfectum ratione solemnitatis; sed etiam ratione voluntatis; & sic nec sufficiens etiam ad legatorum piorum validitatem, vt latius est videre apud eundem & *Ioannem Baptistam Hodiernam eius Additionatorẽ*, qui inter alia, allegat *Seraphinum decis. 781.* vbi agit de hoc defectu publicationis testamenti, quando scilicet sit defectus voluntatis, vel solemnitatis.

Quando verò ex alio capite, quàm nullitatis testa-
347 menti contingit quòd hæreditas sit iacens; semper mihi placuit doctrina *Guidonis Papæ decis. 89.* qui docet deberi legata pia hoc casu, si sit datus exequutor in testamento; quam doctrinam etiam sequitur *Frãciscus Marcus decis. Delphinatus 446.* etsi loquatur in casu, vbi absque institutione hæredis, tantùm à testatore fuit destinatus exequutor ad distribuendam integram hæreditatem quam relinquit inter pauperes, qui omni dubio procul haberur loco hæredis; Quia quòd procedat ea doctrina non solùm in exequutore vniuersali, sed etiam in particulari dato à testatore pro exequutione contentorum in testamento, vel dumtaxat pro legatis pijs; Patet ea ratione, quam in medium affert *Thomas Sanchez nouissimè in suis opusculis moralibus* (si ipse talis operis est verus author) *libr. 4. cap. primo, dub. 46. sub num. 17.*
348 quòd scilicet ex eo attento iure communi exequutor non possit ante aditam hæreditatem suo officio fungi, quia aditio hæreditatis est necessaria ad firmitatem con-

contentorum in testamento: quæ ratio cessat in legatis pijs, ad quorum valorem non requiritur aditio hæreditatis, vt per Doctores, quos ipse allegat, quibus addo Ciuilistarum Principem *Bartolum in l. 1 num. 66. C. de sacrosanctis Ecclesijs*, ergo etiam non adita hæreditate, poterit exequutor particularis, implorando officium, exequi dicta legata pia, vel si data sit ei facultas à testatore, vt sæpè vidi in facto, poterit vendere bona hæreditaria pro satisfaciendis dictis legatis, iuxta ea, quæ docet *Sanchez citato dub. 46.* etsi loquatur in casu, quòd hæreditas sit adita per hæredem, qui tamen sit negligens soluere legata, videte eũ. Quæ à nobis supradicta fuerũt, tantò magis procedunt in legato pro Missis celebrandis; nam *Iason in dicta l. 1. C. de Sacrosanctis Ecclesijs, sub nu. 33. & multi alij doctores, quos refert Additio ad citatã decis. 89. Guidonis Papæ in fine*, concedunt, quòd non adita hæreditate; etiam si non sit datus exequutor, debeatur legatum pium, quando esset tale, quòd dilatio afferret periculum animæ defuncti, vel non reciperet dilationem, qui Doctores etsi primum casum exemplificẽt in restitutione vsurarum, & secundum in legato pro sepultura, vel substentatione infirmorum; tamen ex quo exempla non restringunt, sed declarant, possumus & nos extendere ad legatum pro Missis, quarum dilatio absque aliquo dubio affert periculum animæ defuncti, quæ fortasse cruciatur in atrocissimis pœnis Purgatorij, vt patet supra *num. 65.* & non recipit dilationem, 350 cùm tale legatum maximè p vna vice tãtũ, & in die sui funeris, venit appellatione sepulturę, velut diximus sup. *n. 84.* funeris expẽsarũ, quod postea inueni expressè docere, *Gamma decis. Lusitana 308. num. 2. & Viuius decis. 307. num. 3.* quos refert & sequitur *Ioannes Baptista Hodierna in addition. ad decis. 112. Petri Surdi*. Adde alium casum, in quo legata debentur non adita hæreditate, quando nempè fuit legatum corpus, ita *Baldus in dicta l. 1. sub num. 131. C. de Sacrosanctis Ecclesijs*, qui dum impugnat *Bartolum*, simpliciter ibidem docentem, deberi legata pia, non adita hæreditate, subdit hæc verba: *Dic quòd si si est relictum corpus hæreditarium testatoris, satis potest*

subsistineri, ideſt opinio *Bartoli*, & allegat *l. à Titio, ff. de furtis*, vbi habetur, quòd
351 hoc caſu recta via dominium tranſit de teſtatore ad legatarium, & ad hunc ſenſum allegatur ille tex. à Ro. Rota apud *Seraphinum deciſ. 1394.* vbi agitur de quodam legato mille florenorũ, facto cuidam Capellę à teſtatore ſuper bonis ſuis, & maximè ſuper terrenis Alphinę & reſoluit, quòd fauore Eccleſiæ tranſeat in eam Capellam ipſo iure abſque traditione per dictum textum: imò quòd non poſſit hoc caſu habere locum exceptio, quòd hæreditas non ſit ſoluendo, cùm id probare debeat hæres, ex quo in dubio hæreditas præſumitur ſoluendo.

Nota etiam alia verba *Baldi Iuriſtarum coriphæi, loco ſupracitato, ſub num. 132.* ibi, *Quod ante aditam hæreditatem non cedit dies in iſtis ceſſione regulari, ex qua oritur actio ex teſtamento, & hipotecaria, ſecùs in ceſſione irregulari, ex qua ſolùm*
152 *oritur officium iudicis*: nam legatum licèt poſſit peti duplici via, vt benè explicat *Seſſe de inhibitionibus, cap. 2. §. 1. num. 3.* Via ordinaria, nempè actione perſonali ex teſtamento, & hipotecaria, prout de hipotecaria habetur per Rotam in illa Melphit. relata à nobis ſupra *num. 175.* Adde quod etiam competat Saluianum interdictum, vt per eandem Rotam in Romana legatorum de Columna 27. Ianuarij 1614. coram Cardinali Sacrato, quæ eſt 18. apud tractatum *de legitima Merlini*, & 69. apud tractatum *de cenſibus noſtri indeſeſſi Patris Duardi*, vbi habes hæc verba; *Et quòd pro legato competat Saluianum, tradit Gabriel conſ. 46. num. 11. libr. 1. & fuit reſolutum in Rota &c. qua concluſio procedit etiam ſuper mobilibus, & nominibus debitorum Rota in Romana Saluiani 11. Ianuarij 1602. coram bon. mem. Seraphin. &c.* Via extraordinaria, ſcilicet implorando officium iudicis. Tamen quando non eſt adita hæreditas, & præcipuè ſi eſt iacens, competit tantùm via extraordinaria, hoc vult dicere *Baldus*, & latè explicat *Spino in ſuo ſpeculo teſtamentorum, gloſa 8 principali, num. 26.* nempè implorando officium iudicis, non vt moneat vel præcipiat hęredi, vel exequutori, quòd ſoluant dictum legatum, vt per *Seſſe de inhibitionibus, loco ſupracitato, & Valenzolam*,

zolam conſ. 10. num. 11. vbi affirmat, id poſſe fieri, tam coram iudice ſeculari, quàm Eccleſiaſtico, cùm hic præſupponamus non eſſe aditam hæreditatem, neque datum fuiſſe executorem, ſed vt auditis intereſſe habẽtibus, & conſtito, quòd hereditas ſit ſoluendo, aſſignet corpus aliquod hæreditatis; ſi eſt legatum annuum, vel illum vendat, ſi non adſunt pecuniæ, vel mobilia ad hoc vt ſatisfaciat legato pro Miſſis, ſi eſt pro vna vice tantùm: videte *Ceuallos in ſuo ſpeculo communium contra communes quæſt. 103. à num. 29. & quæſt. 107.* Regulariter non poteſt legatum propria authoritate capi, niſi ſit data talis facultas à teſtatore, Fallit autem in pia cauſa *Molfeſ. tractat. 13. ſuæ ſummę capit. 5. num. 119.* Eſt tamen verum, quod ſi tale legatum eſt annuum, debetur à die mortis teſtatoris, etiamſi hæreditas non fuit adita; nec tabulę teſtamenti apertæ, per text. in *l. nec ſemel verſ. item Celſus, ff. quando dies legati cedat.* ſecundùm quem text. fuiſſe deciſum in S. R. Conſil. Neapolitano, teſtatur *de Franchis deciſ. 634.* & ſequitur alius allegatis, *Giurba deciſ. Sicula 97. num. 18.* vbi tractat articulum, An fructus rei legatæ in annos ſingulos pro cauſa pia, non ſolùm debeãtur à die mortis teſtatoris, quãdo eſt legata ſimpliciter certa res, ſed etiam vbi legata eſt res certa de incertis, An autem pro iſtis fructibus legatarius habeat bona teſtatoris hipotecata. *De Franchis deciſ. 374. num. 12.* negat: imò quòd neque ſint hipotecata pro annatis præteritis, quando dictum legatum petitur à fideicommiſſario, deciſum refert *Surdus deciſ. 28.* Quid autem ſi petatur ab hærede hæredis, *Molfeſ. ſupra num. 57.*

Dixi in principio huius ſecundæ partis, *Et ſic eſt ia-*
353 *cens*, quia ſi hæreditas eſt adita, non tamen ex teſtamento, vbi fuit factum legatum pro Miſſis, ſed per alium inſtitutum vel ab inteſtato, puta quia teſtamentum fuit declaratum nullũ, aut hæres inſtitutus repudiauit hereditatem, vel prẽmortuus fuit ipſi teſtatori, eſt maior difficultas, an legata pia debeantur ab iſto alio hærede, de qua tractant doctores in *l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſijs*, & plures ex citatis à *Tiraquello*, tractatur etiam à *Rota Romana apud Cæſarem de Graſſis deciſ. 155.* latè *Azeuedo in Conſtitut.*

Regni Hispan. lib. 2. libr. 5.
354 *tit. 4. nu. 86.* Quando autē quis censeri debeat adijsse hæreditatem, diximus supra *quæst. 4. Praxi 3. cum de successione in Iurepatronat. hæreditario*, Quibus illic allegatis, accedit *Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 12. tit. 9.* ibi *num. 8.* videtur docere, quòd ex eo, quòd hęres instituendus, vel cui debetur successio ab intestato curauit de bonis eiusdem defuncti, vt sepeliretur, vel alia opera pietatis (quorum appellatione, addimus nos, venit celebratio Missarum) pro anima ipsius defuncti, non censeatur per hoc hæreditatem adijsse, quæ omnia quæso notetis, quia quotidiana.

SECTIO XXVI.

Legans centum de suis bonis pro Missis, An corpus, vel pecuniam censeri debet legasse.

355 *Aliud pro alio inuito legatario solui non debet ab hærede, & è contra.*

356 *Legatum quando iudicari debeat speciei, ideſt corporis, & quando quantitatis, ideſt pecuniæ. Quid de legato certæ quantitatis de suis bonis facto pro Missis, & Officijs, num. 357.*

358 *Legatum recipit interpretationem à qualitate ipsius causæ, pro qua fuit factum.*

359 *Hæres obligatus soluere legatum in pecunia, si nō inuenit emptorem corporum hæreditatis, an possit legatarium cogere vt recipiat corpus aliquod insolutum.*

360 *Legatum de aureis, vel florenis, aut alia moneta pro Missis, intelligi debet de illa, quæ est maioris valoris. Quid autem de legato Calicis, n. 361.*

362 *Valor pecuniæ legatæ si est variatus, quod tempus debeat attendi, testamenti, vel mortis testatoris, aut solutionis legati.*

EST certum, quòd quando legatur corpus aliquod hæreditatis, seu vt alij di-
355 cunt speciem, non possit hæres, inuito legatario soluere in pecunia, sicut è contra, quando fuit legata pecunia, seu vt alij dicunt, quantitatem, eodem legatario inuito, dari corpus in solutum, ac è conuersō hæres non potest cogi soluere nisi illud quod legatum est iuxta regulam

gulam tritam; Aliud pro alio
solui non debet inuito cre-
ditore, nec creditor tene-
tur aliud dare, quàm id quod
debet, *l. 2. vbi notant Docto-
res, §. creditum, ff. si certum
petatur*. quę regula proba-
biliter non habet locum
in foro conscientiæ, vt post
Valerum, habetur per no-
strum *Dianam par. 2. tract. 2.
miscellaneo, resol. 41.* & in
terminis legati fauet *text. in
l. fundi Trebatiani, ff. de vsu
fructu legato*. Ex quo text.
colligitur secundùm *Roman.
singulari 434*. Quod si lega-
ta sit alicui tertia fructuum
pars à certo fundo colligen-
da, non posse hæredem in-
uito legatario extimationem
dare. Difficultas versatur,
vbi non constat, an sit le-
gata species, vel quantitas
& præcipuè hæc difficultas
356 euenit, vbi testator lega-
uit alicui centum v.g. de suis
bonis non exprimendo ali-
quam rem particularem,
vt in casu *Seraphini, supra
num. 351.* an illud dicatur le-
gatum speciei, vel quantita-
tis, de qua tractant *Ruinus
cons. 65. volum. 2. & Mago-
nius decis. 63. Lucensi*, qui
refert, in Rota Lucensi fuis-
se decisum, legatum istud es-
se quantitatis, non speciei,
& sic solutionem faciẽdam
esse in pecunia, est enim dif-
ferentia, vt ipse ait, quando
legat quis centum de bonis
suis, & quando legat bona
valoris centum; primo enim
casu censetur legata quàntis
tas, secundo verò casu, spe-
cies, & sic inspiciendum
est, an quantitas vel species
immediatè sequatur verbum
dispositiuum, lego, relin-
quo, & similia, quæ vide-
tur distinctio clarior distin-
ctione, qua vtitur *Ruinus*,
an illa verba, de bonis, con-
iungantur verbo dispositiuo
vel executiuo. Et *num. 6.
idem Magonius* subdit, hoc
357 tantò magis esse verum,
vbi dictum legatum fuit fa-
ctum pro Missis, vel officijs,
quia huiusmodi legata in pe-
cunia solent exequi; allegat
Ruinum citato cons. 65. col. 1.
qui verè hoc ibi dicit, lo-
quendo etiam de simili le-
gato facto, vt distribuantur
dicta cẽtum inter pauperes;
sed opponendo, & si postea
num. 9. respondendo huic
obiectioni, non ita clarè lo-
quatur, sed quidquid dicat
postea *Ruinus*, illa ratio quã
adducit ad probandum,
quòd legata pro Missis & of-
ficijs debeat solui in pecu-
nia, quia in pecunia solent
exequi, est optima, cùm
legata recipiant interpreta-
tionem non solùm ex qua-
litate personæ ipsius lega-
tarij,

tarij, vt late per *Manticam libr. 6. de coniecturis vltimarum voluntatum libr. 6. tit. 11 num. 17. & sequentibus*, vbi ponit plura exempla practicabilia, quibus adde alia allata per *Surdum decis. 150.* vbi in specie, quòd legatum librorum legalium à patre filio Canonistæ factum, restringitur ad libros canonicos; sed etiam declaratur ex
358 causa ex qua legatum fit; vnde quando legatum fit pro dote, non pretium, sed sed res ipsa legata censetur, *l. vxori meæ, ff. de dote prælegata, Menoch. libr. 4. præsumptione 145. num. 10.* quos refert & sequitur *Giurba decis. Sicula 28. in fine*. Vnde ex hac ratione (quia turpe est aliorum dicta referre, vbi additione nihil dignum habetur, nam vt præclarè dixit *Baldus in l. 1. C. de Sacrosancti Ecclesijs in fine*. Non debet esse quis transcriptor, sed aut inuentor, aut declarator) declaro doctrinam istam *Magonij* procedere vbi legatum fuit pro Missis, vel officijs celebrandis vna vice tantùm, non autem quando fuit pro singulis annis in perpetuum, ex quo hoc casu, potiùs solet relinqui species, seu corpus, ex cuius fructibus ipsæ Missæ, vel officia annuatim celebrentur, fauet doctrina *Soscini Iunioris consil. 60. sub num. 34.* Quòd vbi testator legat alicui introitum scutorum centum, v.g. censeatur legasse tot bona stabilia, ex quibus arbitrio boni viri, talis introitus percipiatur centum scutorum, quorum stabilium commodum vel incommodum pertineat ad ipsum legatarium. Confirmatur hodie ex dispositione Decretorum nouissimorum de celebratione Missarum. Vbi præcipitur, quòd bona, vel pecuniæ legatæ pro Missis annuis in perpetuum, conuertantur in stabilibus, &c. vt supra retulimus *Sectione 20. ad fi-*
359 *nem*. Sed ponamus, quòd testator legauerit quantitatem pecuniæ, tamen in hæreditate non sint nisi bona stabilia, quorum emptores ab hærede non inueniantur, quærimus, an hæres possit cogere legatarios ad recipiendum aliqua ex eisdem stabilibus in solutum pro satisfactione legatorũ? Et Respondetur hunc casum esse satis controuersum propter varias decisiones, & inter se contrarias tam in casu, quo tractatur de satisfaciẽdo creditoribus defũcti in pecunia, maximè quando defunctus renunciauit beneficio, *Auth.*

hoc

hoc nisi debitor, C. *de solutionib.* quã in casu, quo tractatur de soluendis legatis expressè de pecunia factis, vt est, videre apud *Gizzarel. decis. Sacri Reg. Consil. Neapolitani* 7. qui concludit, quòd hæres vtroque casu, quando adijt hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, possit cogere tam creditores, quam legatarios, vt supra, ad recipiendum bona in solutum, vbi nõ reperit emptorem absque ipsius obligatione & sine suo incommodo, & periculo, tam vbi hæreditas sit damnosa, quàm si lucrosa & opulenta. Quæ conclusio est iuxta textum in *l. final. §. & præfatam*, C. *de iure deliberandi*, ibi, *Sed & si legatarij interea venerint, eis satisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipsis rebus, vel ex earum forsitam venditione, &c.* Et confirmat *Ioannes Baptista Hodierna in Addition. ad decis.* 30. *Mantuanã Petri Surdi*, vbi refert alias decisiones, & præcipuè Rotæ Romanæ apud *Ludouisium decis.* 352. Postremum dubium, quod potest contingere circa materiam huius sectionis,
360 est, An quando fuit legata quantitas certę pecuniæ pro Missis, cuius multę sunt species, veluti in Italia sunt aurei, quorum aliqui sunt maioris, alij minoris valoris, de quibus interpretandum veniat tale legatũ, ratio dubitandi sumitur ex eo, quòd in dubio censetur legatum, quod minimum est, *Ruinus cons.* 118. *num.* 3. *vol.* 3. Et probatur in *l. nummis*, *ff. de legatis* 3. quia legatum interpretandum est strictè, & hoc quia hæres præsumitur grauatus quantò minus potest, *l. vnum ex familia*, *§. si rem ff. de legatis* 2. cum alijs concordãtibus adductis per *Giurbam decision. Sicula* 28. *num.* 4. & 5. Sed hac ratione non obstante, contrariũ dicendum est in casu nostro, per textum in *l. Titia §. fin. ff. de auro & argento legato*, per quem textum *glosa ibid. Bartolus*, & *alij relati per Surdum dec.* 298. *n.* 9. & 10. limitãt regulam pro ratione dubitãdi allatã, quando agitur de legato facto ad piam causam, vt scilicet eo casu, nõ censeatur legatum, quod est minus; sed quod est maius, vbi refert, ita decisum per Senatum Mantuanum in terminis legati à patre, filiæ facti ex causa dotis, & sic in terminis legati de florenis, post *Soccinum seniorẽ*, dixit *Genuensis in Practicabilibus Ecclesiasticis quæstione* 153. *in fine*. Vbi quòd legatum

361 gatum Ecclesiæ factum de calice simpliciter intelligatur de aureo, & non de argenteo, si correspondeant facultates defuncti, & consuetudo Ecclesiæ; & affert rationem differentiæ inter votum & legatum, quare scilicet in voto interpretatio debeat fieri de eo, q̃ minimũ sit; in legato verò de eo,
362 quod est maius. Sed quid si sit legata certa species pecuniæ, cuius valor est variatus, de tempore testamenti, quia v.g. erat maioris, quàm tempore mortis, aut solutionis legati, respectu cuius valoris debet intelligi dictum legatum? *Oldradus consilio 311 incip. Thema tale est*, *vt refert Afflictus decis. 194. ad finem*, vult debere intelligi de valore tempore legati, seu testamenti, concordat cum doctrina *Alexandri in l. pretia rerum, ff. ad legem falcidiam*, quam ibi communiter sequuntur Doctores, teste *Francisco Martianense inter consilia diuersorum*, *cons. 45. num. 27.* Quòd nempe in cognoscendo valore rerum distinguendum est inter contractus, & vltimas voluntates, vt in primo casu attendatur tempus contractus, in secundo tempus testamenti: Quod autem in promissionibus in simili casu variationis monetæ, attendi debeat tempus contractus, si moneta promissa tempore solutionis reperiatur, nec ea sit in bonitate intrinseca immutata pluries fuit decisum per Rotam, vt per *Stephanum Gratianũ tomo 3. suarum disceptat. forensium cap. 417.* Vbi etiam
363 reperietis, quid obseruandum sit, vbi foret dicta moneta per testatorem extimata, quia v.g. dixit, Relinquo tot aureos ad rationem tot iuliorum, florenorum, carolenorum, & dicti iulij, vel floreni nunc etiam in valore sunt variati; de qua re extat decis. Cesenaten. pecuniaria 14. Maij 1597. coram Orano, vbi distinguit Rota an dicta extimatio fuit facta causa demonstrationis, vel taxationis. Primo casu potest peti moneta principalis, si reperitur, non autem secundo casu. Dixi, *certa species*, quia si fuerit legata pecunia in genere, tunc intrat dispositio tex. in *l. si seruus plurium*, *§. vltimo, ff. de legatis 2.* vbi habetur, quòd ante omnia in legato nummorum sit inspicienda consuetudo testatoris, de quibus intelligere soluebat, latè *Decianus cons. 9. in fine*, *Marta tom. 3. ff. verb. solutio*.

SE-

SECTIO XXVII.

Quę bona stabilia possint legari pro Missis.

364 *Dos Ecclesiæ an possit constitui in bonis emphiteuticis, vel feudalibus.*

365 *Legari an possint pro Anniuersario, vel alio opere pio bona emphiteutica, vel feudalia. Quando non debeantur ipsa bona, sed eorum æstimatio, nu. 367. & num. 374.*

366 *Feudum hæreditarium, quare dicatur alteratum. In eo potest hæres grauari, non autem in feudo ex pacto, & prouidentia, num. 368. & 371. Quid si succedat quis in eo præter, vel contra voluntatem defuncti, nu. sequenti. Quid si feudum ex pacto, & prouidentia sit nouum, non autem antiquum, num. 370.*

372 *Feudum ex pacto & prouidentia nouum, in quibus substineat vires hæreditarij. An imputetur in legitimam primogenito, ibid In dubio non apparente inuestitura, an feudum sit potius iudicandum ex pacto, vel hæreditarium, num. 373. Quid in nostro Regno, num. sequ.*

375 *Hæres potest grauari in feudo ad soluendum certam quantitatẽ pro Missis celebrandis, idem in emphiteusi, ibidem num. 378. Quantum duret dictum grauamen, num. 379. An expressè possit grauari, vt soluat de fructibus feudi, vel emphiteusis nu. 377. Adeundo hæreditatẽ hæres quasi cõtrahit cum creditoribus, & legatarijs defũcti n. 376.*

380 *Inuestitus de nouo feudo, vel emphiteusi, an teneatur ad onera imposita per prædecessorem.*

381 *Fideicommissum, an inductum censeatur quando est prohibita res alienari, An possit fieri de feudo, vel emphiteusi, num. sequenti. De bonis fideicommisso subiectis, an possit institui Capellania, num. 384.*

383 *Maioratus an possit institui super bonis Emphiteuticis.*

QVia dixi supra, quòd pro legato annuo Missarum solent legari bona stabilia, opere pretium duxi, etiam explicare, quæ bona

stabilia prohibita sint, vt ita dixerim ad hunc effectum in perpetuum relinqui. Hęc difficultas reducitur, præcipuè circa bona feudalia, & emphiteotica, de quibus *Viuianus libr. 2 suæ praxis iuris/pat. cap 4 n.6.* breuiter se expedit, his verbis: *Dos autem constitui potest, etiam in re emphiteutica, seu feudali, dummodo Dominus directus, etiam remittat dominium, quo casu vterque & vtilis, & directus dominus erit patronus, vel potest dari res emphiteotica pro dote, etiam sine consensu domini cum hoc, vt vendatur vtile dominiũ, & de pretio emãtur alia bona, Lambertinus libr. 1 part. 1. quæst. 5. art. 4. & 6. Hactenus Viuianus.* Hæc omnia, quæ dicit *Viuianus*, & si sint vera, tamen non euacuant omnes difficultates, quæ occurrere possunt in hac materia, nempè quando relinquitur talis res sine consensu domini directi, vel non fuit iussum vt vendatur, & de eius pretio emantur alia bona. Vndè clariùs, & latiùs videtur examinare hunc articulum *Perez de Anniuersarijs, & Capellanijs, lib. 1. cap. 19.* vbi quærit, an bona emphiteutica, ac etiam feudalia possint relinqui pro anniuersario Missarum vel alterius causæ piæ, qui distinguit, an bona prędicta relinquantur simpliciter laico cum onere anniuersarij sine aliqua prohibitione alienationis, vel cum prohibitione alienationis. Primo casu possunt legari, quia nõ efficiuntur per hoc Ecclesiastica, & si in omnem casum, quo iure commissi, vel aliàs emphiteusis redit ad dominum, cessabit onus anniuersarij. Secundo verò casu etiamsi laico relinquantur cum prohibitione alienationis, non debetur ipsa res emphiteutica, vel feudalis, sed extimatio ipsius ad similitudinem legati rei alienæ, item se declarat hoc vltimum procedere non in feudo proprio, & recto, scilicet ex pacto, & prouidentia, sed in feudo alterato, seu vt nos dicimus, in feudo
366 hæreditario, quod dicitur alteratum, quia ista concessio pro hęredibus alterat antiquam naturam feudi, vt post *Camerarium, & alios* notat *Andreas de Georgio consil. suo 18. num. 28.* Sed hoc etiã indiget declaratione, vt scilicet, quando di-
367 citur, quòd legato feudo debeatur æstimatio (quæ est verior opinio, vt post alios probat latè *Gizzarellus de-*

cis. 36. vbi loquitur de legato super feudum facto Hospitali, hanc esse receptiorem opinionē in Regno post *Ronitum*, testatur *P. Molfesius part. 2. suæ summæ tract. 13. cap. 5. num. 69.* sicut in terminis legati emphiteusis pro anima, etiam quòd debeatur æstimatio, loquitur *Mastrill. part. 2. decis. 128.* etsi se declaret hoc habere locum in emphiteusi laicali, non autem Ecclesiastica, motus forsitan ex dispositione text. *in cap. filius noster, extra de testamentis.* vbi secundùm vnū intellectum hæres non tenetur de euictione, quando testator fecit legatum de re quæ est alicuius Ecclesiæ, qui intellectus non est omninò certus, vt est videre per Doctores, & præcipuè *Couarr.* dictum text. comentantes, latè *Stephanus Gratianus decis. Rotæ Marchiæ 39. & Marcus Antonius de Amatis in dec. 55 eiusd. Rot. Marchiæ*)

368 intelligitur autem de feudo vel emphiteusi non ex pacto, & prouidentia, sed hæreditarijs: nam in istis potest successor grauari, vt per *Gizzarellum decis. 36.* vbi probat, quòd successor in feudo hæreditario possit grauari vsque ad integrum valorem ipsius: intellige deducta le-

dat. *de Franchis decis. 1. Rouitus Pragm. 4. de feudis n. 6 &* qui *Gizzarel. dec. 28.* contra *Camillum de Curtis* latè probat, id esse verum, etiam

369 quando ille qui est nūc successor in feudo hæreditario, successerat præter, vel contra voluntatem grauantis, puta quia alium remotiorē, vel extraneum instituit, & in specie, quod legato feudo ex pacto & prouidentia non debeatur æstimatio, habetur per *Magonium decis. Florentina 54.* Adde hoc esse ve-

370 rum, quando feudum illud ex pacto, & prouidentia non esset nouum, sed antiquum; tunc enim cùm illud perueniat ad successorem non iudicio defuncti, sed prouidentia legis, vt post alios notat *Camillus de Curtis meus Præceptor in lectura feudorum in suo Diuersorio iuris feudalis fol. 50. num 65.* Et in eo tot sunt inuestituræ, quot sunt gradus, & personæ. *Andreas de Ysernia in cap. 1. §. præterea Ducatus, post num. 38. de prohibita feudi alienatione per Fridericum, & in cap. 1. §. quid ergo, & §. hoc quoque de successione feudi,* malè allegatus ab *Andrea de Georgio Allegatione 18. num. 11.* pro feudo hæreditario, vt ibidem animaduertit *P. de*

uatur in insigni Biblioteca domus nostræ, Sanctorum Apostolorum, hìc Neapoli; ideoque in eo habet locum dictum *Andreæ de Yfernia*,
371 quòd in ipso, successor non potest grauari neque pro vna candela sebacea etiam pro anima, vt per *Ildefonsum Perez supracitato cap. 19. n. 6.* Quibus illic allegàtis, addo *Giurbam alios allegantem decis. Sicula 108. à num. 11.* Quod est verum, siue adsit assensus domini directi, siue non; *Rouitus post alios pragmatica 4. de feudis num. 106.* etsi contrarium videatur docere *P. Molfes. part. 2. summa tract. 13. cap. 5. num. 69.*
372 Quia feudum quoque ex pacto & prouidentia, si est nouum, per omnia sublinet vices feudi hæreditarij in hoc vt successor teneatur habere ratam voluntatem defuncti, qui feudum de nouo acquisiuit, *De Franchis decis. 1. num. 30. Camillus de Curtis loco supracit. fol. 51. num. 81. Gizzarel. dec. 28. n. 3.* Quod etiam feudum nouum ex pacto & prouidentia imputetur primogenito in legitimam, habetur per *Surdum cons. 427.* sed cessat difficultas in nostro Regno cùm in eo omnia feuda sint hæreditaria, *Gizzarellus cit. decis. 28. n. 23.* Vn-
373 de & si in dubio non apparente inuestitura, regulariter feudum potius præsumatur ex pacto & prouidentia, quàm hæreditarium, *Magonius decis. Florentina 54.* Tamen in nostro Regno potius præsumi debet hæreditarium, vt benè Præceptor meus *Camillus de Curtis supracitato diuersorio iuris feudalis, fol. 65. num. 130. & sequentibus, & Andreas de Georgio, qui fuit eius successor in lectura feudorum, allegat. 19. num. 6.* Hæc dicta sint pro explicatione distinctionis allatæ per *Ildefonsum Perez*. Quæ etsi etiam sit vera, tamen pro praxi clariùs ita
374 distinguerem; Vel emphiteusis, aut feudum hæreditarium, vt supra, fuit relictum Ecclesiæ; vel Capellano pro annua celebratione Missarũ, & tunc siue fuerit prohibita alienatio, siue non, si dominus directus non consentiat, non potest Capellanus, vel Ecclesia retinere feudum, neque emphiteusim pro se cùm ipso casu vigeat præiudicium ipsius domini directi deueniendo ad manus mortuas, sed tantùm debet habere æstimationem, vel si habuit rem emphiteuticam, aut feudalem, cogi potest infra annum ad illam vendendam alteri laico. *Mastrillus decis. 128. ad finem part. 2. latius*

Iaco-

Iacobus Cancer part. 1. variarum resolut. cap. 11. num. 59. qui loquũtur in terminis emphiteusis, sicut in terminis feudi loquuntur *Gizzarellus, de Franchis, & alij supracitati.*

Vel nõ fuit Ecclesię, &c. relictum feudũ, aut emphiteu-
375 sis legata, sed tantùm grauatus successor in feudo, soluere singulis annis Capellano, vel Ecclesiæ certam quãtitatem, & hoc casu ad eam quantitatem soluendam remanebit quilibet successor obligatus, donec emphiteusis, vel feudum redeat ad dominum directum. Ratio est vt benè, post *Loffredum Dominus de Franchis decis. 1. n. 33.* quia tunc non inducitur onus super feudum, sed tantùm remanet hæres obligatus actione ex testamento, quæ est personalis ad soluendam dictam quantitatem, clarius *Consiliarius Andreas de Georgio allegatione 14. nu.*
376 *19.* Præsuppositio enim, feudum, & emphiteusim esse hæditaria, non potest quis habere dictũ feudum, nisi adeũdo hæreditatem, & sicut supra diximus *quæst. 4. Praxi 3 etũ de successione in Iurepatr. hæreditario num. 59.* non potest quis repudiare hæreditatem, & retinere feudum tale, est verior opinio quidquid Rota contrarium videatur tenuisse *decis. 464. 1. part. nouiss.* & alij quos reijcit *D. de Curtis in suo Diuersorio Iuris feudalis fol. 45. num. 2. vbi allegat decis. 47. Capycij 112. Afflicti, & de Franchis decis. 1. num. 16.* Sed adeundo quis hæreditatem, videtur quasi contrahere cum creditoribus, & legatarijs defuncti, igitur non mirum est, si dicatur, tale onus non esse super feudo, sed tantùm pro eo adimplẽdo, remanere obligatum hæredem actione ex testamento, seu personali, idem erit
377 si expressè diceretur à testatore, quòd de fructibus feudi solueretur à successoribus dicta quantitas, ob doctrinam magistralem *Baldi in cap. 1 §. hoc quoque colum) na fin. de successione feudi*, vbi docet, valere legatum annuũ de fructibus vineæ feudalis, v.g. soluatur pro anima salma vini, vel olei, quia intelligitur de fructibus à solo separatis, qui sunt in bonis hęredis, & non pars feudi, sequitur alijs allegatis *Regens Rouitus in allegationibus pro Secundogenitis de Grimaldis, quas inseruit inter sua commentaria ad Pragmaticas huius Regni, & propriè in pragmaticã 4. de feudis num. 109.* vbi etiam fuse decisus pri-

mus

mus casus de grauamine in certa quantitate in perpetuum soluenda secundo genitis, vt apparet ex voto, quod ibi refert post allegationes, Consiliarij Thomæ Vespuli, hanc etiam doctrinam de le-
378 gato fructuum, habere locum etiam in emphiteusi, patet ex his, quæ dixit *Corbulus in tractatu de iure emphiteutico, titulo de causa priuationis ob alienationē irrequisito domino, ampliatione 49. à nu. 13.* vbi aduertit, hoc valde differre à suppositione rei feudalis, vel emphiteuticæ pro annuo censu, de qua re latissimè agit noster *P. Duardus in suis Commentarijs de censibus §. 1. quæst. 10. & tribus sequentibus.*

Quando dixi, *Domus emphiteusis, vel feudum redeant ad dominū directū*, intellige nisi tali oneris impositioni consenserit dominus directus, *Corbulus de iure emphiteutico, cum de causa priuationis ob alienationem irrequisito domino, ampliatione 34.* vbi allegat *Andream de Ysernia*, idem docentem de feudo,
379 quia alias successores non tenentur amplius ad dictum onus soluendum, ex regula communi, resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigali, ff. de pignoribus, Iacobus Cancer lib. 1. variarum resolutionum c. 11. à num. 23.* vbi declarat per quem reditum ad dominum directum resoluantur onera, quæ erant super emphiteusim; de qua re etiam agit *De Franchis decis. 126. num. Duardus de censibus §. 1. quæst. 12. à num. 41.* Ad quos lectorem remittimus, quia loquuntur de libertate quò ad ipsam emphiteusim, & non tractant, an & quando rediret ad dominum directum emphiteusis, vel aperiretur feudum domino cum culpa successoris, iste successor, etsi amittat emphiteusim, & feudum; tamen adhuc remaneat obligatus ad soluendam annuam præstationem pro Missis celebrandis, cum nemo ex culpa aliena debeat damnum reportare, Nec etiam tangunt aliud dubium, an si emphiteusis, vel feudum cesset per lineam finitam, vel tempus completum iuxta conditionem ipsius, sed iterum fuit successor inuestitus, remaneat apud ipsum hoc onus, sed forsitam omiserunt ea tractare, quia pro certo habuerunt, primo casu ad tale onus remanere obligatum eum, qui culpa sua amisit emphiteusim, vel feudum; si habeat alia bona, saltem in conscientia; & secundo ca-

su

su, de nouo inuestitum ad nihilum amplius teneri, quod autem ex renouatione inuestituræ feudum dicatur nouũ, & pro tali debeat reputari, probat *Mastrillus part. 1. decis. 56. nu. 17. & sequ.* Ex quibus patet neque hoc casu habere locum distinctionem *Perez*, an sit prohibita alienatio, vel non: Nam si aliqua ratione vitiari posset simile legatum ex prohibitione alienationis, illa esset, quia
381 ex tali prohibitione inducitur fideicommissum, *Magonius decis. Florentina 33. in principio*, latiùs *Peregrinus de fideicommissis art. 14.* & nos diximus supra *sect. 13.* vbi ideo firmauimus cum eodem *Perez*, per solam impositionem oneris Missarum in perpetuum soluendi super aliqua re, non induci fideicõmissum reale, nisi expressè reperiatur prohibita illius rei
382 alienatio; sed de iure communi non est prohibitum inducere fideicommissum in feudo hæreditario, & etiam mixto inter vocatos in inuestitura, vt latè probat *Surdus cons. 105.* & idem fore in hac Regno (si non esset expressè prohibitum per Pragmaticam, quam vulgo vocant nouem capitum, quæ est *Pragmatica 4. in 6. capite de feudis*, vbi etiam in isto casu, sicut alijs octo, ibi rerecensitis, auferetur facultas dandi assensum Proregi, & reseruatur, vt id fieri non possit nisi cum consensu Regis) probat eruditissimè meus cõdiscipulus & amicissimus *Cyrus Mastrillus Responso suo 11. à num. 7.* idem esse in emphiteusi, quòd scilicet in ea possit fieri fideicommissum inter comprehensos in inuestitura, post alios docent *Marius Antoninus lib. 1. variarum resolut. 101. num. 16. Magonius decis. Lucensi 7. num. 38.* Igitur nihil interest de iure communi, an sit prohibita alienatio vel non. Item & ũ in hoc Regno sit prohibitum inducere fideicommissum super feudo, non tamen est prohibitum illum grauare, vt supra absque prohibitione alienationis. Vnde hoc casu militare potest dicta distinctio, quando est etiam prohibitum inducere fideicommissum, vt in nostro Regno, extare prohibitionem circa bona feudalia supra dictum est. Nec obstat decisio *Antonij Gamma 214.* vbi asserit iudicatum fuisse in Senatu Lusitano non potuisse imponi onus Missarum celebrandarum super re emphiteutica; quia præter quod in casu dictæ decisionis, onus non fuit impositum à testatore;

tore; sed in diuisione vni ex hæredibus fuerunt assignata dicta bona emphiteutica, tamquam allodialia, quia ignorabatur, illa esse emphiteutica cum dicto onere; Senatus motus fuit ex eo, quòd
383 Maioratus non possit instituui super re emphiteutica, quod non est omnino certũ, & ipse met *Gamma* fatetur, aliàs in eodem Senatu fuisse determinatum pro affirmatiua, quæ est verissima opinio vbi dictus Maioratus fuit inductus inter vocatos in inuestitura, vt supra dictum est *num. 181. & 182.* de fideicõmisso, quod fraternizzat cum Maioratu.

Tandem potest quæri, An
384 super bonis subiectis fideicommisso possit fundari Capellania, seu imponi onus Missarum celebrandarum, hanc quæstionem examinat *Lambertinus artic. 8. quinta quæstionis principalis. 1. partis 1. libri num. 24.* Et concludere videtur, quòd Ecclesia non possit construi in fundo subiecto fideicommisso, sed benè Ecclesiã deductã in esse, posse dotari de bonis subiectis fideicommisso, & affert rationem diuersitatis, quia non est necessarium construi Ecclesiam, sicut est necessarium, vt Ecclesia iam construcla dotetur, hæc decisio fundatur in similitudine dotis filię, quæ potest constitui de his bonis, vrgente necessitate, quia scilicet non adsint alia bona, nisi fideicommisso subiecta; sed adhuc pro hac causa est necessaria facultas Principis, vt latè *Peregrinus de fideicommissis art. 42.* consultiùs erit vt quãdo super dictis bonis, quis vult fundare Capellaniam, requirat consensum eius de cuius præiudicio ágitur, seu cui facienda est restitutio, per notata à *P. Duardo de censibus §. 1. quæst. 7. num. 34.*

Declara hoc intelligi non de re ipsa, quæ subiecta est fideicommisso, quia illa debet restitui, sed æstimatione ipsius, sicut dictum est supra de feudo, & emphitenſi legata pro dote Capellaniæ, vel Ecclesiæ, si enim quando legatur res aliena coniunctæ personæ, etiam ignoranter, debetur æstimatio, vt in terminis legati de re subiecta fideicommisso, notat *Ladrebius Imolen cons. 53 num. 1. & 4.* quanto magis, quando simile legatum reperitur factum pro Missis celebrandis, vel alia pia causa, vt bene notat *Tiraquellus de priuilegijs piæ causæ priuilegio 66.* Nota casum, in quo non debetur neque æstimatio, & est si ipsa res subiecta fideicommisso,

missio, emphiteutica, vel feudali ante solutionem ipsius æstimationis, perempta sit, *Antonius Gomesius in suis comentar. Tripartit. libr. 1. cap. 12. de legatis num. 31. ad medium.*

SECTIO XXVIII.

Promittens moribundo soluere legatum pro Missis celebrandis, an teneatur illud soluere.

385 *Filius, vel vxor promittens patri, vel marito moribundo soluere legata pia ab eo facienda, an in conscientia teneantur dicta legata soluere. Quid si promiserunt soluere eius debita, n. 386. Quid quò ad forum externum, num. 400.*

386 *Testis deponens in particulari magis probat, quàm deponens in generali.*

387 *Restitutionis in integrum beneficio vti potest minor in conscientia in casibus, in quibus illud sibi de iure competit. Quid de beneficio Velleiani respectu mulieris. ibid.*

388 *Hæres promittens testatori soluere legata ab eo facta, vel facienda, an teneatur dictam promissionem adimplere, etiam si vires hæreditatis non suppetant. Quomodo teneatur quando promisit, sed de bonis eiusdem defuncti, extra tamen testamentum, num. sequ. An prohibeatur detrahere falcidiam, num. 402.*

400 *Promissio probata per testes, an dici possit stipulatio, vel remaneat pactum nudum. Facta defuncto de soluendo legatum ab eo factum quot testibus probetur, num. sequenti.*

SAepius accidere solet, vt parente, vel marito, aut amico ægrotante ad mortē, & ęgrè ferēte, quia nō habet in bonis, vt legatum facere possit pro Missarum celebratione, vel alio opere pio, filius, vxor, vel amicus diues, vt solatio afficiat illum, ei promittat soluere dictum legatum, Quæritur hic à nobis, an & quando hanc promissionem adimplere isti teneantur, sequuta morte illius, cui promiserunt, vt supra, & licèt pro
384 foro conscientiæ videatur diffinitum hoc quæsitum ex

his, quæ diximus supra, *quæstion. 1. Section. 3.* Tamen non pigebit, hic adnotare, quòd in terminis de filio, & vxore loquendo, docet *Thomas Sanchez libr. 4. de matrimonio disput. 9. num. 15. &*
385 *sequent.* sicut enim testis deponens in particulari, magis probat, quã deponens in generali, vt per *Magon. de cis Lucensi 96 num. 14.* Ita etiam & doctrina magis animum implet, quando datur in specie, quàm vbi præbetur ex regulis generalibus. Distinguit enim *Sanchez* hoc modo, vel filius, aut vxor promisit sponte, vel instante ægroto: si enim sponte, & vltrò promisit; dicendo, lega quidquid volueris pro tua anima, nam deficiẽtibus tuis bonis, ego soluam; tenebitur in conscientia soluere; si ille iam fisus dictis verbis, legauerit pro anima quãtitatem mediocrẽ; Secùs si ipso ægroto instante, quia tunc præsumitur vxor, vel filius ductus, vel ducta ad promittendum metu reuerentiali, scilicet timens ne ipsum ægrotum cõtristaret, vel idẽ indignaretur, maximè si legatum vel legata arbitrio boni viri valde excederent: nam vt vtar verbis ipsius, cùm loquitur de filio, *Decet enim filium, attenta bonorum, quæ habet, quãtitate, obligare se ad ad aliqua legata pia pro parentis anima.* Quod etiam non videmus, cur non idem etiam dicendũ sit de vxore quæ est os de ossibus, & caro de carne sua, videte eum, quia etiam tractat alium ar-
386 ticulum, de vxore, vel filio patri, vel marito moribundo, promittentibus soluere debita, & quòd minor
387 potest in cõscientia vti beneficio restitutionis in casibus, in quibus sibi competit, quòd etiam loquendo de beneficio Velleiani respectu mulieris, docet post alios *Azeuedo tomo 2. in Constitut. Regn. Hispan. libr. 5. tit. 3. leg. 9. num. 2. fol. mihi 79.* In amico autem, & quolibet alio extraneo, in quo cessat metus causa, omninò obseruandum erit id, quod diximus *supra sect. 3.* scilicet qua intentione promisit, vtrum seriò, animo se obligandi, vel tantùm ex vrbanitate, & sic secundùm humanam politicam.

Quò verò ad forum ex-
388 ternum, proponit casum *Iacobus Canere lib. 3. variar. resolut. cap. 20. num. 306.* de quodã Agricola, qui hæredẽ vniuersalem instituit filium, quem susceperat ex prima vxore, & quia pater parum

in

in bonis habebat, & filius ille erat dives, fecit, quòd dictus filius hæres institutus promitteret in dicto suo testamento, soluere mille libras, tribus alijs filijs, quos ex secunda vxore relinquebat, & subdit, consuluisse tali casu, filiũ prędictũ censeri debere talem promissionẽ feciſſe tamquam hæres, & non de proprio, allegans ea, quæ tradit *Bartolus in leg. cùm quis decedens 35. §. testamento, ff. de legatis 3. quem dicit, ad hoc allegare Iulium Clarum in §. testam. quæstion 95. in fine*. Ideo non tenetur vltra vires hæreditarias, igitur videtur supponere, quòd quando expressè promisit de proprio, tunc teneatur etiam si vires hæreditatis non suppetant. Quod intellige; nisi multum excederet, & maximè si filius est hæres institutus, in quo militat causa metus, vt supra. Qua autẽ actione ad talem promissionem adimplẽdam cogi talis possit; percipere facilè lector poterit ex his, quæ notat *Surd. dec. 149.* vbi habetis ca-
389 sum de promissione facta ab hærede, defuncto extra tamen testamentum, non de bonis ipsius hæredis, sed eiusdem testatoris. Sed quid de simili promissione facta moribundo ab eo, qui non fuit hęres institutus. Tũc distinguendum esse censemus, aut dicta promissio, quam præsupponimus, facta extra testamentum, probatur per testes, vel non; Primo casu, potest cogi promittens ad adimplendam promissionẽ. Quia & si olim fuit magna dissensio inter Doctores,
400 an promissio probata per testes dicatur stipulatio, vel pactum nudum, quia si esset pactum nudum non oriretur ex ea efficax actio ad agendum, sicut actionem produceret, quando esset stipulatio, hodie tamen in nostro Regno videtur decisa, vt patet ex *Afflicto decis. 120.* vbi refert decisum per Sacr. Consilium pro obseruantia dictæ promissionis probatæ per testes, sicuti etiam fuit declaratum per legem particularem in Hispania vt habetis per *Azeuedo tom. 2. in Constitut. Regni Hispaniarum libr. 5. tit. 16. de*
401 *los contractos nu. 12.* Quæres tandem per quot testes probari possit dicta promissio: ita vt dici possit stipulatio vt supra? Respondeo sufficere duos testes: *Surdus citata dec 149.* de qua re etiam egit *cons. 356. num. 17 vol. 3.* Nec etiam mirum, quia talis promissio transit

in vim contractus, & contractus non requirit plus, quàm duos testes, *Stephanus Gratianus tom. 4. disceptat. Forensium cap. 150. num.* 402 32. Quòd hæres promittēs soluere legata vt supra, non per hoc prohibeatur, falcidiam detrahere, post alios, notat *Surdus cons. 506 num. 9. volum. 4.*

SECTIO XXIX.

Capellano defuncto nullo nominato successore, prout nominare debuerat, ex forma legati pro Missis celebrandis, an extinguatur legatum.

403 *Conditio, quòd Capellanus eligat suum successorem, potest apponi in fundatione Capellaniæ.*

404 *Personatus est beneficium Ecclesiasticum.*

405 *Emphiteusis, & feudum fraternizzant cum iure patronat.*

406 *Nominandi facultatem ad Emphiteusim, feudum, vel Capellaniam, qui habet, si non nominauit, an hæres ipsius possit vti dicta facultate nominandi. An hæres ipse censeatur nominatus ad emphiteusim, vel feudum, nisi sequ. Quid si plures reliquit hæredes, num. 408. In specie de nominatione ad Capellaniam non facta ab eo, qui debebat successorem nominare, quis censeatur nominatus, n. 409. Et quando nullus cēseri debeat nominatus, quis possit, & debeat ad eam Capellanum nominare, & quomodo, n. 416. & 420. An ista nominandi facultas consumetur per primam, vel inualidam nominationē. num. 422.*

410 *Conditio, & si per casum fortuitum in personam eius, à qua debebat verificari, deficiat, quando extinguatur legatum, & num. 413.*

412 *Legatum regulari debet ex causa propter quam fuit relictum.*

414 *Beneficium ob negligentiā vel defectum alterius non debet mutare naturam.*

415 *Ordinarius conferendo beneficium de Iurepatron. ratione deuolutionis, debet in eo, cui confert seruare qualitates à fundatore requisitas.*

417 *Feudum deuolutum, & iterum concessum, censetur concessum secundùm primam naturam.*

Ha-

418 *Hæreditas vt deuoluatur ad ſubſtitutum in caſu negligentiæ, quid requiratur. An ſit neceſſaria interpellatio, num. ſeq.*

419 *Legatum pro Capellanis nominandis ab ipſo teſtatore, ſi poſtea non nominentur, an ſit incertum.*

421 *Hæres vbi iubetur aliquid reſtituere vni de familia, quẽ elegerit; ſi moriatur nulla facta electione, cui debeat fieri reſtitutio.*

423 *Regularium in Eccleſijs nõ poteſt fundari beneficium ſeculare, ipſis regularibus inuitis. Neque ſacerdotes ſeculares ibi celebrare eis inuitis, ibid.*

INter alias conditiones, quæ apponi ſolent ab his, qui legant alicui Sacerdoti pro Miſſis celebrandis, & tale legatum, volunt eſſe perpetuum, vna eſt, quòd ipſe ſacerdos eligat, vel nominet alium Sacerdotem in ſuum ſucceſſorem, vt de facto vidimus fuiſſe iniunctum in legato, de quo emanauit deciſio in illa Melphiten. legati pij, relata à nobis ſupra *hac eadem Queſtione ſub n. 71.* Quam conditionem etiã
403 poſſe apponi, quando fundatur Capellania collatiua, quæ eſt propriè beneficium, vt ſæpius dictum fuit ſupra; poſt *Molfeſium, & Rictium*, diximus, & nos ſupra *Quæſt. 3. ſub num. 72.* ac confirmatur ex deciſ. in illa Geruunden. Perſonatus, & cauſæ piæ, quam retulimus *eadem Quæſt. 3. num. 47. & ſequentib.* vbi præſupponitur fuiſſe cum tali conditione fundatum Perſonatum, qui
404 etiam eſt propriè beneficium, vt in eadem deciſione habetur, & latè probat *Filliuccius, poſt Azor. tract 41. de Benefic. Eccleſiaſticis n 24.* Quærimus igitur hic, Quid faciẽdũ hoc caſu; ſi Capellanus moriatur non facta aliqua nominatione de ſucceſſore? Et quia iſte articulus, & ſi non reperi adhuc, quòd ſit tactus interminis Capellaniæ, tamen à Doctoribus tractatur interminis emphiteuſis, & feu-
405 di, quæ fraternizzant cum illis Capellanijs, vt de iurepatronat. poſt Rotam, diximus ſupra *Quæſt. 4. Praxi 3. num. 120. ad finem*. Inprimis in mediũ afferemus, quæ Doctores docent in materia emphiteuſis, & feudi, & deinde noſtram ſententiam aperiemus circa hanc noſtrã materiã Capellanarum, ſiuè illæ ſint collatiuæ, ſiuè non: De emphiteuſi, & feudo receptis pro ſe & perſona nominanda.

da. Docet primò *Genuensis in suis practicabilibus Eccle-*
406 *siast. quæst. 82.* Quòd si talis moriatur ex eo quod, minimè nominauerit aliquem, ius istud nominandi non transeat ad hæredem, hæc enim est conditio potestatiua, quæ coheret personæ, nec transmittitur ad alium, cùm solus Deus, qui scrutator est cordium, noscat secretum animi. Secundò
407 docet, quòd eo casu, ipse hæres cēseretur nominatus: ita *loco supracitato quæst. 83.* ideòque illum debere habere emphiteusim, vel feudum, de qua re latè *Caldas in suo tract. de emphiteusi*, nouissimè tractat.
408 Dixi, *hæres*, nam secus est; si plures reliquit hęredes, quia tunc non solùm omnes nequaquam censeri possunt nominati, cùm facultas si concessa in singulari, pro persona nominanda, vel pro eo, quem nominauerit, sed etiam, quia tūc magnum verfaretur præiudicium dūi directi, cuius interest habere pauciores emphiteutas ob spem facilioris deuolutionis, vt innuit *Genuensis citata quæst. 83.* & clarius in facto, de concessione emphiteosis facta cuidam proli, & extraneo nominando, in casu carentiæ prolis, cùm talis decesserit absque liberis: relictis quatuor hæredibus extraneis, nulla facta nominatione de eo, qui succedre deberet in dicta emphiteusi, concludit *Menochius cons. 474. volum. 5.* illam reuerti ad Ecclesiam, quæ erat domina directa ipsius emphiteusis, in qua propriè habet locum doctrina dicti Consilii; quia in feudo, vel maioratu. v. g. si plures, quis reliquerit filios hæredes, primogenitus censeri debet nominatus, per allegata à *Francisco nigro in controuersijs forensibus tom. 1. controuersia 56*, Ex quibus ab eo notatis (vt ad applicationem, circa casum nostrum de Capellanijs, aliquādo deueniamus) apparet,
409 difficultatem istam non vendicare sibi locum, quando vnus tantùm est in dispositione, veluti si dictum sit, quòd nominet proximiorē, vel si sint plures in dispositione, veluti si dixerit, quòd nominet vnum Sacerdotem vel clericum de familia, tamen non reperitur tempore suæ mortis, nisi vnus de familia, qui sit Sacerdos, vel Clericus; in his enim casibus, etsi qui nominare debebat mortuus sit nulla facta nominatione, iste proximior, ille vnicus Sacer-

dos

dos censeri debet nominatus, & idcircò debet in Capellania succedere; & si illa est collativa, in illa institui, his enim casibus habet nominationem ab ipso fundatore, quæ sufficit. Sed vrget difficultas, quando nominatio facienda erat vnius de pluribus, siue certis, siue incertis, putà, quia cautum fuit, vt nominet vnũ Sacerdotem, aut Clericum simpliciter, vel etiam si addidit, quòd talis Sacerdos, vel Clericus sit de familia, tempore suæ mortis reperiuntur plures Sacerdotes, vel Clerici de familia. Videtur hoc casu, si Capellania non est collativa, quòd illa extinguatur, vel si sit collativa, efficiatur liberæ collationis, iuxta regulam, quam supra *num.* indicauimus, quòd scilicet, & si
410 conditio deficiat per casum fortuitum contingentem in persona eius, in cuius persona debebat impleri, legatum extinctum censeatur, quæ regula probatur in *l. legatum C. de conditionibus insertis.* vbi pro casu fortuito, supponitur mors
* estque ista resolutio iuxta doctrinam *Menochij*, supra relatam, in terminis emphiteusis, à qua (vt dixi) valet argumentum ad istas Capellanias maximè quò ad successionem in eis, de qua hic agimus.

His tamen non obstanti-
411 bus, contrarium esse dicendum putamus, si casus contingeret in nostris terminis, nempe non extingui primo casu dictam Capellaniam, nec secundo casu, euadere omninò liberæ collationis, Prima pars de Capellania non collativa, quòd non extinguatur, & bona pro ea relicta non accrescant hæ-
412 redi. Probatur: nam legatũ eatenus debetur, quatenus res illa, propter quam legatum fuit factum, indigeat dicto legato, cùm dispositio reguletur ex causa finali. *l. Lutius §. 1. ff. de legatis 1. l. nec semel §. final. ff. quando dies legati cedat cũ alijs allegatis per Magonium decis. Lucensi 28. num. 8.* Sed res, & causa finalis ob quam fuit factum legatum, adhuc eget celebratione Missarum ergò Capellania prędicta nõ debet extingui. Minor probatur, quia res, ob quam fuit factum dictum legatum, seu illius causa finalis, non est nominatio facienda à Capellano, vel alia persona, sed suffragium animæ ipsius fundatoris, vel aliarum animarum, & augumentum cultus diuini, vt supponimus

mus pro indubitato, At ista res, seu causa finalis adhuc durat, ergò, non debet extingui legatum, & sic manet responsum ad tex. in *l. legatis C. de conditionibus insertis*,
413 vbi dicta causa finalis, & res, ob quam fuit legatum, non durabat, ex quo mortuus erat ille, cum quo matrimonium debebat contrahi, cuius matrimonij causa fuit factum legatum.

Secunda pars, q̃ si Capellania sit collatiua, non euadat omninò liberæ collationis, etiam probatur; quia
414 ob negligentiam, & defectum alicuius particularis non debet beneficium mutare suam naturam; vnde, vt supra suo loco diximus, post *Perez libr. 2. de Anniuersar. & Capellan. cap. 10. num. 27. ad finem, Garziam part. 10. de benefic. cap. 3. nu.*
415 Ex eo quòd ex negligentia Patroni in non præsentando intra tempus legitimum, vel eius defectum, putà, quia præsentauit indignum, etsi institutio absque præsẽtatione deuoluatur ad ordinarium, nõ tamẽ potest ordinarius instituere quẽ voluerit, sed tantùm habentem qualitates à fundatore requisitas. Item ex *Gabriele conf. 185. num. 2. vol. 2.* Quòd etsi ob collationem factam propter vltimum statum ab alio, quàm à patrono, inferatur præiudicium vero patrono quò ad tempus præteritum, non tamen potest inferri quò ad tempus futurum, & sic quò ad
416 futuras præsẽtationes. Vnde in casu præsenti, dicendũ à simili erit, quòd non facta nominatione à Capellano, vel alio de successore, siue Capellania sit collatiua, finõ, posse & debere Episcopũ in primo casu, absq; alia præsentatione instituere, & in secundo casu, illũ nominare, tãquam exequutor de iure piarum voluntatum ob negligentiam eius, qui debebat exequi illas, obseruando tamen, quòd institutus, vel nominatus habeat qualitates requisitas à fundatore, vel testatore, vt supra diximus: qui institutus, vel nominatus postea facultatem habebit nominandi successorem iuxta primæuam naturam à fundatore, vel testatore ipsi Capellaniæ insitam; fauent allegata per *Surdum conf. 474. num. 4.*
417 *volum. 4.* in terminis feudi deuoluti, vt si iterum concedatur, censeatur concessum secundùm propriam naturam, & si non sit improbabile, quando is qui debebat nominare, Capellanus

lanus erat idem fundator, quòd hæres, vel hæredes ipsius possint loco defuncti illos nominare, vt patet ex Viterbien. census 6. Aprilis, 1590. coram Platto, quæ est 15. apud *Comentaria de censibus nostri P. Duardi*, quam hic pro parte transcribere non erit inutile, etiam pro declaratione eorum quę dicta fuerunt supra *Sectione* 22. verba ipsius sunt ista: *Resoluerunt Domini, cõfirmandas esse sententias latas ad fauorem Monasterij, & fratrum S. Mariæ de Quercu super deuolutione hæreditatis q. Dominici Petratij ob id, quod hæredes nõ adimpleuerint eiusdem Dominici voluntatem in assignanda dote Capellæ, quam ipse testator construi iusserat intra terminum duorum an-*
418 *norum præfixum. Cùm enim hoc testatoris præceptũ haberet adiectam pœnam priuationis, & deuolutionis hæreditatis ad dictam Ecclesiã S. Mariæ, iustè iudicatum fuit, deuolutioni huiusmodi locum fuisse, stante hæredum mora in adimplendo, Paulus de Castro cons. 292. num. 8. libr. 1. Gozzadin. cons. 34. num. 7. Aymon cons. 193. sub num. 4. Abb. cons. 38. sub. nu. 14. Corneus con. 99. col. 1. & cons. 250. col. 4. Decianus con.*
419 *sil. 11. num. 13. lib. 2. Quod procedit etiam nulla facta interpellatione, stante lapsu termini duorum annorum appositi à testatore, Gozzad. Aymon, & Abb. in locis supracitatis. Non obstat, quòd testator nullos elegerit Capellanos, quibus solutio fie-*
420 *ret, prout se electurum in legato prosessus fuerat. Quia electione non facta, non videbantur hæredes obligati ad soluendum, iux. tex. in l. si quis ita scripserit hæredem, ff. de hæredib. instituendis, & in l. qui plures ff. de vsufructu legato, cum alijs allegatis. Quia fuit responsum, in casu nostro nullam esse incertitudinem, propter quam legatum debeat vitiari. Nec enim dubitari potest de persona legantis, nec ignorari quid legetur, nec cui legetur, ex quo legitur apertè in testamento Dominici, legare sexagita scuta annua pro dote Capellæ construendæ, & propterea de validitate legati non est ambigendum, Paul de Castro in l. 2. num. 3. ff ae hæred. instit. Nec redditur inutile, nec irritum ex eo, quòd Capellani, inter quos erat facienda distributio dictorum sexaginta scutorum, non fuerint à testatore nominati; nam defectus huius nominationis non alterat præceden-*

dispositionem certam, sed perinde est, ac si testator nullam de huiusmodi Capellanorum nominatione facienda fecisset mentionem, vt declarat idem Paul. de Castro, Imola, Alber. & alij in dicta l. 2. ff. de haredib. instituendis, Alex. & alij in l. si testamentum C. de instit. & substit. Aymon conf. 147. num. 6. vel perinde erat, ac si testatorem penituisset, sibi reseruasse talem nominationem l. penult. C. de instit. & substit. Alex. & alij in dicta l. si testament. Curtius iunior conf. 12. num. 1. Menoch conf. 224. num. 10. libr. 3. Nec dicatur, ex hoc saltem cessare culpam, aut dolum in haredibus differentibus exequi voluntatem testatoris, quasi habuerint saltem probabilem causam differendi solutionem sexaginta scutorum donec eligerentur Capellani. Quia cùm clara sint verba dicti relicti facti Capellæ, non debuerunt hæredes ob omissam nominationem Capellanorum, solutionem, pro dote Capellæ faciendam, & si modo optabant, eligi Capellanos, qui Capellæ inseruire debebant. Vel illos ipsi eligere, vel curare, vt ab Episcopo eligerentur, Maximè cùm non possint allegare aliquã ignorantiam; tum etiam ex eo. quòd post factam ab Episcopo electionem horum Capellanorum, fuerunt moniti. Postremò etiam, quòd in iudicio vocati, litem substituerunt, & ad solutionem legati deuenire neglexerunt. Adde neque esse improbabile in casu, vbi fuit dictum à testatore, quòd Capellanus antecessor nominet, vel eligere debeat alium Capellanum pro suo successore, qui sit de familia, vt in tali casu cẽseatur nominatus, & ideo debeat habere dictam Capellaniam Sacerdos vel Clericus, si dicta Capellania non est sacerdotalis actu, prout potest esse ex expressis verbis testatoris; proximior de familia, nam & si magna controuersia sit inter Doctores in illo
421 articulo; An vbi relinquitur aliquid restituendum vni de famia, quem hæres elegerit, vel volet eligere, si tali casu hæres non declaret, verum admittantur ad dictum relictum omnes de familia simul, vel ordine successiuo, vt per *Petrum Peraltam in l. vnum ex familia, §. rogo à num. 14. ff. de legatis 2* Quietsi in suo casu de re diuidua defendat, deberi ad illud admitti omnes, tamen in terminis Ca-

pel-

pellaniæ, quæ nõ poteſt omnibus competere, ſed vni tantùm, etiam ipſe neceſriò, concluderet cum contraria ſententia, vt ſcilicet admitti ad illã debeat proximior.

Quæri etiam poteſt, an poſito, quòd is qui debebat aliquem nominare pro ſuo ſucceſſore in Capellania, de facto nominauit aliquem, qui ei præmortuus eſt, an licitum ſit ei denuò alium nominare. Ratio dubitandi eſt, quòd conditio ſufficit ſi ſit ſemel adipleta, licèt non durauerit, ex congeſtis per *Tiraquellum in l. ſi vmquam, verbo ſuſceperit liberos num. 87. & ſequen. C. de reuoc. donation.* Contrarium tamen eſt veriùs, & tenuit Rota apud *Seraphinum deciſ. 589.* in terminis emphiteuſis, à qua vt dixi, argumentatur ad iſtam noſtram materiam, 822 vt ſcilicet non conſumetur facultas per primam nominationem, ſicuti neque per nominationem, quæ nulla & inualida ſit. Nam vbi conceſſio fit pro determinata cauſa, ſemper durat conceſſio, donec durat ipſa cauſa, ob quam fuit facta ipſa conceſſio; ſed conceſſio huius facultatis nominandi non fuit facta ex alia cauſa, niſi vt anteceſſor relinquat ſibi ſucceſſorem in Capellania, ergo ſemper quod deficit ipſe ſucceſſor, poteſt nominare. Caſum notabilẽ in quo poteſt eſſe inualida nominatio facta ex facultate data à fundatore, habetis in Gerunden. Perſonatus de qua mentionem fecimus in principio ſectionis, vbi quia inualiditas conſtabat poſt mortem eius, qui nominare debebat, fuit dictum quòd ſuccederet cauſa pia ſubſtituta ab ipſo teſtatore, ergò vbi non adeſt dicta ſubſtitutio, prouiſio illius regulanda erit, ac ſi non fuiſſet facta nominatio, cũ paria ſint aliquid non facere, & facere, ſed inualidè & nulliter, vulgatis iuribus: & ideò etiã ſi ille ſemel nominatus non moriatur, neque eſt negandum poſſe habentem facultatem nominandi, ſi pœnituit de prima nominatione, alium nominare, & ſic variare vſque ad extremum vitę ſpiritum, hoc enim mihi ſignificat regula illa approbata à Rota, quòd facultas non conſumitur per primam nominationem.

Circa punctum principalem Deciſionis ſupra relatæ *num. 118.* Nota adeſſe *Conſilium Calderini 14. ſub ti-*

tulo de teſtamentis. Vbi quęritur de legato relicto, vt de bonis ſuis ædificetur vnum Altare in Eccleſia Eremitarũ, & illi aſſignetur dos, an valeat dictũ legatum, & ibi debeat poni Sacerdos ſecularis, ad officiandum Altare? Et reſpondet, valere legatum, non tamen debere ibi poni Sacerdotem ſecularem, ſed illud legatũ applicari Monaſterio. Non aperit tñ, an dicti Fratres, prędicti Monaſterij, quibus applicatur legatum, teneantur celebrare Miſſas in dicto altari, ſed forſitan id præſupponit, cùm illa conditio in tãtum habeatur pro non adiecta in dicto legato, quatenus non poteſt creari
423 beneficium ſeculare, quod præſupponunt verba illa, *aſſignetur dos*. Nec etiã ſacerdos ſecularis celebrare, in Eccleſia Regularium, inuitis dictis Regularibus, vt diximus ſupra, & docet expreſsè *Lambertinus artic. 7. 11. quæſtionis principalis primæ partis 1. libri*. Quod adeo eſt verum, vt neque poſſint Epiſcopi, vel alij Prælati facere Miſſas celebrari in Monaſterio aliquo, iuuitis Prælatis, etiam ob bonum commune, habetur in *cap. lumnoſo 18. quæſt. 2. & in Bullario Rodriguez fol. 183*. Idem conceſſit Eugenius IV. Congregationi Sanctæ Iuſtinæ, vbi excommunicantur oppoſitum facientes, Refert alias conceſſiones *Rodriguez tomo 3. quæſtione 4. articulo 1.* etiam ſi Miſſa dicenda ſit pro defuncto tumulato in Monaſterio Fratruum, & notat *Portellius in ſuis dubijs Regularibus, verbo Miſſa in Additione, nu. 3.* Non autem quin non conſentientibus ipſis Regularibus, quòd Sacerdos ſecularis celebret, & hæredes defuncti acquirant Iuſpatron. in Capella ſita intra eorum Eccleſiam, ipſa dos, quæ etiam fuit aſſignata pro celebratione Miſſarum, remaneat apud apud eos libera, ſine illo onere, cum quo relinquebatur, pro Sacerdote ſeculari, nam res ſemper tranſit cum onere ſuo, & cauſa, ex allegatis per Rotam in Romana cenſus 8. Febbruarij 1577. coram Robuſterio quæ eſt 232. *apud Commentaria de cenſibus P. Duardi num. 19.*

SECTIO XXX.

Quomodo probetur Missarum celebratio ad hoc vt censeatur satisfactum legato ipsarum.

424 *Legati modalis, & conditionalis differentia.*

425 *Probandi onus incumbit ei, qui allegat aliquid tãquam fundamentum suę intentionis.*

426 *Iuramentum etsi non sit probatio, releuat tamen ab onere probandi.*

427 *Ignorantia, vel scientia an probetur iuramento, remissiuè.*

428 *Missarum celebratio an probetur iuramento, & nu. 430. An probari possit libro Sacristæ, num. 429.*

431 *Iuramento probantur quę consistunt in propria cõscientia, & quę pendent ex animo, num. 433.*

432 *Iuramẽtum, & fides æquiparantur.*

434 *Solutio legati an probetur iuramento, & quibus alijs modis, num. sequent. remissiuè.*

436 *Solutiones tres annales cõtinuatæ, quando præsumere faciãt aliquem antea solvisse.*

CVm legatũ istud pro Missis celebrandis non sit purum, sed conditionale, vt est certum, sequitur, quòd illud non debeatur, nisi adimpleta conditione, hæc enim
424 est differentia inter modũ, & conditionem, vt post *Bartolum in l. quibus §. Termilius num. 7. ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, docent communiter Doctores, & habetur per *Flauium Amendolam in Additione decis. 362. D Vincentij de Franchis.* vt scilicet legatum sub modo petatur ante modum impletum. Legatum verò sub conditione, post conditionem impletã. Quòd adimplementum debet iudici constare; vt de debito conditionali loquendo, probat *Vivius libr. 3. decis. 423. num. 1.* Et onus faciendi id constare iudici, pertinet ad ipsos, qui petunt legatum, nam se fundant in dicta celebratione, & vt sæpè dictũ fuit supra, ad eum pertinet
425 onus probandi, qui aliquid allegat tamquam fundamẽtum suæ intentionis, *Corneus cons. 128. n. 27. volum. 2.* Quærimus igitur hìc, quomodo Capellanus, Ecclesia, vel quiuis alius, qui ex dicta causa celebrationis prætendit legatum præfatum, probare habeat ipsum im-

ple-

plementum dictæ conditionis. Nam *Guido Papa dec. 414.* videtur velle, hoc debere probare per proprium iuramentum, præter rationes ab eo allatas, confir-
426 mari potest ex eo, quòd iuramentum, & si non sit probatio, tamen relevat ab onere probandi, maximè in casu vbi tractatur de facto proprio, quod alia via probari non potest, vt per *Thesaurum decis. Pedamontana 256. num. 2.* Fauent Doctores, qui de probatione propriæ ignorantiæ loquuntur, & nos allegauimus supra *quæstione IV. Praxi 1. num. 73.* Quibus adde adductas per *Cardinalem Tuscum littera I. concluf 531. num. 37. vsque ad 43. excluiuè*, *Mascardum de probationibus cõclus. 880.* Sed huic opinioni se opponit *Gaspar Antoninus Thesaurus libr. 1. quæstionum forensium quæst. 86.* Qui refert per Senatum Pedamotanum fuisse decisum,
428 non esse standum iuramẽto, super ista celebratione, & quòd *Guido Papa* intelligendus sit in alio sensu, scilicèt in casu probationis, solutionis legati ob dictam causam. Nec vlterius indicat hic author alium modum probandi dictam celebrationem, *Genuensis in suis Practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 226.* adhærendo opinioni ipsius *Thesauri*, quòd non possit dicta celebratio probari iuramento, cùm talis esset testis in causa propria, contra *tex. in l. nulli Cod. de testibus*, subdit alium modum probandi, sci-
429 licèt per librum Sacristæ, vbi verò non conficitur dictus liber, & tractaretur cũ Regularibus, vel Ecclesia habente Clerum, quòd sufficiat probare, Ecclesiam, vel Monasterium habere onus celebrandi tot Missas in die, & quòd in ea quotidie tot Missæ & maiores celebrantur pro satisfactione obligationis. Idem eisdem verbis, docet *Riccius 3. part. Praxis resolut. 365.* Addentes pro secularibus Sacerdotibus, qui degunt in suis domibus, etiam hanc probationem faciendam esse per librũ Sacristæ, quod confirmant ex eo, quia Episcopi ex frequenti vsu, in visitationibus mandant confici hunc librum Missarum à Sacristis. Sed vt verum fatear, hæc videntur diuinatoria, tum quia Sacrista in libro potest scribere Missas celebratas à Sacerdotibus istis particularibus, non autem, quòd fuerunt applicatæ huic obligationi, item-

dum

dum supponimus, hos Sacerdotes non esse addictos alicui Ecclesiæ (sicut Regulares, qui sunt obligati applicare iuxta intentionem superioris, seu Sacristæ pro obligationibus cõtractis ab Ecclesia, vel Monasterio) de facili, modò celebrant in vna, modò in alia Ecclesia, & per consequens & si quò ad Ecclesias Regulares, Cathedrales, vel Collegiatas posset dicta sentẽtia ad praxim reduci, id non potest contingere pro Sacerdotibus particularibus, & tamen est assignandus modus generalis, id probandi, cùm nõ possit militare ratio magis in vno quã in alio. Ideòque cum nostro *A. Molfesio part. 2. suæ summæ tract. 13. cap. 5. num. 168.* Putamus esse veram sententiam *Guido-*
430 *nis Papæ*, talem celebrationem probari iuramento, quæ imprimis confirmatur ex Praxi Reu. Fabricæ, in cuius Tribunali quotidie recipiũtur probationes istæ, ad finem, vt decernatur, an hæredes adimpleuerunt similia legata pro celebratione Missarum, & tamen videmus quòd tribunal præfatum est contentum non solum de iuramento, sed de fide Sacerdotum particularium, quando per eos fuerunt Missæ celebratæ, vel Superioris Monasterij, aut Capituli alicuius Cleri, si in Ecclesia Regulari, vel Capitulari fuerunt dictæ, Item etiam ratione, quia ea quæ
413 consistunt in propria conscientia nullo alio modo probari possunt nisi iuramento. *Romanus cons. 198. in fine.* vbi *Add.* citant infinitos authores, sed quòd Sacerdos Missas, quas celebrauit, applicasset pro tali obligatione, consistit in conscientia ipsius Sacerdotis, vel Superioris, vt supra; ergo tantum eorum iuramento de-
432 bent probari, cui iuramento æquiperatur fides, *cap. ad aures*, ibi, *nisi fortè iuramẽto, vel fide interposita, extr. de his, quæ vi metusue causa fiunt*. Et declarat *Facchineus in suis controuers. iuris libr. 1. cap. 12.* Ratio est nostro iudicio, quia isti qui faciunt talem fidem, semper possunt adstringi casu, quo qualitas personæ, vel congruitas tẽporis aliquam suspicionem ingereret, ad illam iuramento firmandam,
433 & in specie; quòd in his, pendent ex animo, sicuti est applicatio, quæ pendet ex intentione, fletur iuramento seu assentioni, dixerunt *Alexan. cons. 19. libr. 1. Cardinalis Zabarella consil*

37. *num.2. & alij*, & tangit *Guido Papa loco supracitato, & latè prosequitur Mascardus de probationibus conclusion.414.* vbi in specie *n.15.* notat hoc habere locum etiã quò ad forum externum, nisi aliud sit à iure expressum.

Circa id, quod referunt *Genuensis, & Riccius*, interpretandum esse *Guidonem*
434 *Papam* de probatione solutionis legati, vt scilicet possit probari iuramento, de hoc in meo Codice, nec verbum quidem dicit ille Author, tantùm enim inter alia, quæ ibi examinat, an probari possint iuramento, subdit, quòd in his, quæ sunt modici præiudicij admittitur probatio per iuramentum; & ideo *Caroccius decis.104.num.9.* allegat varios authores docẽtes, quòd solutio salarij famulorum cum fiat minutatim, & diuersis vicibus, possit probari assertione domini, Quomodo etiam aliàs probetur solutio legati, quando non
435 adest quietantia ipsius legatarij, quæ est præcipua eius probatio, Rota apud *Seraphin. decis. 1339.* Patet ex his quæ discurrit *Mascardus concluf.1324. Marta referens varias decisiones tom. 4. suorum digestorum nouis-*
436 *simorũ titulo solutio.* Nota tandem, quòd & si regulariter ostendens tres solutiones annales continuatas, præsumatur semper antea soluisse, *l.quicumque C.de Apocis publicis libr. 10.* Tamen fallit in debito personali, quando testator v. g. grauauit hæredem, soluere tot ducatos pro celebratione Missarum *Mascardus supra concluf.1326.num.8.*

SECTIO VLTIMA

Miscellanea.

QVòd legatum pro Missis celebrandis sit validum, nec contineat aliquã
437 labẽ simonię contra Innocentium, & alios, est communis praxis totius Ecclesiæ, *Molfesius tract.13. cap. 5.num.166.*

Pone quòd testator iusserit exp resse, quòd legatum
438 pro Missis soluatur intra mensen à die mortis, quæritur, an debeatur etiam si hæreditas non fuit adita? Respondetur negatiuè. *Gãma decis. Lusitana 249.num. 4.* loquendo de legato pio, qui dicit, quòd ille mensis debet numerari à die aditæ hæreditatis. Quòd autem

lega-

legatum pro male ablatis possit intra tempus inuentarij, & sic ante aditam hereditatem, quia est debitũ; *Ceuallos in speculo communium contra communes quæstione 608.*

439 De capacitate Fratrum Minorum de Obseruantia circa legata annua pro Missis, tetigimus supra sect. 2. num. 39. ad finem, ibi allegatis, Adde *Portellium in suis dubijs Regularibus verbo legatum in Addit. num. 2.* ibi: *De modo autem quo prædicti Minoritæ possint acceptare legata perpetua pro Missis quotidianis, vel alijs pijs officijs decernitur in illorum statutis generalibus Toletanis, siuè Barcinonensibus reformatis, titulo de redditibus annalibus, & ibi decretum fuit desumptum ex D. Bonauentura, vt tollatur idẽ Statutum circa quòd aduerto, quòd quamuis decernatur, Minoritas nullum habere ius ad illa legata relicta pro Missis; nihilominus posse Sindicos Conuentuum illa repetere coram iudice seculari, vel Ecclesiastico, tũ per concessionem Gregorij XIII. relatam supra num. 8. Tum etiam per concessionem Martini 4. positam in Bullario Rodriguez fol. 93. vbi concedit sindicis, quòd possint procurare per modos licitos relicta fratribus in testamento, modus verò licitus, clarus est vt procuretur coram iudice exequutore testamenti.* Hucusque *Portellius, qui verbo hæreditas, sub num. 3.* firmat, quòd in tali casu poterit iudex ex officio, nemine petente obligare hæredem, vt det dictum legatũ Minoritis per modum eleæmosynæ, imò etiam quòd id possit procurare quilibet de põpulo, dũmodo fratres id nõ
440 procurẽt. Circa quam materiã nuper editum fuit Decretum Sacræ Congregationis Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe, super legatis relictis PP. Minoribus de obseruantia S. Francisci, tenoris sequentis:

DECRETVM

SACRAE CONGREGAT. FABRICAE Principis Apostolorum de Vrbe, super Legatis relictis PP. Minoribus de Obseruantia S. Francisci.

CVm sæpius fuerit habitus recursus ad Sacram Congregationem Vener. Fabricæ S. Petri super annuis Legatis factis, seu faciendis ad fauorem Fratrum S. Francisci Minorum de Obseruantia, cum onere Missarum, seu Officiorum siue gratis, siue alio modo.

Prætendente Ven. Fabricæ S. Petri ad illam spectare propter dd. Fratrum incapacitatem huiusmodi Legatorum.

Dictis autem Fratribus allegantibus posse annua legata huiusmodi recipere tuta conscientia, quatenùs hæres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in eleæmosynam, & committere Fratribus dictas Missas, & Officia, iuxta sententiam S. Bonauenturæ, & Decreta Sacræ Congreg. à Sanctissimo Domino Nostro Fratrum Minorum de Obseruantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ Cõsultationibus præpositæ, sub die 4 Iunij 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmissorum prouisione facta prius relatione S. D. N. Vrbano Papa VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato, decreuit in futurum super huiusmodi Legatis obseruari, vt infrà.

Quòd huiusmodi legata per debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris Fabricæ faciẽdam, vel alio quouis modo, sed illorum capitale, siuè sors principalis, vel proprietas absque aliqua diminutione conseruentur semper, & perpetuò ad effectum, vt in vsus Romano Pontifici pro tempore existenti benè visos applicari; Ita tamen, vt quamdiù applicationem specialem auctoritate Apostolica fieri non contigerit, hæredes, vel debitores possint liberè, si velint, dictis Fratribus dare dicta annua legata per eosdem Fratres recipienda in eleæmosynam, non autem per eos exigenda. Et quòd quæuis extinctio, reductio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis, aliter absque speciali Romani Pontificis permissione facta, eò ipso nulla sit, nec debitoribus, aut

alijs

alijs quibuscumque suffragetur.

Quòdque Commissarij, aliique Ministri Ven. Fabricæ super huiusmodi capitale, seu proprietate supradicta, se de cætero nõ intromittant, nec dictos hæredes, seu debitores aliquo modo molestent, nisi ad effectum reinuestiendi in casu reinuestimenti, seu prouidendi, vt conseruentur, vt supra, aut aliàs in executionem applicationis auctoritate Apostolica fact. vel facien.

Et quòd nolentibus dd hæredibus, vel debitoribus dare supradictis Fratribus dd. eleemosynas, seu annuas præstationes, siue legata, vt supra soluere, vel illas, seu illa non soluentibus, tunc, & eo casu, lapsis duobus annis à die obitus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum, vel à die maturatæ illius solutionis, eadem Fabrica, & illius Commissarij, & Ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit, vt supra elapsum biennium, vel vltra, possit, & valeat annuas præstationes huiusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium, iuxta suas facultates, & priuilegia, saluo semper capitali, seu proprietate, vt supra ad effectum, quòd hæredes, vel debitores (dummodo de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem, aliter non fuerit dispositum, nec prædicta legata in alios vsus eius auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) possint, si velint, etiam quandocumque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum, dare dictis Fratribus dicta annua legata in eleemosynam, vt supra, nec Fabrica eosdem hæredes, vel debitores molestare possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi pro præterito, & tunc in alijs terminis tantùm, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium, vel vltra, vt suprà; salua semper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, seu quorumcumque bonorum, & reddituum, ac iurium eisdem Beneficijs, seu alijs vsibus pijs auctoritate Apostolica facta, vel in posterum quandocumque, & quomodocumque facienda, & executione litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, seu expediendarum; Itaut prafata Decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illa semper firmæ, & illesæ remaneant, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri debebat, ita quòd neque Fabrica, neque hæredes, vel debitores præfatæ, vllo modo illas impedire, retractare, vel controuertere valeant, & saluis sem-

per Sedis Apostolicæ auctoritate, ac facultatibus competen. dictę Sacræ Congregationi V en Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus supradictis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant seu præsumant, nec quilibet eorum audeat, seu præsumat per se, nec per alios Sindicos, Ministros, seu procuratores tam seculares, quàm Regulares dictas annuas præstationes, seu legata, nec iudicialiter tam coram quocumque Iudice Ecclesiastico, quàm seculari Ordinario, vel Delegato, nec aliàs nisi iuxta formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Obseruantia Sancti Francisci Cismontana Familia, à Sanctissimo Domino nostro deputatę ab hæredibus, seu quibusuis alijs eorum debitoribus petere, minusuè dd. hæredibus. seu debitoribus facere aliquas receptas pro dd. annuis præstationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu eleamosynis supradictis cum effectu, ac verè, & realiter eisdem Fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis, nec sub alia Data, nisi sub ea, qua verè fuerit ijsdem Patribus, aut alijs pro eis facta realis satisfactio, & insuper, ne Prouisos Apostolicos pro tempore de Beneficijs, quibus Legata supradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & Ministros super erectione dd. Legatorum directè, vel indirectè impedire, vel molestare quouis quæsito, colore, vel prætextu audeant, vel præsumant. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ ex Collegio eiusdem Sac. Congreg. die 14. Febr. 1633.

DOMINICVS CARD. GIMNASIVS.

Locus † Sigilli.

C. de Ghettis Oecon. gratis.

---

141 Fratres strictioris Obseruantiæ, & Cappuccini, etsi neque acceptent talia pecuniaria legata pro Missis celebrandis, tamen quando eis commendantur Missæ à particularibus personis, nõ prohibentur pro dictis Missis recipere per modum eleæmosynæ illud, quod sibi tribuitur à commendantibus, dummodo non sit in pecu-

pecunia. Regula enim D. Francisci iubet, vt Fratres viuant de laboritio, & hoc deficiente ostiatim eleæmosinam quærant, vnde vt quidam doctissimus, & simul pijssimus eiusdem Ordinis sectator aiebat, si sufficeret Fratribus laboritium, illi non possunt in conscientia mendicare, quia primus modus viuendi secundùm dictam Regulam, est per laboritium, sed modò dicti Fratres non laborant, nisi locando operas suas, vt ita dixerim, in celebratione Missarum, Prædicationibus, confessionibus, Officijs, & Exequijs mortuorum; ergo non solum non est contra Regulam Sancti Francisci recipere pro dictis functionibus eleæmosynam, sed est illi valde conforme. Quòd autem aliqui putent esse cõtra Regulam; si eis, qui Missas commendauerunt, explicent rem particularem, in quam debeant conuertere eleæmosinam, quam volunt ipsis tribuere pro dictis Missis, semper arbitratus sum, esse merum scrupulum absque vllo fundamento. Regula enim dicit; *Præcipio firmiter Fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se, vel interpositam personam*, non autem vt per alios maximè viros spirituales non possint procurare necessaria, vt benè *D. Bonauentura diuersis in locis, & præcipuè in quæstionibus super Regulam, quæst. 25. & refert Hieronymus Rodericus in Compendio qq. Regular. Emmanuel. Rodriquez resolut. 110. de paupertate & peculio sub. 7.* Hæc sunt verba dicti Sancti; *Conditor Regulæ magis intendit Fratribus præcludere viam auaritiæ in possessione pecuniæ, per quam omnis Religio suffocatur, quàm obstruere eis opportunitatem necessariæ procurandi*, Si igitur iubetur quòd viuant de laboritio, & possunt procurare necessaria, & de facto procurant per Fratres ostiatim quæstuantes vinum, panem, & alia necessaria, quare & non poterunt eadẽ necessaria procurare ab illis qui cõmendauerunt Missas, & sunt parati illa sibi tribuere. Quod enim vna via conceditur, altera via non debet prohiberi, vt est regula in iure: videte ipsum *Rodericum dicta resolutione 110. ad finem dicti numeri 7.* quia refert Rodriquez increpantem eos, qui sub specie zeli volunt addere præcepta in dicta regula, vbi verè non sunt

142 sunt, & quòd *multò melius sit dicere clarè veritatem, affirmando nullum esse præceptum, licèt ex tali dicto relaxatio oriatur, quàm dicere esse præceptum, vbi reuerà nullum est, quia non vult Deus quòd sua Ecclesia, quæ est columna, & fundamentum veritatis mendacijs præsertim in spiritualibus, regatur.*

143 Quomodo autem sint capaces aliorum legatorum pro Studio, Infirmaria, Sacristia, Fabrica, &c. habetur per *Portellium locis supracitatis*, *Villabolos*, & *alios*, quos refert *P. Diana part. 3. suarum resolut. moral. tract. 2. de dubijs regularibus resol. 33.* latiùs *Hieronymus Rodericus in compendio qq. Regular. Emanuel Rodriquez resolut. 88. & 110.*

144 Quòd falsa demonstratio fundi relicti pro Missarum celebratione non vitiet tale legatum, patet ex his; quæ probat *Corneus cons. 153. vol. 2.* scilicet, esse validum legatum factũ à quodam pro Anniuersario dere, seu fundo sibi in testamẽto Mariani relicto, quod tamen relictum non apparebat.

Legato censu Ecclesiæ, vel Monasterio pro cele-
145 bratione Missarũ, an pensiones decursæ, & non exactæ, dum viueret testator, debeantur Ecclesiæ, vel Monasterio cum ipso censu, pro negatiua adest decisio *Vincentij de Franchis 254. num. 8. & 9. Mastrilli par. 2. 115.* vbi firmat, secus esse in accessionibus, & vsuris debitis officio iudicis, vt in legato pecuniarum, quas quis habet super monte Florentiæ, vel impressitis Venetiarum.

146 Aucta taxa stipendij Missarum, an debeat diminui certus numerus Missarum legatarum, vel hæres debeat supplere, infra suo loco, cùm de Iustitia ipsius stipendij *Quæst. sequenti.*

QVAE-

QVAESTIO SEXTA.

De Capellani obligatione ad celebrandum pro alio ratione salarij.

QVartò, & vltimò iuxta responsionem Sacræ Congregationis, supra à nobis initio operis relatam, Sacerdos, seu Capellanus potest obligari ad celebrandum pro alio ratione salarij. Et quia circa huius obligationis speciem particularem; etiam multæ, & variæ difficultates particulares occurrere possunt, ideò hanc instituimus particularem quęstionem, quam diuidimus in Sectiones sequentes.

SECTIO I.

Salarium quid sit, & quare sic appelletur id quod datur pro celebratione Missæ.

1 *Salarium deriuatur à sale, Quid sit? num. seq.*
3 *Stipendium vnde deriuetur.*
4 *Merces quę nam propriè dicatur?*
5 *Pretium pertinet ad emptionem, & venditionem.*
6 *Eleemosyna an propriè nuncupetur, quod dátur pro celebratione Missæ.*
7 *Salarium accipiens Sacerdos pro Missa celebranda, obligatus remanet ex iustitia ad celebrandū. Quãdo hæc obligatio sit sub mortali.*

1 SAlarij vocabulum deriuari à sale; sicut via salaria dicitur à sale, qua ad Sabinos portari consueuerat, author est *Plinius libr. 31 cap. 7o. naturalis historiæ.* sicuti enim vita humana sine sale nequit degere, vt ipse *Plinius* ait, ita labor sine salario, quod idem est, ac stipendium, & merces. Vnde *Prateius*, & *Antonius Calui-*

uinus in lexicon iuris Brisconius de verborum significatione, verbo Salarium,
2 ita illud describunt, Salarium est merces, & stipendium pro arte liberali. Habent dicta vocabula suam quamque deriuationem. Quia stipendium dicitur à stipe, quod per stipes, ideſt modica æra colligatur *l. Ager §. stipendium ff. de verborum significatione*, merces
4 à mereor mereris, eo quòd qui laborat, illam mereatur, & si illa, non omnis, sed eximij laboris pretium propriè interpretetur, *l. si pater §. si quis, de donationibus*, & præter authores supra citatos, notat *Rebuffus in d l. Ager §. stipendium*, Differunt ista
5 vocabula à pretio, quòd proprijssimè pertinet ad emptionem & venditionem *§. pretium institutis de emptione, & venditione*, & quia res spirituales non possunt vendi, neque emi re temporali absque simoniæ vitio, ideo quod datur, & recipitur pro Missa celebranda non potest dici pretium, sed vel salarium, vt hic à Sacra Congregatione, quia datur ad substentationem sacerdotis vndè quidam author apud *Prateium, & Caluinum locis supracitatis*; salarium dicitur, quod datur pro victu vnius diei. Vel merces, vt *Matt. 10* dignus est operarius mercede sua, quia principaliter, vt infra explicabitur, *sect. sequeti*, datur ob laborem compensandum: vel stipendium, vt *Prima Corinth. c. 9.* Quis militat suis stipendijs vnquam? quod vocabulum, teste *Cicerone lib. 2. de legibus*, *apud Rebuffum loco supracitato verſ. Aduertendum*, deriuatur à nomine *stips stipis* quę erat pecunia, quã olim veteres ad Deorum sacrificia porrigebant, quod vtrobique tam Christus, quàm Apostolus Paulus locis supracitatis vocabulo stipendij, & mercedis, loquantur de dato, & accepto à Sacerdotibus pro administratione sacerdotum, aduertit post alios antiquiores *Andreas Molfesius tract. 3. summæ c. 12.* Etsi enim tale quid, quod datur, & accipitur à Sacerdote pro Missa celebranda
6 aliquando vocetur eleęmosina, vt sępè vocatur etiam in nouissimis *Decretis de celebratione Missarum* pia est nuncupatio; tamen impropria, cùm eleæmosina nullum supponat debitum; sed
[tantùm misericordiam; & tamen quod datur pro Missa
7 est debitum, & pertinet ad obligationem iustitiæ, vt benè *Layman. lib. 4 suæ Theologiæ*

gia moralis tract. 10. c. vltimo num. 14. qui testatur de cõmuni, & ante eum Vasquez loco à nobis citato in fine quæst. prima, explicat, accedit Filliuccius tract. 4. n. 175. qui ait interuenire inter dãtem, & accipientem contractum innominatum, do, vt,
8 facias. Quòd autem ista obligatio sit sub peccato mortali, & si quantitas stipendij non sit sufficiens ad peccatũ illud inducendum in ratione furti, explicauimus, post Petrum Nau. quæst. prima sect. 3. quibus illic allegatis addimus Reginaldum lib. 23. sua Praxis fieri pœnitentialis nu. 235. Corradum in suis Resp onsis casuum conscientiæ, qu. 156. qui proprie loquitur de fraudante aliquem vna vel duabus Missis, & tenet quod mortaliter peccet;

SECTIO II.

Salarium pro celebratione Missæ, quo titulo accipi debeat, vt excludatur vitium simoniæ in tali acceptione.

Simoniæ crimen quando incurratur. & num. 12. & & num. 16.

10 *Salarium pro Missa celebranda quotuplici titulo possit dari, & recipi.*

11 *Capellanus accipit salariũ pro obligatione celebrandi certo tempore, & loco. & num. 18.*

13 *Subsistentationis Sacerdotis, titulus, est aptissimus ad excludendum à simoniæ acceptionem, & dationem salarij pro Missa.*

14 *Labor, quem insumit Sacerdos in celebranda Missa, an, & quando possit esse sufficiens titulus ad accipiendum salarium pro Missa celebranda, Authoris sententia, num. sequ.*

17 *Lex, aut consuetudo, quæ taxat salarium pro Missa, quomodo id facere possit.*

19 *Diues Sacerdos, siuè diuitijs secularibus, siuè beneficijs, potest recipere stipendium pro celebratione Missæ, An teneatur iste, illud erogare pauperibus. num. 22. Quid de Religione diuite, & Episcopo. num. 20.*

21 *Simonia an committatur à Monialibus recipientibus aliquid pro subsistentatione ingredientis; si Monasterium sit diues.*

EX quo salarium est aliquid temporale, maximè cùm consistere soleat in

pecunia; Missa verò sit aliquid
9 spirituale, & quoties datur, & accipitur temporale pro spirituali, incurritur in crimen simoniæ, vt est certum; Meritò hic in primis, & ante omnia explicandum est, qua ratione, seu quo titulo, istud salariũ accipiatur, & detur, qui titulus valeat excludere ipsum simoniç vitium. Pro cuius quæsiti clariori declaratione Præmittendum est primò,
10 quòd triplici titulo potest accipi, & dari dicta pecunia pro Missæ celebratione, primò tamquam ipsius Missæ pretium; secundò, vt stipendium pro labore, quem insumit Sacerdos in Missæ celebratione; Tertiò, pro substentatione Sacerdotis, explicat *Sotus, apud Authores mox citandos*, exemplo artificis, verbi gratia; Pictor accipere potest pretium pro ipla imagine depicta, vel pro labore quem substinuit in pingendo, & pro eius tantùm substentatione. Secundò est præmittendum, hoc quæsitum non vendicare locum in salario
11 recepto à Sacerdotibus ratione Capellaniæ, vel alia ratione obligatis certo tempore, & loco celebrare, cùm eo casu sufficiens titulus recipiendi salariũ sit illa obligatio, quæ est quid temporale, & pretio extimabile sicut à simili dicitur de mutuo; quidquid.n. eius ratione recipitur, est vsura, non autẽ illa committitur, si aliquid recipiatur ob obligationem mutuandi, vt docent omnes Doctores infra citandi, & de isto Capellano propriè dicitur, quòd locet operas suas pro dicta obligatione. Sed habet locum in sacerdote diario, seu in dies conducto ad Missam celebrandam: de eo igitur quærimus, quo titulo recipiat salarium pro illa simplici celebratione, quæ est res spiritualis.

His præmissis dicendum est, in hac re duo esse certa, vt benè *Ledesma part. 2 suæ Summæ Hispanæ tract. 12. de simonia concluf. 8. in secunda difficultate fol. mihi 644.* Pri-
12 mum, quòd Missa, vt sic, non solùm nequit esse titulus aptus ad excusandam talem dationem, & receptionem à simonia, sed est de facto sufficiens ad damnandam illam, de simonia, quia vt dictum est, Missa vt Missa, est non solùm res spiritualis, sed spiritualium spiritualissima, vt infra, *cùm de eius sacrificio agemus Quæst. 8.* latè apparebit. Se-
13 cundum, quòd titulus substen-

tationis ipsius Sacerdotis sit aptissimus, & sufficientissimus, iuxta commune proloquium; *Qui altari seruit, de altari viuere debet*, ac proinde, hoc nequaquam est in dubio à Doctoribus positum, vt inquit *Fagundez lib. 3. in 1. Præceptum Eccles. cap 7. num. 5. ad finem*. quòd sit de fide, Sacerdotem posse accipere aliquid pro Missa ratione substentationis, testatur nouissimè *Sanchez libr. 2. suor. Consilior. Moral. cap. 11 dub. 3. in principio*.

14 Difficultas igitur consistit in eo, an etiam labor, qui insumitur in Missa celebranda, possit esse etiam iustus titulus dandi, & recipiendi ipsum salarium, de quo tractant omnes Doctores, qui scripserunt de materia simoniæ, quando quærunt in specie, de simonia, quæ committi potest in Sacramentis administrandis, alijque Doctores, quos congessit *Cenedo in collect. iuris Pontificij, & propriè in collect. ad cap. non satis, de simonia num. 3. & Rubricam de celebratione Missarum num. 5.* In qua difficultate tres opiniones reperio. Prima est *D. Bonauenturæ, Riccardi, Adriani, & aliorum, quos sequi videtur glosa in cap. significatum de prebendis*, Qui docent, hunc titulum esse sufficientem, cùm labor sit quid temporale. Secunda est *D. Thomæ, Durandi, Paludani, Siluestri, Caietani, Soti, & aliorum*, qui docēt, illum non esse titulum sufficientem, quia dictus labor est inseparabilis ab ipsa celebratione, hanc opinionem confirmat latè *Suarez tom. 1. de Religione lib. 4. cap. 31. & reassumunt Filliuccius tract. 4. num. 176. in fine, & tomo 3 lib. 45. num. 44. & clariùs Reginaldus lib. 23. Praxis fori pœnitentialis, num. 227.* Tertia est illorum, qui conciliare volunt has duas opiniones, distinguendo laborem, qui substinetur in Missa celebranda, in extrinsecum, seu accidentarium, & extrinsecum, ac necessariò coniunctum cum ipsa celebratione, est vera prima opinio, inquiunt isti authores, quòad laborem extrinsecum; est vera secūda sententia quò ad laborē intrinsecum. Hanc opinionem esse omnium discipulorum *D. Thomæ* testatu *Ledesma loco citato*. Huius etiam sentētiæ videtur *Azorius part. 3. institut. Moral. lib. 12. cap. 3. Scortia lib. 2. de Sacrificio Missæ c. 10.* & alijs

15 Vt autem veritas harum opi-

opinionum meis lectoribus pateat; Aduerto, quòd hæc tertia sententia nequaquam resolutionem totalem afferre potest huic difficultati, quia pro labore extrinseco intelligunt ipsimet illum, quem habet in celebratio- do summo mane, aut vesperi, aut ire ad celebrandum ad loca distantia, &c. de quo nullum est dubium, cũ pro ipso, vt infra dicetur, potest accipi maius stipendium consueto, vel taxato, igitur quando prima sententia asserit, laborem esse sufficientem titulum, supponendum est, loqui de labore concomitante celebrationem, & quando secunda opinio negat, hunc laborem, vt supra, esse aptum titulum ad dandum, & recipiendum stipendium, supponendum etiam loqui de eod. labore necessariò coniũcto, & inseparabili, vt est videre apud *Reginaldum loco supracitato*, & *Layman libr. 4 suæ Theologiæ Moralis tract. 10. cap. vlt. num. 42.* qui clariùs meo iudicio de hac re loquitur, quo in loco, & etiam *num. 13.* ostendit, non esse inconueniens dicere, quòd salariũ recipiatur pro Missa, nõ quatenus est operatio spiritualis; sed quatenus præcisè est operatio in alterius gratiam accepta, prout & nos diximus *3. par. de Iubileo num. 7.* Instabitis quomodo labor ille potest esse titulus, vt supra; si est coniunctus cum ipsa celebratione, & per consequens, est etiam ipse spiritualis, & cõiunctorum eadẽ debeat esse dispositio? Respondetur optimè ab *Henric. Bobic. in cap. Iacobus extra de simonia num. 4* ibi: *Aut illud temporale petitur, seu exigitur non pro ipso spirituali: ita quòd illud spirituale non sit causa immediata petendi illud temporale; sed ipsa consuetudo ex pluribus voluntarijs solutionibus introducta, sit causa immediata, &c.* Quod ni fallor voluit dicere *Alonsus Vega in sua summa Hispnana cap. 10 casu 37.* & latiùs habetur per *Lessium libr. 2. de iustitia cap. 35 nu 52 prater Layman loco supracitato.*

Primò; quòd ad excluden-
16 dam simoniam sufficit; si salarium prædictum non recipiatur, vt pretium rei spiritualis, sed alio titulo, vt communiter Doctores docent in materia de Simonia. Secundò, & clariùs, esse licitum accipere pro labore coniuncto celebrationi, ali-
17 quid ratione consuetudinis & debiti legalis, quia vt optimè

timè *Molfesius noster, tract. 6. sua summa cap. 15. num. 69.* & si lex, vel consuetudo non possit inducere, vt detur aliquid pro labore, vt supra annexo spirituali, tamquam pretium, potest tamen efficere, vt detur in subsidium vitæ talium ministrorum. Si igitur est consuetudo in Ecclesia: imò in ferè oĩbus Diœcesibus taxatum reperitur salarium pro Missa, dicta consuetudo, vel taxatio legalis, ex quo non possit versari circa ipsam Missam, vt supra dictum est, non est inconueniens, quòd interpretanda sit de labore illo, qui in celebranda Missa insumitur, & quòd ob hunc laborem à lege vel consuetudine tribuatur ei substentatio, ideoq; vt benè obseruat *Less. sup.* Primò dicitur, *Qui altari seruit*; & postea, *de altari viuere debet*; & alibi *qui nõ laborat non mãducat*; item alibi, *Non alligabis os boui trituranti*; & alibi, *Dignus est operarius mercede sua* & sic respõdetur ad id, quod dicitur in *can. si quis obtecerit prima quæst. 3.* qui vnum vendit, sine quo alterum subsistere non potest, nihil inuẽditum derelinquit, quia hic non adest venditio, cùm non recipiatur, vt pretium. Vnde cùm Doctores fatentur, quòd titulus aptus sit substentatio, etiam fateri debent, esse talem, hunc laborem, ex regula trita, propter vnumquodque tale, & illud magis; Debetur salarium ob substentationem, substentatio debetur ob laborem, ergò quod absurdum est, si dicatur etiam deberi ob eumdem laborem. Et sic quæstio est de nomine, Quomodo enim distingueremus obligationem substentandi inter Sacerdotem, qui non celebrauit, & eum qui celebrauit; nisi quia ille laborauit, iste non laborauit; fauent huic intellectui, quę infra dicemus, quòd scilicet, cùm labor ille secundum suum esse naturale absque spirituali, cui adiungitur, non sit dignus tanto stipendio, quanta est integra substentatio, ideò minimè debeat iustitia stipendij regulari iuxta ipsam substetationem, cùm videamus habere etiam patrimonium, vt Sacrum Concil. Tridentinum, statuit & possint alijs laboriqus honestis victum quærere; videte pro nunc *Genuensem in suis Practicabilibus Ecclesiasticis, quæst. 229 sub num. 4* vbi expres-
18 sè docet; *Capellaniam non censeri fundatam pro victu Sacerdotis, sed pro seruitio, quod*

quod prabet in Missis celebrandis, Et si vt supra diximus, hoc casu adsit obligatio celebrandi certo loco, & certo tempore, quæ pretio est extimabilis, & ille propriè dicitur locare operas suas, vt inquit *Riccius in in decis. Curiæ Archiepiscopalis part. 2. decis. 220. num. 10.* Quod non potest propriè dici de Sacerdote, qui in dies conducitur ad Missam dicendam, vt videtur dicere *Guttierez libr. 1. Canonicarum quæstionum cap. 29. sub num. 3.* Ex hac conclusione inferunt Doctores cõmuniter, quòd hic titulus sit sufficiens non solùm
19 pro Sacerdotibus pauperibus, qui indigent substentatione; sed etiam pro diuitibus, tam diuitijs secularibus, quàm Ecclesiasticis, quia beneficiatus si non habet obligationem celebrandi, non prohibetur accipere stipendium pro Mis-
20 sa celebranda, etiam si sit Episcopus, vt per *Alonsum Vega citato casu 37. ad finem secundi notabilis*, vbi idem docet de Religionibus ditissimis. *Ledesma etiam loco supracitato conclus. 14. Reginaldus libr. 23. praxis num. 232. vers. id autem, Vasquez tom. 3. in tertiam partem D. Thomæ disputation. 234. cap. 1. in principio.* vbi ostendit, nec *Caietanum*, *nec Silvestrum* id negare, sicuti, vt ipse ait, quidam recentiores asserunt, si enim ratione istius tituli, celebrãti Missam hoc salarium est debitũ, igitur nihil facit si sit diues vel pauper, si sit beneficiatus, vel non, si Religio sit opulenta vel non, cum etiã creditor ob id, quod sit diues, non per hoc prohibetur debitum sibi de iustitia exigere, vt clarum est, consentit his omnibus, nouissimè *Sanchez in suis Consilijs moralibus libr. 2. cap. 3. dub. 11.* Quæ ratio probat simpliciter, id non esse illicitum, Nam quod etiam hoc casu non possit committi simonia, non eget probatione, quia si recipitur pro substentatione ratione laboris vt supra, non recipitur pro re spirituali, sed pro temporali, & ita probant Doctores, quos sequitur *Bonatina tomo 3 de censuris in particulari, disp. 2. quæst. 3. Pun.*
21 *29. nu. 4.* dicentes, non cõmitti simoniam à Monialibus, recipiendo aliquid pro substentatione ingredientis, quamuis Monasterium diues sit, & locuples, & si vt verum fatear non militet eadem ratio inter istam acceptionem propter ingressum

&

& propter celebrationem, vt benè aduertit *Ledesma part. 2. tract. 12. de simonia conclusion. 15. in fine*. Item nec Sacerdotes, vt supra, diuites recipientes dictum stipendium pro celebratione Missarum, maximè beneficiatos, teneri hoc casu, illud erogare inter pauperes ex iustitia, vt aliqui putarunt, docent *Filliuccius tract. 4. num. 183. P. Molfesius tract. 3. summa cap. 16. num. 14. Ledesma part. 2 tract. 12. de simonia consluf. 14.*

SECTIO III.

Missam celebrans ob stipendium Sacerdos, aliàs non celebraturus, an committat simoniam.

23 *Sacerdos qui aliàs non esset celebraturus, nisi sibi detur stipendium, an committat simoniam, & num. 26. An etiam peccet, & quomodo? num. 27. & 29.*

Confessarius qui libentius audit confessionem illius à quo sperat aliquid sibi daturum, an committat simoniam? & num. 32.

25 *Canonicus vadens ad Ecclesiam propter distributiones aliàs non iturus, an committat simoniam?*

28 *Religionem ingrediens propter pecuniam, aliàs non ingressurus, an committat simoniam?*

29 *Actus sumit malitiam ex fine.*

30 *Appetitus inordinatus rerum temporalium, quale peccatum sit?*

32 *Celebrare Missam ob vanã gloriam, est peccatum veniale.*

33 *Missam celebrans libentius vbi maius est stipendium, renuẽdo celebrare vbi minus datur, an peccet?*

34 *Concionator libentiùs prædicans in loco vbi maior tribuitur eleæmosyna, & renuens prædicare, vbi datur minor, an peccet?*

33 *Canonicus qui non potest interesse omnibus horis canonicis, an sine scrupulo possit eligere illis horis interesse, vbi sunt pinguiores attributiones.*

EX dictis, sectione præcedenti, patet, tunc Sacerdotem committere simoniã in accipiendo salarium pro Missæ celebratione, quando illud non accipit titulo subsistentationis debitæ ex labore, vt ibi declarauimus, sed

sed tanquam pretium ipsius Missæ; Quærimus igitur hic,
23 An ex eo, quòd sacerdos, aliàs nõ esset celebraturus; nisi sibi daretur salarium, censeatur accipere illud tãquam pretium Missæ, & sic committat simoniam? videtur enim pro affirmativa respondendum ex eo, quod docet *Azorius part. 3. libr.*
24 *12 cap. 4. quæsito 4.* de confessario, qui potius audit confessionem huius, vel illius pœnitentis, à quo sperat aliquid accepturum, quàm alterius, de quo non habet talem spem; quia ipse distinguit hoc modo. Aut iste Confessarius aliàs auditurus erat confessiones, vel non erat aliàs auditurus. Primo casu, non committit simoniã quia ex quo erat aliàs auditurus confessiones, signum est quòd non principaliter intendat lucrum, sed tantùm secũdariò, & sic illud sit motiuum, quo mouetur magis ad audiendum illum, quàm istum, Aut non erat aliàs auditurus confessiones, & erit simonia, quia signum est, quòd principaliter intendat lucrum, ergò à simili, dum nos supponimus in quæsito, hunc Sacerdotem aliàs non esse celebraturum Missam, nisi sibi daretur salarium, signum est, quòd ille tendat illud principaliter; & tamquam pretium rei spiritualis, & per consequens committit simoniam, allegat *Siluestram verbo simonia quæsito 16.* qui apertè hoc non dixit, imò *ibidem quæsito 9.* sequitur doctrinã *D. Thomæ in quolibeto 8. art. 11.* & communem, vt testatur *Vega part. 2. suæ Summæ cap. 101. de simonia casu 30.*
25 De Canonico, qui vadit ad Ecclesiam, propter distributiones aliàs non iturus, quę non concedit, quòd ex eo quia aliàs dictus Canonicus non erat iturus ad Ecclesiã; nisi ob distributiones, principaliter dicatur intendere dictum lucrum, & sic committat simoniam, sed distinguit, aut habet dictas distributiones tamquam finẽ principaliter intentum, & committit simoniam; vel habet finem principalem Deũ & secundarium ipsas distributiones, tamquam in id, quod est necessarium ad substentationem, & non committit simoniam, neque peccat. Quomodo potest igitur ibi affirmare simpliciter, quòd ex eo quia, quis aliàs non sit auditurus confessiones, vel non sit celebraturus; intendat lucrum, tamquam finem principalẽ;
26 Vnde eodem modo esse distin-

ſtinguendum in caſu noſtro de celebratione, videtur concludere idē *Siluester ibidem in fine*, & ſequitur *Vega loco ſupracitato caſu 40.* loquendo generaliter de adminiſtratione Sacramentorum, vbi benè declarat hoc particulare, quòd ex quo aliàs non ſit adminiſtraturus Sacramenta, niſi detur ſibi ſalarium debitum, non per hoc cenſeatur quis intendere principaliter ipſum ſalarium, & in terminis noſtris *Fraxinellus ſect. 3. Prænot. 1. §. 5. in vltima impreſſione*, Cum hac diſtinctione tranſit communis Doctorum ferè omniū in hac materia, vt teſtatur *Sanchez loco, quem infra proximè citabimus*; Sed alij, vt *Ledeſma tractat. 12. de ſimonia concluſ. 17. part. 2. ſuæ ſummæ Hiſpanæ*, poſt *Medinam*, & *Orellana*, probat,
27 quòd et ſi quando principaliter talis intenderet dictum lucrum, ſeu ſtipendiū, aliquod cōmitteret peccatum, tamen iſtud non eſſet peccatum ſimoniæ, & probat, quòd peccet ex eo, quia non obſeruat debitum ordinem in ſua intentione. Secundam partem quòd nō peccet peccato ſimoniæ, etiam probat: nam ad hoc vt committatur tale peccatum ſimoniæ contra ius naturale, non ſufficit intentionis peruerſio; ſed eſt neceſſarium, vt etiam intendat recipere lucrum tamquam pretium, & ſic conſtituatur actus emptionis, & venditionis, vnde ſimonia definitur, quòd ſit ſtudioſa voluntas emendi, & vendēdi res ſpirituales, pro temporali, &c. Fauet *Medina Cod. de rebus reſtituendis, quæſt. 27. verſ. Has, & alias*
28 *plures*, Vbi quærit, an qui acceta pecunia Religionem ingreditur, aliàs non ingreſſurus, committat ſimoniam, & reſpondet negatiuè, hac ratione, quia non dicitur hic talis propriè emere Religionem, nec Religionis ingreſſum.

Petes quale igitur peccatum committat hic talis cùm peruertit finem? Reſpondetur ex regula com-
29 muni, quod ex fine ſpecificantur actus, ſeu vt loquuntur Theologi, ſumit actus malitiam ex fine, ſed finis hoc caſu tantum eſt peccatum veniale, quia talis eſt
30 appetitus inordinatus rerum temporalium, ergo etiā inordinatio, & peruerſio dicti finis; vnde ſicut nullus
31 eſt, qui neget, quòd celebrans Miſſam ob finem vanę gloriæ, non committit

peccatum, niſi veniale: ita debet fateri de iſto celebrãte ob finem appetitus inordinati rerum temporalium, cùm æquè ſit peccatum veniale: ita poſt hæc ſcripta, reperi in terminis apud *Sanchez in ſuis conſilijs moralibus libr. 2. cap. 3. dub. 12.* Miror tamen, quòd nullum alleget authorem, contra ſuum morem, qui in alijs ſuis operibus, in quolibet dicto, allegat infinitas pẽnè authoritates. Quæ reſolutio magis placet, quàm illa *Leſij libr. 2. de iuſtitia cap 35 num. 10.* & antè dixit *Silueſter citatõ quæſito 9. ad finem.* non eſſe ſimoniam, quando Sacerdos præſtat Miniſteria Sacra, etiam principaliter ob lucrum, modò nullum pactum expreſſum, vel tacitum interueniat, & ſic explicat *Diuum Thomam citato quolibeto 8. art 11.* Quia vt infra dicetur ex *eodem Leſſio*. Pactum non reddit hoc caſu acceptionem ſimoniacam hodie, ſed tantùm acceptio ſtipendij, tamquam pretium, ideò clariùs loquitur de hac re *Layman libr. 4 tract. 10. cap. vltim. num. 12.* Qui addidit, *niſi intentio illa in pactum, &c. ideoque nihil vt prætium accipiatur.*

32 Ex quibus patet, quòd idem dicẽdum ſit de confeſſore, qui potiùs audit confeſſionem illius à quo ſperat aliquid accepturum, & ſi aliàs non erat auditurus cõfeſſiones, ſi non ſit Parrochus, vel alius, cui incumbat ex officio audire confeſſiones ex idemptitate rationis, quidquid dicat *Azorius loco ſupracitato*, pro ratione dubitandi.

Item etiam infertur, quid dicendum de ſacerdote, qui potius, & libentius celebrat vbi maius eſt ſtipendium, & renuit celebrare vbi mi-
33 nus tribuitur. Dico hunc in rigore non committere peccatum ſimoniæ, licèt poſſit lędi aliquo modo alia virtus ob inordinatum affectũ terrenorum, ſicuti *Sanchez citato cap. 3. dub. 11. num. 7.*
34 firmat de Concionatore, qui libentiùs prædicat vbi maius eſt ſtipendium, quòd nullum committat peccatũ, licèt id poſſit pertinere ad charitatis defectum. Et ante, poſt *Sotum, dixit Vega 2. part: ſummæ Hiſpanæ cap: 101. de ſimonia caſu 50. verſ. R. ad finem.* Quia talis magis temporalem, quàm ſpiritualem profectũ intendit, Et eodem modo non pec-
35 care Canonicum, qui cùm non poſſit intereſſe omnibus horis Canonicis, eligit

eas

cas, quibus copiosiores distributiones sunt assignatæ, docet idem, *Sanchez citato dub. 12. ad medium.*

SECTIO IV.

Salarium an liceat pacisceri Sacerdos pro Missa celebranda absque vitio simoniæ.

36 *Pacisci de salario pro celebratione Missæ, an contineat crimen simoniæ. An id habeat locum in Sacerdote diuite? num. sequenti.*

38 *Stipendium pro Missa exigere ante celebrationē, an liceat, aliàs recusando celebrare? An etiam recipere cautionem de illo soluendo? num. seq.*

40 *Sacerdos stipendium Missæ iam celebratæ potest ab eo, qui illam commendauit, petere coram iudice. Coram quo iudice, & quomodo? num. seq.*

42 *Officium iudicis, quando negatur, actio, conceditur, vbi subest æquitas.*

43 *Salarium non conuentum, vt possit exigi, qua veniant probanda, & quādo?*

44 *Compensatione secreta, quando, & quomodo possit vti Sacerdos pro recuperando stipendio Missæ, & nu. 49. De duplici modo, quo potest fieri compensatio & differentia requisitorum inter primum & secundum modum, num. 45. & 48.*

Circuitus est euitandus. ibidem.

LIcèt de iure antiquo fuisset simonia Sacerdoti pa-
36 ciſci de salario, & si iusto, pro celebratione Missæ, *cap. finali de Pactis, cap. quæsitum de rerum permutatione, cap. tua nobis de simonia, capit. quàm piò, prim. quæstion.* 3. Tamen hodie certum est, tali iuri per contrariam consuetudinem fuisse abrogatum, vt loquendo de functionibus spiritualibus, probat *Lessius libr. 2. de iustitia, & iure, cap. 35. num. 49.* qui allegat *Sotum libr. 9. de iustit. quæst. 6. art. 1.* Alios refert, & sequitur *Ledesma part. 2. summæ tract. 12. de simonia conclus. 15.* in terminis nostris, notat *Fraxinellus in sua disputatione de Sacerdotum obligationibus ad Missas pro aliis celebrandas, sect. 3. prænot. 1. §. 5.* Probatur à *Le-*

desma, quia recipere stipendium ex functionibus sacris ratione substentationis non solùm prohibitum nequaquam reperitur de iure diuino, sed omnino cõcessum; igitur si erat simonia, olim pacisci de præfato salario, tantùm erat de iure positiuo, quod benè potest abrogari per consuetudinem, quæ est altera lex. Dicta consuetudo fundabatur in optima ratione, vt habet idem *Ledesma par. 1. summæ, cap. 18 de Sacramento Eucharistiæ conclus. 4.* & est; nam inter dantem stipendium pro Missa celebranda, & sacerdotem accipientem, vt supra dictum est, *num. 7.* intercedit obligatio iustitiæ commutatiuæ, quæ obligatio non oritur nisi ex pacto, aliàs enim vt subdit *Ledesma*, nec esset dictum stipendium debitum ipsi sacerdoti, nec Sacerdos vmquam esset obligatus celebrare ex iustitia pro alio, quod est absurdum. Quòd hæc sit communior sententia, testatur *Paulus Layman libr. 4. suæ Theologiæ moralis tract. 10. cap. vltimo num. 15.* videte *Suarez tomo 3. in 3. part. D. Thomæ disput. 86. sect. 1. vers circa alium modum*. Nec obstat *Sacr. Concil. Tridentinum sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missæ*, vbi præscribitur, ne fiat aliqua conuentio, vel pactum in ista materia. Quia, vt apparet ex littera, & explicant authores, Sacrum Concilium loquitur de Missis nouis: ita *Fagundez libr. 3. in primum Præceptum Ecclesiæ cap. 8. num. 3. ad medium*. etsi aliter sentire videatur *Guttierez libr. 1. Canonicarum quæst. cap. 29.* vbi latè de hac materia, sed vt verum fatear, dato quòd Sacrum Concilium videatur generaliter loqui; hæc pacta & conuentiones, censetur statim ordinarius, cui iubetur, circa id prouidere, prohibuisse, cùm in Synodo taxauit salarium iustum pro qualibet Missa, vel in Diœcesi iam reperitur taxatum per consuetudinem, quòd salarium taxatum per consuetudinem, vel Synodum vt supra, pacisci, nullam auaritiæ speciem potest continere, dum est ei debitum, igitur ad alia pacta, & conuentiones, Sacrum Concilium in ea parte decreti, oculos, vt ita dixerim, habuit, & non ad istud pactum de iusto stipendio iam taxato, vel consueto. Maximè si ea intentione illud paciscatur, vt solent pacisci,

cisci, & recipere alij Sacerdotes timoratæ conscientiæ, quæ est optima cautela ad scrupulos sedandos, vt loquendo in terminis nostris docet *Vega part. 2. suæ summa Hispanæ cap. 101. de simonia conclusion. 7. in fine*.

Prima difficultas igitur; quæ excitatur apud Doctores, est, An id procedat, 38 etiã quò ad Sacerdotes diuites, vt & ipsi non solùm possint recipere stipendium pro celebranda Missa, sicuti diximus supra *sectione præcedenti*, sed etiam illud possint in pactum deducere, & pro opinione negatiua, quòd id non sit Sacerdotibus diuitibus licitum, ac aliàs committere simoniam, nisi proprium patrimonium in opera pia expendant, allegatur *Caietanus à Fraxinello loco supracitato*, *Scortia lib. 2. de Sacrificio Missæ cap. 10. num. 3.* sed *Caietanus* hoc vmquam dixit simpliciter, sed quando non est taxatum, qui casus est hodie impossibilis; vnde benè citatur pro sententia affirmatiua. quæ est communis; à *Fagundez citato cap. 8. num. 2 cum Suarez*, *Soto*, *Nauarro*, *Corduba*, *Guttierez*, & *alijs*. quibus accedunt alij authores, quos referunt *Cinedo in suis Practicis quæstionibus*, *quæst. 27. Barbosa de Officio*, & *potestate Episcopi allegatione 24 num. 2. præter Scortiam*, & *Fraxinellum*, *locis citatis*. Ratio sumitur ex præcedentibus; stipendium istud debetur Sacerdoti ex iustitia, & ideo potest pacisci; sed iustitia est æqualis quò ad diuites, & pauperes, ergo: ita *Ledesma part. 1. summæ capi 18. del Sacramento dela Eucharistia*, *conclus. 12. Lessius citato cap. 35 num. 48.* Concordat nouissimè *Sanchez in suis canfilijs moralibus*, *lib. 2. cap. 3. dub. 11. num. 4. & 8.* testatur de communi *Layman loco supracitato*, *num. 14. ad finem*.

Secunda difficultas, an non solùm liceat pacisci ante celebrationem salarium; vt supra pro Missa celebrãda, sed etiam illud exigere ante ipsam celebrationem, (intellige aliàs recusando celebrare, quia est certum, id licere, cùm sponte ab offerente datur, vt sæpè fieri solet) videtur enim id continere simoniam, vt habetur in *cap. tantùm*, ibi: *Cùm verò expressius exprimat venditionis speciem*, *qui prius recipit pretium*, *quàm rem conferat pretiosam*, *extra de simonia*. Idem etiam dicendum

cendũ videt vbi de d.salario
39 præstando, cautio petatur, vt habetur in eodem *text.ad finem*, ibi: *Prauam etiam consuetudinem illam, de tua Prouincia studeas abolere, per quã pro Ecclesiarũ inuestitura, Archidiacono, Marcham argenti, Minores verò Decani, vaccam albam, sibi dari postulant, vel certam solui pecuniam*. At quod talis exactio non contineat simoniam, post *Caietanum* docet *Layman citato libr. 4. suæ Theologiæ Moralis tract.10. cap.vltimo, §.2.nu. 15.ad finem*. Ea ratione, quia talis modus exigendi non mutat modum debiti. Et clariùs *Sanchez in suis consilijs moralibus libr. 2. cap.3.dub.11. num.13.* subdit, quòd licèt Sacerdos regulariter minus benè faciat exigens stipendium ante spiritualium collationem, aliquando tamen benè facit, scilicèt, si id faciat, vt seruet se indemnem ob vitandas lites, quas probabiliter timet ad recuperandum illud. An autem possit quis absque culpa differre celebrationem Missarum, quas promisit, habendo fidem de stipendio, vsquequo ei prius soluatur stipendium, dicetur infra suo loco.

Quòd autem postquam Sacerdos suæ satisfecit obligationi, celebrando Missas, & ei non præstetur voluntariè salarium debitum,
40 possit pro eo recuperando cogere eum, qui ei tales Missas commedauit, ex iustitia, post alios, scilicet *Siluester Cordubam, vtrumque Nauar. Henriquez, & Suarez, Scortia citato libr.2. de Sacrificio Missæ cap.10. nu. 2.* Qui Doctores loquuntur de coactione coram iudice, vt est videre apud ipsos, & latè declarant *Bonacina disputat.4. de Sacramen quæst. vlt.puncto 8. num.2.* vbi testatur ita declaratum fuisse per congregationẽ Pœnitẽtiariæ Mediolan. *Fraxinellus supracitat.prænot.1.§.2. ad finem*. Vbi post nostrum *P. Molfesium*, testatur ita etiam declarasse Sacram Congregationem Eminentissimorum Sacri Concilij interpretum, & confirmat *Sanchez lib.2.Consilior.Moral.cap.3. dub.11. num. 12.* Probari potest hæc doctrina per *text. in cap. ad Apostolicam 42. de Simonia*, vbi Concilium statuit, quod liberè conferantur Ecclesiastica Sacramenta, tamen Episcopi cogant seculares obseruare consuetudinem, si quæ est dandi aliquid Sacerdoti ratione sustentationis

tionis

tionis pro ipsorum administratione, vt notant ibi Doctores communiter, & *Abbas sub num. 2* ait, *Ex hoc text. nota vnum casum sin-*
41 *gularem, in quo Episcopus habet iurisdictionem in laicos, &c.* Talis compulsio fit per censuram Ecclesiasticam, dicit *Henricus Boich. in d. cap. Iacobus sub num. 5.* Quomodo autem debet peti, & procedi, declarat *Ioannes Andreas in dicto cap. ad Apostolicam sub num. 5. ad finem*. Peti enim debet per viam denunciationis, ac debet procedi de plano sine libello, implorando officium iudicis *Ananias eodem cap. ad Apostolicam sub n. 2.*
42 ibi, ex hoc collige, quòd aliquando, vbi nulla datur actio; si subest æquitas, subuenitur officio iudicis, allegat *tex. in l. hæreditas, §. fin. ff. de petit. hæreditatis*. Vnde hoc casu cessat Sacerdoti onus probandi illa duo
43 extrema, quæ requiruntur ad effectum exigendi Salarium non conuentum, quòd scilicet vnus solet cõducere & alter locare operas suas, de quibus per *Riccium par. 1. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolit. decis. 85.* vbi
ro casu nostro debet nota-
i, quòd subdit in fine d. decisionis, vt scilicet in salarijs soluendis multum deferatur consuetudini, & ideo illa deberi, quamuis non probaretur aliqua conuentio; si in loco in quo præstantur opera, soleret solui salarium etiam non conuentum, quæ possunt benè applicari ad casum nostrum, cùm vt supra dictum est, iam ex cõsuetudine vniuersali debeatur salarium pro Missarum celebratione. Quomodo autem, & a quo legata pro Missis relicta Fratribus Minoribus de Obseruantia peti possunt coram iudice, dictum fuit supra *Quæst. præced. sect. vltim.*

Ex quo sequitur, quo quando non posset Sacerdos aliqua ratione apud iudicem stipendium prædictũ
44 recuperare, licitum sit ipsi Sacerdoti vti secreta compensatione, quia illa propriè habet locum in debito ex iustitia commutatiua, vt per *Rebellium part. 1. de obligat. iustitiæ, libr. 2. de restitution. quæst. 18. nu. 4. ad finem*. Quæ iustitia, vt sæpius dictum fuit supra intercedit inter Sacerdotẽ celebrantem, & debitorem salarij pro dicta celebratione. Clariùs *Valerus de differentijs vtriusque fori, verbo compensatio num. 2.* sufficit debitum posse peti

coram

coram iudice, etiam per viã denunciationis. Quæ compensatio non solùm potest fieri per viam retentionis in foro conscientiæ, si habet Sacerdos aliquid æquivalens apud se, quod sit eius qui illi Missas commendauit, sed etiam per latentem subreptionem, vt communiter docent Doctores, loquentes de compensatione, qui etiam subdunt requisi-
45 ta ad huiusmodi compensationem, per subreptionem, Quorum primum est, vt creditor habeat certitudinem debiti, Secundum quod nequeat ordine iuris illud recuperare, idest quia vel non potest suum creditum probare, vel & si possit probare, debitorem tamen non potest coram iudice vocare, sine damno rerum, vel honoris, vel amicitiæ non parui momenti cum eodem contractę vel debitum est modicum, & respectu eius multæ futuræ sint litis expensæ. Tertium requisitum vt nullum scandalum timeatur. Quartum & vltimum requisitum, vt damnum debitoris tam tẽporale, quàm spirituale caueatur, ne iterum restituat, vel credat se debere, quod iam non debet: ita *Rebell. loco supracitato num. 6.* etsi non desint Doctores, docentes, non esse necessarium secundum requisitum, quod nequeat ordine iuris illud recuperare, quos refert, & sequitur eruditissimus *P. Diana part. 2. suarũ resol. Moralium tract. 2. Miscellan. resol. 48.* Tamen locum habet hæc limitatio, quando primo modo fit compensatio per retentionem, tunc enim sufficit, si si absit scandalum, & periculum damni debitoris, vel hæredis, qui iterum, id nesciens sit restituturus, quod expressè significant verba *Valeri citati à P. Diana* ibi, *Cùm supponamus ex vtraque parte esse debitum, & in ea agi de retinendo, & non de acquirendo de nouo*; item *Rebell. loco citato num. 4.* Licèt id limitet *numer. 5.* quando sunt debita diuersæ rationis, tamen displicet, quia militat etiam hoc casu ratio, quare eo casu non sit necessarium tale requisitum, quæ fundatur in Re-
46 gula illa; Dolo petis, quod statim restituere debes, *l. dolo ff. de doli mali exceptione, & regula dolo 59. de re-*
47 *gulis iuris in 6.* & alia; Circuitus inutilis est euitandus, *l. dominus testamen. ff de condict. indebiti, Roland à Valle conf. 51. num. 1 lib. 3*

quod

48 quòd etiam quando debita sunt diuersæ rationis, vt v.g. ille debet pecuniam, ego habeo vestem illius, vel vas argenteum, licita sit compensatio per retentionem in foro conscientiæ, vt per *Dianam loco supracit. vers. Notandum*; nec negat *Rebell. loco citato*. Quid si illud habes loco depositi, an poteris retinere titulo cõpensationis? Negat *Rebellius*; Alij affirmãt apud eũdem *Dianam loco supraeitat. vers. non desunt, & part. 3. tractat. 5. Miscellaneo, re-*
49 *solut. 10*. In terminis nostris loquendo, hanc doctrinam tradit *Suarez tom. 3. in 3. part. D. Thom. disputat. 86. sect. 4. vers. vnde consequenter, & Miranda tom. 1. Manual. Prælatorum Regular. quæst. 41. art. 23. concluſ.* Qui concedunt, posse Sacerdotem, vbi stipendium per legem, vel cõsuetudine taxatum, non potest sine scandalo, & litibus, alijsq; inconuenientibus exigere posse occultè illud prripere, sicut de alijs debitis liquidis & certis, quæ non possunt commodè exigi, dicunt communiter Doctores. An autem dicta compensatio possit fieri diminuendo numerum Missarũ, dicetur infra suo loco.

SECTIO V.

Stipendium pro Missa celebranda dare Sacerdoti in alia re, quàm in pecunia, an & quomodo sit licitum?

50 *Librum, vel aliam rem dare Sacerdoti loco stipendij pro Missis celebrandis an sit licitum, quomodo possit in tali datione, & acceptione interuenire iniustitia, num. 53. & 54.*

51 *Pecunia omne id dicitur, quod pecunia extimatur.*

52 *Extimatio quomodo faciat emptionem, & venditionem?*

EXemplum est quotidianũ, dat quis Sacerdoti librũ
50 vel frumentum, aut aliam rẽ, qua indiget, vt celebret tot Missas, vel è contra, Sacerdos promittit celebrare tot Missas alicui, dummodò det ei talem librum, vel mensuram frumenti. Quærimus, an hic possit interuenire crimen simoniæ? Ratio dubitandi est, quia in tali casu necesse est, vt inter Sacerdotem, & dantem rem, non habeatur ratio ipsius rei, sed valoris, & per cõsequens adest expressa venditio, & emptio, quę

in materia simili spirituali constituit simoniam, vt supra sæpiùs dictum fuit. Hoc tamen non obstante, *Cordoua de casibus, quæst. 27. quem sequitur Vega in sua summa Hispana part. 2. cap. 101. conclus. 47. ad finem*, concludit, hic non adesse simoniam, idem docet *Ledesma part. 1. sua summa Hispana cap. 18. del Sacramento de la Eucharistia, conclus. 14.* Qui probat hãc opinionem communem, proloquio etiã cõmuni, ac
51 trito, quòd scilicet pecunia omne id dicatur, quod pecunia extimatur, seu vt dicitur Hispanè, *todo el è oro, que val oro*. Et habemus de hac re text. in *Canone Totum 1. quæst. 3. & in l. pecunia appellatione, ff. de verborum significatione.* Vbi dicitur; pecuniæ appellatione, rem contineri, seu vt explicat glosa, ac etiã habetur in *l. pecunia nomine eodem illo titulo*, omnem rem quæ sit, vel esse possit in patrimonio; rationem affert D. Augustinus in dicto *Can. Totum*, quia antiqui, totum quod habebant, in pecoribus habebant.

Ad rationem dubitandi, respondet idem *Vega loco supracit.* negando, quòd ta-
52 lis extimatio rei, quæ datur pro celebratione, constituere possit emptionem, & venditionem illam, ex qua resultat simonia, nempè quæ sit rei spiritualis pro temporali tamquam pretio vt supra latè declaratum fuit, quia tantùm illa extimatio fit hoc casu pro iustitia seruanda in stipendio, & sic licèt extimatio faciat emptionem, & venditionem, vt dicunt communiter Iuristæ; hæc venditio, & emptio est eiusdem rei temporalis pro temporali, non autem temporalis pro spirituali, quæ est necessaria ad inducendam simoniam. Notate verba illa, *pro iustitia stipendij seruanda*, quia ob hanc rationem est necessaria dicta extimatio ad euitandam isto
53 casu iniustitiã, quæ potest contingere (& vtinam quotidie non contingeret) dupliciter, vt benè aduertit *Ledesma loco supracitato*. Primò dando quis librum Sacerdoti, v.g. qui pecunia numerata non extimatur, nec venderetur, nisi quinque iulijs, vel carolenis pro septem vel octo Missis, vel è contra: verba ipsius sunt ista: *De lo qual si sigue el primero, que el fiel quando paga el estipendio de las Missas, por pagarlo en otra cosa,*

que no sea dinero, no deue pagar menos, so pena de pecado d'injustitia, y obligacion de restitucion. Si pagasse las Missas en trigo, no por esso deue lleuar mas de a catorze reales, quando el trigo sta en su subido precio. Y los mismos digo, si paga el estipendio de las Missas en libros. De la misma suerte el Sacerdote a quien le paguen el estipendio de las Missas en otra cosa, no ha da querer che le paguen mas del justo

54 *estipendio*. Secundò, quando Sacerdos accepit stipẽdium pingue pro tot Missis celebrandis, & postea illas alteri commendat, tribuendo ei librum, vel aliam rem, quæ minoris extimatur. Subdo verba eiusdem *Ledesmæ*: *Lo segundo se sigue, que si vn Sacerdote recebi vn estipendio excessiuo por las Missas, per que se la quisieron dar, a si como nel caso ya dicho, che le pagaron el stipendio à seis, ò ocho reales. Este tal si la haze dezir a otro Sacerdote con el dinero, esta obligado à darle todo l estipendio, que recibio por las Missas, ansi tambien pagando estipendio en libros, y en otras cosas, lo ha de pagar en cosa equiualente à lo seis, ò ocho reales, que recebio en estipendio de cada Missa, lo qual digo, porque en todas las cosas la malitia humana tiene lugar, y algunos sacerdotes son tan grangeros, que recibiendo l'estipendio de las Missas à seis, ò occho reales, ò algunas vezes à dos, despuos per vn libro que vale veinte y quatro reales, ò por otra cosa semejante de semejante pretio piden che le digan veinte y quatro missas, como si se las huuieran pagado a ellos tan solamente à reales. Esto es injustitia, y obligacion de restitucion*. Quæ benè concinunt dictis à nobis occasione Decretorum nouissimorum de celebratione Missarum, supra *sectione 20.*

SECTIO VI.

Missas inuicem Sacerdotes, inter se celebrandas pacisci re, an sit licitum.

55 *Sacerdotes an possint inuicem conuenire, vt alter pro alio celebret? & nu. 57.*

56 *Permutatio rerum spiritualium an fieri possit absque simonia? & num 60.*

58 *Obligatio quando sit pretio*

extimabilis.

59 *Simoniam an committant Religiosi conuenientes inter se circa vocem dandam in Capitulis inuicē, Quid de Canonicis, num. 61.*

62 *Beneficij appellatione an veniant Prioratus, Guardianatus, &c. Religiosorum.*

63 *Illegitimus dispensatus in seculo ad beneficia, ingrediens Religionem, an indigeat noua dispensatione pro dignitatibus Religionis?*

64 *Simoniā committens in electionibus, &c. quando incurrat excommunicationem?*

SOlent aliquando Sacerdotes, qui habent obligationem celebrādi in aliquo certo loco, tam per se, quàm per alium, vbi alter eorum est impeditus, conuenire inter se hoc modo, tu celebres hodie pro me in tali loco, & ego celebrabo pro te in alio, vel tu Sacrum facias pro me hodie, & ego cras Sacrum faciam pro te, vel quid simile. Disceptatur inter Doctores, vtrum talis commutatio, etsi rei spiritualis, cum alia re spirituali sit omnino libera à labe Simoniæ, & sic sit licita. Ratio dubitandi sumitur à verbis Domini *Gratis accepistis, gratis date*; Sed etiam qui dat aliquid spirituale, non dat gratis, ergo. Confirmatur, quia prohibitum est expressè in *cap. quæsitum, & cap. cùm olim, de rerum permutatione*, commutatio inter duos beneficiatos de eorū beneficijs absque consensu Superioris, & tamen etiam ibi non adest nisi commutatio rei spiritualis (tale enim est beneficium, vt no-
56 tum est) cum alia re spirituali, ergo nihil prodest, quòd sit res spiritualis, quæ commutatur cum alia re spirituali ad euitandam simoniam. Difficultas, vt optimè aduertit *Ledesma tract. 12. de simonia concluſ. 21. vers. Auiertasi, part. 2. suæ summæ Hispanæ*, reducitur ad eum casum, vbi
57 talis commutatio fit cum pacto, & obligatione, quia ex quo talis obligatio sit pretio extimabilis, potest interuenire etiam datio, & acceptio rei temporalis cū spirituali; ideoque *Ricardus, Siluester, Angelus, & ex recentioribus P. Nauarra libr. 2. de reſtit. cap. 2. num. 386. Ludouicus Lopez prima par. inſtructorij noui cap. 299. ad finem*, putant hoc

casu

casu, vbi dicta commutatio non fit ex benevolentia, & gratitudine, sed ex obligatione esse illicitum; quam opinionem dicit probabilé *Ledesma loco supracitato*, sed contraria opinio, *Soti, Aragonæ, Rodriguez, Beye, & aliorum, apud infra citandos Authores*, est communis, id non esse illicitum, vt testantur *Azorius part. 3. suarum institutionum Moralium libr. 12. cap. 3. quæsito 2. ad finē*, & *Villalobos tract. 37. de la simonia difficultate 3. num. 1.* probat latè post *Suarez* non esse neque simoniam de iure diuino, neque de iure Ecclesiastico, *Filliuccius tract. 45. cap. 7. num. 6. & 14. nonissimè firmat Sanchez libr. 2. suorum consiliorum moralium cap. 3 dub. 44.* Probatur respondendo rationi dubitandi, negatur enim, quod supponitur, scilicet in tali commutatione, non obseruari præceptum Domini, *Gratis accepistis, gratis date*. Et ad confirmationem de permutatione beneficiorum, Respondetur, quòd illa sit tãtum prohibita de iure Ecclesiastico in citato *cap. quæsitum*; quæ prohibitio non potest extendi ad casum nostrum, tum quia sumus in odiosis, quæ debent restringi, & non ampliari. Tum etiam, quia adest specialis ratio, quare ius positiuum potuit inducere simoniam in tali permutatione beneficiorum, & non aliarum rerum spiritualium, quia nempè beneficia non sũt præcisè spiritualia, vt est Missæ celebratio, sed habent prouentus temporales adiunctos. Ad rationem 58 de obligatione, quòd sit pretio extimabilis, & sic res temporalis. Respondet *Filliuccius vbi supra*, id prorsus negando, cùm enim fit vnum, & idem dicta obligatio cum celebratione, sicut est spiritualis ipsa celebratio, inquit ipse, etiam erit spiritualis obligatio.

Ex hac doctrina sequitur eod. modo esse licitũ cõuenire Sacerdotes inter se, tu audias cõfessionem meam, & ego audiam tuam, vel tu audias confessionẽ meorum parochianorum, & ego audiam tuorum, & sic vt per citatos authores, item commutare reliquias, & cętera huiusmodi.

Sed an idem erit de Religiosis, quorum vnus dicit 59 alteri, elige me in Generalem, & ego eligam te in Priorem, vel suffragare mihi in hac electione, & ego suffragium meum tibi dabo

in

in alia electione? Respondet affirmatiuè *Sanchez supracitato libro Consiliorum moralium cap.3.dub 44. nu. 4.* quia vult, illos excusari tali casu à simonia, non alia ratione, quàm quòd ista officia, vel Prælaturæ non sunt beneficia, licèt vt subdit ipse, *Lopez part. 1 sui instructory noui cap.305.* velit venire illa officia, appellatione beneficij. Et quia hæc opinio *Sanchez* est magis aliena à scrupulis, alia sententia, quam post *Rodriguez*, *Villalobos*, *Suarez*, *& alios*, probat *Hieronymus Rodericus in Compendio Eman. Rodriguez. resolut 129.num.3.* Et sequitur noster *Diana part. 3. tract. 2.resolut.125* quæ distinguit an interueniat pactum, vel tantùm spei futurę oblatio. Primò casu concedit adesse simoniam absolutè. Secundo casu verò, & si neget adesse simoniam, indicat tamen interuenire subornationem, quæ non longè distat à simonia, vt ait *Villalobos* relatus à *P. Diana*; Idcirco illam pro viribus nostris corroborare conabimur, recolendo quod fu-
60 pra diximus, commutationem rerum spiritualium inter se non esse simoniam de iure Diuino, sed tantum de iure positiuo, cùm sit magis probabilis opinio, teste *Villalobor part. 2. suæ summæ c 37. difficultate 3. Suarez tom. 1. de Religione libr. 4.de simonia cap.32. Filliuc. citato cap.7.* Quod ius positiuum non generaliter omnem commutationem rerum spiritualium inter se, etiam quòd habeant annexam temporalitatem, declarauerit esse simoniã, sed tantùm quando fit circa beneficia Ecclesiastica absque authoritate Superioris, vt habetur in *cap.quæsitum, & cap.cum olim de rerum permutatione*. Et latè declarant Doctores supracitati. Vnde. *Suarez tomo 1.de Religione libr.4 cap.31. nu. 20* scripta reliquit hæc verba: *Permutare spirituale pro spirituali extrà beneficiorum materiam, non est specialiter prohibitum iure positiuo*. Patet exemplo, quia nemo est qui neget, posse permutari calicem aureum consecratum, cum alio etiam consecrato, vel vas aureum reliquiarum, cum altero simili vase, &c. huiusmodi; & tali casu non committi simoniam etiam de iure positiuo, ergo si hęc Officia, Superioritates, Prælaturæ Religiosorum, non sunt beneficia, licèt habeãt

ali-

aliquam temporalitatem annexam; optimè concludit *Sanchez loco supracitato*, in commutatione illorum, quæ fit promittendo inuicem vota pro huiusmodi officijs, quòd nõ incurritur simoniæ crimen, ficut cõmit-
61 teretur si essent beneficia in quibus terminis loquitur *Silvester verbo simonia quæsito 13. notab 4.* ibi: *Dicunt duo Canonici maiores, Canonizemus nepotulos nostros, &c.* Quem malè loquẽdo in terminis nostris, alijs citatis sequuntur *Tamburrinus de iure Abbat. tom. 1. disput. 10. 1 uæsito 3. Sigismundus à Bononia de electione Prælatorum Regularium dub. 56.* non attendẽtes ad hoc particulare, quòd hæc officia non sint propriè beneficia.

Ista autem Officia, Superioritates, Dignitates, Prælaturas Religiosorum non esse propriè beneficia, prout requiritur ad hoc, vt includerentur in dicta dispo-
62 sitione, iuxta regulã, quòd dispositio quælibet semper intelligenda sit, quatenus verborum proprietas se extendit, *l. cum lege, vbi Aretinus ff. de testament. cap. si qua, extra de sentent. excommunicat.* Patet ex definitione ipsius, quam tradidimus post alios supra *Quæst. 2. sect. 1. in principio*, quæ cum his officijs pẽnitus cõgruere potest, ergo sequitur quòd neque cõgruat ipsum definitum, vulgatis iuribus fauet *Tamburrinus de iure Abbat. tom. 1 disput. 5. quæsito 19. citatus à nobis supra quæst 4. Praxi 6. sub num. 79.* vbi docet, quòd dispẽsatus in sæculo ad beneficia etiam curata si ingreditur Religionẽ, pro suis dignitatibus requirit specialẽ dispẽsationem. Fauent *Nau. Less. Azorius, & alij*, Quorum opinionem tamquam probabiliorem, sectatur *Bonacina tom. 3. de censuris in particulari disputat. 2. quæst. 3. Punct. 24. sub num. 4.* docentes, neque talia officia Regularium subiacere excommunicationi latæ *Extrauaganti 2. de simonia*
64 *contra electiones, postulationes, confirmationes, & quascumque prouisiones in Ecclesijs, Monasterijs quibuscumque officijs, & beneficijs.* Quidquid contrarium videatur docere idem *Sanchez eodem cap. 3. dub. 104. num 11. & 105. nu 8.* qui rectè potest saluari à contradictione, & si assereret, quòd in dicta Extrauaganti, appellatione beneficij contineantur dicta officia, non solum

solum, quia ibi fit mentio de electione, de Monasterijs, de officijs, sed etiam, ex quo ibi agitur de simonia ex vēditione, & emptione, & sic interueniente re temporali pro pretio, prohibita de iure diuino, quo casu ita includitur qui illam committit in beneficijs, sicuti qui illam committit in istis officijs, & votis ac electione, quæ sunt res spirituales, quod est valde diuersum à casu præcedenti, in quo tantum datur vel relinquitur ius spirituale, pro alia re spirituali, quæ est prohibita de iure Ecclesiastico tãtum in beneficijs, vt supra

65 & per consequens ab eo non potest fieri illatio, argumento text. in *l. Papinianus exuli ff. de minoribus.*

SECTIO VII.

Missas imponere pro pœnitentia quando sit Confessarijs illicitum.

66 *Pœnitentiam imponere pœnitenti de Missis celebrandis, regulariter potest Confessarius. Aliquando expedit in confessione moribundi, num 70. Quando id sit illicitum? num. 71.*

67 *Opera quæ possunt, & debent imponi pro pœnitentia.*

68 *Missarum obligationis differentia an ex voto, vel ex pœnitentia?*

69 *Missas, aliaque opera pro animabus purgatorij, an rectè Confessarius pro pœnitentia imponat.*

72 *Simoiam quando committat Confessarius imponendo pœnitentiam de Missis dicendis, & quando incurrat casum reseruat num. nu. sequenti.*

66 SVpponimus pro certo, posse Confessarium pœnitenti imponere, quòd pro satisfactione, si pœnitens est Sacerdos, celebret tot Missas; si verò non est Sacerdos, vt curet celebrari dictas Missas, quia vt diximus *Prima parte nostri Tractatus de Officio & Potestate Confessarij, resoll. 25. num. 105. & sequentibus,* pœnitenti ob satisfactionem

67 imponi possunt omnia opera pœnalia, seu satisfactoria, quæ reducuntur ad tria, scilicet ieiunium, eleemosynam, & orationem, nempè bona corporis ad ieiunium, bona externa ad eleemosy-

mosynam, & bona spiritus ad orationem, illic allegatis, addimus *Villalobos prima part. summæ, tract. 9. del Sacramento de la penitentia diff. 76. num. 5. Layman libr. 5. tract. 6. cap. 15. num.*

Ergo, quando Sacerdoti imponitur, vt ipse celebret, idem est, ac si imponeretur vt oret, Missa enim præcellit omnes orationes, vt diximus *Quæst. I. num. 5.* quando verò non est Sacerdos, & sic imponit, quòd per alium celebret, idem erit ac si imponeret eleæmosynam erogandam Sacerdoti, qui debet celebrare, vnde si aliud non appareat ex coniecturata mente cõfessarij, nõ putamus satis facere pœnitentem, si inueniat eum, qui gratis cele-
68 bret, in quo ni fallimur differt tale onus debitum ex voto, & ex pœnitentia, cùm ibi sufficiat si missa voto promissa celebretur, ideò illi satisfacit per Sacerdotẽ celebrantem gratis, vt diximus citata *Quæst. I. num. 24.* & tanto magis stipendio diminuto, vt in specie notat *Fagundez libr. 3. in primum Præceptum Ecclesiæ c. 10. num. 10. & 11.* hic autem non sufficit, vt Missa dicatur, sed etiam, quòd sit opus satisfactorium, quale non erit, nisi media eleæmosyna.

Dixi, *nisi ex coniecturata mente Confessarij aliud appareat*, quia si imposuit Missas pro defunctis, vel pro peccatis, existimamus satis apparere, quòd non intenderet eleæmosynam, sed tãtùm vt curaret quoquo modo celebrationẽ dictæ Missę tantum. Scimus apud Doctores aliquos in dubium
69 verti, An rectè confessarij imponant pœnitentias applicãdas pro animabus purgatorij, quia Sacramentum pœnitentiæ fuit institutum ad remittendam pœnam, & culpam pœnitentis, & non ad remittendam pœnam alterius, vt est videre apud nostrum *P. Dianam 3. part. suar. resolution. moral. tract. 4. resol 54.* tamen *in Addit. iuxta vlt. editionem Lugdunensem resol. 11.* dicit quòd vtraq; opinio est probabilis, imò addimus nos, affirmatiuam esse probabiliorẽ, iuxta ea quæ diximus supra, & oĩa opera pœnalia possũt imponi pro pœnitentia, & sufficit ad hoc, vt sit opus pœnale, quòd reducatur ad orationem, vel eleæmosynam, aut ieiunium, sed Missa pro animabus purgatorij dicenda à proprio pœnitente, si est Sacerdos, rectè re-

ducitur ad orationē, & curãda à non Sacerdote, verè reducitur ad eleæmosynam saltē spiritualē; ergo semper opus pœnale, & sic aptum pro satisfactione pœnæ, non non solùm animarum Purgatorij, sed etiam ipsius pœnitentis, vnum enim non tollit aliud; Fauet *Layman citato libr. 5 tract. 6. cap. 15. n. 10. ad finem*, vbi loquens de pœnitentia imposita cum licentia, vt per alios perficiat possit, scripta reliquit hæc verba: *Non opus illud quod ab alijs perficitur, sed sola ipsa operis procuratio, quæ à pœnitente non sine sumptu, & labore fit, pœnitentiæ sacramentalis rationem habet*. Ita à pari dicimus nos, non opus illud quod fit pro animabus purgatorij, sed ipsa operis procuratio, &c. hoc casu satis debet habere rationem sacramẽtatis pœnitentiæ, quòd aliquando expediat Missas imponere pro satisfactione nempè quando auditur confessio moribundi multis implicatis culpis & peccatis, docent post alios *Reginaldus de prudentia Confessarij cap. 18. sect. 2. & Layman supracitato cap. 15. num. 13. ad finem*.

Illud igitur quod hic quærimus est, an aliquando possit reddi illicita similis pœnitentia respectu Confessarij illam imponentis, ad hoc vt appareat, an hoc casu esse possit locus simoniæ, quæ est materia de qua nũc agimus? tractat hunc articulum *Ioannes Baptista Corradus part. 2. suorum responsorum moralium quæst. 358.* etsi non clarè illum diluci-
71 det, docet enim, quod tunc reddatur illicita ex parte confessarij, si penitentiam talem imponeret hac intentione, & pacto, vt pœnitẽs sibi daret eleæmosynam ad dictas Missas celebrandas, inquit enim ipse, potest confessarius imponere pœnitentiam de Missis, sicut de orationibus, & alijs operibus pietatis, cum non sit maior ratio de vno, quàm de alio, *modo confessarius bonam intentionem habeat, & absit fraus, & simoniæ labes, &c.* Hęc sunt verba ipsius; & in fine concludit, quòd ad tollendam omnem suspicionē, quando Confessarius imponit talem pœnitentiam, consulat, vt per alios sacerdotes faciat celebrare pœnitens. Idem consulit *Fraxinellus in sua disputat. de obligationibus Sacerdot. ad Missas, &c. sect. 3. pranot. 1. §. 7.* Sed clariùs loquitur *Filliuccius tom. 3. tract. 45.*

de

de vitio simoniæ capit. 4. sub num. 36. vbi enumerando casus in quibus peccari potest in Sacramento pœnitentiæ, in quo vsus iurisdictionis, est simul actus ordinis, in *4. casu* subdit hæc verba:

72 *Quando autem imponerentur in satisfactionem aliqua eleamosynæ pro pauperibus, vel pro Missis dicendis; siquidem confessum cogat pœnitentem, vt sibi tribuat eleæmosynam, simoniacum esset, si verò relinquat illum in libertate, etiam si eo animo fecerit, vt sibi imponeret dicendas, non est simoniacum*, Ex cuius mente apparet ad hoc non sufficere malam intentionem, vt putabat *Cerradus*, sed esse necessarium, vt cogat pœnitentem, ad sibi tribuendã eleæmosynam, vt in labem simoniæ incurrat; fauet modus, quo in

73 aliquibus Diœcesibus reseruatur hic casus, prout in Diœcesi Castellanetæ in Apulea, & Nolæ in Campanea refert *Graffius de quinque casibus reseruatis libr. 2. cap. 11.* Castellanetæ enim reseruatio sic cantat: *Qui aliquid à pœnitentibus nomine restitutionis, aut satisfactionis, aut pro Missis celebrandis in pœnitentiam iniunctis exegerint, atque petierint.* Nolæ autem, vt ibidem refert *Graffius num. 18.* reseruatio reperitur facta his verbis: *Confessarios aliquid in confessione pro Missis dicendis, & pœnitentijs iniungendis exigentes, & petentes.* Tali enim pacto Confessarius videtur facere dicti Sacramenti administrationem quasi mercaturam quæstuariam, contra id, quod dixit Christus Apostolis, *Gratis accepistis, gratis date*, & per consequens committitur simonia, sub hoc colore palliata, videte *Graffium loco supracitato num. 14. & 39.* vbi etiam declarat, quando Confessarius incurrat hunc casum reseruatum, & in specie, quòd Regulares Cõfessarij in dicto casu non cõprehendantur, & id eis minus licitum sit, vt post alios probat *Fraxinellus loco supracitato num. 2.*

SECTIO VIII.

Simoniam committens in dando, vel recipiendo stipendium pro Missæ celebratione, an incurrat censuras latas contra simoniacos.

74 *Excommunicationem an incurrat ipso facto quolibet modo, quis simoniam*

committat? Quando etiam excommunicationem ferendæ sententiæ, num. sequent.

76 *Simoniacus quando teneatur restituere acceptum, & sequm.*

EX hucusque dictis appareret, eo tantùm casu pro celebratione Missæ accipere, & dare stipendium, posse simoniam continere, quando illud datur vt prætium. Nõ ab re igitur, vt ista materia hìc integrè, & cõpletè explicata remaneat, quærimus, posito quòd reperiantur tam peruersi, qui darent, & acciperent hoc pacto stipendium, in pretium scilicet rei tam spiritualis, & sanctæ, sicuti est Missæ celebratio, & sic committeret simoniam, An incurrerent excommunicationem vel suspensionẽ ipso facto? iuxta ea, quę latè diximus *in 3. part. nostri Tract. de Offic. & Potestate Cõfessarij* in recollectione de hac materia, ac etiam supra *Quæstione 4. Prax. 5. n. 312. & seq. f. 502* Respondetur, *Sotum lib. 9. de iustitia, quæst. 8. artic. 2. pro-*

74 *pe finem corporis*, docere omnem simoniacum incurrere excommunicationem, mouetur ex verbis, *extra-uagantis 2. de simonia*, ibi, *quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserit*; idem videtur docere *Burgasius*, apud *Bonacinam tom. 3. de censuris in particulari disputat. 2. quæst. 3. part. 24. num. 17.* qui post *Nau. Graffium*, *Vgolinum*, *Salzedo*, *Alterium*, *Reginaldum*, *& plures alios*, probat, quòd tantùm committentes simoniam in ordine, beneficio, & ingressu Religionis, incurrant excommunicationem ipso facto, non autem in alia materia, ea ratione, quòd censura non incurritur, nisi sit in iure expressa, at nullibi reperitur lata excommunicatio in iure contra simoniacos, præterquod in illis tribus casibus, ergo. Accedunt *Ledesma part. 2. suæ summæ tract. 12. conclus. vlt. Lessius libr 2. de iustitia cap. 35. num. 130. Villalobos tract. 37. suæ summa dub. 34. num. 1* vbi habet hæc verba: *Per manera, que si vno comette simonia en los de mas Sacramentos, ò en las dispensationes, ò en vender y comprar la petition, ò cosa semejante, a vn que comette simonia, y peca mortalmente, no queda escomulgado,*

75 *suspenso, ò inhabil.* Quibus etiam casibus contra simoniacos in venditione Sacramen-

mentorum, vel aliarum rerum spiritualium, sit imposita pœna excommunicationis comminatoria, habetis apud *Bonacinam loco supra citato num. 19.* vbi defendit, quòd dicta excommunicatio vt supra comminatoria in alijs materijs etiam hodie maneat talis, nec per citatam extrauagantem euaserit ipso facto latas, contra *Sotum, Burgasium, Redoanū & alios*. Videte eum, quia etiam respōdet rationi, pro contraria opinione adductæ à *Soto* in quæsito principali, desumptæ ex verbis *Extrauagantis*, ibi; *Quomodolibet dantes, vel accipientes aliquid simoniacè*, quòd scilicet dicta verba referantur ad actiones in extrauagante prohibitas, nempè ad dantes, & accipientes pro beneficio, vel ordine, & non ad alias, cùm simus in odiosis, quæ potius debent restringi, quàm ampliari, & extendi.

Quæres an talis Sacerdos peccans mortaliter, vt lu-
76 pra peccato simoniæ, teneatur ad restitutionem stipendij, & si illud aliàs sit iustum, quia si adest iniustitia, etiam in quantitate præter simoniam, maior est difficultas, de qua infra *Sect. 10.* Respondet negatiuè *Suarez tom. 1. de Religione libr. 4. de simonia cap. 59. num. 16.* his verbis: *Deinde aduerto ex supradictis, pro his functionibus, posse aliquid accipi per modum stipendij, licèt non per modum pretij: Si ergo ponamus, aliquem postulasse pretium sub ratione pretij, non tamen in quantitate, quæ excederet iustum stipendium, Dico illum quamuis simoniam commiserit, in rigore non teneri ad restitutionem, sed tantum ad mutandam intentionem, & posse retinere illud, idem emolumentum per modum stipendij.* Accedat probabilis sententia de qua, post *Ludouicum Lopez* testatur *Sanchez libr. 2. suorum Consilior. Moral. cap. 3. dub. 113.*

79 Quod pretium receptum pro simonia in ordine, beneficio, & ingressu Religionis sit restituendum ante sententiam iudicis dumtaxat, non autem pro simonia in alijs quibuscumque rebus spiritualibus, qui *dubio 111. num. 5.* etiam ex probabiliori sententia docet, quòd vbi simonia secum non habet adiunctam iniustitiam, neque de iure Diuino, vel naturali habeat obligationē restituendi. Ex quo tunc tantum est cōtra Religionē, quæ non inducit onus restituendi. SE-

sacramenta ministraret, aut functiones exequeretur, quia id non petit quasi licentiam vendens quod est simonia, sed vt seruet rem indemnem Tamen subdit quòd si exigeret maiorem summam quàm dict. portio valet, præsumeretur licentiam vendere, & sic committeret simoniam. idem docet *Suarez to. 1. de Religione lib 4 cap. 53. num.* 17. vbi licèt asserat
82 non esse simoniã si aliquod detur pro labore suscepto, eundo, & redeundo ad beneficij Collatorem, vel in recompensationem dãni, quod ob eam causam patitur, vel alterius lucri, quod amisit; subdit tamen quod si quid accipiatur vltra extimationem talis laboris, vel damni, committeretur simonia in quo impugnatur à *Rodriguez, apud P. Dianam resolut. 39. tract. 2. miscellano part. 2.*

Ex qua diuersitate loquendi authorum supra relatorum, occasionem sumpsi *citata 3. part. de iubileo à num.* 9. di-
83 stinguere inter eum casum, quo quis extorquet dictum excessum mẽdacio, vel dolo, nempè asserendo, tale esse iustum stipendium taxatum, & consuetum; & casum vbi absque dolo, & fraude exigit dictum excessum, fatendo quod nam sit iustum salarium, sed negando aliàs velle celebrare, nisi detur maius stipendium. Primo casu, dixi esse peccatum furti, & proinde Sacerdotem teneri ad restituendum excessum, Secundo verò casu quòd etsi talis peccet transgrediendo dictam consuetudinem, vel legem taxantem stipendium, non tamen teneatur ad restitutionem excessus. Hanc nostram distinctionem in parte videtur approbare *Fraxi. loc suprac. & S. Fausto lib. 1. quæst. 65.* quatenus dicimus pri. casu cõmitti peccatum furti, cõ autem secundo casu, ab ea tamen dissentiunt. quia etiã secundo casu, asserunt ipsi, esse peccatum contra iustitiam, ac adesse obligationem restitutionis; promittit *Fraxinellus* id probare *conclusione* 5. vbi nullum reperitur de hac re verbum, Sed partes eius supplẽdo; Obijci potest contra nostram sententiam, vt scilicet seclusso dolo, vel fraude, etiam deberat à Sacerdote restitui dictus excessus, quia & si hoc casu sit præsumptio, quòd velit vendere dictam celebrationem, & sic intercedat simonia, vt loquuntur Authores supra vltimo loco relati tamen adhuc

84 adhuc in simonia potest adesse non solùm malitia contra Religionem, sed etiã contra iustitiam, quo casu continet etiam onus restitutionis. Sed inter alios casu in quibus concurrit iniustitia cũ simonia, vnus est iste, igitur. Hanc minorem probat *Suarez tomo 1. de Religione libr. 4. de simonia, cap. 59 num. 20.* vbi videtur respondere fundamento nostræ sententiæ, quod scilicèt etsi Sacerdos teneatur ex iustitia, accepto salario taxato, vel consueto cele-
85 brare; tamen quando illi offertur præfatum salarium, nõ teneatur ex iustitia pro eo celebrare, sicut tenetur, qui aliam rem venalem expositam habet illam vendere oblato sibi pretio iusto, maximè taxato, & consueto, & proinde hoc casu tantum peccare cõtra Religionem, non autem teneri ad restitutionem. Respondet enim, quòd & si non obligetur ex iustitia ad celebrandum, obligatur tamen ex iustitia, vt si celebrare voluerit, non exigat, nisi iustum stipendium. Quæ secunda pars tuæ responsionis, si esset vera, certè euerteret nostrum fundamentum, sed salua pace tanti viri, hoc est, quod negamus, neque scilicet obligari Sacerdotes ex iustitia (saltem commutatiua, quæ obligat ad restitutionem) vt si celebrare voluerint, non exigant nisi iustum stipendium. Et ratio negationis sumitur ex regula illa vulgata, quòd vbi aliquid vna via conceditur, non debeat altera via negari, si ergo conceditur, quòd quis non obligatur ex iustitia ad celebrandum, quomodo potest obligari, vt volens celebrare non petat nisi taxatum, quod esset idẽ, quàm oblato tali stipendio eum obligare ad celebrandum. Secundò, & fortiùs æquiparatorum eadem debet esse disciplina, vt est regula trita, sed quãdo dicimus nos, & concedit *Suarez*, quòd Sacerdos ex iustitia non teneatur ad celebrandum oblato d. salario; intelligi debet de obligatione, non iustitiæ cõmutatiuæ, sed legalis, quæ interuenit inter superiorem, & subditum, ergo quando cõcederetur etiam à nobis, quòd si Sacerdos voluerit celebrare, obligaretur ex iustitia non exigere, nisi iustum stipendium, intelligi etiam debet de iustitia legali, non autem commutatiua, quæ non habet locum in isto casu. Et sic respondetur ad con-

Confirmationem, quam addit *Suarez* exemplo tabellionis, vel iudicis arbitri, quos lex non obligaret ex iustitia ad suum officium exercendum; constitueret tamen illis, quid deberent exigere, quando illud exercere vellent, qui quidem vt ipse subdit, peccarent contra iustitiam si plus exigerent, & si absolutè poterant non exercere. Negatur enim
87 paritas; Ratio disparitatis est quia tunc stipendium vel salarium taxatum, est commensurabile cum illo exercitio, labore &c. ideò nil mirum, quod eo casu accipiens plus, peccet contra iustitiam commutatiuam, quia debet stare commensurationi factæ per Principem. At stipendium pro missa nõ est mensurabile pro ipsa missa, sed cum substentatione ministri, & sic, vt sæpius dictum est, saluatur talis acceptio à simonia, vt præter allegat s supra, explicant *Guglielmus Mercerus de Sacram. quæst. 83. art. 4. & 6. dub. 3.* & clarius ad propositum nostrum. *Sanchez lib. 2 suorum Consiliorum moralium cap. 3. dub. 11. in principio*, ergò, exigendo Sacerdos plus quàm importat
88 salarium taxatum vel consuetum, dum tamen non excedat quantitatem requisitam ad necessariam substentationem suæ personæ, nec defraudet dantem de numero missarum sibi commendatarum, non facit contra iustitiam commutatiuam, sed tantum contra iustitiam legalem, Nec hęc sententia est noua, sed ante nos, illam docere videtur in fortioribus terminis *Reginaldus lib. 23 suæ praxis sub nnm. 232.* nempè quando hęc maior eleęmosina daretur ab eo, qui putaret, in tãta quantitate factam esse taxationem, vel inductam esse per consuetudinem, his
89 verbis *Attamen quia lex positiua, & consuetudo debet iuri naturali cedere, si accipienti apertè constaret nihil tunc ei dari amplius, quàm quod necessarium est ad alendum eo die pauperem sacerdotem, posset illud retinere sine dantis iniuria, à quo potest iure naturali, & diuino recipere temporale stipendium, vt celebrando possit de altari viuere.* Nec obstat, communiter Autores docere, & nos probamus infra sectione 11. iustum stipendium non esse illud quod correspondet debitæ substentationi, sed quod reperitur taxatum, aut introductum à consuetudine.

Quia id procedit generaliter suppositio, quòd sacerdos habeat aliunde, ex quo supplere possit sibi victum necessarium iuxta regulam vulgatam, lex adaptatur ad ea, quę frequenter accidunt, *l. nam ad ea ff. de legibus*, non tamen ideo sequitur, quòd si reperiatur sacerdos, qui non habet aliundè quomodo possit viuere, nequeat exigere vt supra suum victum absque iniuria dantis, cum neque vtatur dolo, vel mendacio, neque fraudat eum numero missarum. Quæ sint dicta ad confirmationem nostræ sententię, saluo tamē meliori iudicio.

Ex quibus sequitur, quòd si tali modo sacerdos extor-
90 queret lōgè maius salarium pro vna missa, quàm opus haberet ad victum necessarium & in casu, quem ponit *Rodriquez post Petr. Nau. lib. 2. de restit. c. 3. num. 330. & Aragon. 2. 2. quæst 75. art. 3 §. dico &c.* de 20 realibus &c. Imo Addimus nos si exigeret quinque reales peccaret contra iustitiam cum iniuriam inferret toti communitati, & per consequens obligaretur ad restitutionem, vt per præcitatos authores, tum eo casu, quòd vna vice extorserit notabi-
91 lem quantitatem, tum etiam si per plures vices congessit eandem quantitatem, quia hoc casu fit detentor notabilis quantatis, vt fusè explicauimus *part. 1. nostri tractatus de officio & potestate Confessarij recollect. 10. à num. 60.* vbi de furtis plurium rerū minimarum. Vn-
92 de in facto cuiusdam sacerdotis, qui fingens sanctitatem pro qualibet missa, quam in longum trahebat, à quibusdam deuotis personis, maius stipendium accepit taxato, quòd excedebat quoque suam necessariam substentationem, & sic congesserat notabilissimam quantitatem, fuit dictum, eum non solum peccasse mortaliter, sed etiam esse obligatum ad restitutionem dicti excessus, si ob eam causam sanctitatis, quam fingebat principaliter datus ille fuit, & pro qualibet vice etiam erat dictus excessus notabilis, iuxtà ea quæ diximus citata *parte prima nostri tract. de officio & potestate Confessarij Recoll. 11. num. 188.* vbi de furtis simulantium paupertatem, sanctitatem &c.

SE-

SECTIO X.

In quibus casibus licitum sit maiorem eleęmosinam taxata, vel consueta, exigere

93 *Stipendium maius liberaliter datum, licitè retineri potest à Sacerdote. Peti potest pro celebrando summo mane, vel in loco distanti. num. 94. vel vltima hora num. 98. Pro missa cantata num. 95. Pro missa cum officio mortuor. vel alijs orationibus, aut cum vigilia num. 97.*

96 *Festis diebus potest Sacerdos recipere duplex stipendium. An circa id statutum sit aliquid in contrarium à Decretis nouissimis de celebratione missarum. num. 99.*

100 *Decreta nouissima de celebrationc missarum quibus casibus prohibeant sacerdotibus recipere maius stipendium.*

101 *Natiuitatis Domini die Sacerdos si celebrat tres missas potest etiam recipere tria stipendia.*

PRæter casum, de quo fecimus mentionem supra *sectione præcedenti num. 80.* scilicèt, quando id quod excedit stipendium taxatum, vel consuetum, liberaliter datur Sacerdoti, in quo
93 conueniunt omnes Doctores, posse ab eo accipi absque vllo scrupulo, vt in specie testatur *Molfesius tract. 3 suumę cap. 16. num. 16.* Nos retulimus *par. 3. de iubileo num. 12.* tres alios casus in quibus hoc etiam sit licitum ab eisdem authori-
94 bus. Primus est ratione celebrandi summo mane, aut in loco à suo domicilio di-
95 stante, Secundus ratione dicendi missam cantatam, seù sollemnem, Tertius ratione
96 diei festus, quo casu in specie concludut doctores, posse recipi duplex stipendium vt eodem loco citato diximus. Hos tres casus eodem modo, quo nos ibi illos annotauimus, recensct post editam nostram recollectionem, *Bartolomeus de Sancto Fausto lib. 1. de indulgentijs quæst. 65.* & confirmat *Fraxinellus in vltima editione citata sectione 4. conclusione 1. num 8.* vbi & nos etiam citat, additque quartum ca-
97 sum, Quando v. g. ponitur missa cum officio defunctorum & est idem cum eo, quòd docet *Petrus Nauar. lib. 2. de restitut. cap. 2.*

nu. 248. de petente missam cum aliquibus orationibus particularibus, quia, vt ipse ait, sacerdos non tenetur huic oneri acquiescere; nisi ob specialem illum laborem, ei etiam augeatur eleemosina. Item cum eo quoque quod docuit *Villalobos par.* 1. *summæ tract* 18 *del Sacramento dela Eucharistia diffic.* 15. *sub num.* 2. scilicèt vbi petitur missa cum vigilia seu ieiunio. Quando autem ista possint superstitionem redolere, & sic non teneatur neque debeat illa cum missa adhibere infra suo loco, Deo duce, dicemus. Quintum etiam casum addere possumus, qui in praxi quotidie
98 seruatur, ratione celebrandi vltim. hora, ead. ratione qua potest quis recipere maius stipendiũ, eò quòd celebret summo mane poterit recipere celebrando vltima hora, scilicet incommditatis, Quòd intellige nisi ab ordinario etiam pro his casibus sit taxatum maius stipendium, quia tunc non poterit illud Sacerdos excedere iuxta, ea quæ diximus sectione præcedenti: tractat de hac re *Megalius conf.* 14. *ad fin.*
99 Quæres an decreta nouissima de celebratione missarum statuerint aliquid in hac materia? *Fraxinellus & Sancto Fausto locis supra proximè citatis* videntur negatiuam sententiam sequi, ex quo scripserunt post edita, & ponderata dicta decreta, & his non obstantibus, docèt vt supra, in dictis casibus esse licitũ, maius stipendium recipere, P. *Diana verò part.* 1. *suarum resolut. moralium tract. de celebrat. missarum resol.* 9. loquendo in terminis tertij casus, pro die festo, vt certum docet, dictam opinionem esse damnatam in dictis *Decretis*, §. 3. vbi, vt legenti apparebit,
100 tantum præcipitur, *vt tot missæ absolutè dicantur, quot ad rationem attributa eleemosina præscripta fuerunt*, quòd significat non posse recipi plura stipendia pro vna missa, quando fuerunt data pro pluribus missis, vt patet, ibi in principio, *Deindè, vbi pro pluribus missis &c. celebrandis plura stipendia, &c.* non autem quando plura stipendia Sacerdos recipit ab eo, qui pro dictis pluribus stipendijs iuxtà taxam, vel consuetudinem, petit tantum vnam missam. Vnde ipse Doctissimus *Diana* necesse est, vt intelligat, id esse prohibitum in Decretis, eo casu, quòd datum fuit Sacerdoti stipendium ad celebrandas plures missas, &

ipse

ipse Sacerdos suo marte velit excomputare missam diei festus pro duabus Missis, recipiendo duplicatum stipẽdium, non autem in casu, de quo hic agimus, nempè quando Sacerdos conducitur pro diebus festis ad celebrandum in aliquo loco, conueniendo inter se de duplicato stipendio pro singulis diebus prædictis, quo casu, id dicunt Doctores esse licitum, non solùm quia eo eo die debet gaudere maiori substentatione, vt inquit *Fraxinellus loco supracitat.* sed etiam, quia plures sunt, qui eo die missas audiunt, & pauciores Sacerdotes inueniuntur, qui eo die non sint addicti alicui Ecclesiæ,
101 vel Capellæ. In die Natiuitatis Domini, si sacerdos celebrat tres Missas, potest recipere etiam tria salaria: ita *Fraxinellus citata sect. 4. concluf. 1. num. 10.* vnde hoc argumento inter alia, probat *Ledesma part. 1, summæ tract. 18. del Sacramento de la Eucharistia concluf. 8.* iustitiam salarij non esse commensurandam cum substentatione, quia si hoc esset, hac die pro tribus missis nõ posset recipere nisi vnicum tantùm stipendium. Qui *concluf. 9. cap. sequ.* refert in Regno Valentiæ Sacerdotes sui Ordinis Prædicatorum ex priuilegio Summorum Pontificum, celebrare posse ter etiam in die commemorationis Defunctorum, testaturque esse tale priuilegium in vsu, & illud communicare Religiosos aliorum Ordinum habentes priuilegium Communicationis.

SECTIO XI.

Iustum stipendium Missæ quod nam sit?

102 *Stipendium iustum pro Missa celebranda, quod nam sit? Vera opinio, nu. seq. Taxatum, & consuetum in quo differant, nu. 104.*

103 *Regulares an subijciantur taxæ factæ ab Ordinario circa Missæ celebrationum.*

TRes sententias reperio olim fuisse circa hoc quę
103 situm. Prima fuit *Honcalę & Cani*, quam sequitur *mordicus Aragona de Iustitia, quæst. 83. de Sacrificijs art. 3. versic. sed dubitabit*, quòd illud scilicet censeri debeat

debeat iustum stipendium, quod est sufficiens ad necessariam substentationem Sacerdotis. Secunda est *Medinæ, Nauarr.* & aliorum communis, vt testatur *Miranda in manuali Prælatorum Regular. quæst. 41. art. 23. conclus 2. & 3. Filliucius tract 5 num 178. & seq. & aly*, nempè esse illud, quod lege, vel consuetudine reperitur taxatum, quia vt ait *Layman libr 4. sua Theologia Moralis, tract 10. capit. vltim. num. 15. ad fin* Quando quantitas stipendij iure naturali taxatum non est, regulariter debet determinari lege, vel consuetudine, & his cessantibus, partium conuentione, idem habet *Mercerus de Sacramen. quæst. 83. art. 4. 5. & 6. dub 3.* Has duas opiniones ambas esse probabiles testatur *Ledesma part. 1. summæ cap. 18. del Sacramento de la Eucharistia, conclus 8. ad finem*. Tertia opinio est aliorum, quos sequitur *Vega part. 1. summæ cap. 21. casu 1.* Quæ distinguit, an Sacerdos sit adeò pauper, quòd nec bonis Ecclesiasticis, nec patrimonio, nec etiam ingenuo alicuius artis exercitio, possit sibi victum necessarium, & parcũ comparare, sed tantùm illum speret à Missa, ideoque paratus sit quotidie celebrare, & hoc casu (inquiũnt ipsi, est vera prima opinio, vel Sacerdos non est ita pauper, nec paratus quotidie celebrare, &c. & est vera secunda sententia, vbi ampliat primam partem ad Religiosos, qui alia via non possunt consulere suis necessitatibus. Hæc sententia nisi supponeret, prout supponit prima opinio, quòd ideò Sacerdos, qui recepit tria stipendia, vt loquitur *Sotus apud præcitatos Authores*, pro tribus Missis nõ remaneat obligatus, nisi ad vnam Missam celebrandam, cùm dicta tria stipendia simul sumpta non excedant quantitatem sufficientem ad necessariam substẽtationem pauperis Sacerdotis, non esset improbabilis iuxta ea, quæ diximus supra *sectione 9* sed quia id præsupponunt ambæ, ideo vtraque opinio hodie est damnata per Decreta nouissima de celebratione Missarum, vt infra suo loco latè probabitur; sufficiat pro nunc, quod *Fra xinellus in prima editione, sectione 4. conclus. 1. ad finem quem sequuti fuimus supra citata part. 3. de Iubileo num. 18.* Et si hoc cum alijs Doctoribus negaret, loquendo de Sacerdote etiam pau-

pere

pere. Tamẽ illud cõcedebat in casu summæ inopiæ eiusdem Sacerdotis, sed in vltima editione, post dicta Decreta simpliciter docet, nec pauperes Sacerdotes ab hac lege, & Decretis liberos esse, & per consequens ex
103 eo, quòd Sacra Congregatio ad secundùm dubium occasione verborum illorũ, *vt celebrentur tot Missę, quot ad rationẽ attributa eleemosyna præscripta fuerint*, declarauerit, illa verba intelligenda esse de præscriptione facta ab Ordinario secũdum morem suæ ciuitatis, & Prouinciæ, quando non fuit facta aliqua præscriptio ab eo, qui eleemosynam tribuit, sequitur quòd illud sit iustum stipendiũ Missæ, quòd lege vel consuetudine fuit taxatum.

Nota differentiam esse in-
104 ter stipendium taxatum, & consuetum, quia illud cõsistit in indiuisibili, hoc autem habet suam latitudinẽ infimi, mediocris, & rigurosi, prout dicitur de prætio, *Miranda part. 1. Manualis Prælatorum Regular. quæst. 41. art. 23. conclus. 2. ad finem*, *Ledesma part. 1. summæ cap. 18. del Sacramento de la Eucharestia conclus. 8.*, *Filliuccius tract. 5. num. 178. Mercerus de Sacramen. quæst. 83. artic. 4. 5. & 6. versic. notandum 3.* qui monent Sacerdotes nè hoc casu more secularium negotiatorum vrgeat nimis, vt exigant stipendium riguroſnm, sed cõtenti sint mediocri. Nota ad hoc propositum verba *Villalobos part. 1. summæ, tract. 8. de la Missa difficult. 15. num. 15. Y podria hauer en ello alguna latitud, que en Salamanca vemos, que vn darà vn real de limosna, y otros vn real y vn quartillo.* Ex quibus patet dictam latitudinem etiam prouenire ab ipsa consuetudine, & sic non esse extendendam ab ipso Sacerdote. Vnde quando consuetudo est vt soluatur tantùm vnum reale, illud non potest excedi iuxta ea quæ supra diximus. Debet autem dicta consuetudo esse inducta à viris prudentibus & timoratis, vt per *Mirandam loco supracitato*, *Bonacinam*, qui alios allegat *disputat. 4. de Sacramentis, quæst. vltima Puncto 8 num.*
105 *8.* Quod autem diximus *supracitata part. 3. de Iubileo num. 4. & 5.* sufficere ad hoc, consuetudinem partialem alicuius Religionis, nec Regulares subijci taxæ factæ per Episcopum; cessat hodie statibus dictis Decretis & declaratione, quæ cõ-

pre-

prehendunt Regulares, vt patet ibi: *Monasteria, Conuentus, Congregationes, &c.* fauet *Praxinellus supracitata sectione. 4. conclus. 1. §. 5.*

SECTIO XII.

Stipendium pro Missa an possit taxari ab Ordinario, ea conditione adiuncta, ne laici minus dent, nec Sacerdotes minus accipiant.

106 *Episcopus in taxãdo stipendio Missæ quomodo debeat se gerere, An & quomodo possit statuere, vt nulli Sacerdotes vel Clerici Missas defunctorum celebrent, vel ad exequias accedant, nisi talis Parochia, num. sequen.*

108 *Conuocare ad exequias Clericos, cui competat.*

HVic quæsito negatiuè respondemus citata *quæst. 3. de Iubileo num. 3 cum D. Thoma, Nau. & Soto apud Azorium part. 3. libr. 12 ca. 6. quæsit. 7.* qui subdit rationem; quia, inquit, in his duobus est nonnulla auaritiæ species. Accedit *Iodocus in suo thesauro, in verbo Missa num. 47. in principio*, clarius & latiùs *Fagundez libr. 3. in 1. Præceptum Ecclesiæ, cap. 7. num. 8. & sequen.*

106 vbi scitè aduertit, quòd Ordinarius debet similes taxas facere per actum positiuum, scilicet vt pro Missarum celebratione, mortuorum humatione, aut officijs illorum, eroganda sit talis quantitas pecuniæ: non autem per actum negatiuũ, vt est casus præsentis sectionis, rationem subdit, quia actus positiuus inducit obligationem iustitiæ, quò ad eum, qui dictum salarium acceptat, & non prohibet posse fieri pro minori stipendio sicuti actus negatiuus, nec videtur, vt ipse ait, quòd Missa vel suffragiũ fiant venalia, cùm proprium pretij sit, esse tali modo taxatum; videte eum, quia præter authores quos citat, refert verba D. Thom. hoc clarè indicantia, quod. n. hoc modo per actum negatiuum expediat aliquando taxare pretia aliarum rerum per Principem, notat *Basilius Ponce Legionensis part. 1. variarum disput. quæst. 1. scolastica cap. 2. ad finem*. Fauet etiam *Riccius in Praxi præterm. sarum post 1. partem, decis. 715. num. 4.* vbi docet Episcopum non posse imponere censuram contra Sacerdotes

cerdotes minori stipendio, vel gratis celebrantes. Ex quibus patet quàm sit magis fundata hæc sententia; opinione illorum, qui concedunt posse Episcopum statuere, ne laici minorem eleæmosynam pro Missa tribuant, negant tamen, quòd possit statuere, vt Sacerdotes tantam, & non minorem accipiant, vt loquitur *Reginaldus libr.* 23. *Praxis num.* 241. *& Bartholomæus de Sancto Fausto libr.* 1. *de Indulgentijs quæst.* 72. *& seq.* Etsi pro hac sententia alleget *Azorium*, cùm deberet allegare *Reginaldum*, quia *Azorius* expressè docet nostram sententiam eo modo, quo fuit à nobis allegatus, vt patet ibi: *Possunt quidem Ordinarij sua authoritate taxare eleamosynam, sicut etiam consuetudo eam alicubi taxat. At constituendum non est vt Clerici tantam accipiant, & non maiorem, vel vt laici tantam dent, & non minorem, in his enim duobus esset nonnulla auaritiæ species, & ex his solet laicorum offensio oriri.* Et aliorum, qui etiam negant vt supra, posse Ordinarium taxare dictũ salarium, ita vt Sacerdos non accipiat minorem eleæmosynam, concedunt verò posse ordinare, vt tantum stipendium accipiant, ita vt laici non dent minus, nec Sacerdotes accipiant maius, vt loquitur *Bonacina disput. 4. de Sacramint quæst. vltim. punct. 8. nn.* 9 *& seq.* & prosequitur *Barbosa de officio, & potestate Episcopi, allegatione 24. num. 8. & 9.* cùm vtroque casu, æquè vigeat, & militet eadem ratio, de qua supra post *Azorium, & Fagundez*, ideoq. dato, & non concesso, quòd etiam hoc casu non prohiberentur Sacerdotes pro minori stipendio, sicut etiam gratis pro alio Missam celebrare, vt inquit *Ledesma part.* 1. *sua summa cap.* 18. *del Sacramento de la Eucharistia conclus.* 7. & ante eum *Vasquez tom.* 3. *in* 3. *part. D. Thom. disput.* 234. *cap.* 1. *num.* 8. qui *Ledesma* hac ratione, non solum defendit opinionem *Corduba*, quæ directè pugnat contra nostram sententiam, sed asserit expedire, vt tali modo fieret ab Ordinario taxa ad euitandas pactiones & conuentiones circa huiusmodi materiam, quæ rarò fiunt sine scandalo, & pro quarum euitatione *Sac. Concil. Tridentinum*, monet quòd Ordinarius prouideat de opportuno remedio; Dato .n. & non concesso, remanere Sacerdotes in sua libertate

celebrandi pro minori, ex eo, quòd lex iustitiæ non impedit legem misericordię, vt supra nos diximus *num.* 89. præter quod remaneret hæc quæstio de vento, vt dicunt Ciuilistę. Neque per hoc tollitur, quin hic modus taxandi non contineat speciem auaritiæ, & videatur quodammodo cõstituere Missam venalem, vt supra, ex qua ratione *Fagundez loco supracitat.* tale statutum vocat impium, scandalosum, & simoniacum. Qui eadem ratione ostendit 107 *n. 9. & seq.* Neq; Episcopos posse statuere, vt nulli Sacerdotes Missas defunctorũ vel nulli Clerici ad exequias accedere possint, nisi Clerici, vel Sacerdotes talis Parochiæ, quia hoc est dictis Sacerdotibus, & Clericis cõcessum de iure communi, supra quod ius, non est Episcopus; sed *Summus* Pontifex dumtaxat, & per consequens illud statutum esset nullum ratione defectus potestatis. Quam doctrinam intelligimus in suis terminis, vbi scilicet alij Sacerdotes & Clerici essent excluſi generaliter ab exequijs & Missis Defunctorum, non autem quando fuisset stabilitum in Synodo, vt ad exequias, vel Missas Defunctorum vocẽtur Clerici, & Sacerdotes eiusdem Parochiæ & non possint vocari extranei, nisi in casu, quòd illi non sufficerent, vt vidi statutum in aliquibus Synodis Diœcesanis. Et in Concilio Prouinciali 4. Medio'an. ibi, quòd in vocandis ad funus, præferantur, qui sunt de gremio Parochialis Ecclesiæ.

Ad quem autem spectet 108 conuocare Clericos, & Sacerdotes ad funera, patet in Decision. Rotę Romanæ relata à nobis supra *Quæst. V. sub n. 106.* Quòd hæredes defunctorum possint stabilire numerum Sacerdotum vocandorum, & dare pro libito ceram; vt ex Sacra Congregatione, tradit *Gauantus in manuali Episcoporum, verbo exequiæ num. 4. & 5.* Vbi alia reperies declarata circa similem materi[illegible] -quiarum.

QV AE-

QVAESTIO VII.

De obligatione Capellani circa applicationem Sacrificij pro eo, cui tenetur celebrare Missam ratione Beneficij, vel Capellanię, Legati, aut Salarij.

EX quo Eucharistia, quæ conficitur in missa, non solum sit Sacramentum; sed etiam Sacrificium, quod à Sacerdote oblatum prodest non tantum ipsi Sacerdoti, sed alijs quoq; tam viuis, quàm defunctis, vt est de fide, ex infra dicendis, & talis oblatio facta in particulari à Sacerdote communiter dicitur applicatio, ac per consequens, vnum & idem est Sacerdotem esse obligatum pro alio celebrare, quàm eidem sacrificium applicare. Cum hucusq; egissemus de illis quatuor casibus, in quibus ex iustitia Sacerdos, seù Capellanus obligatur pro alio celebrare missam, qui casus se tenent ex parte causæ formalis suę obligationis, sequebatur, vt etiam ageremus de ipsa applicatione sacrificij, quæ est materia circa quam versatur eius obligatio, & necessario ab ipso digno scenda ad hoc, vt ritè; & rectè valeat suæ obligationi satisfacere, ideo instituimus hanc quæstionem, in qua primò agemus de Sacrificio, deinde de eius applicatione.

SECTIO I.

Quid sit Sacrificium, & quotuplex.

1 *Sacrificium quid sit*
2 *Ritum Sacrificandi quis possit instituere.*
3 *Sacrificare cui conueniat.*
4 *Sacrificium quomodo differat à dono, & num. 10.*
5 *Sacrificium quomodo sit in genere signi.*
6 *Sacrificium quotuplex sit.*

1 PRima conclusio: Sacrificium est *actus exterior cultus diuini à Deo, vel Republica ordinatus, quo legitimus minister aliquid offert Deo, illud immutando in signum animi protestantis, diuinam, excellentiam, Deumq; esse authorem vitæ, & mortis* est communis omnium DD. in re, & si in verbis nequaquã ita apud singulos reperiãt. Dicit, *actus exterior*, quia connaturale est hominibus externis actibus exprimere affectum animi, vnde nulla fuit Religio, siue vera, siue falsa, quæ fuerit sine externo cultu. Dicitur, *à Deo, vel Republica ordinatus*, ex

2 eo quòd non potest priuatus ritum Sacrificandi instituere, sed requiritur diuina, vel publica authoritas, cùm Sacrificium sit publica professio cultus Deo exhibendi, licèt Deus iam abstulerit, tum Hebræis, tum nobis potestatem instituendi Sacrificia. Dicitur, *Legitimus minister sollemni ritu &c.*

3 quia nemo sacrificat, nisi vocatus, & electus, vnde debet esse Sacerdos, vt patet ex scripturis, & infra latiùs dicetur *Quæstione sequenti.* Dicitur, *aliquid offert Deo, illud immutando*, quia debet esse oblatio, quę nedũ offeratur, sed immutet. i. vel mactetur, vel incendatur, vel frãgatur &c. ꝑ quod distinguitur donum à sacrificio. Additur tãdem, *in signum animi &c.* quia sacrificium est in genere signi, significetur nedũ subiectio erga Deum ob diuinam excellentiam, cùm hæc subiectio repetiatur etiam in adoratione, & oblatione, sed specialiter protestamur subiectionem animi erga Deum, vt authorem vitæ, & mortis, quia omnia potest nutu delere, latiùs *Suarez. tom. 3. disp. 73 art. 6. Summat Filiucc. tom. 1. tract. 5. num. 5. & sequentibus* & alij communiter. Ex quibus apparet differen-

rentia inter Sacramẽtum & Sacrificium; ambo enim significant, Sacramentum tamen significat rem sacram, quæ nos sanctificat, Sacrificium verò diuinam excellentiam & reuerentiam, quam erga Deum gerimus, *Villalobos tract. 8. de missa difficul. 1. num. 15.*

6 Secunda Conclusio: Sacrificium quò ad nostrum propositum est triplex, legis naturæ, legis veteris, seù Mosaicum, & legis gratiæ, seù nouæ. Patet, nam legimus Abel, & Cain Sacrificasse in principio Mundi, & tamen nulla extabat lex tunc, nisi naturalis. De Sacrificijs legis veteris, patet in Exodo, Numeris, & Leuitico, & nos etiam dicemus infra *sect. 3.* de Sacrificio legis nouæ, seù gratiæ est nobis nunc sermo. Dixi, quò ad nostrum institutum, quia aliæ Sacrificiorum diuisiones traduntur à DD. quę nõ faciunt ad rem nostram, qui vult eas videre adeat *Pilliuc. sup. num. 9. & seq.*

SECTIO II.

An Missa sit Sacrificium, & quomodo.

7 *Ecclesia habet verum Sacrificium.*
8 *Sacrificium Christi in Cruce quomodo fuit sufficientissimum.*
9 *Legis gratiæ Sacrificium, quod nam sit.*
10 *Christus quomodo sit offertus in Sacrificio missæ.*
11 *Differentia inter Sacrificium Crucis, & Cœnæ, ac Missæ.*
13 *Christus quatenus sit res oblata in hoc Sacrificio.*
14 *Missæ descriptio.*
45 *Missa vbi instituta.*
16 *Missa quare dicatur tale Sacrificium.*

7 PRima Conclusio: in lege gratiæ, & sic in Ecclesia est verum Sacrificium. Est conclusio ista de fide ex *Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. & 2. & Can. 1.* contra hæreticos, qui negant esse aliquod Sacrificium in Ecclesia, quos confutat. *Bellar. sup. & Suarez disp. 75. sect. 1. & alij infra cit.* Probatur præter authoritates

tates innumeras Testamenti veteris, vbi promittitur, & prædicitur tale Sacrificium; Ratione desumpta ex his, quæ dicta fuerunt supra *in principio sectionis præcedentis*, scilicet nullum fuisse statum, & Religionem, siuè veram, siuè falsam, quæ non habuerit Sacrificium, ergo impossibile est in statu perfectissimo legis gratiæ, & Religione Christiana, non etiam adesse Sacrificium;

8 Nec obstat, quòd Sacrificium Crucis fuerit abundãter sufficiens: quia Respondetur fuisse sufficiens, quia acquisiuit prætium, sed vt tale prætium nobis applicemus, necessarium erat aliud Sacrificiũ repsentãs, & memorãs illud crucis, & ideo statuit Christus, quòd hoc fiat in missa, volens nostram cooperationem; *Quotiscunque enim* (dixit Apostulus) *manducabitis, mortem Domini annutiabitis*, & Christus *Luca 22. Hoc facite in meam commemorationem*.

9 Secunda Conclusio: Sacrificium legis gratię est illud, quod fit in missa, Est etiam de fide hæc Conclusio, sicut præcedens, ex eisdem authoritatibus & rationibus, Accedunt verba S. *Concil. Trid. sess. 22. cap. 1.* ibi *& hæc quidem illa munda oblatio est, quam Dominus per Malachiam nomini suo offerendam prædixit*, Confirmatur, nam in missa adsunt conditiones ad verum Sacrificium, vt patebit *concluf. sequenti*: Nec obstat, in missa confici Sacramentum Eucharistiæ, quòd implicat cum Sacrificio, cùm etiam implicet aliquid simul donari, & offerri; nam Sacrificiũ est aliquod nobis donatum, tum quia in nouo Testamento est nobis relictum, cùm etiam, quia in eo Christus se nobis communicat. Sacrificium verò est, in quo aliquid Deo offerimus, vt patet *ex sect. præcedenti*; Nam Respondetur, posse idem esse donatum, & oblatum diuersis rationibus, est. n. Sacrificium, & sic donatum, quia significat gratiam, imò ipsum gratię authorem, qui nobis donatur, est Sacrificium & sic oblatum, quia offerendo illud Deo, significamus Deum esse authorem vitæ & mortis, & communicantur nobis eius merita. videte doctissimum Franciscum *Suarez tom. 3. disp. 74. sect. 2. 3. & 4.* hoc est, vt benè notat *Cartagena homilia 27. de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento*, quod indicant verba alla à domi-

no

no pronunciata: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo*. Idest, per Sacramentum, inquit ipse, mihi communicantem facio meum, per Sacrificium facit me ipse suum, quia communicantur homini merita Christi per Sacrificium, vt ibi per eum.

11 Tertia Conclusio: in missæ Sacrificio offerens est ipse Christus in persona ministri, res oblata est ipsemet Christus sub speciebus panis, & vini mysticè macatus cum ritu sollemni in signum animi protestantis. Hæc conclusio ponitur ad comprobandam proximam præcedentem conclusionē, Ostendit enim adesse in Sacrificio missæ conditiones ad verum Sacrificium requisitas. Quòd Christus sit offerens, patet ex scripturis, & Conciliis, vbi Christus vocatur Sacerdrs in æternum, de qua re videte quæso *Vasquez in 3 partem D. Thom. quæst. 82. ar. 7. ad 3. & quæst. 83. ar. 1. ad 3. Suarez tom. 3. quæst. 23. sect. 1. Filliucc. tom. 1. tract. 5. n. 30.* vbi *numero sequenti* probat, Christum non tantum offere remotè, sed etiã proximè; Quòd offerat Christus in persona ministri, Patet ex differentia, quã

12 DD. afferunt inter Sacrificium crucis, & cœnæ, & istud, non solum enim differt ex eò, quòd illud fuit eruentum istud incruentum; sed etiam quia in illo Christus fuit offerens in persona propria, in isto in persona ministri, qui habeat potestatem offerendi, qualis hodie est Sacerdos legitimè ordinatus vt infra suo loco. Videte *Sacr. Conc. Trid. sess. 22. cap. 2. Suarez sup. disp. 76. sect. 1.* quem *summat Filliucc. loco sup. num. 27 &*

13 *28.* Quòd res oblata sit idē Christus quatenus est sub specieb' panis, & vini, patet quoq. ex illis verbis cōsecrationis, *Hoc est corpus meum, Hic est calix sanguinis mei, &c.* panis .n. & vinum quò ad substantiam sunt materia ex qua Sacrificij, sed transiens, quia desinunt esse per conuersionem, quò verò ad accidentia, possunt dici materia eiusdem ex qua, sed permanens, & sic etiam dici possunt, aliqua ratione Sacrificari, & offerri, totum enim constans Christi corpore, & speciebus sacrificatur, & offertur, videte *Suarez sup. & Filliucc. nu. 18.* Quod interueniat immutatio, fit clarum ex distinctis consecrationibus

bus corporis, & sanguinis, & sic mysticam mactationem, ac ipsum Sacrificium incruentum, vt communiter DD. supra, qui ex hac ratione probant, requiri de essentia huius Sachrificij consecrationem vtriusque speciei. *Bellar. lib. 8. de Eucharistia cap. 22. latè Suarez disp 75 sect 6. Filliuce. sup. num. 25.* Quidquid *Henriquez, Nugnus, & alij, quos sequitur Bonac disp. 4. de Sacr. quæst. vlt. par. 2 in fine*, contrarium doceant. Adest ritus solemnis in signum &c. vt patet ex Rubricis missalis, & Canone missæ.

14 Ex his potest facilè quis percipere descriptionem missæ. Est enim actio sacra, qua Christus sub speciebus panis, & vini immolatur incruentè Deo ab eodem Christo in persona Sacerdotis, sicut in ara crucis seipsum cruentè obtulit, & incruentè in cœna vltima, in qua fuit hoc Sacrificium institutum ab eodem Christo, loco supra citato *Luca* 22. *Hoc facite in meam com-*

15 *memorationem*, ex quo loco colligit hanc institutionem *Conc. Trid. sess. 22. cap. 1.* ideoque est de fide, vt per *Filliuce. dicto tract. 5. num. 15.* &. si quo ad cæremonias, preces, & alia, quę includit dictum Sacrificium, possit dici esse institutũ ab Ecclesia, vt per eundem *Filliuce sup.* & alios communiter.

16 Dicitur autem tale Sacrificium missa, vel ex eo quod oblatio, & præces mactantur ad Deum per Sacerdotem, & populum, vel à missione, aut dimissione, eo quòd primum quidem dimittebantur cathecumeni post Euangelium ante consecrationem, & deinde populus, absoluto Sacrificio, ad quòd significandum dicebatur à Diacono in fine, *Ite Missa est*. Vnde prima dimissio post Euangelium dicitur missa cathecumenorum, secunda dimissio dicitur missa fidelium, vt explicant *Alcuinus, & Isidorus, quos sequitur Bellar. lib. 1 de Missa cap. 1.* Hinc est, plerumque Patres non vti nomine missæ in singulari, sed in plurali, *missæ, missarum* &c. sic habetur in *Can. Missas de cons. dist. 2* quia ob rationem supradictam, duas Missas distinguebant, alteram Cathecumenorum, priorem scilicet partem vsque ad primam oblationem inclusiuè; alteram Christianorum scilicet posteriorem partem vsque ad finem; Latè per *Couarr.*

lib. 4.

lib. 4. resol. cap. 22. Canum de locis Theolog. lib. 12. cap. 30. & Scortiam de Sacrificio missa pluribus in locis.

SECTIO III.

Quale genus Sacrificij sit Missa.

17 *Sacrificij triplex genus; & quale sit Sacrificium missa, num. seq.*

18 *Missa quatenus sit Sacrificium, Honorarium, Eucharisticũ, & Impetratorium.*

CVm iam explicatum fuerit quomodo Missa sit Sacrificium legis gratiæ, consequitur, vt declaretur genus, ad quod genus Sacrificij scilicet pertineat. *D. n. Thom. 1. 2. quæst. 102. ar. 2.* 17 *& 3.* Distinguit triplex genus Sacrificij, Primum vocat honorarium, cuius finis est solus Dei cultus, & honor; estque illud, quod in lege veteri dicebatur Holocaustum, & totum cremabatur, vt resolutum in vaporem, totum sursum ascenderet, in signum, vt quicquid habemus, Dei est. Secundum appellat propitiatorium, quod in eadem lege veteri nuncupabatur, Hostia pro peccato, cuius finis non erat solus Dei cultus, & honor, sed etiam propitiatio Dei irati, & remissio peccatorum, ideoque partim cremabatur, & partim à Sacerdotibus in atrio Sancto manducabatur. Tertium nominat Pacificum, estque illud, quod in lege veteri, dicebatur Hostia pacifica, & erat duplex tale Sacrificium, vnum Eucharisticum, hoc est institutum ad gratias Deo agendas pro beneficio accepto; alterum impetratorium, quod offerebatur ad beneficia, & dona à Deo impetranda, & hoc partim cremabatur, partim à Sacerdotibus manducabatur, & partim ab ijs, qui offerebant.

Quæritur igitur, An Missæ Sacrificium sit honorariũ, vel propitiatorium, siue Eucharisticum, aut impetra- 18 torium? Et Respondetur hoc vnicum Sacrificium legis gratiæ continere omnia genera dictorum Sacrificiorum, & differentias Hostiarum, ipsaque omnia fuisse figuras huius verissimi, & summi Sacrificij. *Ita D. Aug. lib. 1. contra aduersarios legis, & Prophetarum cap. 18 cum alijs quos refert, & sequitur Suarez tom 3. disp. 73. sect. 7. in fine & disp.*

75 *sect. 2. Filliuc. innuit dicto tract. 5. sub num. 12.* habetur expræsse in *Conc.*
19 *Triden sect. 22. cap. 1.* Est enim honorarium, cùm non carnes taurorum, aut hircorum; sed Christus Dominus, agnus immaculatus offeratur. Est propitiatorium, quia valet pro pœnis, & peccatis; Sancta Synodus Tridentina *sect. 22. cap. 2. & can. 3.* docet, Sacrificium hoc verè propitiatoriũ esse, per ipsumque fieri, vt si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti, & pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Huius quippè oblationis placatus Deus, gratiam, & donũ pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit. hactenus verba S. *Conc.* Est Eucharisticum, seù gratiarum actionis, vnde *Ireneus lib. 4. contra hæreses cap. 22.* dicit, Christum instituisse huius Sacrificij oblationem, ne nos ingrati esse Deo videremur. Est tandem impetratorium, nam in eo repræsentatur passio Christi, & ideo aptissimum ad impetrandum pro quacumque necessitate non solùm spirituali, sed etiam temporali, vt pro fructibus terræ, pro pace, pro sanitate, ex *Conc. Trid. & Sanctis Patribus, quos citat Bellar. lib. 2 de Missa cap. 2. & 3.* & patet in Missali, vbi habemus vel collectas, vel etiam Missas integras, pro similibus gratijs impetrandis.

SECTIO IV.

In qua actione Missę posita sit essentia Sacrificij.

20 *Actiones remotè interuenientes in Sacrificio Missa, quæ nam sint, & quæ proximè, num. 22.*
21 *Missæ partes quæ.*
23 *Consecratio est de essentia Sacrificij Missæ.*
24 *Oblatio, ac sumptio quomodo non sint de essentia Sacrificij.*
25 *Feria Sexta Maioris hebdomadæ non fit verum Sacrificium.*

20 IN Missa plures actiones interueniunt, quarum aliquæ remotè, aliæ proximè ad munus Sacrificandi videntur accomodatæ, illæ enumeratur à *Patre Molfesio tract. 3. cap. 12. num. 1.*

Sci-

Scilicet deosculatio, populi salutatio, manuum ablutio, manuum extensio, vel vnio, Crucis signatio, humiliatio, & complexio, & delatio Missalis de vno loco ad aliũ, his possunt addi aliæ actio-
21 nes, quas idem *Pater cap.* 11. post alios appellat partes missę, scilicet pręparatio, ad quam spectant preces, & actiones, quæ dicuntur, & fiunt à Sacerdote ab introitu, scilicet quousq; ascendat ad altare, & deinde vsque ad Epistolã exclusiuè, item instructio, quę durat vsque ad symbolum, vel quando non dicitur illud vsque ad Euangelium inclusiuè, & gratiarum actio, quæ incipit a versu, qui dicitur *Postcommu-*
22 *nio* vsque in finem. Illæ quę proximè ad munus Sacrificandi videntur accomodatę sunt sex, oblatio panis, & vini, consecratio, Secunda oblatio per illa verba, *vnde & memores Domine, &c.* sumptio, fractio, ac mixtio, & distributio: Quando quærimus hic, in qua actione Missæ posita sit essentia Sacrificij legis gratiæ? loquimur de istis, qui proximè concurrunt, vt per *Suarez dicto tom. 3. disp. 75. sect. 2.* quæ summant *Filliuc. dicto tract. 5 num. 19. & alij recentiores*, qui hoc probant ex eo, quòd omnes dictæ sex actiones aliqua ratione interuenerunt in Christi Cęna, vbi tale Sacrificium fuit institutum, pro vt diximus supra. In qua quæstione pro qualibet ex istis actionibus, quod sit de essentia, non desunt Opiniones antiquorũ, vt videre est apud *Suarez loco sup. cit. sect. 3. & seq.* vbi reperiet lector illarum confutationes, hodie tamen inter recentiores duę sunt opiniones; Prima est *Suarez, quam sequuntur præter Coninck Pitigianum, & Vasquez apud Bonac. infra citandum. Filliuc. d. tract. 5. 21. & seq. Riginal. lib. 29. num. 146. Fagundez lib. 3. in 1. præceptum Eccles. cap. 4. num. 8.* qui docet, solam consecrationem esse de essentia huius Sacrificij. Confirmat late *Villalobos tract. 8. de la Missa, diffic. 5.* & præcipuè *num. 69.* vbi audet dicere sibi hanc sententiam videri de fide, quia non est de fide quòd in cęna reperiretur alia actio, in qua potest saluari essentia istius Sacrificij, quàm in consecratione, ipse tamen probat tandem, quòd tam consecratio, quàm sumptio sit de essentia.

Secunda est *Henriquez, Azorij, Nugni, & aliorum*,

quos sequitur Bonac. *disp.* 5. *de Sacram. quæst. vlt. punct.* 2. vbi non solùm consecrationem, sed etiam Secundam oblationem, & sumptionem putat esse de essentia talis Sacrificij, eiusdem opinionis est *Pesantius in* 3. *p.* D. *Tho. quæst* 83 *art.* 3. addēdo, quòd oblatio principalius, & sumptio principalissimè, quàm consecratio pertineat ad essentiam huius Sacrificij. Ex parte vtriusque sententię nō desunt plures rationes, ac etiam difficultates, vt videre est apud authores citatos, 23 semper tamen mihi magis placuit opinio *Suarez*, considerando consecrationem, non vt est actio productiua, & conuersiua panis in corpus Christi, nam ita non appellatur Sacrificatio, seu Sacrificium, sed consecratio; sed vt distinctè statuit corpus a sanguine per distinctas consecrationes, & tunc vt dictum est *sect.* 2. *concl.* 3. est mystica mactatio agni, & dicitur Sacrificatio, cum totum hoc fiat in honorem Dei.

Nec obstat primò, quòd à parte rei agnus non occiditur, & Sacrificatio dicit realem immutationem victimæ: Nam Respondetur attendi id, quod est per se, non id, quod est per accidens, sed per se, verba consecrationum habent virtutem statuendi corpus, & sanguinem suum, & Agnum tanquam occisum, licèt per accidens ex concomitantia constituant illum vt viuentem, ergo. Cōfirmatur, quia si Apostoli consecrassent in triduo, clarissimè tunc sacrificassent, ergò, & modo cùm illud ipsum repræsentamus.

Neque refragatur secundò, quòd in sacrificio debet esse transitus victimæ de vita ad mortem, vnde si quis offerret agnum occisum, non sacrificaret, quia nec Deum testaretur authorem vitæ, & mortis, sed per consecrationem non transit agnus de vita ad mortem, sed fit tamquam occisus, ergo, Quia respondetur, quòd satis fit, si id quod aliter cōstitueretur viuens, constituatur vt occisum, & sic sufficit si possit produci agnus viuens, & si producerem illum in Dei honorem occisum, vt sacrificatur. Tandem nequaquam officit, quòd debeat desumi victima, ita vt non sit amplius in rerum natura, & tamen Christus à parte rei subsistit; Nam etiam respondetur, sufficere agnum pro vt replicatum, bisque positum

in

in rerum natura fieri vt occisum.

24 Hæc opinio sic declarata probatur primò à sufficienti partiũ enumeratione; De fide est, in Missa offerri verum Sacrificium, vt dictum est *sect.* 2. sed istud non potest consistere in oblatione, neque in sumptioue, ergo in sola consecratione. Non in oblatione, quia de fide est ex *Trid sess. 22. cap. 1.* in Cœna Christum se obtulisse in Sacrificium, vnde dicitur Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, sed ibi non fuit aliqua oblatio, sed tãtùm consecratio, ergo Non in sumptione, nam istud Sacrificium Missę, vt sæpè dictũ fuit, est ad instar Sacrificij cruenti crucis, sed illud completum est quò ad essentiam per Christi mortem, statimque fuit efficax, ergo nostrum Sacrificium tantùm in consecratione, qua mysticè occiditur agnus potius consistit, cum consecratio respondeat mactationi, manducatio verò sepulturæ. Confirmatur in specie contra *Pesantium*, qui vult principalissimè essentiam huius Sacrificij cõsistere in sumptione, quia sic sequeretur etiam laicos Sacrificare; si intenderent consumere in cultum Dei; Secundò, quia per manducationẽ nulla fit immutatio Christi, nisi in stomacho, spe-

25 ciebus transactis: item omnes concedunt, feria sexta maioris hebdomadæ non fieri verum Sacrificium, & tamen ibi adest sumptio, ergo quia deest essentia Sacrificij, nempè consecratio.

Secundò probatur, quia sola consecratio videtur accomodata ad significandum affectum internum Sacrificantis, scilicet diuinum dominium, atque Deum esse authorem vitę, & mortis, cùm enim per eam mystícè mactamus agnum propter Deum, significamus nos, omnia in Deo referre, ac in eius manu esse nostram vitam, & mortem. Prętер supra allegatos, videte *Conink loc. supracit.*

SECTIO V.

De valore huius Sacrificij Missæ.

26 *Valor quid significet, & quomodo differat à merito ibidem.*

27 *Valor ex opere operato, & operantis quis nam sit, & quomodo differant.*

28 *Missa quomodo habeat valorem*

lorem ex opere operantis.

29 *Missa an & quomodo habeat valorem ex opere operato, An hoc sit verum etiam respectu eorum, pro quibus offert Sacrificium Sacerdos, nu.30. Quid respectu assistantium, ibidem num.31.*

VT hæc materia verè difficilis ab omnibus radicitus capiatur, declarandum est primò quid sit valor, & quotuplex.

26 Valor hic accipitur pro efficacia, seu fructu, sicut etiam cum de efficacia, seu fructu indulgentiarum volumus agere, quærimus de valore indulgentiarum, & sic differt valor à merito, quod significat actionem, qua fit, vt ei, qui agit, iustum sit dari aliquid pro mercede, vt bene *Tabie. hoc verbo meritum post* D. *Tho. in 4. dist.15.quæst.1. art.3. quolibet. 4.*

27 Iste valor seu efficacia esse potest duplex; ex opere operantis, & ex opere operato: dicitur valor ex opere operantis illa efficacia, quando provenit ex merito privato ipsius, qui missam v. g. celebrat: dicitur valor ex opere operato illa efficacia, qui non provenit ex merito ipsius, qui celebrat, sed ex ipso Sacrificio missæ. Differunt hi valores inuicem, quia in primo attenditur bonitas, vel malitia ministri secus in secundo, item quia primo casu impetratio non est infallibilis respectu subiecti non ponentis obicē, secus in secundo valore. videte *Suarez tom.3. disp.79. vers. has autem rationes.* Dixi, *priuato*, quia preces quando accipiuntur vt à persona publica, & sic vt à ministro Ecclesiæ, etiam habent valorem ex opere operato, vt suo loco dicetur.

28 Certum est autem Missam habere valorem ex opere operantis, nam talis valor est communis omni bono operi facto in Dei gratia, qui valor dicit meritum gloriæ de condigno, respectu ipsius Sacerdotis celebrantis, & meritum de congruo, secù impetrationem ipsius petitionis, vel petitionum in particulari, item satisfactionem pro pœnis debitis pro peccatis, pro vt sunt impedimenta consequutionis gloriæ æternæ, non solum respectu ipsius celebrantis, sed etiam aliorum, quibus ab ipso Sacerdote applicatur talis valor, *Suarez tom. 3. disp.79. sect.2.* quamuis dubium

bium sit an possit quis pro alio siue viuo, siue defuncto satisfacere, non solum de congruo, quod certum est, sed etiam de condigno, de qua re agunt DD cùm de satisfactione, & indulgentijs nempè *Couarr. in cap. Alma mater par. 1. § 4 num. 7 Nauar. de indulgent. not. 21. nu. 18. P. Megal. Coninck, Maldonatus, & alij, quos sequitur Pater Molfesius tract. 7. cap. 25. num. 84. & seq. Suarez tom. 4. disp. 48 sect. 6. num. 8. 7. & 9. in principio. Filliuc. tract. 5. num. 58.* qui videtur inclinare in affirmatiuam circa id, quod dixi, valorem hunc dicere mentium gloriæ æternæ de condigno respectu ipsius celebrantis. videte *Suarez. to. 3. disp. 27. præcipuè sect. 9. num. 7. & Filliuc. tract. 8. de Sacram. num. 22. & sequentibus.*

Dubium est, an habeat valorem dictum Sacrificium ex opere operato. Ob varias DD. opiniones, de quibus *Caiet. quæst. 82. ar. 5. Canus lib. 12. de locis Theologicis cap. 3 sect. in 4. dist. 13. quæst. 2 ar. 1. P. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 2. nu. 246 Suarez tom. 3. disp. 29. sect. 1. & sect. 9.*

Communis, imò certa conclusio, vt testatur *Suarez dicta sect. 1. proximè citata vers. dico primò*, est, hoc Sacrificium habere valorem ex opere operato, ideſt præter meritum operantis, vi Sacrificij, quod alij vocant per modum infallibilis impetrationis, & alij per modum solutionis ex thesauro meritorum Christi, non attenta bonitate ministri, infallibiliter conferri aliquid non ponenti obicem, sequitur *Filliuc. dicto tract. 5. num. 37.* qui testatur de communi sententia. Ratio est euidens, nam in *Conc. Trid. sect. 22 cap 2.* diffinitur, in hoc Sacrificio offerri eamdem victimam, quæ oblata fuit in cruce, ergo non tantum habet valorem ex merito operantis, sed etiam ex opere operato. Probat cõsequentia, nam illa oblatio facta in cruce semper est eadem, siuè minister sit bonus, siuè malus, *Melchior Canus, & P. Nauar. loc. cit*, nec est contra *Caiet*, vt benè *Suarez loc sup. cit.* qui allegat pro hac sententia *D Th & alios, accedit Bartholom. de sancto Fausto lib. 1. de indulgentijs quæst. 17.*

30 Amplia, vt istum valorem ex opere operato habeat hoc Sacrificium non solùm respectu ipsius Sacerdotis; sed etiam respectu eorum, pro quibus Sacerdos offert,

&

& eis applicat, vt publicus minister: ita optimè *Suarez dicta disp. 79 sect. 9. Filliuc. dicto tract. 2 nu. 37.* Dixi, *vt publicus minister*, quia & si quoque vt priuata persona reportet particularem fructum sibi correspondentem ex opere operato, si est in gratia, tamen non est certum, si possit illum alteri applicare, vt infra dicemus: videte pro nunc *Suarez dicta disp. 79 sect. 8. vers. atque ex hac ratione*, qui secus dicit *ibid. vers. 2. de Ecclesia &*
31 *membris eiusdem*, & sic fructu generali, vt similiter non habeat valorem ex opere operato respectu astantium, & sic certius est ipsos, non posse talem fructum alteri applicare, vt explicat *Filluce. dicto tract. 5. num. 80.*

Ex quibus patet, quomodo sint intelligendi Doctores asserentes, quòd Missa quatenus includit præces, & orationes, fructificet ex opere operantis, hoc enim non est verum simpliciter, maximè quatenus dicuntur à sacerdote, vt ministro publico, videte infra *sect. 9.*

SECTIO VI.

De Effectibus valoris ex opere operantis, & operato Sacrificij Missæ.

32 *Gratia prima, seù remissio peccatorum quomodo conferatur in Sacrificio Missa.*

35 *Augmentum gratia quomodo conferatur per Sacrificium missa.*

34 *Venialium peccatorum remissio an conferatur ex opere operato in Sacrificio Missa.*

35 *Pœna temporalis remittitur ex opere operato per hoc Sacrificium, Quanta autem pœna remittatur, ibidem num. seq.*

DOctores recensent plures effectus Missæ, illosque confundunt cum valore eiusdem Sacrificij; nos autem vt aliquid saltem facilitatis, & claritatis in hac materia perdifficili, maximè pro his qui Theologiam scholasticam minimè callent, in medium afferamus, explicare prius volumus quis nam sit valor operis operantis, & operati, & deinde

inde effectum cuilibet valori correspondentem, ad hoc vt lector percipere valeat, vbi sistat punctus difficultatis.

Quinq; effectus inter alios cõmuniter tribuũtur Sacrificio Missæ, Primus est collatio primæ gratiæ, seu remissio peccatorum mortaliũ,
32 & de hoc est cõmunis opinio, de qua testatur *Filliuc. tract. 5. n. 69.* nõ cõferre illũ, hoc Sacrificiũ ex opere operato, & immediatè, sed tantùm per modum impetrationis, ideſt si offeratur pro existenti in peccato mortali, qui perſistat cum reuerentia, & proposito non peccandi, vero corde, impetrabit ei spiritum pœnitentiæ, quo mediante conuertetur. Patet in *Conc. Trid. sess. 22. cap. 2.* ibi, *huius oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedit,* subdit *Bellar. lib. 2. de Missa cap. 4. probat Suarez dicta disp. 79. sect. 3.* quòd etsi quò ad sufficientiam talis impetratio sit ex parte sua infallibilis, cùm sit oratio, & ad hunc effectum sufficiens ob promissionem factam à Christo, tamen quia sæpè dicta oratio non est debitis circunstantijs comitata, ideo neque semper infallibiliter sortitur effectum conuersionis, & iustificationis, sed variè operatur pro diuersa dispositione eorum, pro quibus offertur. vnde si is, pro quo offertur Sacrificium, sit dispositus ad contritionem, virtute huius noui auxilij impetrati per Sacrificium, efficietur in eo contritio, cum qua acquiret gratiam, si verò non sit dispositus ad contritionem, efficietur in eo noua quædam dispositio, quæ frustrabitur suo fine; si ille ex arbitrij libertate, vocationem Dei recuset, quare & si semper peccatores iuuentur hoc sacrificio, non tamen semper cõuertuntur, quamuis non sit necesse, statim hoc Sacrificium suum producere effectum, satis enim est, si impetret à Deo auxiliũ, quando illi videbitur opportunum: nam neque oratio S. Stephani statim impetrauit cõuersionẽ Pauli. &c. late *Coninck q. 83. num. 131*

33 Secundus est augmentum gratiæ; Tertius est collatio bonorum temporalium, de quibus eodem modo concludendum est, sicut de primo, scilicet conferri ab hoc Sacrificio non ex opere operato, sed tãtùm per modum impetrationis, vt per præcitatos authores, præcipuè *Filliuc. dicto tract. 5.*

• *num. 63. & 70*

34 Quartus est remissio peccatorum venialium, hic effectus, etsi secundùm probabiliorem opinionem non conferatur ex opere operato, sed per modum impetrationis, vt de alijs effectibus, dictum est supra. *Coninck. supra num. 136.* Contrarium tamen etiam est probabile, vt testatur *Filliuc. loc. supradicto num. 64. & seq. post Henriquez, Bellarm. & alios*; nempè conferri talẽ effectum per hoc Sacrificiũ ex opere operato, mediatè tamen, quando offertur pro iusto, qui perfistat deuotus, ratio est, quia appellatur à *S. Conc. Trid.* Sacrificium Propitiatorium.

35 V. effectus est remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis tàm mortalibus, quàm venialibus, qui secundùm omnes DD. confertur ab hoc Sacrificio ex opere operato. ex *D. Tho. 3. par. quæst. 79. art. 5. Suarez disp. 79 sect. 6.* Qui *vers. sed cõtra*, testatur, hanc esse communem Theologorum sententiam, à qua discedere, vt ipse ait, magna esset temeritas, & si fateatur non esse de fide; Ratio est, quia tale Sacrificium est repræsentatiuum Passionis Christi, ergò substituitur ista passio pro ea pœna, ad quam nos sumus obligati: vnde datur iusto infallibiliter, siuè dormiat, siuè aliquid aliud gerat, cùm talis effectus ei conferatur, non per infusionem gratiæ, sed per extrinsecam remissionem, reassumit *Filliuc. dicto tract. 5. num. 67.* vbi etiã habetis, quòd ex opere operantis possit etiam hoc Sacrificium prodesse per modum impetrationis ad alicuius pœnæ remissionem. latè *P. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 2. num. 351. vbi allegat Sot. Couar. & alios.*

36 Sed quæres, an tota pœna temporalis, pro qua tenetur quis illo tunc, quando Sacrificium offert, vel procurat, vt offeratur, ei remittatur? Respondetur, vt infra.

Ex dictis patet ex communi, & ferè certa DD. sententia, tãtum effectum remissionis pœnæ temporalis debitæ pro peccatis mortalibus remissis, vel venialibus, cõferri ex opere operato p hoc Sacrificiũ, & sic de isto dũtaxàt esse quæstionem, vtrùm respectu eius tale Sacrificium sit valoris infiniti, seù, quod est idem, vtrùm Sacrificium istud oblatum pro multis personis obligatis ad pœnas prædictas: ita sit Satisfactorium singulis, ac si pro vno tantùm offerretur, vel non

de qua

de qua mox *sectione sequenti*. Pro effectibus enim qui proeduut per modum impetrationis, non implicat habere istud Sacrificium valorem infinitum. Videte *Suarez tom 4. disp. 48. sect. 6. num 8. in fine Filliuc. dicto tract. 5. sub. nu. 91. Scortiam Coninck, & alios locis supracitatis*, vbi de alijs effectibus.

SECTIO VII.

Vtrùm Valor Sacrificij Missæ ex opere operato, præcipuè pro remissione pœnarum temporalium, sit infinitus.

37 *Sacrificium missæ esse valoris infiniti, qui authores doceãt. Prima declaratio huius sententiæ quod intelligatur secundum propriam deuotionem, num. 38. Secunda declaratio de missis eiusdem rationis, & quãdo singulis promittuntur singula missæ num. 39. Nodus quæstionis, & eius resolutio num. seq.*

40 *Sacrificium missæ quomodo habeat valorem finitum ex opere operato, quid de effectu quò ad impetrationem, ibid.*

SEnsus tituli sectionis iam explicatus est in calce proximæ præcedentis, vnde hic tantùm referam opiniones, & deinde subijciam conclusionem.

37 *Caiet. in opusc. de celebr. missarum, & 3. part quæst. 79. art. 5.* affirmat, missam habere valorem infinitum, & tam multis, cùm pro multis offertur, quàm vni, si pro vno offeratur, fructificare, quia hostia oblata est infinita, ac etiam oblatio Christi, facta in cruce, quam repræsentat hoc Sacrificium vt dictum est suprà; est infinita, ergo hoc Sacrificium ex se habet valorem, satisfactionem, & meritum infinitum.

Hanc opinionem sequuntur *Angel. Syluester, Viguerius P. Sot. & alij antiquiores*, quos ex recentioribus probare videtur *P. Nauar. lib. 2. de restitutione cap. 2. num. 268. Ludouicus Reya part. 1 responsionum Bononiens. casu 12. Aragon. de iust. & iure quæst. 85. Gabriel Vasq. in 3. p. D. Tho. tom. 3. disp. 230. cap. 3.* & defendit mordicùs *Dominicus Montagnolus in suo libello de valore missæ cap. 3. & seq.*

38 Pro declaratione huius opinionis, aduertendum primò, authores ipsius non existimare, quod in qualibet missa applicetur ei, pro quo offer-

tur integer talis valor infinitus actù, vt ita dicam, sed tãtùm secundùm propriam deuotionem, & si non concordent, in hoc, an fructus maior, remissio scilicet pœnæ, augeatur ex deuotione maiori ipsius Sacerdotis, vel etiam ipsius, pro quo offertur Sacrificium, vt est videre apud *Suarez tom. 3. in 3. par. disput. 79. sect. 10.* qui post *Caiet. & alios*, probabiliùs existimat id pendere ex deuotione Sacerdotis offerentis, sequitur *Filliuc. tract. 5. num. 84.* Sed opinio *D. Tho. Soti, & Sylueſtri ibid. à Suarez relatorum* pro contraria sententia, nempè id etiam dependere à maiori deuotione ipsius, pro quo offertur, est valdè probabilis, exemplo Baptismi, & aliorum Sacramentorum. & latiùs patebit infra *sectione 11.* cùm de eo, cui applicari possit hoc Sacrificium, agetur.

39 Secundò aduertendum, concedere authores dictæ opinionis, quòd Sacerdos, qui promisit vni decem Missas, siue diuersæ, siuè eiusdem rationis, non satisfacere celebrando vnam tãtùm, nec etiam si promisit multis multas Missas, non tamen eiusdem, sed diuersæ rationis v. g. vni missam B. M. alteri de Requiem, alteri de Spiritu sancto, alteri *pro* peccatis, de Passione &c. non potest enim vna missa currenti, vel aliqua ex præfatis, omnibus, & singulis satisfacere, etiam data opinione, quòd non sit obligatio rigorosa celebrandi talem missam, pro vt infra *suo loco*. Cùm ex talium missarum diuersarum promissione, arguatur diuersa etiam obligatio, ita *Montagnolus sup. cap. 24 & duobus sequentibus* & alij, vt habetur per *Praxi nellum in sua disput. de Sacerdotum obligationibus ad Missas pro alijs celebrandas sect. 3. prænotione 4. §. 6. num. 4.*

Igitur docent hi authores posse Sacerdotem, qui à decem v. g. hominibus recepit stipendiù pro decẽ Missis de Requiẽ, vel de B. M. aut de Spiritu sancto, omnibus illis decẽ satisfacere vnica missa & sic etiam; si fuerint centum personæ &c. ac tunc tantùm prodesse singulis dictam Missam, quantum prodesset, si fuisset pro vno tantùm celebrata. & proindè ex illa multiplicatione, non recipere diminutionem fructuum Sacrificij respectu singulorum.

Cæterùm Secunda sententia, quæ non solum est communis,

munis, & certa, vt testantur *Bellar. tom. 2 controuers. lib. 2. de Missa cap. 4. prop. 4.* Sed etiam communissima, vt fatetur *Corduba lib. 1. quæst. 3. opin. 5. conclus. 2. & 3.* & si adhęreat contrariæ, est communior, & vera vt ait *Molfesius tract. 3. cap. 55. num. 24.* probabilior, & verior, pro vt habet *Fagundez lib. 3 in p. præceptum Eccles. cap. 6. num. 25.* piam, certã, & verisimã vocauit eam *Nauar. conf. nono nu. 2. sub tit. de celebr. Missarum*, defendunt sexcenti DD. tam antiqui, quàm moderni, quos citat *Fraxinellus exactissimus huius veritatis indagator in sua disp. de Sacerdotum obligationibus ad Missas pro alio ex iust. celebrandas sect. 3. prænotione 4. §. 1. num. 2. & 3.* quibus adde *Filliuc. tract. 5. num. 9. Bartholomeum de Sancto Fausto lib. 4. de indulgen. & iubileo q. 57. Bonac. disp. 4. de Sacram. q. vlt. pun. 4. n. 6.* contrariã opinionem sapere auaritiam & nũdinationem sacrorum, ac esse falsam, dixit *Conink citata quæstione 83. numer. 193.* Item quod sit communior Canonistarum, contra *Romanum*, testatur *Cardinalis Tuscus lit. A. concl. 535. n. 6. & 134 qui nu. 9.* docet oppositũ, scilicet valorem Missæ ex opere operato ratione effectus, seù de facto, esse valoris finiti & vnam Missam minus, fructificare singulis quando pro multis, quam vbi pro vno tantùm celebratur.

Fundamentum huius veritatis est, nam sicut causæ vniuersales non producunt effectus suos; nisi per particulares causas applicentur ad determinatum effectum, vt patet in Sole operante per causas secũdas: similiter Christi passio, licèt in se habeat infinitam efficaciam, vt probat fundamentum contrariæ sententiæ, non tamen causat in nobis aliquem effectum, nisi applicetur per Sacram. vel alias causas particulares determinantes infinitatem illius passionis Christi: sed in hoc sacrificio causa particularis determinans ex parte Sacerdotis, est ipsius intẽtio per quam vni, vel multis illud applicat; ex parte verò offerentis est deuotio, & fides offerentis, quæ causæ sunt finitæ; vt potè actiones hominis, igitur effectus, qui sequitur ex applicatione sacrificij, est etiam finitus, & per consequens Missa vna celebrata pro aliquo, & si virtute rei oblatæ potens sit liberare eum à totâ

pœna,

pęna, qua tenetur in Purgatorio, non ratione defectus alicuius conditionis, siuè ex parte offerẽtis, siue eius pro quo offertur; de facto non liberatur à tota dicta pena ideò prodest multiplicatio sacrificiorum, vt late per *Suarez tom.* 3. *disput.* 79. *sect.* 11. *vers. dico secundo, & sect seq. vers. dico* 3. *in fine Bartolomeum de S. Fausto loco supra citat. qu.* 56. Aduerte vtiliter ex *Anselmo in lucidario.* Suffragia his potissimum defunctis prodesse, qui dum viuerẽt, ea pro alijs fecerũt, clarius *Caiet. to. primo opusculorum tract.* 16. *q.* 1. Animas eorum *ait*, qui dum viuerent specialem deuotionem habuerũt circa animas Purgatorij, aut plura beneficia illis contulerunt, magis iuuari suffragijs pro ipsis post mortem oblatis.

40 Dixi, ex opere operato, quia quò ad alium effectum, scilicet impetrationis, quæ respicit Dei liberalitatẽ, non implicat asserere, hoc sacrificium esse infinitum .i. ad quodlibet beneficium impetrandum sufficiens, non solùm pro vno, sed etiam pro multis, vt benè ex D. *Tho. in d. disp.* 41. *q.* 2. *ar.* 4. *quæstiuncula* 2. Probat *Suarez d. to.* 3. *disp.* 79. *sect.* 12 *concl.* 3 *sequitur Filliuc. d. tr.* 5. *de Euchar-*

ristia quatenus est Sacrifi nu. 91. *& Fraxinellus d. Ectione* 3. *prænot.* 4. *§* 9 *in fi* nam impetratio ex parte o stra, nititur fidei, & ex pa Dei, nititur misericordiæ, des autem, & misericordi non minuitur ex eo, qu pro pluribus oretur, ideò non sequitur, posse Sacerd tem accipere plura stipen pro isto valore infinito, cu dicta fides, & misericordi sint res merè spirituales, latius infrà.

SECTIO VIII

Applicare Missam, ad quem spectet.

41 *Sacerdos est verus minis sacrificij Missæ.*

42 *Sacerdos est dispensator plicationis Missæ, Expli tur congruentia n. seq.*

44 *Valor Missæ quotuplex, cuius sit dispensator cerdos.*

45 *Sacerdotes in receptione o cis Presbiteratus, vt co crent, cum Episcopo o nante, An etiam qui eorum integrum valo sacrificij applicare p n. seq An etiam pro eo pere stipendium, sicut missa nu.* 49.

47 *Ap*

47 *Applicatio Missæ sequitur consecrationem.*

48 *Episcopus si moreretur prolata forma, per quam tribuit potestatem Sacerdoti, ante tamen consecrationē, ordinatus an esset Sacerdos.*

50 *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest. ibid. Aliud est tale, & aliud esse instar, vel locō talis.*

51 *Compensatio non fit de liquido ad illiquidum, Missa an sit de essentia, cum conferūtur Sacri Ordines nu. seq.*

53 *Missa cantata etsi à pluribus Sacerdotibus, ab vno tamen applicatur sacrificium.*

41 ESt certum de fide hoc sacrificium Missæ à nemine offerri posse, nisi à vero Sacerdote, vt testatur *Suarez to. 3. in 3. p. disp 77 sect. 2.* habetur in *c. Firmiter de summa Trinitate, & fide catholica*, fuit enim id determinatū in *Conc. Nicæno, Florent.* tandem *in Trid. sess. 22. c. 1. & can. 2. & sess. 23. can. 3.* contra *Lutherum*, & alios hæreticos, qui volebāt, omnes baptizatos, tàm mares, quàm fœminas, ac etiam pueros habere potestatem offerendi hoc sacrificium, vt post alios notat *P. Molfesius tr. 3. sua summa c. 14.* vbi de pœnis contra non Sacerdotes celebrantes, & nos aliàs diximus Quod hoc etiam sit verum vbi Sacerdos applicat Missam contra obedientiam sui Superioris, diximus supra quæstione prima sect. vltima.

44 Id igitur; quod hic quærimus est. An etiā ipse Sacerdos possit applicare dictum sacrificium. Ratio dubitandi esse potest, nam principalis offerens in hoc sacrificio est Christus, & Sacerdos habetur, vt eius legatus, vt explicant communiter DD. ergo videtur quod Sacerdoti non competat applicandi facultas, sed illa sit penes Christum.

Contrarium tamē est verius, imò verum, vt post D. *Tho. & alios Suarez testatur d. to. 3. disp. 78. sect. prima illat. 3. prosequitur Filliucc. tr. 5. num. 73.* Christum scilicet non applicare, sed Sacerdotem, sacrificium missæ. Prima pars, quòd Christus non applicet, probat *Filliucc. supra*, quia Christus non reseruauit sibi hanc applicationem. Secunda pars quod Sacerdos applicet, etiam probatur, nā vt benè *Scot. in quolib. 20. ar. 2.* Sacerdos ratione ordinis non solùm est in offerendo tale sacrificium legatus, & organum Christi, sed etiam mini-

minister, & dispensator, ac per consequens oblationis fructum. & virtutem, ac valorē ei conuenit determinare, & applicare, sicut .n. Sacramēta determinantur, & applicātur per eius intentionē, idco non solùm in eis requiritur materia, & forma, sed etiam intentio ministri, ita etiam congruū est, vt inquit *Filliuct supra*, quod in sacrificio requiratur Sacerdotis intentio, quæ determinet, & applicet virtutem, seù valorem sacrificij.

43 Explicat hanc congruentiam, quam clarissimè *Martinus Friaz in suo tr. de valore Missę quæstiuncula prima in fine*, quia inquit, vbi in domo aliqua ritè ordinata est aliquod bonum distribuendū secundum exigentiam, vel indigentiam domesticorū, congruum est, & rationabile, quod dominus domus non per seipsum, & immediatè omnibus, & singulis distribuat, sed talis distributio alicui, vel aliquibus certis ministris committat, ita in Ecclesia militante, quæ est domus Dei ordinatissima, congruum est, quòd non solùm Deus distribuat bonum cōmunicandum per sacrificium Missæ, sed aliquis minister sit in Ecclesia ad hoc institutus, qui vtique alius esse non potest, nisi Sacerdos, qui offer sacrificium, cui sicut cōueni determinare intentionē suā pro quibus specialiter offe rat, sic etiam ei conuenia determinare applicationem

44 hactenus Friaz. Quia tamen valor sacrificij est triplex generalis, qui correspondet Ecclesię; specialis, seu mediu qui correspondet Christo & specialissimus, qui corre spōdet ministro, ideò quādo dicimus esse ministrū applic tionis sacrificij Missæ, intelligimus de valore speciali, seu medio, qui correspōdet Chr sto; & valore specialissimo, qui correspondet ipsi Sacerdoti, secūdū aliquos, nō autē de valore sacrificij generali, qui correspondet Ecclesiæ, quia cùm ab Ecclesia, iam sit facta applicatio dicti valoris pro *Papa*, Rege, Episcopo, item pro omnibus necessitatibus ipsius *Ecclesię*, & pro viuis, & defunctis, non potest de ea amplius minister disponere *Petrus Nauar. lib. 2. de rest. c. 2. nu. 341. clarius Suarez dict. disp. 79. sect. 9. Filliuct. tr. 5. num. 77.* & nos infra latius *quæst. seq.*

Sed hinc oritur difficultas, an supposito quod Sacerdotes plures celebrent vnam Missam, & omnes cōsecrent, vt potest accidere in ordinatione plurium Sacerdo-

cerdotum, vbi ipsi cum Episcopo ordinante, simul & in eod. instanti proferant, & absoluant verba consecrationis: nam tunc secundùm communem opinionem, omnes conficiunt Sacramẽtum, & consecrant, de qua post *Suarez dict. tom. 3. disp. 61. sect. 4. Filliuc. tract. 4. de Eucharistia quatenus Sacramentum est, num. 249. & si num. 252.* putare videatur, dictos Sacerdotes materialiter tantum proferre formam, vt instruantur, in signum potestatis concessæ, & sic solùm Episcopum consecrare: ita inquit ipse, soluuntur omnes difficultates, sed pace sua, non est hic modus soluendi difficultates, diuinando, estque opinio communis *D. Tho. Henriquez & Vasquez quos probat A. Molfesius tract. 2. summæ cap. 10 num. 39. & seq.* accedunt *Egid. Coninck quæst 82. art. 2. cum. de Sacramentis, & censuris Reginal. lib. 29. praxis num. 43. & seq.* testatur de cõmuni *Fagundez lib. 3. in 3. præceptum cap. 2. num. 4.* fauet Pontificale Romanum, vbi iubetur, vt Episcopus, altè, & tractim, seu paulatim verba formæ pronuntiet, ad hoc vt alij attendere, & simul cum eo absoluere possint verba formæ.

46 Soppositа igitur hac opinione, omnes dictos Sacerdotes tunc consecrare, Quærimus an singuli eorum possint applicare totaliter Sacrificium, sicut singuli celebrarent Missam separatim?

Dixi, *totaliter*, nam de hac applicatione hic loquimur. Pro parte negatiua videtur facere, quod supra diximus quæstione præcedenti, valorem huius Sacrificij esse finitum, ergo licèt plures sint consecrantes, tamen ab vno duntaxat potest valor ipse applicari. Secundo & fortiùs, nam licèt sint plures consecrantes, est tamen vnum Sacrificium, & vna Missa, & non est inconueniens, etiam secundùm bonam Philosophiam, vt ex pluribus causis totalibus, vnus tantùm effectus producatur.

Pro parte affirmatiua quam expressè docet *Suarez tom. 3. disp. 79. sect. 12.* sequitur *Filliuc. tract. 5. nu. 98 in fine*, qui ait hoc casu vnumquemque Sacerdotem offerre integrum Sacrificium, & singulos eorum referre integrum fructum, ac si vnus Sacrificaret, *Coninck q. 83. n. 191.* idem docet Adducit *Suarez* hanc rationem,

istæ sunt plures oblationes totales, sed valor huius Sacrificij pendet intrinsecè ex oblatione, ergo sunt plures valores totales huius Sacrificij. Maior patet, nam Sacrificij valor pendet non ex re oblata tantum, sed ab oblatione ipsa Sacrificij simul cum re oblata, aliàs cùm omnes Sacerdotes quotidie offerant vnum Christum, esset vnum Sacrificium, & non plura Sacrificia

Minor etiam probatur, quia valor multiplicatur ex diuersis oblationibus, vt patet de Sacerdote pluries Sacrificante. Confirmatur, nam vno ex his Sacerdotibus, nolente applicare, posset alius applicare absque iniuria alterius nolentis applicare, ergo signum est quòd omnes sicut consecrant: ita etiã applicẽt totaliter, & tanquam causæ principales independenter ab alio.

Pro decisione huius dubij dicerem, saluo meliori iudicio, quòd præsuppositò, vt supra, omnes prædictos de facto consecrare, singulos quidẽ totaliter offerre, & per cõsequẽs posse applicare integrum valorem dictę oblationis, vt supra, non tamen posse singulos accipere stipendium pro dicta applicatione, sicut accipere p
test celebrans solus Missa
Prima pars probatur, na
si omnes consecrant, er
omnes applicare possu
Consequentia probatur,
vt supra *quæstione præce*
ti, dictum est, essentia Sa
ficij consistit potissimè
47 consecratione, sed appli
tio sequitur essentiam Sa
ficij, ergo. Confirmat
nam in quolibet Sacerd
celebrante concurrunt
nia, quę ad Sacrificium c
ficiendum requiruntur, e
etiam possunt applicare
crificium. Antecedens
tet, quia iam per tradi
nem materiæ, & prola
nem formæ, *Accipe pote*
tem &c. fuit quilibet eo
48 effectus Sacerdos, vn
tunc Episcopus morer
quilibet esset Sacerdos
omnes communiter do
& patet ex dictis à nobis
cunda part. nostri tracta
cum de potestate Confes
recoll. 3. sub num. 4. D
materia, nempè panis, &
num, protulerunt ver
formæ, *Hoc est corpus*
His est calix &c. ergo:
dem, afferri non potest
conuincens, quare p
quòd omnes simul abs
verba formæ, vnus app
& non alius, ergo o
applicabunt; Nec dica

lùm Episcopum consecrare, quatenus ipse est qui regit, moderatur, & imperat alijs Sacrificare. Quoniam Respondetur, id esse per accidens, quòd regat &c. nam potest minimus Sacerdos ex illis consecrare ante Episcopum, absoluendo verba formæ, cùm iam sit Sacerdos, vt suprà dictũ est, & ipse Episc. per consequẽs potest non consecrare, vt per authores citatos per *Fagundez, loco supracit.*

49 Secunda pars probatur, quia is, qui tribuit elæmosynam pro Missa, nũnquã intendit illam tribuere pro tali oblatione, seu applicatione, ergo. Assumptum probatur, nam qui tribuit stipendium, censetur in dubio tribuere pro missa, vt dici solet communiter missa, sed hæc non est missa, vt dici solet, ergo. Maior probatur

50 ex regula illa iuris; Aliud pro alio inuito creditore solui non potest *l. 2. §. 1. ff. si certum petatur*, cum *concord.* Minor etiam patet ex alia regula, quòd aliud est tale, & aliud esse instar, vel loco talis, *l. 2 ff. de rerum permut. l. merces*, iuncta *l. 2 ff. de verb. significat.* nam verè, cùm hic quando incæpit Missam non esset Sacerdos, non potest dici celebrasse Missam, & si non possit negari, consecrasse, vt supra.

Confirmatur, & fortiùs quia in tali Missa non potest esse quis certus, quòd alius non consecrauit, & si possit esse securus quò ad culpam si subsequutus fuit verba Episcopi, & habuit intentionem vniuersalem faciendi, quod facit Ecclesia, vel quod fieri debeat, sublatis opinionibus, quæ est cautela tradita à Doctoribus supra, ad scrupulos tollendos, vt in specie per *Fagundez*, sed incertum pro certo

51 non potest solui, cum de illiquido ad liquidum nõ detur compensatio, ergo hęc applicatio non sufficit; si fiat ad hoc, vt quis possit tutò recipere stipendium, saltẽ iuxtà intentionem tradentis illud, vt dicemus in casu de eo, cui est tributa elæmosyna ad hoc vt celebret in altari priuilegiato, scilicet eum non satisfacere celebrando in alio altari cũ calculo benedicto, & sic non militat regula, de æquipollentibus. Accedat tandem, nam in tantùm elęmosyna, vt dictum est suo loco, permittitur accipi pro missa, in quantum accipitur ratione laboris extrinseci præstiti ab ipso sacerdote pro illa celebranda, ratione

cuius potest iustè prætendere subsistentationem; sed hic non interuenit talis specialis labor ad Missam celebrandam, sed tantum ad recipiendum ordinem presbiteratus, quem laborem subit sui gratia, ergò, non potest recipere dictum stipendiũ, tamquam pro Missa, cessante enim causa cessat effectus. vulgatis iuribus.

52 Nota tamen, quòd Missa non est de essentia Sacri ordinis, seù cùm Sacri ordines conferuntur, notant *Canonista in cap. Quod sicut de elect.* licèt benè requiratur de honestate, *Imola in dicto Cap. quod sicut num. 6. latè Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 14. num. 16.*

53 Casus de Sacerdotibus adiuuantibus Sacerdotem cantantem Missam, quem ponit *Martinus Friaz dicto tract. de valore Missæ in fine* ibi *hinc vltra sequitur, quòd si sint tres, aut plures Sacerdotes, quorum quilibet tenetur ad vnam Missam, cum omnes hi insimul cantant vnam Missam, vno scilicet pro illis celebrante, alijs officiando, vel aliàs adiuuantibus, quantocumque sollemniter illa Missa celebretur, non ob id satisfacerent, neque ex toto liberarentur*, caret difficultate, nam vt ipse ait post *Petrum de Palude*, & si illa vna Missa fortè æquipolleret multis quò ad opus operantis, secus tamen est quò ad opus operatum, ad quod tenetur promittens missam, vt infra *quæst. seq in princ.*

SECTIO IX.

Obligatio aliqua generalis Missam applicandi, an reperiatur pro aliquo die, inducta ab Ecclesia.

54 *Ecclesia potest obligare Sacerdotes ad applicandum Sacrificium: eid. Eccles. vel alicui certæ personæ, An reperiatur inducta talis obligatio pro aliquo die, v.g. Cõmemorationis Defunctorum, num. seq.*

56 *Missa tres, vbi ex priuilegio celebrari possint, et à quib. die Commemorationis Defunctorum.*

57 *Commemorationis Defunctorum die, an ex præcepto recitandum officium eorum.*

54 CErtum est, quòd possit ab Ecclesia induci

ci talis obligatio, ficuti neq; aliquis eſt, qui neget, hanc facultatem obligandi Sacerdotem ſibi ſubditum cuilibet ſuperiori, vt ſupradictũ eſt *q. 1. ſect. 4.* vbi etiam declarauimus quòuſque ſe extendat vis obligationis prædictæ, & in ſpecie notat *Coninck de Sacramen. ad quæſt. 83. D. Thomæ art. 1. num. 169. concluſ. 11.* Quærimus igitur nunc; an reperiatur de facto inducta ab Eccleſia dicta obligatio pro aliquo die. De qua re
55 vidi dubitatum pro die Commemorationis omniũ Defunctorum, & quia nullus ex authoribus, quos videre potui, dubium prædictũ propoſuit, in *Recollectione de iubileo p. 3. nu. 21. ad finem* illud reſoluere volui, & reſolutio fuit pro negatiua, non adeſſe talem obligationem, & per conſequens poſſe Sacerdotem Miſsã etiã eo die ad ſuum libitum applicare iuxta regulam generalem, quod omne id quod non reperitur reſeruatum, cẽſetur cõceſsũ, &c. Cõtra hãc meã reſolutionem inſurgit modeſtia, qua decet; religioſiſſimus *Iacobus Fraxinellus in ſua diſputatione de Sacerdotum obligationibus ad miſſas celebrandas pro alio ſect. 4 concluſ. 4 §. 22. in vltima impreſſione*, docens, hoc die Capellanum non debere applicare pro fundatore, ſed iuxta intentionem Eccleſiæ, quem ſequitur *Gauantus ad Rubricas Miſſalis p. 4. tit. 15. n. 18.* ſed rationibus, vel vt rectius loquar, coniecturis valde friuolis, quæ vnica reſponſione è medio tolluntur, Quod ſcilicèt ex eo, quia Eccleſia inſtituit, vt eo die fiat Commemoratio omnium defunctorum, & miſſam particularem aſſignauit cum collecta indefinita pro defunctis in plurali *famulorum famularumque tuarum*, quæ equipollet vniuerſali; Non ſequitur, ergò Sacerdotes debent ſuas miſſas pro omnibus defunctis eo die applicare, & maximè pro his qui non habent aliundè ſuffragia; ſed potius, vt fideles eo die poſt quam celebratum fuit feſtũ omnium Sanctorum, recordarentur, adeſſe plures, tã ex ſuis parentibus, quàm alijs, qui non habent ſibi ſuffragantes, in Purgatorio, quos ſuis ſuffragijs poſſunt iungere dictis Sanctis in cælo exiſtentibus, maximè ſuffragio eleemoſinarum pro miſſis celebrãdis. Prima pars, quòd indè non ſequatur, Sacerdo-

tes

tes debere applicare dictas missas. Probatur argumẽto solido, quo vtitur *Conin K citato nu.* 169. *conclus.* 12. ad probandũ non reperiri obligationẽ generalẽ, qua omes Sacerdotes teneantur fructum sacrificij medium alicui certo, vel Ecclesiæ applicare, quia inquit ipse, talis obligatio deberet prouenire ab aliqua lege Ecclesiastica, quæ hic nulla potest ostendi. Secunda pars; quòd potius id censeri debeat factum ad hoc, vt fideles recordarẽtur, eo die maximè offerre suffragia pro defunctis in Purgatorio existentibus, cõprobatur ex praxi, cùm in ea die videamus, plures Sacerdotes conduci ad celebrandum, & maiores eleemosinas largiri à fidelibus, vt eo die missæ celebrentur pro defũctis suis, & pro obliris etiam, quod in causa
56 fuisse credendũ est, vt in Regno Valentiæ pro vt supra *q* 6 *n.* 101. retulimus, reperiatur concessum, vt eo die, sicut in die Natiuitatis D. N. ter liceat certis Religiosis celebrare, ob magnum scilicèt cõcursum eleçmosinarũ pro missis celebrandis, aliàs enim si Sacerdotes ad hoc obligarentur, quomodo fideles offerrent, & ipsi reciperent eleçmosinas ad celebrandum eo die. Quod autẽ in missa assignata pro dicto die adsit collecta indefinita pro omnibus defunctis, neque impedit, quin Sacerdos possit applicare illam, cui maluerit, quia etiam in missa quotidiana Defũctorũ assignata in Missali, adsunt collectæ eod. modo indefinitæ, & tñ nemo est, qui asserat, ideoq; celebrantẽ non posse alicui certo defũcto illã applicare. Præter quod quò ad Sacerdotes sufficit obliga-
57 tio, quæ eis iniungitur recitandi eo die officium defunctorum sub peccato mortali, vt bene *Sot. Graff. & Suarez, quos sequitur Molfesius tr. 5. cap. 2. n.* 17. quia est pars notabilis officij illius diei, vt patet ex Rubricis, estque communis praxis Ecclesiæ, vt alijs allegatis, testatur *Bonac. disp. 1. de horis canonicis q* 3. *p. 1 sub nu.* 12. *Bartholo. de S. Fausl. eodem tractatu q.* 306. *Filliuc. tr.* 23. *n.* 144.
58 qui idem post *Suar.* asserit de Litanijs in diebus Rogationum, & Sancti Marci, sicut etiam docent *Bonac. loc. sup. num.* 13. *Bartholome. de S. Fausl. q.* 305. *sequitur Gauant in comment. ad rubric. missal to.* 2 *sect.* 6 *cap* 16 *nu.* 3. Estque probabilior opinio, contra *Molfes. & alios, quos sequitur A. Diana resol.*

4. *sub*

4. sub tr. de horis canonicis, cùm in Rubrica expressè præcipiantur dictæ litaniæ his, qui non intersunt processionibus, & sic non militat in casu nostro Constitutio Pij V. quæ loquitur de officio B.M. Virginis, Defunctorum, & septem Psalmis pro certis temporibus, in choro recitandis, de qua re *Lessius lib. 2. de iust. cap. 37. num. 76. Reginal. lib. 18. praxis. num. 161. Layman. tr. 1. cap. 5. sub num. 4.*

SECTIO X.

Quæ intentio Sacerdotis requiratur ad applicationem Sacrificij Missæ.

59 Applicatio Missæ non fit per promissionem ipsius.

60 Intentio quæ requiratur ad applicationē Missæ actualis, vel virtualis. De differentia inter intentionem applicandi, & consecrandi. n. sequen. Ex defectu ipsius intentionis an fructus transeat in Thesaurum Ecclesiæ nu. 62. 63. & 64.

65 Regularibus circa applicationem sacrificij ad mentem superioris, quid sufficiat, & nu. sequenti. Quid de superioribus nu. 67.

Diximus enim supra, applicationem fieri per determinationem factam iuxtà intentionem Sacerdotis, qui est minister huius appli-
58 cationis, & sic non sufficere promissionē, vel receptionē stipēdij, vnde Doctores cōmuniter docent, vt post *Vasquez & alios. testatur A. Molfes tra. 3. c. 15. n. 36.* q. si Sacerdos recipiat stipendiū ab aliquo pro missa, vel illam promittat pro aliquo celebrare; tamen quādo verè celebrat, de facto alteri illam applicat, quòd etsi talis Sacerdos peccet contra iustitiam, non adimplendo obligationem, tamen applicatio à se facta tenet, quia Christus Dominus Sacerdoti secundum eius intentionem dedit potestatem applicandi sacrificium missæ: est communis opinio cōtra *Ledesm & Cordub.* vt testatur *Villalobos tract 8. de la Missa diffi. ult. 10. nu. 2.*

Sed quia intentio ministri non semper est vniformis; sed potest esse, vel actualis, vel virtualis, ideo quærimus hic quæ intentio requiratur an actualis, vel sufficiat virtualis? de habituali, est certum non sufficere, pro vt diximus *prima parte nostri tractatus de off. Confess. recollect. 4. n. 21.* vt conficiatur

ficiatur Sacramentum, vbi etiam habetis explicationem horum terminorum.

60 Cõclusio: Ad applicationem valoris missæ sufficit voluntas virtualis, nec est necessaria, & si consulenda actualis; ita *Villalobos tract. 8. dela Mesa difficul.* 11. Et si à nobis dictũ fuit alias, quæ nam sit voluntas virtualis; hic tamen illa exemplificanda erit in terminis nostris, erit igitur quando Sacerdos nunc, pro vt ex tunc missã, quam in crastino, vel missas, quas certis diebus, vel singulis diebus celebrabit, animæ talis personæ applicat, vel iuxta, intentionem personæ, quæ tribuit eleemosynam, vel reliquit legatum, aut fundauit beneficium, seu capellaniam, tunc enim si nõ reuocauit talem voluntatẽ, valet applicatio, etiamsi ante consecrationem, vt diximus aliàs, actualiter illã minimè applicauerit, ita post *Suar. A. Molfes. noster tra.* 3. *cap.* 5. *num.* 13. contra *Vasquez* qui putat, faciendam esse applicationem sacrificij sicuti habere debet intentio ad conficiendum Sacramen-

61 tum. Probat latè *Molfes.* afferendo differentiam inter voluntatem requisitam ad solam applicationem missæ, & intentionem conficiendi Sacramentum, quæ non solùm est explicatiua, sed operatiua, & ideo non mirum, si requiratur actualis, vel virtualis durans tempore, quo conficitur Sacramentum. Dixi, *ex nunc, pro vt ex tunc*, quia secus erit, si tantùm Sacerdos haberet intentionẽ applicandi crastina die, vel

62 alijs diebus, quia velle applicare non est applicatio; sicut velle emere non est emptio, vulgatis iuribus. Accedit doctoribus supra allegatis *Bonac. de Sacram. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 2. *§.* 3. *n.* 31. *Egyd. Coninck ad quæst.* 83. *D. Thomæ ar.* 1. *num.* 166. *Layman. lib.* 5. *tractat.* 5. *cap.* 2. *sub num.* 11. qui ex hac doctrina, quòd vt hic fructus applicetur sufficiat voluntas virtualis, & impli-

63 cita, putãt rarò posse ob defectũ intentionis talẽ fructũ transire in Thesaurum Eccles. & ante eum *Suarez to.* 3. *disp* 79. *sect.* 9. *vers.* 3 *inquiri poterit, et sequitur Filliuc. tra* 5. *num.* 78. quia inquit ipse, in voluntate generali, qua Sacerdotes communiter aliquo modo mouentur ad celebrandum, implicitè continetur voluntas applicandi sibi fructum sacrificij, quando non intendat contrariũ, hæc sunt verba *Suarez. Addo tamen, ra-*

tis.

rissimè accidere posse casum, in quo Sacerdos nulli applicet hunc fructum, nam ad hoc sufficit intentio formalis, vel virtualis, hæc autem virtualis intentio vix deesse potest; nam omnis Sacerdos quando alteri non applicat Sacrificium, saltem habet virtualem intentionem fruendi fructu illius. Applicat ergo sibi ipsi,

64 *vel si aliquo titulo obligatus sit offerendi pro alio, etiam habet unusquisque intentionem virtualem implendi suâ obligationem, & similiter in eo casu, quo applicatur Sacrificium ei, qui non indiget, vel non est capax fructus illius, unusquisque habet intentionem, vt vel ad se rediat, vel quod animabus Purgatorij, vel alijs indigentibus applicetur.* Hactenus *Suarez*. Idem videtur velle *Bartholom. de Sancto Fausto lib. 1. de indulg. & iubil. quæst. 34.* loquendo generaliter de fructu satisfactorio, intelligetamen hæc omnia iuxtà supra positam distinctionem, quòd aliud sit de facto applicare, & si pro tempore præterito, & aliud tantùm velle applicare, voluntas implicita primo modo sufficit, non autem secundo modo.

65 Hinc satisfit scrupulis aliquorum Religiosorum Regularium, qui quotidie tenentur applicare, & volunt applicare iuxtà intentionem superioris, Sacristæ, vel alterius huiusmodi: sufficit enim talibus, si à principio voluerint in applicando, se conformare cum voluntate superiorum, & dictã voluntatem non reuocauerint, quoniam tunc censetur facta applicatio, etiam si actualiter in Memento primo, vel in ipsa consecratione actualiter positiuè non applicent iuxta

26 intentionem superioris: hãc intentionem virtualem dicitur habere, qui paratus est, quoties sibi interrogabitur, pro quo applicet Missam? Respondere, eam applicare iuxta intentionem Superioris, fauet expressè *Fagundez lib. 3. in 1. præceptum cap. 10. num. 8.* vbi docet, satisfacere Religiosos huic obligationi, si bona fide celebrent, etiam si non applicent formaliter, & expressè ad intentionem Superioris, dummodo nõ intendãt applicare contra eorum voluntatem, quem videatis *num. 5. & 6.* vbi primò explicat, quando Sacerdos non applicans iuxtà intentionem Superioris, peccet mortaliter; & secundò quando etiam teneatur ad restitutionem. Nota, quòd & si Sacerdos,

vbi oblitus fuit omnino applicare; Sacrificium facta consecratione, vt infra, transeat ad thesaurum Ecclesiæ, & ideo illi non sit amplius integrum illud applicare, tamen non prohibetur applicare effectum proueniente ex opere operantis, ita *Villalobos tract 8. de la Missa diff. 11. in fine*.

Aduertendum hac occasione multum interesse, vt Sacerdos celebraturus, vel Superior, aut alius, qui officium, vel obedientiam (vt vocant) habet applicandi Missas: applicet tales Missas talibus, & alias alijs, ita *Bisfeld. in suo enchyridion theolog. pastoral. cap.* 3. vnde diximus in facto; Superiorem, qui plures Missas confusè diuersis personis applicare solitus est, quæ eleemosynam tradiderunt, non tutò agere; sed opus est habere intentionem applicandi, seù applicare de facto v. g. ex Missis triginta, quæ dicuntur in sua Ecclesia, primas tres pro eo, qui poscebat tres Missas, alias quatuor subsequentes alteri, qui postulauit quatuor Missas, cæteras pro eo, qui cæteras petijt eodem modo, vt supra; fauet *Martinus Friaz in suo tract de valore Missæ in fin* ibi *quòd benè attendant Religiosi pro recommendandis Missis si comendatis, & non minus e vare pro celebrandis varij triennalibus, vel alijs: & ra tio sit manifesta ex infra d endis ex eod. quòd scilicet, n satisfaciet ex toto obligati celebrare pro aliquo Miss duas, & pro alio etiam miss duas, & pro altero Miss quoq; duas, celebrãs ijsimul s Missas pro illis tribus, Sequ tur & laudat, me citato Fr xinellus sect. 7. §. 7. num. in vltima editione*.

SECTIO XI.

In qua parte Missæ debea fieri applicatio Sacri ficij.

68 *Applicatio potest fieri ta ante, quàm in ipsa cons eratione*.

69 *Sacramentum Eucharist licèt contineat duas spec tamen est vnicum Sacr mentum*.

LVdouicus de Beya in s sponsalsuum Bonon. ca primo cong. 8. fol. mihi quem refert, & sequit Fraxinellus de Sacerdotu obligationibus ad Missas p alijs celebrandas sect. 3. Con 4. §. 7. ait applicationem faciendam esse in Meme to, non explicando, an i primo, vel secũdo Memẽ

vnic

vnde posset intelligi, quòd in primo memento fieri debeat applicatio pro viuis, in secũdo pro defunctis, sed forsan non intelligunt de applicatione Sacrificij, cùm allegent *Nauar. cap. 23. summa num. 111.* vbi non tractat de applicatione, sed potius de deprecatione, seu recordatione, vel comendatione tám pro viuis, quàm pro defunctis facienda in memento.

68 Cõclusio: Sacerdos tenetur facere d. applicationem ante consecrationem vel in ipsa consecratione, aliàs valor transit ad thesaurũ Ecclesiæ. Hæc conclusio est secundùm magis communem opinionem, quod nempè essentia Sacrificij Missæ posita sit in consecratione, ponitur à *Paulo Layman tract. 5. de Sacrificio missæ cap. 2. num. 52.* quam probat exemplo aliorum Sacramentorum, quæ effectum suum ex opere operato producunt dependenter à ministri intentione, dum conficiuntur, & actu

69 existunt; quando dicit; *vel in ipsa consecratione*. Quæres an intelligatur de consecratione panis, vel & vini, dicerem de vtraque, quia licèt hoc Sacramentum contineat duas materias, & duas formas; tamen vnicum est Sacramentum, nam sicut sub specie panis continetur verè, & realiter corpus Christi cum Sanguine ipsius, ita etiam sub specie Vini continetur idem Sãguis, & Corpus, vt ex Concilio Trident. tradit *Fagundez lib. 3. in l. Præcept. Ecclesiæ cap. 1. n. 9.* vide infra *sect. 14.*

SECTIO XII.

Quibus personis viuis Sacrificium Missæ possit applicari.

70 *Infideles sunt incapaces huius Sacrificij, Quomodo id sit verum, num. sequenti, & 72. Quid de Catechumenis, ibidem in fine.*

73 *Excommunicati qui sint incapaces Sacrificij, & num. 74. Quid si sint contriti, & pœnitentes, num. 75. An isti lucrentur Indulgentias, nu. 76. Quid si iniuste quis sit excommunicatus, num. 77. An isti lucretur Iubileum, num. 78.*

79 *Sacerdos in memento an possit orare pro excommunicatis; An aliquando accipit stipendiũ pro Missa ab excommunicato, & t. teneatur ad restitutionem, num. 81.*

80 *Hæretici, & Schismatici an sint capaces applicationis huius Sacrificij.*

82 *Capellania quomodo potest instituí pro hæreticis, excommunicatis, infidelibus &c.*

83 *Peccator est capax sacrificij Missæ.*

84 *Infantes an sint capaces sacrifi. ij Missæ.*

SVppositio pro certo, vt infra *sectionis sequenti*, sacrificium Missæ posse applicari viuis, & defunctis, nunc explicandum restat pro quibus viuis, & pro quibus mortuis possit applicari, de prima parte agimus in præsenti, de secunda in sequenti sectione: Pro cuius materiæ facitiori intelligentia Recolendum est id, quod *infra quæst. sequ. sect. 1.* dicemus, Sacerdotem scilicet in Missæ celebratione, triplicem personam sustinere, primam ipsius Christi cũ sacrificat, & fructum satisfactorium ex opere operato alicui applicat. Secundam Ecclesiæ, in cuius persona, quasi legatus ad Deum, offert, & impetrat. Tertiam sui ipsius scilicèt in priuatis orationibus, Addendo quod in primis duobus, vt patet, agit publicam personam, & ideò in illis verificatur difficultas huius quæsiti, non autem in tertio casu, in quo Sacerdos agit personam priuatam, cui licitum est pro quolibet, dummodo non sit damnatus iam in termino, orare, & fundere præces priuatas. Hoc posito. Quò ad infideles, scilicet Paganos, Maumethanos, Iudæos, &c.

70 Prima Conclusio: Sacrificium Missæ non potest offerri pro infidelibus in persona Christi, vt est satisfactorium, sed tantum vt est impetratorium, ac ex persona Ecclesiæ, indirectè, pro conuersione eorum.

Prima pars, quòd sint infideles incapaces huius sacrificij, pro vt est satisfactorium, Patet quia carẽt Baptismo, & Baptismus est ianua etiam, quò ad hoc sacrificium, quatenus satisfactorium; est *D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 7. ad secundum*, vnde in Canone adduntur illa verba, *qui nos præcesserunt cum signo fidei* idest Baptismi, vt omnes explicant, apud *Suarez to. 3. disp. 79. sect. 10. in principio, quem summat Filliuc. tr. 5. num. 81.*

71 Secunda pars; quòd potest offerri pro infidelibus, quatenus est impetratoriũ eorum conuersionis. Est eiusdem *Suarez eodem to. 3. disp. 78. sect. 2. vers. Dico tertio*, quid hoc probat exemplo legis veteris, in qua legimus, sacrificium fuisse oblatum

tum à populo Dei pro Dario, pro Spartiatis, pro Eliodoro, pro Romanis, qui tamen erant infideles, & exemplo legis nouæ, in qua, vt varij Patres testantur; publica oratio, & oblatio sæpè facta fuit pro Regibus, & exercitibus infidelibus. Secundò probat ratione: nam sacrificium istud repræsentat sacrificium crucis, quod fuit vniuersale, tam pro fidelibus, quàm pro infidelibus, hanc opinionem etiã docuit *Bellar. lib. 2. de Missa c. 6.* qui existimat, licitè etiam publicè, & expressè orari pro Rege in his regionibus, in quibus Christiani subsunt Regi infideli, vt in Regionibus Turcharum, & Iapone, Accedit aliis allegatis *Conink quæst. 83. num. 160. Layman lib. 5. tract. 5. cap. 2. latè Fagundez lib. 3. in primum præceptum Ecclesiæ c. 12. nu. 21. & 22.* qui testatur, hanc nostram conclusionem probabiliorem.

72 Dixi in Cõclusione, *indirectè*, quia vt *Suarez, & Bellar. loc. supra sit.* notãt, tutior modus offerendi, vt supra, est directè applicare pro augmento, & vnione, & pace Ecclesiæ, quæ versatur maximè inter hæreticos, & infideles: nam tunc indirectè offertur pro conuersione infidelium, vel reductione hæreticorum sequitur, & corroborat *Fagundez loco citato nu. 25.*

Est Conclusio contra *Vasquez, & alios apud Barthol. de S. Fausto lib. p. q. 50. q* volebant, nullo modo tales esse capaces sacrificij, sed tantum fructus priuatæ orationis Ecclesiæ, quibus videtur accedere *noster P. Molfes. tr. 3. c. 15. nu. 32.* Testimonio D. Augustini, quo vtuntur aduersarij, Respõdit *Suarez loc. vlt. cit.* Qui idem dicit à fortiori *ibid. vers. Dico 2. in fine.* de Catheeumenis, etsi enim pro eis publicè possit offerri sacrificiũ, vt omnes concedunt, imò secundùm aliquos de facto, quando fit oblatio pro vniuersa Ecclesia, ipsi comprehenduntur, tamen hoc sacrificium illis prodest quò ad fructum impetrationis, p susceptione baptismatis, & conseruatione in fide, nõ aũt satisfactionis ex opere operato, vt probabilius putat idem *Suarez supra*, & sic intelligo *Barthol. de S. Fausto supra qu. 49. in prima difficultate. latè Fagundez citato c. 12. à nu. 28* An autem ipsi possint iuuari Indulgentijs, diximus in nostra *recolle. de Iubil. parte prima nu. 144.*

Ex

Ex his sequitur, quòd Sacerdos, qui intenderet applicare sacrificium pro infidelibus directè quò ad fructum satisfactorium, fructus iste remaneret in Thesauro Ecclesiæ, & ille absque peccato non cuaderet; intelligetiam si applicaret, adhoc, vt bona terrena, & tẽporalia illi obtineant. *Fagundez loco supracitato.* Quò ad excommunicatos, sit.

Secunda Conclusio: non potest sacrificium Missæ ap-
73 plicari excommunicato, vel excommunicatis, aliàs peccaret mortaliter Sacerdos. Prima pars patet, quia est prohibitum eis communia, Ecclesiæ suffragia applicare, vt omnes docent, teste *Suarez de censuris disp. 9. sect. prima conclus. 2.* sed Missæ sacrificium est vnũ de præcipuis suffragijs Ecclesiæ, vt est certum, ergò. Secunda pars, quod sit peccatum mortale, probatur, quia faceret talis Sacerdos contra præceptum positum a Papa in *c. A nobis el 2. & in c. Sacris de sent. excom.* quod præceptum, cùm sit de materia graui, nulli dubium est, obligare ad culpam mortalem, ita post *D. Tho. Nauar. in summa c. 27. sub nu. 36. Suarez d. conel. 2. & alij passim in materia de censuris*, vbi declarant quomodo id non fit contra benignitatem Ecclesiæ.

In terminis nostris, docẽt *Suarez to. 3. disp. 79. sect. 2. [in fine etsi remittas se ad alium locum supra proximè citatum, Henriq. lib. 9. de Missa c. 15. §. 3. Filliuc. tra. 12. & 2. de censuris nu. 37. iuncto n. 33. Bonac. qui alios allegat disp. 2. de censuris q. 2. p. primo nu. primo, & 7.*

Ampliatur Cõclusio primo etiam ad excommuni-
74 catos toleratos, quales hodie sunt illi, qui non sunt publicè denuntiati per sententiam, vel clericorum seù clerici percussionem ex *Conc. Constantiens. in extrauag. ad euitanda*, ita post *Sotum in 4. dist. 22. q. prima ar. 4 conclus. 2. Couar. in c. Alma §. 6. num 4. Aula de censuris p. 2. c. 6. disp. 9. dub. 6.* qui dicit contrarium doceri a paucis, sed falliturvt infra; Dicit probabiliorẽ *Bonac. disp. 25. de censuris q. 2. p. primo §. primo sub nu. primo, & §. 3. Suarez sect. 2. & Filliuc supra num. 4.* Qui hoc probant ex eo, quòd in dicta extrauaganti expressè protestatur Concilium prædictum, per illam concessionẽ noluisse, & nolle subleuare excommunicatos nõ toleratos, sed si liceret

pro

prò eis missa sacrificium offerre, & applicare, multùm eos subleuaret, ergò, Sed saluo meliori iudicio cõtrarium est valde probabile, quod docent *Nauar. d.c. 27. sub num. 36. Henriq. lib. 13. c. 11. num 2. qui in margine littera K.* ait contrariũ esse paucorum recentiorum *Sayrus de censuris lib. 2. c. 3. num. 6. Vgolinus de censuris tab. 2. §. 2. nu. 3.* vbi citat pro hac opinione Ioannem Baptistam Antonuccium in Cathechesi Neapolitana lib. 3. c. 15. Accedit ex recẽtioribus *Egid. Conink de cẽsuris disp. 14. dub. 6. nu. 40.* qui etiam concedit pro tali excommunicato tolerato, posse pubcè orari *Reginal. lib. 32. nu. 79. Sanchez lib. 7. de matr. disp. 9. num. 8. Bartholom. de S. Fausto, citans alios lib. primo de indulgent q. 34. in fine,* qui dicit vtramque opinionem esse probabilem. Ratio, quæ magis videtur mouere animum meum ad hãc probandam sententiam est: nam Ecclesia, quando priuat excommunicatos suffragijs, non priuat primariò, & per se, cùm hoc pugnet cũ primario fine excommunicationis, qui vt supra ponitur non est ipsius excommunicati perditio, sed eius cõuersio, sed tantum secundariò, quatenus hæc priuatio est necessaria, vt excommunicati participationem perfectè vitemus, ergo cum in *d. extrauaganti*, nobis conceditur communicatio cum toleratis, non prohibet, vt pro eo afferamus communia Ecclesiæ suffragia Accedit etiam alijs allegatis, *Fagundez citato lib. 3. in primũ præceptum c. 12. num. primo,* qui videtur hoc admittere absque controuersia; item *Gaspar Hurtado de censuris disp. 3. diff. 4. à num. 10.* qui *nu. 13* existimat, quòd ad hoc vt ista sacrificia profint dictis excommunicatis debeãt pro eis fieri specialiter, quia alias cẽsetur Sacerdos se conformare cum Ecclesia quæ illos excludit.

Ad rationem in contrariũ Respondetur, quòd licèt Concilium protestatũ fuerit, se nolle excommunicatis fauorẽ aliquem concedere, intelligi id debet de fauore directè respiciente excommunicatum, & sic noluit eis negare fauorem, qui indirectè in commodũ aliorum pertineret, sed iste fauor de sacrificio Missæ maximè, indirectè respicit commodum Sacerdotis, qui stipendium accipit &c. ergo Patet consequentia Minoris, quia Sacerdos non prohibetur

hibetur accipere oblationē ab istis excommunicatis nō toleratis, sicut neque prohibetur accipere à toleratis, vt est certum ex materia de censuris, ergò.

Ampliatur secundò in excommunicato non tolerato etiamsi fuerit contritus, quia si non est absolutus, maximè si per eum stet quin absoluatur, neque pro eo potest applicari Missa, nam *in d. c. A nobis el 2. & in c. in Sacris, de sent. excom.* eodē modo prohibetur pro excommunicato orare, & communia suffragia offerre post contritionem, sicut antè, cū expræssè dicant, quòd per penitentiam tollitur prima contumacia, non autem vinculum excommunicationis, quòd tolli debet ab Ecclesia, quæ ligauit. Ita *Innoc. in d. c. A nobis de sent. excom. Adrianus in 4. vbi de clauibus dub. 3 principali in fine, Sotus in 4. dist. 22. q. 1. ar. 1. Vgolinus de censuris tab. 2. c. 9. §. 2. Suarez de censuris disp. 9. sect. 3. nu. 2. Vasquez de excomm. dub. 2. num. 2. Reginal. lib. 32. Praxis num. 11. Garzias Filliues. & Coninck quos citat, & probat Bonac. d puncto primo §. 2.* Confirmat *Bartholo. de S. Fausto lib. 1. de Indulgen. q. 43.* ex eo, quòd in *d. c. A nobis, & c. Sacris* à Romano Pontifice responsum fuit non licere public è orare proillis excōmunicatis defunctis, qui antequàm morerentur ostenderunt signa cōtritionis, ergo si pro excommunicatis mortuis licèt contritis non licet orare, neque pro viuis eodem modo contritis istā sententiam nouissimè tuetur *Gaspar Hurtado de cens. disp. 3. difficultate 3. omnino vidēn.*

Sed his non obstantibus, non desunt graues authores antiqui, & moderni, & in bono numero, qui contrarium doceant, nempè non prohiberi offerre communia suffragia, & per consequens sacrificium Missæ, secluso scandalo, pro his excommunicatis, quos scimus esse contritos, & per se non stare, quin absoluantur; imò illos participare de suffragijs communibus Ecclesiæ. Hi sunt, *Riccardus in 4. dist. 18. ar. 7. qu. 2. Palatius ibid. dis. 33. Astensis 2. p. lib. 7. tit. 9 q. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 25. c. 76. Turrecremata in c. si quis Episcopus 11. qu. 3. Valent. to 4. disp. 7. p 8. ad finem Sebastianus Perez de sacrificio c. 23. num. 3. in fine, Henriq lib. 9 de missa c. 15. §. 3. in Comment. littera P. & lib. 13 c. 11. §. 2. & c. 12. §. 3. Navar. c. 27. num. 18. Sayrus lib. 2. de*

de censuris cap. 3. num. 5. Auila 2. part. de censuris cap. 6. disp. 4. dub. 2. Couar. in cap. Alma mater 1. p. §. 6. num. 4. vbi ait, esse hoc communiter receptum, *Azor. 1. part. inst. moral. lib. 10. cap. 22. q. 2.* vbi censet id esse valde probabile. Fatetur hanc opinionem habere aliquam speciem probabilitatis *Filliucc. tract. 12. & 2. de censuris in particulari num. 42.* & si fateatur, contrariam esse probabiliorē, huic opinioni videtur accedere *P. Duardus lib. 3. in Bullam Cœnæ §. 2. quæst. 6. sub num.* 10. Ratio, in qua fundatur ista sententia est, quia Ecclesia excommunicatum priuat suis suffragijs, vt contumacem, ergò si cessat contumacia, cessat etiam voluntas ita puniendi, sed per pœnitentiam cessat contumacia, ergo. Cōfirmat latè *Fagundez citato cap. 12 n. 6.* qui idem dicit a fortiori *num. 3.* de nulliter excommicato, cessat enim scandalum quando in Missa non exprimitur nomen excommunicati, & hoc casu nec offerens peccat venialiter, vt probat idem *Fagundez eod. n. 6.* & si tessetur vtrā què opinionē esse probabilē

Confirmatur quia ista communicatio per applicationem Sacrificij Missæ, est communicatio interna, sed excommunicatus perfectè contritus internè, quò ad Deum est membrum viuum Ecclesiæ, & habetur vt absolutus, vt latè per *P. Duardum loco suprac* ergò potest frui suffragijs, sicut cætera membra. Et sic reponderi potest ad iura illa, in quibus se fundat prima sententia, .s. *cap. A nobis*, ibi *propter quod contingit interdū, vt qui ligatus est apud Deū, apud Ecclesiā sit solutus, & qui liber est apud Deū, Ecclesia sit sententia innodatus. Vinculū ergò, quo peccator ligatus est apud Deū in culpa remissione dissoluitur &c.* si enim Deus recipit, & acceptat talem contritionem ab eis, quare Ecclesia non vult eam recipere, quò ad suffra-
70 gia, Ex qua opinione deducitur consequenter, esse valde probabile, excommunicatum contritum lucrari indulgentias, quia hæ recenseri possunt inter suffragia Ecclesiæ, ad cuius thesaurum pertinent, nec prohibetur excommunicato præstare omnia, quę ad indulgentiam lucrandam requiruntur. *Henriq. lib. 7. de indulgen. cap 18. & Nauar. in Comment. de Iubileo notab. 18. num. 14. Gratia de Iubileo part. 2. 12. quem sequuti su-*

mus in nostra recollect. de Iubileo anni Sancti 1.p. num. 197. vbi loquimur in terminis eorum, qui reperiuntur excommunicati ob pensiones, vel alia debita, quæ ob impotentiam non possunt soluere, & sic obtinere absolutionē, & si contrarium doceant *Suarez Vgolinus, & alij, quos sequitur Bartholo. de Sancto Fausto lib. 3. de Iubileo q. 55 in fine, & Bonac. disp. 2 de censuris q. 2 p. p. §. 3. in fin.* vbi pro nostra sententia addit *Filliuccium.*

77 Ampliatur tertio etiam si talis excommunicatus non toleratus fuit iniustè excommunicatus, quia sufficit si validè sit excommunicatus, ita *Filliuc. tract. 12. & 2. de censuris in particulari num. 42.* quando autem quis dicatur iniustè, sed validè excommunicatus, patet ex materia de censuris, sufficit pro nunc dicere in casu nostro, dici talem, eum qui verè cōmisit crimen, pro quo excommunicatus est, licèt sententia excommunicationis lata sit sine ordine iuridico, accidentali tamen, vel ex parte animi irati Iudicis, & affecti odio, vnde patet è contrario, si esset iniustè, & inualidè excommunicatus, quia non commisit crimen, de quo denuntiatus fuit excommunicatus, vel esset defectus ordinis iuridici substantialis ratione triplicis monitionis, non esset illicitum pro eo offerri Sacrificium missæ, quia non priuatur hoc casu communibus Ecclesiæ suffragijs & si publicè non possit pro eo orari. *Nauar. cap. 27. num. 18. vbi allegat Hostiensem in cap. cum voluntate de sent. excom. Sayrus lib. 2. de censuris cap. 17. num. 73. Filliuc. loc. supra num. 41. Fagundez num. 3.* vbi de excommunicato nulliter *Bartholo. de S. Fausto dicto lib. 1. de Indulg. quæst. 42. & lib. 3. quæst. 16.* vbi probat nostram doctrinam traditam

78 in *Recolle. de Iubileo part. 1. num. 166.* quòd talis iniustè excommunicatus possit lucrari Iubileum, & si nos nequaquam alleget.

Limitatur tamen Conclusio primò in die Parasceues, in qua videmus in Missa publicè orari pro hæreticis, & schismaticis, qui sunt excommunicati maiori excommunicatione, cùm enim hoc non sit prohibitum ab Ecclesia ne offerantur communia suffragia pro excommunicatis, potuit etiam eadem Ecclesia ab ista generali prohibitione excipere dictum diem, in quo pro omnibus

nibus mori Dominus noster Iesus Christus dignatus est, ita *Suarez tom. 1. disp. 9. sect. 1. num. 1. Filliucc. supra num. 28.* & alij communiter. Ex eo, quod aiunt *Cosuar. in cap. Alma Mater 1. p. §. 6. num. 3. & Nau. de orat. cap. 19. num. 71.* tunc non orare Ecclesiam pro eis, tamquam pro membris Ecclesiæ, sed tamquam pro exteris, non sequitur (vt velle videntur aliqui recentiores) ergo non recitantur à ministris Ecclesiæ, quatenus ministri sunt sed solùm non directè, sed indirectè orare pro eorum conuersione, & reductione ad fidem, vt supra explicatum est post primam conclusionem. Nota ex D. *Bernardo in fin. tract. de gradibus humilitatis*, quàm detestandi sint excommunicati, quia etsi Ecclesia hoc die nominet infideles, hæreticos, schismaticos, tamen abstinet à nomine excommunicatorum.

Limitatur secundò in oratione facta à Sacerdote in memento, quod fit in missa, quia non est illicitum ibi pro excommunicatis etiam denunciatis, & non toleratis, dummodo non nominentur, etsi sit Episcopus, vel Imperator, orare ita *Hostiens. in Summ. lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 17. Abulensis 2. p. lib. 7. tit. 9. q. 3. Sylvest. verb. excom. §. 2. & verb. missa p. q. 8. Vgolinus de censuris tab. 2. c. 9 §. 3. Maiolus de irregul. lib. 3. c. 25. num. 3. Viuald. p. 2 sui cãdelabri aurei num. 10.* vbi hãc vocat veriorem opinionem, & allegat *Sotum*, qui tamen in hac re dubium se offẽdit, dum asserit, quòd hæc opinio, etsi sit clemẽs, & fortasse vera, tamen scrupulo non caret, quia potuit Ecclesia non solum excommunicatũ suis sacrificijs priuare, verũ etiam suis ministris inhibere, nè inter sua sacrificia pro eis deprecẽtur; Sequitur doctrinam huius limitationis, *Suarez tom. 3. disp. 77 sect. 2. in fine*, qui testatur, hãc opinionem carere scrupulo, *Filliucc. d. tract. 2. n. 52.* vbi pro ea allegat *Azor.* idem habet *Fagundez lib. 3. in primum præceptum Ecclesiæ cap. 12. n. 13. Bartholo. de S Fausto d. lib. 1. de indulgent qu. 47* qui alios allegat, & *Bonac. d. tit. 2. de censuris q. 2 p. p. §. 3 n. 7.* Contrarium tamen defendit *Ledesm. 2. p. q 22 a. 1. & Bartholo. Medina lib. 1. instruct. Confess cap. 11. §. 1.* quia putant, quod Memento sit pars missæ, & quelibet pars missæ celebretur à Sacerdote tamquã à persona publica, Probant assumptum in specie

de Memento, quia non est in potestate *Sacerdotis* relinquere illud, sed ex constituto Ecclesiæ tenetur vestibus sacris indutus, illud peragere; Quod fiat memento in persona Ecclesiæ, etiam probãt, quia Sacerdos in persona Ecclesiæ extollẽdo vocẽ, dicit *Memento Domine*, & demũ quòd ex persona Ecclesiæ, tunc oret etiam mentaliter; confirmant ex sequentibus verbis etiã partim altè prolatis. *Et omnium circunstantium pro quibus tibi offerrimus*, vbi particula, Et, denotat copulationem circũstantium cum ijs, quorum meminerat in memẽto, certum est autem, quod pro circunstantibus orat, vt persona publica, ergo etiam pro alijs; Nec libertas Sacerdotis, quòd possit huius, vel illius meminisse, efficit vt absolutè oret in memẽto, ranquã persona priuata; quia ẽt Sacerdos potest offerre sacrificium pro hoc, vel illo, & tamen semper offert, vt persona publica, Nobis placet sententia *Auilæ sup. disp. 1. dub. 2. & Egid. Coninck disp. 28. de censuris dub. 6. num. 37* vt scilicet sentẽtia negans sit vera, quando Sacerdos velit assumere integrum Memento ad orandum pro excommunicato, vel excommunicatum supradictum vnà cum alijs in memẽto misereat indiscriminatim, Et sic opinio affirmans limitationis verificari possit, quando Sacerdos peracto memento, vt à persona publica, oret tamquam persona priuata pro excommunicato, & aduerte, quòd cum Sacerdos, expleto memẽto, profert illa verba, *pro quibus tibi offerrimus*, debet habere formaliter, vel virtualiter intentionem offerendi sacrificium pro his tantùm, pro quibus debet secundùm præscriptum Ecclesiæ, & sic nõ potest includere excommunicatos denũntiatos.

Ex dictis patet primò, quid 80 dicendum sit de hæreticis, schismaticis, &c. aut enim sunt, vt tales denuntiati, vel non; Primo casu regulare se debet Sacerdos iuxta ea, quę dicta sunt supra de denuntiatis excommunicatis. Secũdo verò casu, iuxta ea, quæ dicta sunt de toleratis, non enim est aliqua differentia, quò ad hunc casum, inter eos, & alios excommunicatos, cùm vtrique excludantur tam quã præcisi ab Ecclesia, vt patet ex modo loquendi Doctorũ, in specie *Suarez d. disp. 78. sect. 2. in fine* ibi, *siue fideles sint, siue apostatæ* ita intellige *A. Moss. tract. 3. cap. 25. nu.* 32.

32. & notant Canonistæ in d. cap. A nobis, & cap. Sacris, & Suarez clarius loquendo de receptione Sacramentorum ab hæretico d. tom. 3 disp. 78. sect. 1. Dixi, vt tales denuntiati, quia vt probaui 2. p. nostri tractatus recoll. p. num. 209. sufficit esse denuntiatos, seu declaratos hæreticos, schismaticos, apostatas, &c. vt debeant vitari, & sic non est necesse, vt sint in specie denunciati, vt excommunicati ad hoc, vt dicantur non tolerati, & ita intelligè Suarez loco vlt. cit. Accedit Fagundez citato cap. 12. nu. 18. qui concedit n. 23. non solum pro conuersione infidelium, sed etiam hæreticorum, & aliorũ excommunicatorum, qui iam sunt denunciati, posse licitè offerri missæ sacrificium.

Patet secundò, An Sacerdos accipiens stipendium ab excommunicatis, seu hæreticis, schismaticis, &c. pro celebratione missarũ, teneãtur ad restitutionem ipsius stipendij. Certum est autem talem Sacerdotem peccare mortaliter, licèt non incurrat excommunicationem minorem, vt benè Auila 2. p. de censuris c. 6. disp. 9. dub. 4. Quo verò ad restitutionẽ videtur difficultas, quia cum ipse Sacerdos sit minister Ecclesiæ, non videtur validè applicare p eo, qui iã est precisus ab Ecclesia, & sic contra voluntatẽ Ecclesiæ, maximè quãdo applicat non tolerato. Contrarium tamen videtur verius, quia validè fit ab eo applicatio etiam pro non tolerato, quatenus sustinet personam Christi, vt alt Coninck disp 14. de censur. num. 38. ad finem, estq; id quod dixit Gaspar Hurtado à disp. 3. de excommunic. diff. 3. quòd offerens missam pro excommunicato, & si peccet, nihilominus prodest ei, quò ad totum valorem operis operati, explicat post alios Bonacina disp. 2. de cens. quæst. 2. puncto 1. §. 3. tam quò ad fructum satisfactorium, quàm impetratorium; etiam si ipse excommunicatus sit in gratia. Hunc enim esse primariũ fructum expetitum à dante stipẽdium, fuit dictum supra; si ergo fit applicatio, non est cur teneatur restituere, sicut nec Assassinus, & fornicaria ad id tenẽtur, vt supponimus ex materia de restitutione. Ad rationẽ dubitãdi respõdetur ex Regula, illa vulgata, multa iam facta tenent, quæ si nõ essent facta nõ tenerẽt. Secus autem erit, si Sacerdos illud stipendium directè accepisset eodem modo, & causa ab infideli non bapti-

zato,

zato, quia infideles non sunt membra Ecclesiæ, & suffragia quatenus communia sūt, solùm ordinantur per se, & directè ad fideles, hoc est ad membra Ecclesiæ, cū igitur infideles sint omninò priuati fructu sacrificij, consequēter minister tenetur restituere accepta pro tali sacrificio infructuoso quò ad infideles, intellige siue per se, siue per alios tales infideles offerent, & darent dicta stipendia, vide *Vgolin. de censur. tab. 2. cap. 9. §. 4.* Dixi, *directè*, quia secus est si accipitur pro applicatione sacrificij directè ad augmentum Ecclesiæ, & indirectè pro conuersione infidelium, reductione hæreticorum, vt in 3. Corollario. Si autem sunt hæretici tolerati, sicut probabile est, prodesse eis sacrificium etiam ex persona Ecclesiæ, ita probabile erit, quoque eleemosynas acceptas pro applicatione sacrificij missæ, ipsorū fauore facta, licitè retineri, & indicat *Bonac. d. §. 3 sub n. 7.*

82 Patet tertiò, quando in quibusdam Religionibus, vel Ecclesijs præcipitur, dici missas pro infidelibus, hæreticis, sensum esse, vt actus ille celebrandi missam, pro vt est actus personalis, & priuatus applicetur hæreticis, quò ad impetrationem, quare non placet, quod dicit *Sotus in 4. dist. 11. q. 2. ar. 7. ad 2.* esse illicitum instituere Capellanias, in quibus celebrētur missæ pro conuersione hæreticorum, & aliorum infidelium, *& lib. 9. de iust. 2 ar. 2. ad 3.* vbi repetit, quòd sit error constituere capellaniā pro conuersione infidelium, quia debuit *Sotus* distinguere etiam in sacrificio missæ, rationem personæ publicæ, & opus operantis ab opere operato, item directam celebrationē, & applicationē, & indirectā. Accedat, quod potest esse intentio constituentium dictas capellanias, vt missæ celebrētur pro his, qui vacant infidelium cōuersioni, vel pro catholicis, cum periculo versantibus inter hæreticos; *Fagundez lib. 3. in primū præceptū Eccl. c. 12. n. 21 Auil. p. 2. c. 6. dis. 9. dub. 3. ver. 4. probatur*, q explicat *Sotū*.

Tertia Conclusio, sacrificium missæ non solum potest applicari pro fidelibus, & rō excommunicatis, qui sunt
83 iusti, sed etiam si sunt peccatores. Patet ex Canone missæ, ibi *pro omnibus orthodoxis atque catholicæ fidei cultoribus*, & notat *Cōuar. in cap. Alma mater 1. p. num. 4. concl. 8* Diuersa tamē ratione prodest vtrisque; nam bonis prodest per modum satisfa-

factionis pœnarum, & impetrationis; malis autem duntaxat per modum impetrationis ad se defendendum ab impugnationibus dœmonũ, ad impetrandum à Deo illuminationem cordis, & ad bona temporalia, ex *Couar. loc. cit num. 4. Suarez d. disp. 78. sect. 2. vers. atque idem*, vbi quod potest applicari etiam pro Energumenis *A. Molfes. d. tract. 3. cap 16. num. 31.* An effectus huius sacrificij quatenus continet remissionem pœnæ temporalis, reuiuiscat in jjs peccatoribus, sicuti dicitur de Sacramentis, negat *Conink q. 83. ar. 1. dub. 9 n. 165.* & nos diximus supra

84 Pro infãtibus baptizatis recte etiã fructuosè sacrificiũ offerri potest, quò ad fructũ impetrationis, sicuti diximus de catechumenis n. 32. vt in christiana fide, & Dei gratia perseuerent, atq; accrescant, nam alterius fructus propitiationis, at satisfactionis illi non indigent *Paul. Laymann lib. 5. tract. 5 cap 2. num. 6. vers. secundò certum est.*

SECTIO XIII.

Quibus personis defunctis applicari possit sacrificium missæ.

85 *Sacrificium missæ non solum viuis, sed etiam defunctis prodest.*

86 *Defunctis, qui in purgatorio existunt prodest sacrificium missæ, Quomodo illis prosit n. seq.*

88 *Damnatis non prodest sacrificium missæ.*

89 *Infantibus defunctis non prodest sacrificium missæ.*

Missa quomodo celebretur in sepultura parui, qui mortuus est post Baptismum, sed ante vsum rationis.

90 *Extrema vnctio, an possit dari pueris ante vsum rationis, & quomodo.*

91 *Chatecumenis defunctis, an prosit sacrificium missæ.*

92 *Beatis quomodo prosit sacrificium missæ.*

93 *Missa, quæ applicatur incapaci cui prosit.*

CErtum est hoc sacrificiũ missæ prodesse non 85 solũ viuis; sed etiã defunctis ex S. *Conc. Tridentino sess. 22. can. 3.* ibi *si quis dixerit, missæ sacrificium esse tãtum laudis, et gratiarum actionis, aut nudam commemorationẽ sacrificij in cruce peracti non autẽ propitiatoriũ, vel solum prodesse sumenti, neque pro viuis, & defunctis pro peccatis, pœnis, & satisfactionibus, & alijs necessitatibus, offerri debere*

here. Anathema sit, & eadem *sess. 22. cap. 2.* ita habetur. *Quare non solum pro fidelitũ viuorum peccatis, sed pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis ritè iuxta Apostolorum traditionem of-*
86 *fertur.* Ex quibus verbis satis patet, certissimam esse, & catholicorum omnium concordem sententiam, ac de fide; missæ sacrificiũ prodesse ijs defunctis, qui sunt in Purgatorio. Confirmatur cõtra hereticos, in eod. *Concil. Tridentino sess. 25 cap. primo in decreto de Purgatorio.* ibi *Cũ catholica Ecclesia Spiritu sancto edocta ex sacris litteris, & antiqua patrum traditione in Sacris Conciliis, & nouissimè in hac œcumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs, positissimq; verò acceptabili altaris sacrificio iuuari; præcipit Sancta Synodus Episcopis, vt sanam de Purgatorio doctrinam à Sanctis Patribus, & Sacris Conciliis traditam credi, doceri, teneri diligẽter studeant.* Ratio est, quia animæ, quæ existunt in purgatorio; quò ad hunc effectũ satisfaciendi per dictas pœnas, & tollendi impedimentũ cõsecutionis gloriæ, cẽseri debent ac in via, latè *Fagundez lib. 3. in primum præceptum cap. 11. à num. 2. Filliuc. loco infrascitando,* quibus addas doctissimum *Thorum in summa Priuilegiorũ piæ causa, priuilegio 54* latissimè hoc explicantem, Cõferri autem
87 eis talem fructum missæ ex opere operato infallibiliter, probat post alios *Filliuccius tract. 5. num. 82. & ante eum Suarez tomo 3. disp. 79 sect. 10.* Accedit *Bonacina disp. 4. de Sacramentis quæst. vltima, punct. 5. Conink quæst. 83. art. primo dub. 9 num. 148. et 161. Paulus Layman. lib. 5. suæ Theologiæ moralis tract. 5. cap. 2 num. 5.* Item fit clarũ ex eisdem verbis, ibi, *sed pro defunctis in Christo,* non pro-
88 desse tale sacrificium defunctis damnatis in inferno, cũ culpę eorum, & pęnæ sint irremissibiles; Doctores supracitati communiter. Addit *Fagundez citato cap. 11. nu. 6.* hoc hactenus, nullos aut Hereticos, aut Catholicos negasse; quod hæc sit certissima catholicorum sententia, testatur *Conink quæst. 83. ar. 1. dub. 9. num. 147.* sicut idem testatur loquendo de suffragijs in genere *disp. 11. de purgatorio nu. 61.* Ead. ratione,
89 nec paruuli defuncti ante Baptismum cum solo originali peccato sunt capaces fructu huius sacrificij, quia etiam perpetua pęna damni affliguntur: est communis

Theo-

95 *Sacerdos idem, an post consecrationem hostiæ possit mutare applicationem, & num. seq.*

97 *Christus Dominus exiſtit in hostia priùs quàm cõſecretur calix.*

98 *Ordo conſecrandi hoſtiam priùs, & poſtea calicem, an ſit de iure diuino, & de eſſentia.*

99 *Sacerdote poſt conſecrationem vtriuſque ſpeciei, vlterius non proſequente Miſſam, an impediatur eius applicatio.*

94 DEfectus iſte nõ poteſt exemplificari, niſi in caſu ammiſſionis loquelæ, vel mortis ipſius primi Sacerdotis, quia nullo alio caſu poteſt eſſe directè intenta talis interruptio, vt per *Paulum Layman lib. 1. tract. 5. cap. 2. n. 1. Fagundez latius lib. 3. in 1. præceptum Eccleſia cap. 5.* vbi etiam tractat articulum de S. Pont. an poſſit diſpenſare, vt alterutra ſpecies ſola conſecretur, de qua re etiam ſummatim *Conink de Sacram. & cenſur. ad quæſt. 83. art. 1. n. 102. & ſeq.* Hic caſus ponitur à *Suarez. tom. 3. in 3. par. D. Thom. quæſt. 79. ſect. 12. verſ. ſed tunc occurit*, Proſequitur *Vaſquez apud Gauantum in Rubricas Miſſalis libr. 3. cap. 12. nu. 30.* qui probabile putat valere applicationẽ prioris Sacerdotis. Sed contrariũ eſt veriſimilius, vt bene *Suarez*, cuius verba hìc tranſcribere non pigebit in gratiam eorum, apud quos non reperitur eius Codex, & ſunt iſta: *Maior verò difficultas eſt, quãdo neuter perficit totam eſſentiam Sacrificij, ſed alter conſecrauit hoſtiam, alter verò calicem; Quoniam autem res tũc dubia eſt, optimè faceret poſterior Sacerdos referendo intentionem ſuam ad intentionem prioris Sacerdotis, neque nouam aliquam applicationẽ faciendo, niſi ſub hac conditione, ſi alter fortaſſe non applicauit, nam hoc modo tollitur omne dubium; In huiuſmodi autem rebus via certa tenenda eſt, & incerta omittenda. Item, quia per ſe loquendo intẽtio offirendi pro hac, vel illa perſona anteceder debet inchoationẽ ſubſtãtialem ſacrificij, quæ non eſt mutanda poſt conſecrationem inchoatam. Ac denique, quia poſterior Sacerdos ſolùm aſſumitur ad ſupplendum defectum alterius, & conſumandum, quod ille inchoauit, igitur non rectè, nec ordinatè faceret is poſterior Sacerdos, ſi agere vellet contra intentionem prioris Sacerdotis, & ap-*

plicatio nem mutare. Non audeo tamen dicere, illum peccaturum mortaliter, tum quia res non est adeo certa, quin possit ille quodammodo iure suo uti, quia verè est minister & consecrat vltimam speciem. Vnde veluti dat essentiam, & formam Sacrificij ad eum modum, quo vltima vnitas dici solet forma numeri, tum etiã quia materia nõ videtur adeò grauis, nec alicui periculo exposita. nam si intentio prioris Sacerdotis ita fuit efficax, & veluti acceptata à Deo, vt per intentionem posterioris Sacerdotis retractari non possit, illa prior habebit effectum, & hac posterior frustrabitur, quod non est inconueniens per se loquendo, quia nec Sacrificio, neque alteri in hoc fit iniuria, & illa intentio, virtualem includit conditionem, scilicèt quantum mihi possibile est: si verò coram Deo prior intentio non est ita efficax, sed retractari potest, tũc posterior habebit effectum, & nulla fiet iniuria priori Sacerdoti, cùm posterior vtitur potestate, & iure suo. Vtrum autem horum verius sit, quaue intentio coram Deo tunc esset efficacior, incertum mihi est, nam in vtramque partem possunt fieri probabiles coniecturæ ex his, quæ adduximus, nã posterior intentio cæteris paribus hoc ipso quòd posterior est, solet esse præcipua & efficax ad retractãdam priorem. Hic autem vterque Sacerdos est æqualis potestatis, & alitũde æqualiter consumunt singulas species consecrando: ergo intentio posterioris Sacerdotis videtur ex hac parte efficax ad retractandam priorẽ. Aliunde verò apparet prior intentio in hoc casu præcipua, quia etiam prior Sacerdos videtur præcipuus in hoc ministerio. Nam alter solum assumitur ad adiuuandũ illum, vel illius defectus supplendũ. Item quia post essentialiter inchoatum sacrificium fortasse etiam non potest mutari, vel retractari talis intentio, etiam in eadem persona; Quamquam & hoc ipsum nimis incertum
96 sit: nam cùm non dum sit datus effectus, non apparet cur non possit aliquis retractare voluntatem suam, etiam post priorem speciem consecratam. Quòd si vna, & eadem posset hoc facere, verisimile est, posse idem fieri à persona diuinita, qua cùm eadem potestate, & eodem iure succedit ad sacrificium consumãdum. Quapropter omnibus pensatis verisimilius apparet, posteriorem intentionem esse efficaciorem & habituram effectum. Hactenus Suarez; ex cuius doctrina non sequitur, minimè

Theologorum sententia, testè *Fagundez cit. cap. 11. nu. 8.* si autem sunt baptizati, neque illis prodest missæ sacrificium, cùm si decedant ante vsum rationis, statim euolent in cœlum; & si *Bonac. sup. cit. disp. 4. de Sacramentis quæst. vlt. punct. 5. num. 11.* non ne-
90 get, quin missæ possint celebrari quando isti paruuli sepeliuntur, nam illæ non pro ipsis, sed alijs existentibus in purgatorio offeruntur, An talibus possit dari extrema vnctio? Dic, certũ esse requiri in eis vsum rationis, nec impedit, quòd hucusque non cõmunicauerit *Laymã lib 5. tr. 8. c. 4. n. 2.* dubium autem versatur, quando hesitaretur, an habeant vsum rationis, & tũc concludit *Diana tom. 3. tract. 4. resol. 169.* simpliciter: posse illis dari sub conditione si capax, etiam si iam sit confessus: intellige, nisi aliud in Synodo præcipiatur, vt per *Layman supra*. Quid autem de Cathecumenis defunctis, *Paulus Layman sup. cit. num. 8. ad finem*, concludit, eodem modo iuuare illis defunctis, sicut nos diximus supra iuuare illis viuis, scilicet secundũ fructũ impetrationis, ac tali intentione pro ipsis rectè offerri, si Ecclesiæ prohibitio cesset, testatur; hanc esse cõmunem sententiam, Quomodo autẽ hoc intelligatur? pendet ab alia indagatione de
91 qua *Henriquez lib. 2. de Sacram. Baptism. cap. 20.* nempe de statu animarum ipsorum cathecumenorũ, inquit enim *Henriquez*, ac etiam docuit *Bellarminus lib. 2. de pœnit. c. 23. in fin.* hos Cathecumenos si per eos non stetit, *Baptis*mum recipere, saluari, sin autem per ipsos stetit, condendari, ergò quando quærimus; an possit pro his offerri sacrificium missæ? intelligimus de his cathecumenis, qui parati erant, vt baptismum reciperent, cùm iam essent instructi in fide, qui competentes dicebantur; sed hi, præsuppositio, vt ait *Bellarm.* quòd habeant veram contritionem cũ desiderio percipiendi baptismum, non solum iustificãtur, sed etiam continuò ad eternam gloriam euolant; At ij, qui ad cœlum euolant, non indigent aliquo auxilio, ergo ad quid hic fructus impetrationis, sicut si non sunt competentes, illis non prodest sa
92 crificium tanquam damnatis *Fagundez lib. 3. in primum præceptum cap. 12. à num. 28.* Forsitan *Layman* intelligit, p vt loquimur supra *num. 5. in fin.* quod etsi pro his, qui sũt in gloria sacrificium istud nõ sit pr riè, & directè impetratorium; aliquo modo sit

tale, cùm oramus, vt *hoc sacrificium proficiat illis ad honorem, videlicet vt magis, ac magis à fidelibus glorificẽtur in terris quæ glorificatio cùm ipsis extrinseca sit, potius in nostrum commodum redũdat. Denique ex eo, quod Sãctorum memoriam in sacrificio facimus gaudium seu letitia accidentalis in ipsis oritur: siquidem talem vicissitudinem gloriæ accidentalis, saltem vsque ad finem mundi in Beatis locum habere rectè dicitur*, hactenus illæ, & cum eo cõcordant omnes supracitati authores, cùm loquuntur de fructu huius sacrificij respectu Beatorum.

83 Restat vt explicemus, cui nam prosit fructus sacrificij, qui fuit applicatus incapaci? Circa quam materiam recitauimus supra *num. 63.* verba *Suarez*, qui docet, quòd hoc casu vnusquisque habeat intentionem, vt vel ad se redeat, vel alijs animabus in purgatorio existentibus applicetur, & sic rarissimè accidere, quòd transeat ad thesaurum Ecclesiæ, idem probat *Layman libr. 5. sua Theologiæ Moralis tract. 5. cap. 1. num. 11. ad finem*, item etiam Conink citata *quæst. 83. art. 1. dub 9. nu. 166.* & si subdat semper esse consultum, vt quoties pro aliquo celebramus, simul habeamus conditionatam voluntatem, illum fructum, vel in totum, vel in partem alicui alteri applicãdi, si fortè is, pro quo celebramus, eius sit incapax, aut non indigeat, vt si beatus sit vel damnatus, vel saltem in peccato mortali, aut etiam nullam de facto habeat pœnam temporalem persoluendam pro præteritis peccatis, quo casu est incapax remissionis pœnæ. Hoc idem credimus voluisse dicere *Bonacinam supracitat. Puncto 5. in fine*, & si ita clarè non se explicet.

SECTIO XIV.

Si contingat Sacerdotem deficere post consecrationem Panis, an alter qui superuenit ad complendum Sacrificium, consecrando vinum, possit illud applicare.

94 *Sacerdote deficiente post consecrationem hostiæ, an alius, qui supplet, possit illud Sacrificium applicare: An possit ob illam applicationem recipere Stipendium num. 97. ad finem.*

Se-

ſti perſona offertur, nihilominus dependet a diſpoſitione, aut bonitate miniſtri teſtaturque eſſe omnium doctrinam; Vnde oritur deciſio ad caſum, quem habui de facto, de quodam Sacerdote italo ordinato in partibus vltramontanis cum dimiſſorijs falſis, imò non receptis alijs ordinibus, & ſic per ſaltum, qui per plures annos recepit magnam quantitatem eleæmoſinarum pro miſſis celebrandis, quas celebrauit in ſuſpenſione, & irregularitate; tamen quia iam remanſit ordinatus Sacerdos, & ſic validè applicauit effectum primarium miſſæ intentum principaliter a dantibus eleæmoſynas, fuit dictũ nõ teneri ad aliquam
105 reſtitutionem. Quod autem vnum peccatum tantũ commiſerit ſingulas Miſſas celebrando, & non duo, vel tria, celebrando cum peccato, vel cenſura, & irregularitate, ex eo quod non ſe fecit contra duas obligationes diſtinctas, cùm lex humana idem prohibeat quàm lex diuina, poſt alios probat *Diana par. 2. ſuarum inſtit. moral. tract. 13. de celebrat. Miſſarum reſolut. 24.* vbi hoc extendit etiam ſi in dicta Miſſa plures communicauerit cum particulis a ſe conſecratis, illic allegatis addo *Pert. Matt. de Rubris in Annotat. ad Rubricas Miſſalis cap. 8. num. 2.*

QVÆ-

de Memento, quia non est in potestate *Sacerdotis* relinquere illud, sed ex constituto Ecclesiæ tenetur vestibus sacris indutus, illud peragere; Quod fiat memento in persona Ecclesiæ, etiam probãt, quia Sacerdos in persona Ecclesiæ extollẽdo vocẽ, dicit *Memento Domine*, & demũ quòd ex persona Ecclesiæ, tunc oret etiam mentaliter; confirmant ex sequentibus verbis etiã partim altè prolatis. *Et omnium circumstantium pro quibus tibi offerrimus*, vbi particula, Et, denotat copulationem circũstantium cum ijs, quorum meminerat in memẽto, certum est autem, quod pro circunstantibus orat, vt persona publica, ergo etiam pro alijs; Nec libertas Sacerdotis, quòd possit huius, vel illius meminisse, efficit vt absolutè oret in memẽto, ranquã persona priuata; quia ẽt Sacerdos potest offerre sacrificium pro hoc, vel illo, & tamen semper offert, vt persona publica, Nobis placet sententia *Auila sup. disp. 1. dub. 2. & Egid. Coninck disp. 28 de censuris dub. 6. num. 37* vt scilicèt sentẽtia negans sit vera, quando Sacerdos velit assumere integrum Memento ad orandum pro excommunicato, vel excommunicatum supradictum vnà cum alijs in memẽto misereat indiscriminatim, Et sic opinio affirmans limitationis verificari possit, quando Sacerdos peracto memento, vt à persona publica, oret tamquam persona priuata pro excommunicato, & aduerte, quòd cum Sacerdos, expleto memẽto, profert illa verba, *pro quibus tibi offerrimus*, debet habere formaliter, vel virtualiter intentionem offerendi sacrificium pro his tantùm, pro quibus debet secundùm præscriptum Ecclesiæ, & sic nõ potest includere excommunicatos denuntiatos.

Ex dictis patet primò, quid 80 dicendum sit de hæreticis, schismaticis, &c. aut enim sunt, vt tales denuntiati, vel non; Primo casu regulare sed debet Sacerdos juxtà ea, quę dicta sunt supra de denuntiatis excommunicatis. Secũdo verò casu, juxta ea, quæ dicta sunt de toleratis, non enim est aliqua differentia, quò ad hunc casum, inter eos, & alios excommunicatos, cùm vtrique excludantur tam quã præcisi ab Ecclesia, vt patet ex modo loquendi Doctorũ, in specie *Suarez d. disp. 78. sect. 2. in fine* ibi, *siue fideles sint, siue apostatæ* ita intellige *A. Molf. s. tract. 3. cap. 25. nu.*

32.

32. & notant Canonistæ in d. cap. A nobis, & cap. Sacris, & Suarez clarius loquendo de receptione Sacramentorum ab hæretico d. tom. 3 disp. 78. sect. 1. Dixi, vt tales denuntiati, quia vt probaui 2. p. nostri tractatus recoll. p. num. 209. sufficit esse denuntiatos, seu declaratos hæreticos, schismaticos, apostatas, &c. vt debeant vitari, & sic non est necesse, vt sint in specie denunciati, vt excommunicati ad hoc, vt dicantur non tolerati, & ita intelligè Suarez loco vlt. cit. Accedit Fagundez tit. 20 cap. 12. nu. 18. qui concedit n. 23. non solum pro conuersione infidelium, sed etiam hæreticorum, & aliorũ excommunicatorum, qui iam sunt denunciati, posse licitè offerri missæ sacrificium.

Patet secundò, An Sacerdos accipiens stipendium ab excommunicatis, seu hæreticis, schismaticis, &c. pro celebratione missarũ, teneãtur ad restitutionem ipsius stipendij. Certum est autem talem Sacerdotem peccare mortaliter, licèt non incurrat excommunicationem minorem, vt benè Auila 2. p. de censuris c. 6. disp. 9. dub. 4. Quo verò ad restitutionẽ videtur difficultas, quia cum ipse Sacerdos sit minister Ecclesiæ, non videtur validè applicare pro eo, qui iã est precisus ab Ecclesia, & sic contra voluntatẽ Ecclesiæ, maximè quãdo applicat non tolerato, Contrarium tamen videtur verius, quia validè fit ab eo applicatio etiam pro non tolerato, quatenus sustinet personam Christi, vt ait Coninck disp 14. de censur. num. 38. ad finem, estq; id quod dixit Gaspar Hurtado disp. 3. de excommunic. diff. 3. quòd offerens missam pro excommunicato, & si peccet, nihilominus prodest ei, quò ad totum valorem operis operati, explicat post alios Bonacina disp. 2. de cens. quæst. 2. puncto 1. §. 3. tam quò ad fructum satisfactorium, quàm impetratorium; etiam si ipse excommunicatus sit in gratia, Hunc enim esse primariũ fructum expetitum à dante stipẽdium, fuit dictum supra; si ergo fit applicatio, non est cur teneatur restituere, sicuti nec Assassinus, & fornicaria ad id tenẽtur, vt supponimus ex materia de restitutione. Ad rationẽ dubitãdi respõdetur ex Regula, illa vulgata, multa iam facta tenent, quæ si nõ essent facta nõ tenerẽt. Secus autem erit, si Sacerdos illud stipendium directè accepisset eodem modo, & causa ab infideli non bapti-

zato,

zato, quia infideles non sunt membra Ecclesiæ, & suffragia quatenus communia sūt, solùm ordinantur per se, & directè ad fideles, hoc est ad membra Ecclesiæ, cū igitur infideles sint omninò priuati fructu sacrificij, consequēter minister tenetur restituere accepta pro tali sacrificio infructuoso quò ad infideles, intellige siue per se, siue per alios tales infideles offerent, & darent dicta stipendia, vide *Vgolin. de censur. tab. 2 cap. 9. §. 4.* Dixi, *directè*, quia secus est si accipitur pro applicatione sacrificij directè ad augmentum Ecclesiæ, & indirectè pro conuersione infidelium, reductione hæreticorum, vt in 3. Corollario. Si autem sunt hæretici tolerati, sicut probabile est, prodesse eis sacrificium etiam ex persona Ecclesiæ, ita probabile erit, quo que eleemosynas acceptas pro applicatione sacrificij missæ, ipsorū fauore facta, licitè retineri, & indicat *Bonac. d. §. 3 sub n. 7.*

82 Patet tertiò, quando in quibusdam Religionibus, vel Ecclesijs præcipitur, dici missas pro infidelibus, hæreticis, sensum esse, vt actus ille celebrandi missam, pro vt est actus personalis, & priuatus applicetur hæreticis, quò ad impetrationem, quare non placet, quod dicit *Sotus in 4. dist. 11. q. 2. ar. 7. ad 2.* esse illicitum instituere Capellanias, in quibus celebrētur missæ pro conuersione hæreticorum, & aliorum infidelium, *& lib. 9. de iust. 2 ar. 2. ad 3.* vbi repetit, quòd sit error constituere capellaniā pro conuersione infidelium, quia debuit *Sotus* distinguere etiam in sacrificio missæ, rationem personæ publicæ, & opus operantis ab opere operato, item directam celebrationē, & applicationē, & indirectā. Accedat, quod potest esse intentio constituentium dictas capellanias, vt missæ celebrētur pro his, qui vacant infidelium cōuersioni, vel pro catholicis, cum periculo versantibus inter hæreticos; *Fagundez lib. 3. in primū præceptū Eccl. c. 12. n. 21 Auil. p. 2. c. 6. dis. 9. dub. 3. sect. 4. probatur*, q explicat *Sotū*.

Tertia Conclusio, sacrificium missæ non solum potest applicari pro fidelibus, & rō excommunicatis, qui sunt 83 iusti, sed etiam si sunt peccatores. Patet ex Canone missæ, ibi *pro omnibus orthodoxis atque catholicæ fidei cultoribus*, & rotat *Couar. in cap. Alma mater 1. p. num. 4. concl. 8* Diuersa tamē ratione prodest verisque; nam bonis prodest per modum satisfa-

factionis pœnarum, & impetrationis; malis autem duntaxat per modum impetrationis ad se defendendum ab impugnationibus dœmonũ, ad impetrandum à Deo illuminationem cordis, & ad bona temporalia, ex *Couar loc. cit num.* 4. *Suarez d. disp. 78. sect. 2. vers. atque idem*, vbi quod potest applicari etiam pro Energumenis *A. Molfes. d. tract. 3. cap 16. num. 31.* An effectus huius sacrificij quatenus continet remissionem pœnæ temporalis, reuiuiscat in jjs peccatoribus, sicuti dicitur de Sacramentis, negat *Conink q. 83. ar. 1. dub. 9 n. 165.* & nos diximus supra.

84 Pro infãtibus baptizatis recte etiã fructuosè sacrificiũ offerri potest, quòd ad fructũ impetrationis, sicuti diximus de catechumenis n. 32. vt in christiana fide, & Dei gratia perseuerent, atq; accrescant, nam alterius fructus propitiationis, at satisfactionis isti non indigent *Paul. Layman lib. 5. tract. 5 cap 2. num. 6. vers. secundò certum est.*

SECTIO XIII.

Quibus personis defunctis applicari possit sacrificium missæ.

85 *Sacrificium missæ non solum viuis, sed etiam defunctis prodest.*

86 *Defunctis, qui in purgatorio existunt prodest sacrificium missæ, Quomodo illis prosit n. seq.*

88 *Damnatis non prodest sacrificium missæ.*

89 *Infantibus defunctis non prodest sacrificium missæ.*

Missa quomodo celebretur in sepultura parvuli, qui mortuus est post Baptismum, sed ante vsum rationis.

90 *Extrema vnctio, an possit dari pueris ante vsum rationis, & quomodo.*

91 *Chatecumenis defunctis, an prosit sacrificium missæ.*

92 *Beatis quomodo prosit sacrificium missæ.*

93 *Missa, quæ applicatur incapaci cui prosit.*

CErtum est hoc sacrificiũ missæ prodesse non 85 solũ vinis; sed etiã defunctis ex S. *Conc. Tridentino sess. 22. can. 3.* ibi *si quis dixerit, missæ sacrificium esse tãtum laudis, et gratiarum actionis, aut nudam commemorationẽ sacrificij in cruce peracti, non autẽ propitiatorium, vel solum prodesse sumenti, neque pro viuis, & defunctis pro peccatis, pœnis, & satisfactionibus, & alijs necessitatibus, offerri debere*

95 *Sacerdos idem, an post consecrationem hostiæ possit mutare applicationem, & num. seq.*

97 *Christus Dominus exiſtit in hostia priùs quàm cõsecretur calix.*

98 *Ordo consecrandi hostiam priùs, & postea calicem, an sit de iure diuino, & de essentia.*

99 *Sacerdote post consecrationem vtriusque speciei, vlterius non prosequente Missam, an impediatur eius applicatio.*

94 DEfectus iste nõ potest exemplificari, nisi in casu ammissionis loquelæ, vel mortis ipsius primi Sacerdotis, quia nullo alio casu potest esse directè intenta talis interruptio, vt per *Paulum Layman lib. 1. tract. 5. cap. 2. n. 1. Fagundez latius lib. 3. in 1. præceptum Ecclesiæ cap. 5.* vbi etiam tractat articulum de S. Pont. an possit dispensare, vt alterutra species sola consecretur, de qua re etiam summatim *Conink de Sacram. & censur. ad quæst. 83. art. 1. n. 102. & seq.* Hic casus ponitur à *Suarez. tom. 3. in 3. par. D. Thom. quæst. 79. sect. 12. vers. sed tunc occurit*, Prosequitur *Vasquez apud Gauantum in Rubricas Missalis libr. 3. cap. 12. nu. 30.* qui probabile putat valere applicationẽ prioris Sacerdotis. Sed contrariũ est verisimilius, vt bene *Suarez*, cuius verba hìc transcribere non pigebit in gratiam eorum, apud quos non reperitur eius Codex, & sunt istæ *Maior verò difficultas est, quãdo neuter perficit totam essentiam Sacrificij, sed alter consecrauit hostiam, alter verò calicem; Quoniam autem res tũc dubia est, optimè faceret posterior Sacerdos referendo intentionem suam ad intentionem prioris Sacerdotis, neque nouam aliquam applicationẽ faciendo, nisi sub hac conditione, si alter fortasse non applicauit, nam hoc modo tollitur omne dubium; In huiusmodi autem rebus via certa tenenda est, & incerta omittenda. Item, quia per se loquendo intẽtio offirendi pro hac, vel illa persona antecedere debet inchoationẽ subsẽtiale sacrificij, quæ non est mutanda post consecrationem inchoatam. Ac denique, quia posterior Sacerdos solùm assumitur ad supplendum defectum alterius, & consumandum, quod ille inchoauit, igitur non rectè, nec ordinatè faceret is posterior Sacerdos, si agere vellet contra intentionem prioris Sacerdotis, & ap-*

plicatio nem mutare. Non audeo tamen dicere, illum peccaturum mortaliter, tum quia res non est adeo certa, quin possit ille quodammodo iure suo uti, quia verè est minister & conficerat vltimam speciem. Vnde veluti dat essentiam, & formam Sacrificij ad eum modum, quo vltima vnitas dici solet forma numeri, tum etiã quia materia nõ videtur adeò grauis, nec alicui periculo exposita. nam si intentio prioris Sacerdotis ita fuit efficax, & veluti acceptata à Deo, vt per intẽtionem posterioris Sacerdotis retractari non possit, illa prior habebit effectum, & hac posterior frustrabitur, quod non est inconueniens per se loquendo, quia nec Sacrificio, neque alteri in hoc fit iniuria, & illa intentio, virtualem includit conditionem, scilicèt quantum mihi possibile est: si verò coram Deo prior intentio non est ita efficax, sed retractari potest, tũc posterior habebit effectum, & nulla fiet iniuria priori Sacerdoti, cùm posterior vtitur potestate, & iure suo. Vtrum autem horum verius sit, quaue intentio coram Deo tunc esset efficacior, incertum mihi est, nam in vtramque partem possunt fieri probabiles coniecturæ ex his, quæ adduximus, nã posterior intentio cæteris paribus hoc ipso quòd posterior est, solet esse præcipua & efficax ad retractãdam priorem. Hic autem vterque Sacerdos est æqualis potestatis, & alitũde æqualiter consumunt singulas species consecrando: ergo intentio posterioris Sacerdotis videtur ex hac parte efficax ad retractandam priorẽ. Aliunde verò apparet prior intentio in hoc casu præcipua, quia etiam prior Sacerdos videtur præcipuus in hoc ministerio. Nam alter solum assumitur ad adiuuandũ illum, vel illius defectus supplendũ. Item quia post essentialiter inchoatum sacrificium fortasse, iam non potest mutari, vel retractari talis intentio, etiam in eadem persona; Quamquam & hoc ipsum nimis incertum
96 sit: nam cùm non dum sit datus effectus, non apparet cur non possit aliquis retractare voluntatem suam, etiam post priorem speciem consecratam. Quòd si vna, & eadem posset hoc facere, verisimile est, posse idem fieri à persona diuincta, qua cùm eadem potestate, & eodem iure succedit ad sacrificium consumãdum. Quapropter omnibus pensatis verisimilius apparet, posteriorem intentionem esse efficaciorem & habituram effectum. Hactenus *Suarez*; ex cuius doctrina non sequitur, minimè

Theologorum sententia, testè *Fagundez cit. cap. 11. nu. 8.* si autem sunt baptizati, neque illis prodest missæ sacrificium, cùm si decedant ante vsum rationis, statim euolent in cœlum; & si *Bonac. sup. cit. disp. 4. de Sacramentis quæst. vlt. punct. 5. num. 11.* non ne-
90 get, quin missæ possint celebrari quando isti paruuli sepeliuntur, nam illæ non pro ipsis, sed alijs existentibus in purgatorio offeruntur, An talibus possit dari extrema vnctio? Dic, certũ esse requiri in eis vsum rationis, nec impedit, quòd hucusque non cõmunicauerit *Laymã lib 5. tr. 8. c. 4. n. 2.* dubium autem versatur, quando hesitaretur, an habeant vsum rationis, & tũc concludit *Diana tom. 3. tract. 4. resol. 169.* simpliciter: posse illis dari sub conditione si capax, etiam si iam sit confessus: intellige, nisi aliud in Synodo præcipiatur, vt per *Layman supra*. Quid autem de Cathecumenis defunctis, *Paulus Layman sup. cit. num. 8. ad finem*, concludit, eodem modo iuuare illis defunctis, sicut nos diximus supra iuuare illis viuis, scilicet secundũ fructũ impetrationis, ac tali intentione pro ipsis rectè offerri, si Ecclesiæ prohibitio cesset, testatur; hanc esse cõmunem sententiam, Quomodo autẽ hoc intelligatur? pendet ab alia indagatione de qua *Henriquez lib. 2. de Sacram. Baptism. cap. 20.* nempe de statu animarum ipsorum cathecumenorũ, inquit enim *Henriquez*, ac etiam docuit *Bellarminus lib. 2. de pœnit. c. 23. in fin.* hos Cathecumenos si per eos non stetit, *Baptis*mum recipere, saluari, sin autem per ipsos stetit, condendari, ergò quando quærimus; an possit pro his offerri sacrificium missæ? intelligimus de his cathecumenis, qui parati erant, vt baptismum reciperent, cùm iam essent instructi in fide, qui competentes dicebantur; sed hi, præsuppositio, vt ait *Bellarm.* quòd habeant veram contritionem cũ desiderio percipiendi baptismum, non solum iustificãtur, sed etiam continuò ad eternam gloriam euolant; At ij, qui ad cœlum euolant, non indigent aliquo auxilio, ergo ad quid hic fructus impetrationis, sicut si non sunt competentes, illis non prodest sacrificium tanquam damnatis *Fagundez lib. 3. in primum præceptum cap. 12. à num. 28.* Forsitan *Layman* intelligit, p vt loquimur supra *num. 5. in*
92 *fin.* quod etsi pro his, qui sũt in gloria sacrificium istud nõ sit pr priè, & directè impetratorium; aliquo modo sit

sti persona offertur, nihilominus dependet a dispositione, aut bonitate ministri testaturque esse omnium doctrinam; Vnde oritur decisio ad casum, quem habui de facto, de quodam Sacerdote italo ordinato in partibus vltramontanis cum dimissorijs falsis, imò non receptis alijs ordinibus, & sic per saltum, qui per plures annos recepit magnam quantitatem eleæmosinarum pro missis celebrandis, quas celebrauit in suspensione, & irregularitate; tamen quia iam remansit ordinatus Sacerdos, & sic validè applicauit effectum primarium missæ intentum principaliter a dantibus eleæmosynas, fuit dictũ nõ teneri ad aliquam restitutionem. Quod autem vnum peccatum tantũ commiserit singulas Missas celebrando, & non duo, vel tria, celebrando cum peccato, vel censura, & irregularitate, ex eo quod non fecerit contra duas obligationes distinctas, cùm lex humana idem prohibeat quàm lex diuina, post alios probat *Diana par. 2. suarum instit. moral. tract. 13. de celebrat. Missarum resolut. 24.* vbi hoc extendit etiam si in dicta Missa plures communicauerint cum particulis a se consecratis, illic allegatis addo *Pert. Matt. de Rubeis in Annotat. ad Rubricas Missalis cap. 8. num. 2.*

QVÆ-

QVAESTIO VIII.

De obligatione Cappellani circa integram applicationem Sacrificij Missæ pro eo, cui reperitur ex iustitia obligatus.

EXplicatis in præcedenti quæstione ijs, quæ pertinent circa generalia de Sacrificio Missæ, & eius applicatione, remanet vt descendamus nunc ad particularia, de qua materia, etsi egimus *in 3. parte nostræ Recollectionis de Iubileo à num.* 13. tamen quia post editionem illius, manarunt Decreta Sacræ Congregationis Concilij, annuente Sanctiss. D. N. Vrbano VIII. de celebratione Missarum nuncupata, cum pluribus declarationibus eiusdem Congregationis, quæ continent, vel correctionem, vel declarationem conclusionum ibi positarum, & alia plura, ideo nequaquam actum agere videmur, dum illa hoc in loco iuxta stylum præsentis operis sub incudem reuocemus cum suis correctionibus, declarationibus, & alijs, de quibus infra sequentibus Sectionibus.

SE-

96 mè prius existere Christum Dominum in specie panis cõsecrati, quàm consecraretur vinum, & per verba consecrationis mutaretur in sanguinem, prout fuit opinio aliquorum antiquissimorum Theologorum, quæ nec vera, nec tuta est; & ideò communiter à Doctoribus reprobatur, qui omnes asserunt, verba consecrationis panis statim sortiri suum effectum, & ponere viuum Christum totum, & non mutilum cum sanguine, & ossibus in hostia cõsecrata ante consecrationem vini, vt latè per *Stephanum Fagundez libr. 3. in primum Præceptum Ecclesiæ cap. 5. num. 17. & sequen.* vbi *num. 19.* etiam
98 aperit, an ordo, vt consecretur prius panis, & postea vinum sit de iure diuino, & essentialis, quæ omnia valde notanda pro declaratione eorum, quæ dicta fuerunt su-
99 pra *Sectione XI.* Quod & si post consecrationem Sacerdos vlterius non progrediatur se communicando, nihil præiudicet applicationi, est iuxta opinionem, de qua supra, & si incurrat pœnas, de quibus *Filliuccius tractat. 17. num. 103. & sequent.* Sequitur tamen, quòd ob dictam applicationem, cùm res sit valdè incerta, non liceat Sacerdoti secundo, pro illa applicatione recipere stipendium, prout supra *num. 45.* dictum fuit de pluribus Sacerdotibus simul consecrantibus in ordinatione.

SECTIO XV.

Applicatio facta à bono & malo Sacerdote de missa, an sit æqualis valoris pro eo, cui applicatur.

100 *Missa boni, ac mali Sacerdotis an sit æqualis valoris, quid si ille sit censura irretitus, Degradatus, Hæreticus &c. num. seq. & 102.*

104 *Restituere stipendium danti, an teneatur Sacerdos, qui in peccato, vel censura celebrauit.*

105 *Peccata quot cõmittat Sacerdos, in peccato vel censura celebrans.*

DVo sunt certa in hac materia, Primum est: Missam quò ad valorem operis operati, idest quatenus fundatur in satisfactione, & meritis Christi, applicatam à Sacerdote, esse æqualem, siue bonus, siue malus sit minister. Secundum, quòd Missa

quò ad

SECTIO I.

Sacerdos qualem valorem, & quomodo debeat illum integrè applicare pro eo, cui tenetur ex iustitia.

1 *Valor ex opere operato, est applicandus ei, cui est obligatus Sacerdos ex iustitia, Quotuplex ille sit. num. seq. Qualis debeat integer applicari. nu. 4.*

3 *Sacerdos gerit triplicem personam in sacrificio missæ, Ecclesiæ, Christi, & priuatã sui ipsius.*

5 *Integrum sacrificium teneri applicare Sacerdotem, ei cui tenetur ex iustitia, hodie est certum. Decretorum Sacræ Congregationis verba de hac re, num. seq.*

7 *Missa sacrificium integrum petere, & exigere, an sit licitum fidelibus.*

1 CErtum est, quòd ei, cui tenetur ex iustitia Sacerdos applicare sacrificium, non satisfacit applicãdo valorem ex opere operãtis, sed debet illi applicare valorem est opere operato, qui est fructus huius sacrificij. *Egidius Coninck. de Sacram. q 85. ar. 8. num. 195. Layman lib. 5. sua summa moralis Theologiæ tract. 5. cap primo n. 13. vers. sed contraria sententia ad fin.* quis autem sit valor ex opere operato, ac ex opere operantis patet, *quæst. præced. nu. 27.* illic allegatis addo *Layman loco sup. cit. num. 3.* 2 Quia tamen iste valor ex opere operato est triplex, vt etiam innui *ead. quæst. præced. num. 44.* & latè tradit *Scortia de sacrificio missæ lib. primo cap. 9. num. 2.* scilicet generalis, qui pertinet ad Summum Pontificem, Imperatorem, Regem, Episcopum, & alios fideles, quibus vult Ecclesia, vt applicetur dictus valor. Specialis, seu medius, qui relinquitur applicandus arbitrio Sacerdotis sibi, vel alteri: Specialissimus, qui pertinet ad ipsum Sacerdotem, item ad coofferẽtes, idest adiuuãtes, procurantes, &c. vt per *Scortiam loco supracitato*, vnde ab alijs dicitur valor personalis: Hanc diuisionem dicti valoris, quòad omnes supradictas partes, esse communissimam, testatur *Fagundez lib. 3. in primum præceptum Ecclesiæ c. 6. n. 23.* Concedunt ẽt omnes, Sacerdotẽ nõ teneri applicare integrũ hũc valorem, vt supra; sed tantum valorem medium, seù specialẽ. Quod enim non teneatur applicare valorem generalem, est certum, quia iam reperitur applicatus ab ipsa Ecclesia, & de ipso non posset, & si

vellet Sacerdos disponere, vt dixi supra *num. 44. ad finem*, & docent communiter omnes DD. de hac materia tractantes. Item quod neque teneatur applicare Sacerdos suam partem specialissimam, non est, qui neget, & si sit inter authores dissensio, an si velit, possit illam alteri applicare, vt infra *sect. 7.* ergò remanet, vt tantum teneatur applicare valorem specialē, seù medium: Ita hoc probāt passim DD. & præcipuè *Ledesm. in sua summ. Hyspan. par. prima tract. 18 del Sacramento de la Eucharistia conclus. 2. Villalob. in sua summ. par. prima tract. 8. de la missa difficul. 14. num. 7. & alij.* Hunc valorem mediū vocat *Layman supra vers. Sed contraria sententia ad finem* principalem fructum huius sacrificij, quia sicut generalis prouenit, pròut Sacerdos gerit personam Ecclesiæ, & specialissimus, pròut gerit personam priuatam, iste specialis, seu medius prouenit, vt gerens personā Christi, quod latius probat *cap. 2. num. 3.* & ante eum latissimè examinat *Scortia lor. rit. lib. 2. c. 3. 4. & 5.* 3

Dubium igitur olim erat, An præfatum valorem medium integrum applicare sacerdos teneretur ei, cui tenetur ex iustitia, ex eo, quia apud eosdem DD. non erat certum, an dictus valor esset infinitus, vel finitus, vt patet ex his, quæ diximus supra *quæst. præced. num. 38.* ideoq; Authores, qui docebant, esse dictum valorem infinitum, docebant etiam nō esse obligatum Sacerdotem illum integrum alicui applicare, quia tunc tantum valeret vni, quā multis, vel vt clarius loquar, ex eo, quod dictus valor applicaretur pluribus, nemini fieret aliqua iniuria, quæ est fundamentum peccati cōtra iustitiam, seù per quam iniuriam, & damnum, violatur iustitia commutatiua. Authores verò, qui docebant, dictū valorem esse finitum, inferūt debere sacerdotē applicare illū integrum ei, cui reperitur obligatus, cùm hoc casu dictus valor applicatus diuersis, non tantum valet pluribus, quantum vni, & per cōsequens non applicando dictum valorem integrum, solueret dictus Sacerdos minus, quàm erat id, ad quod est obligatus, & per consequens peccaret contra iustitiam, vt est videre apud DD. citatos *supra num. 38. quæst. præced.* 4

Dixi *olim*, quia hodie cessat dubium, non solum ex eo, quia opinio affirmatiua, q; teneatur sacerdos integrum dictum valorem applicare, 5

est

est communis recentiorum, & in praxi tenenda, vt præter citatos à *Fraxinello in vltima edition. sect. 4. conclus. prima*, testatur *Layman in sum. Theologiæ moral. lib. 5. tract. 5. cap primo num.* 13. qui subdit, contrariæ opinionis Authores videri potius loqui de fructu sacrificij, non principali, qui est iste, sed qui prouenit secundum priuatam deuotionem, & oblationem singulorum sacrificiũ postulantium, quem fructum omnes concedunt esse infinitũ. Quod forsitan voluit intelligere *Suar. in 3. p. disp. 86. cõclus. 4. sect. 2. allegatus à Fraxinello loco sup. cit.* dum ait, dictam opinionem esse communem; ita vt nullus author contrarium sentiat, & *Martinus Friaz in tract. de valore missæ in resp. ad primam, & secundam quæstiũculam vers. His igitur sic prælibatis*, vbi ostendit, in hoc non esse cõtrarium *Caietanum*, & *Perlẽtanus de Purgatorio cap. 16.* qui dicit, in hoc omnes conuenire, & tandem *Petrus Arcudius de concordia Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis in septem Sacramentorum administratione lib. 3. cap. 18.* vbi id pro certo supponit, & cõtrarium asserit esse abusum in Ecclesia Græcorum, qui irrepsit *ob imperitiam sacerdotũ, qui cùm in Rubricis Missalis videant per particulares memorias esse faciendas viuorum, & mortuorum, quorum ipsi voluerit, putant ita esse faciendum semper, etiam quãdo pecuniam accipiunt, vt faciant sacrum pro alijs*. vndè moderni DD. vocant contrariam sentẽtiam omninò improbabilem, iniquam, impiã, scandalosam, & falsam, vt per eundem *Faxinellum eod. loco quo eum sup. citauimus*. Sed etiam, quia difficultati: si quæ erat circa hanc rem apud authores, impositus fuit finis, vt optimè scripsit *Frater Sebastianus de Leone, aliàs de Gaeta Fratrum minorum de obseruãtia Minister dignissimus meus Patruelis in quadã epistola circa hanc materiam, directam fratribus suæ prouinciæ, & thipis data Neapoli an-* 6 *no 1630.* per Decreta nouissima de celebratione missarũ à Sacra Congregatione Eminentissimorum S. Concilij interpetrum, authoritate Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ VIII. edita, dum in eis Sacra Congregatio *sub obtestatione diuini Iudicij mandat, & præcipit, vt absolutè tot missæ dicantur, quot ad rationem attributa eleamosyna præscripta fuerint: ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciãt, quinimò*

grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur. Præsupponitur enim, dictam missam alteri non esse obligatam ratione beneficij, cappellaniæ, legati, vel salarij, vt eadem Sacra Congregatio respõdit in responsione ad quartum quæsitum, in quo quæritur, An Sacerdotes, qui tenentur missas celebrare ratione beneficij, seu cappellæ, legati, aut salarij possint etiam manualem eleemosinã pro missis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnico missæ sacrificio vtriq; oneri satisfacere? & Sacra Congregatio respondet his verbis, *Sacerdotes quibus diebus tenentur missas celebrare ratione beneficij seu cappellæ, legati, aut salarij, si eleemosynas pro alijs etiam missis celebrandis susceperint, non posse eadem missa vtriq; obligatoni satisfacere,* Ratio est euidẽs, qa cuilibet ex istis, vt antequã ederentur dicta decreta, diximus *par. 3. de iubileo, nu. 21.* tenetur Sacerdos ex iustitia ad integrã
7 applicationẽ, vt supra. Quod petere dictum missæ sacrificiũ integrum à fidelibus, qui dant eleemosinas, nõ sit illicitum, neque contra charitatem, Patet, quia iam omnes fideles participant de fructu generali, Ecclesiæ debito, à quo non potest aliquem excludere Sacerdos, vt dictum s supra *quæst. præced.* & præt ibi citatos explicat *Scortia lib. primo cap. 9. de sacrifi missa sub num 2.* & in tern nis, notat *Fraxinellus sect pranot. 3. §. 2.*

SECTIO II.

Missam vnam applicans Sac dos pro pluribus missis ei dem rationis à pluribus p sonis comendatis, an cens debeat applicasse integrum sacrificium.

TItulus sectionis decla tur ex dictis supra 39. Quibusdam enim autl ribus satis probabile videl
8 tur, hunc Sacerdotem cens debere applicasse integr sacrificiũ pro omnibus; s dati in primis in infinitate cti valoris, & deindè, q hoc casu videatur omni adimpleta promissio, v nui *3. par. de iubileo num. & seq.* vbi & ſi contraria opinionem ostendi esse p babiliorem, maximè ex quòd *Concil. Trid.* qua agit de reductione missar non distinguit inter m diuersæ, & eiusdem ratio & à multis expetitis, qua rationem probat, me ci *Fraxinellus in vlt. edit.*

dispu

disput. de obligatione Sacerdotum ad missas, &c. sect. 4. conclus. 2. §. 1. ad fin. tamen affirmatiuam subdidi, esse probabilem, sed quia in Decretis præfatis expressè damnatur, hæc opinio, ibi *Deinde vbi pro missis etiam eiusdem qualitatis celebrandis plura stipendia, &c. siue ab vna, siue à pluribus personis collata fuerint, aut in futurum conferentur, &c. Sac. Congregatio præcipit, vt absolutè tot missæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleemosyna præscripta fuerint, &c.* ideò hoc titulo hodie carere debet, & reputari omnino improbabilis. *Praxinello, & Bonac.* quos allegauimus loco citato *de iubileo* pro hac opinione, quam approbauit Sacra Cõgregatio. Addo *Iodocum in suo thesauro vtriusque Theologiæ verbo missa nu. 46. vers. si duo peterent,* qui *vers. quando autem,* extendit etiam, vbi plures pro vno, & eod. defuncto ab eodem Sacerdote peterent missas de requiẽ, quia neque vna missa, vt ipse ait, talis sacerdos posset satisfacere; nam vt diximus *loc. sup. cit. de iubileo*, sicut qui petit plures missas ab vno Sacerdote, censetur petere, vt pluries sacrificet; ità quãdo plures petunt singuli, missas singulas ab eodem Sacerdote; petunt, vt pro singulis sacrificet.

SECTIO III.

Stipendium non integrum secũdum legem, vel consuetudinẽ pro celebranda missa acceptans Sacerdos, an teneatur integrum sacrificium pro dãte applicare.

PLures DD. concedunt, quod secluſa omni alia promissione expressa, tot, vel pro singulis, missas celebrandi, possit Sacerdos tot paruas & iniusta stipendia accipere, quæ equiualeant iusto stipendio taxato à lege, vel cõsuetudine, & illis omnibus vnica missa satisfacere, vt dixi *sup. cit. 3 par. de iubileo n. 24. vers. Hæc conclusio sic ampliata*, vbi retulimus *Homobonum* testantem non solum de cõmuni, sed etiam, quod hæc opinio sit ab omnibus pijs Sacerdotibus recepta, & *Praxinellum in quinta editione*, qui ait; ita conciliari posse, qui plura stipendia pro vna missa admittunt, ea ratione, quia dans minus iustam eleemosynam facit iniuriam Sacerdoti, & quisque potest ab iniuria, cessante scandalo, se indemnem seruare, vt in specie tradit *Suar. tom. 3. in tertiam partem disp. 86. sect. 4.*

qui

qui docet ex hac ratione, Sacerdotem hunc non peccare contra iuſtitiam, quibus illic allegatis, huic opinioni accedunt *Megalius conſ. 14. num. 41. & conſ. 63. num. 6.* Miranda *in ſuo Manuali Prælatorum Regularium tom. primo quæſt. 41. ar. 23. concluſ. 3.* qui etiam teſtatur de communi *Layman lib. 5. ſuæ Theologiæ moralis tract. 5. de ſacrificio miſſæ cap. primo ſub num. 13. & poſt Rodriquez, Portellius in ſuis dubijs Regularibus verbo miſſa ſub num. 6. & Bartolomeus de Sancto Fauſto*, qui ſcripſit poſt ædita Decreta nouiſſima de celebratione miſſarum *lib. primo de indulgentijs, & iubileo quæſt. 74. in principio*, qui putat, totam dubitationẽ conſiſtere quando Sacerdos recipiendo miſſarum ſtipendium, promiſit expreſsè, pro illo ſe miſſam celebraturum.

Sed accuratius *Fraxinellus* in octaua æditione poſt emanata dicta Decreta *ſect. 4. cõcluſ. prima §. 2.* recedit à dicta opinione, ob verba expreſſa dictorum Decretorum, hunc caſum decidentia, ibi *Deindè vbi pro pluribus etiam eiusdẽ qualitatis celebrandis plura*
12 *ſtipendia quantumcunque incõgrua, & exigua ſiuè ab vna, ſiuè à pluribus perſonis collata fuerint, aut in futurũ conferentur Sacra Congregatio ſub obteſtatione diuini iudicij mandat, & præcipit, vt abſolutè tot miſſæ celebrẽtur, quot ad rationem attributæ eleamoſynæ, præſcriptæ fuerint: ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi nõ ſatisfaciãt, quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur,* & ſequit *Antoninus Diana noſter, in ſuis reſolutionibus moralibus tom. primo reſol. 7. ſub tractatu de celebrat. miſſarum.* Accedit quoque declaratio facta ab ead. Sacra Congregatione ad tertium, quam inter alias refert etiam *Sancto Fauſto loc. ſup. cit. poſt quæſt. 90* Nam cum fuiſſet dubitatum apud eam, An cũ ordinarius præſcripſerit eleæmoſynam congruam iuxtà qualitatem loci, perſonarũ, ac temporũ, Sacerdotes accipiẽtes ſtipẽdium minus congruo, tentãtur miſſas illis ab offerente præſcriptas, celebrare? Sacra Congregatio reſpondit *teneri* igitur hodie nulla datur dubitandi facultas circa iſtum caſum, ſiuè fuit facta expreſſa promiſſio, ſiuè non.

SE-

SECTIO IV.

Sacerdos acceptans onus missarum pro stipendio, quod putabat esse iustum; si postea inuenit non esse iustum, an teneatur ad integrum numerum missarum.

CAsus est ille, quem post M. *Megalium* 2.2. *suę institut. peregrinę lib.* 2 *cap. primo nu.* 21. *& seq.* annotaui circa materiam quæsiti præcedētis sectionis; *suprac. par.* 3. *de iubileo num.*24 *vers. ex-*
14 *tenditur* de eo, qui petijt à Sacerdote triginta missas Sācti Gregorij, tradendo ei pecuniam pagina inuolutā, quā credēs Sacerdos esse cōgruā iuxtà taxam, recepit, promittens missas præfatas celebrare, sed postea inuenit non ascēdere dictam summam ad iustam eleæmosinam. Dixi enim, quòd hoc casu non solū possit sacerdos minuere numerum missarum, reducendo illum iuxta consuetam, vel taxatam eleæmosynam, certiorando id ei, qui missas petijt, vt concludit ibid. *Megalius*, sed etiam posse dictum Sacerdotem implorare officium Iudicis pro supplemēto dicti iusti stipēdij iuxta ea, quę dicta fuerunt supra *quæst. 6. nu.*40. ac etiam, quando ob reuerentiam, vel causam euitandi rixas, aut expensas litis, & sic non absque suo graui incommodo nequiret illum certiorare, vel aduersus eum implorare officium iudicis, posse sibi clam compensare de alijs bonis ipsius missas comendātis, vbi allegauimus *Azor. par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *q.* 3. & fauent etiam alij authores allegati supracitata *q.* 6. *num.* 49. vbi latè de hac materia. Quærimus igitur hic, An in casu, quo Sacerdos non potest neque certiorare dātem, neque coram iudice illud recuperare, vel vti secreta cōpēsatione, ei liceat diminuere de numero missarum secūdum taxatum, vel consuetum stipendium hodiè, stantibus dictis Decretis? quia antea sentētia affirmatiua erat magis clara ob opinionem cōmunem, de qua in præcedēti sectione. *Fraxinellus sup. cit. sect.* 4. *concl. prima* §. 2 *num.* 7. à me citatus pro doctrina principali, scripta reliquit hęc verba, *in hoc vno casu existi-*
15 *marem, Sacerdotem posse propter diminuta stipendia minorē numerum missarum, quam petitę, & promissę fuerint, celebrare sine prędicio obedientię Decreti S. Congregat. quando videlicēt Sacerdos certum numerum missarum promittit, ignorans stipēdium iniustum, vt si quis ab eo quinq; missas exquirit.*

exquirit, eiq; tradit pecuniam carta inuolutam, quam cum acceperit, et missas promiserit, inuenit postea eleęmosynam esse insufficientem; tunc enim videtur sacerdos posse ad eum numerum missas reducere, cui stipendium iustum respondet, dummodo moneat eum, qui missas petijt, quod omnes illę missę non sunt celebratę, vt sibi consulat, & de alijs missis prouideat, Quæ sua existimatio, sicut caret difficultate, quia ſtãte hac certioratione ceſſat ratio finalis ipſorum Decretorũ, deſumpta ex illis verbis prohemij, *indeque fiat, vt depereant pię teſtantium voluntates, obſtricta benefactorum fides violetur, defunctorum animę ſuffragijs priuentur, &c.* & per cõſequens ceſſare debet diſpoſitio; vulgatis iuribus. Ita nõ euacuat totam difficultatem, quę magis verſatur in eo caſu, quo nõ poteſt ex aliqua iuſta cauſa fieri talis certioratio, neq; eſt ſpes recuperandi dictum ſupplemẽtũ. Hęc difficultas, ni fallor, facilè reſolui poteſt ex eiſdẽ Decretis in §. *deinde ſup. relato*, vbi poſtquã Sacra Congregatio mãdat, & præcipit ſub obteſtatione diuini iudicij celebrari tot miſſas abſolutè, quot ad rationem tributæ eleæmoſynę præſcriptæ fuerunt, etiam ſi ſtipendia

16

17

18

fuiſſent incongrua quantumcumque, & exigua ſubdit: *ita vt alioquin ij, ad quos pertinet ſuę obligationi non ſatisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneatur*, quæ verba benè declarant, & interpretantur, Sacram Congregationem in illis præſupponere in Sacerdote ſcientiam incongruitatis, & exiguitatis ſtipendij, quando acceptat tale, & tantum onus. Peccatum enim graue, & obligatio reſtituẽdi, fundatur in Pacto, vt benè *Suar. to. 3. diſp. 86. ſect. prima verſ. quod ita breuiter declaro* quod definitur, eſſe duorum in idem conſenſum, & hoc certum eſt in iure, quod ſcilicet, qui ignorat non conſẽtit item obligatio, nunquam cõtrahitur, niſi iuxta intentionem, quam habet quis ſe obligandi, ideòque quantumcumque obligatio ſit generalis, non trahitur ad ea, quæ non fuiſſet quis ſpecialiter promiſſurus, vt poſt *Bar. notat Silueſter verb obligatio n. 3.* cùm igitur ſupponimus in tantum habuiſſe Sacerdotem animum obligandi ad dictum numerum miſſarũ, quatenus ei correſponderet iuſtum ſtipendium, ſequitur, quod reſpectu numeri, ad quem non ſe extendit dictum ſtipendiũ, non remanet obligatus, nec

per

per consequens hunc casum includi in dispositione dicti decreti, idem confirmatur ex declaratione relata supra *nu. 13.* ibi *Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo teneantur &c.* verbum enim *accipientes* satis indicat, præsupponi scientiam circa dictam incongruitatem stipendij: Fauet regula iuris, quòd ignorantes fraudem non debent in damno esse *l. qui autem §. hoc edictum ff. quæ in fraudem creditorum*, quem tex. ad hoc allegat *Isernia de prohibita feudi alienatione per Federicum nu. 11. ad medium.*

Accedat, quòd eadem ratio excusans in casu certiorationis, quæ est, vt *loco citato de iubileo*, dixi, & sequitur 19 *Fraxinellus*, quia sic Sacerdos non infert damnum animabus, pro quibus petuntur dictæ Missę; sed ipse tradens iniustum stipendium, militat etiam non facta dicta certioratione, cùm illa ratio præsupponat, quòd talis dans eleçmosinam, ex testamento, vel aliàs sit obligatus curare celebrationem dicti numeri missarũ pro ipsis animabus, quo casu iam non satisfecit suæ obligationi, dando diminutum stipendium, etiam si in illo consensisset ipse Sacerdos, imò intulit damnum dictis animabus ideòq; remanet obligatus absque alia certioratione ad resciendũ dictum damnum, vt clarius patebit ex *sectione sequenti*.

SECTIO V.

An secularis tribuens Sacerdoti pro celebranda Missa minus iustum stipendium peccet, & teneatur ad restitutionem.

REspondet *Fagundez lib. 3. in primum præceptum Ecclesiæ c. 10. nu. 9.* distinguendo inter eum, qui obligatus ex testamento, ad curandam celebrationem, seù obligatione iunctа sibi ab alio, vel a se ipso, vt verbis sequentibus, *sunt etiam aliqui, qui ex obligatione, vel testamento relicta à testatore iunctа, vel ex voto proprio, aut promissione tenentur ad certas Missas. Quæres igitur, An sic obligatus possit licitè cum Sacerdote aliquo pacisci, vt eas sibi pro minori stipendio dicat, an maneat liber ab ea obligatione, si ipse Sacerdos pro minori solita stipe, illas dicendas acceptet? Respondeo si huiusmodi* 20 *obligatio est testamento relicta, id fieri licitè non posse, siuè testamentarius sibi reseruet, quod demit de stipe ordinaria, quæ solet dari pro dicendis*

cendis missis, siue non reseruet. Ratio est, quia vt docet Henriquez lib. 9. de missa c. 2. num. 4. & communiter DD. crescit valor accidentalis missæ ex maiori stipe: Honorat enim magis Deum ex sua substantia ille, qui maiorem stipem præbet pro missis dicendis in substentationem ministrorum Dei, & sic fit opus, ac suffragium Missæ magis satisfactorium, & impetratorium coram Deo. Vnde cùm huiusmodi testamentarius defunctum testatorem priuet maiori satisfactione, & valore missæ, inde est, quod licitè id efficere non poterit, Ac respondendo instantię, quæ posset fieri de Cappellanijs, subdit hæc alia verba, *si autem huiusmodi*
21 *Missæ sint relictæ ex fundatione alicuius Cappellæ antiquissimæ, cuius redditus sint tenuissimi, & quæ magna missarum onera habeat, tunc licitè quidem fieri posse existimo, modo Sacerdos sponte, ac libenter illas dicendas acceptat, & non coactè, aut inuitè; nam olim Missarum stipendia multò minora erãt, quàm sint hodie, fortè hodie sunt duplò maiora, & ideò testatores minuuas proprietates magno numero Missarum afflictas, hæredibus relinquebant, quòd planè si hodie viuerent, nec efficerent, nec fortè si vellent, efficere iustum esset,* Hactenus *Fagundez. Qui num. sequenti*
22 loquens de eo, qui sponte suscepit talem obligationem missarum, & pro voto suo, vel deuotione velit sibi aliqua fieri sacrificia; & Missas celebrari; Concludit, posse ipsum cum Sacerdo tibus iustè conuenire pro stipendio minori, modo non fit minor
23 infimo: sicut possunt Domini conuenire cum famulis de minori stipendio, modò illud non sit longè minus iusto, quia volenti, & consentienti non fit iniuria. Fauet etiam huic opinioni declaratio eiusdem Sacræ Congregationis ad dicta verba Decretorum, *tot missa absolutè dicantur, quot ad ratione tributa eleamosinæ præscripta fuerint*; Quia cùm fuisset dubitatum. Posito, quod testator relinquat, quòd celebrẽtur pro eius anima centum missæ, absq; vlla præscriptio-
24 ne eleæmosinæ, An liberum sit hęredibus, eleæmosinam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleæmosina præscribenda sit ab Ordinario? Responsum fuit his verbis: *vbi nullam certam eleæmosinam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleamosinam congruam, quæ respondeat oneribus missarum celebrandarum, secundùm*

dum morē Ciuitatis, uel Prouincię. Ex qua patet, quod quando prouenit talis obligatio ex testamento, vel relicto, si non sit præscriptum stipendium a testatore &c. non satisfaciat huic obligationi heres, aut legatarius, nisi det iustum stipendium,
25 cùm non pertineat ad ipsū taxatio stipendij, sicuti neq; pertinet ad ipsum præscriptio numeri missarum, quando ille non fuit præscriptus a testatore, sed relicta certa summa pro missis celebrandis, vt percipitur ex alia declaratione ad secundum, vbi cum fuisset quæsitum, an verba illa *præscriptæ fuerint* intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario? cui respondet Sacra Congregatio *esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosinā tribuit*,
26 *nō autem ab Ordinario; Quod si tribuens eleemosinam missarum numerum non præscripserit: tunc tot missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem Ciuitatis*, Nota hac occasione, quòd ex verbis harum declarationū, rectè inferri potest; ex quo simpliciter Sacra Congregatio mandat in casu, quo à testatore non fuerit præscripta certa eleemosina pro singulis Missis, vt in prima declaratione, & in casu quod non fuerit præscriptus numerus Missarum in secunda, iuxta ordinem nostrum supra, Quòd Ordinarius vero que casu præscribat, nec excipiat casū, in quo iam ab eo sit facta taxa, vel iā reperiatur facta à consuetudine, in
27 supradictis casibus, ordinariū posse taxare stipendiū, quod excedat taxam, vel consuetudinem, v.g. vnius caroleni, habito respectu ad candelas paramenta, vinum, ministrū, & alia, prout in aliquibus Diœcesibus vidi obseruatum, nam in simili casu fuit habitus recursus ad Ordinariū, qui taxauit stipendium cuiuslibet missę modò plus, modò minus suprà iam taxatam scilicet carolenum, iuxtà quantitatem pecuniæ legatę, vel numerum Missarum, & in quadam Synodo audiui a fide digno, antę dicta Decreta post taxā factā de caroleno pro qualibet Missa; pro huiusmodi taxa Missarum legatarum in magno numero, vel magnę quantitatis pecuniarum pro Missis dicēdis, vt supra, taxatam fuisse ad rationem caroleni cum dimidio, cuiuslibet Missę eleęmosinam. Nec huic determinationi obstat declaratio Sacrę Congregationis ad septimum, vbi cùm fuisset ab

28 ea expostulatum, an permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, vt retineat aliquam eleemosinarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inseruientium, paramentorũ, luminum, vini, hostiæ, & similium? Et Respõsum fuit *Permittendum non esse, vt Ecclesia, et loca pia, seu illorum administratores ex eleemosinis Missarum celebrandarũ, vllam vtcunque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione; nisi eã Ecclesia, & loca pia, alios non habeant redditus, quos in vsũ earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt; nullatenus debere excedere valorem expensarum; quæ pro ipsomet tantum sacrificio Missæ necessariò sunt subeundæ, & nihilominus eo etiã casu curandũ esse, vt ex pecunijs, quæ superfunt expensis, vt supra deductis, absolutè tot Missæ celebrẽtur, quot præscriptæ fuerunt ab offerentibus eleemosinas*, Quia, vt ex eisdem verbis patet, procedit supposita præscriptione muneri missarum, & quantitatis eleemosinę facta a comendante, vel comẽdantibus Missas, qui est casus omninò diuersus à nostro, vbi supponitur, neutram præscriptionẽ interuenire, in quibus terminis, dicimus locũ habere aliã declarationẽ, vt. s. non facta præscriptione à dante eleemosynam, sit facienda ab Ordinario &c. fauet *Nouarius in summa Bullarum tit. de Missarum celebratione nu. 6.* qui post Decreta hęc sub-

28 dit verba *benè verum si Pitantia non esset à testatore taxata, potest per Episcopum augeri vsq; ad valorem illum, quo probabiliter credi potest, Sacerdotes facilè fore inuenien dos ad celebrandum*, & si alleget *Suarez*, & *Rodriquez* qui in meis codicibus, de hac re nihil prorsus dicunt.

SECTIO VI.

Pauper Sacerdos recipiens plura stipendia pro vna Missa, an dici possit offerre pro eis integrum sacrificium.

CAsus præsentis sectionis differt a casu precedentis, quia ibi præsupponitur, singula stipendia non esse iusta, secundum taxam, vel cõsuetudinem, hic autem præsupponimus esse iusta. In quo licèt communis, & magis recepta opinio, quam retuli *3. p. de iubileo num. 17.* neget,

29 talem Sacerdotem hoc modo

do satisfacere singulis dantibus eleęmosinam, & sic illum non offerre integrum sacrificium pro singulis, quibus illic allegatis, addò *Fagundez lib. 3. & primum præceptum Eccles. cap. 8. artic. 4.* Tamen non desunt doctores qui post *Sotum*, *Canum*, & alios ibidem à nobis allegatos, mordicus defendant, licere Sacerdoti pauperi duo, & etiam tria stipendia recipere pro vna Missa, ex eo, quòd dicta stipendia simul sumpta, non excedant quantitatem ad necessariam pauperis Sacerdotis substentationem, & sic putant non esse vnum, & idem reputandum iustum stipendium respectu Sacerdotis diuitis, & pauperis, vt in specie docere videtur *Rodriquez prima parte summa cap. 252. nu. 1.*

Hanc opinionem esse probabilem præter *Molfesium tract. 3. c. 16. num. 17.* testatur *Guglielmus Mercerus de Sacram. q. 83. ar. 4. dub. 3. vers. Dices primò. Ledesma in prima parte suæ Hispane c. 18. del Sacramento dell' Eucharistia cõcluf. 8. Vega prima parte suæ summę c. 21.* vbi illam dicit veram, etiam quò ad Religiosos pauperes, siue in cõmuni, siuè in particulari, quãdo alia via non possunt consulere suis necessitatibus, viresq; in tantum accipiebat hæc sententia, vt *Villalobos tr. 8. de la Missa difficultate 16* opus esse existimabat, quod à Summo Pontifice censuraretur, ad hoc vt in posterum non præsumerent vti ea Sacerdotes sub hoc colore paupertatis; transcribam eius verba, ex quibus etiam lector percipere poterit, quã periculosum sit, in simili materia venati, vt ita dixerim, laxiores opiniones, & sunt ista *Esta opinion es falsissima, y muy digna de que Su Santitad la censurara, que es en gran prejuizio de las animas, y marauillome mucho, que personas tan Christianas, y doctas la escriuieron, y en especial en romance, y contra ella no quiero mas luzes, que los grandissimos escrupolos, que han tenido, lo que l' han vsado, y los grandes aprietos en que se han visto à la hora de la muorte; que algunas opiniones hay, que passan mientras vno viue, por que se miran las cosas mas à sobre baz, y despues à la hora de la muorte, en que se ve vn hombre al punto crudo de parezer ante el Tribunal riguroso de Dios, no quisiera hauerlas seguido por quanto*

quanto el mundo tiene. Y de aqui naze, que algunos Sacerdotes, quando se muoren, mandan restituir gran numero de Misßas, porque ne la vida se fueron por el camino ancho (qua ducit ad mortem) y al punto crudo, el apretto, en quen se veen, los haze entrar por la via estrecha (qua ducit ad vitam &c.)

39 Quæro igitur, an istius opinionis censura, quam optabat *Villalobos* a Summo Pōtifice, hodie iam à nobis habeatur in Decretis nouissimis de celebratione Missarum, Ratio dubitandi sumitur ex modo loquendi *Fraxinelli sect. prima conclus. prima nu. 3. in vltima editione*, qui & si asserat, neq; *Sacerdotes pauperes ab hac lege, & Decreto liberos esse, vt possint plura stipendia pro vna Missa dicenda accipere* tamē prosequitur id probando rationibus, nec confirmat ex verbis specialib' Decretorū prefatorum; eodē modo procedit *Bartolomeus de S. Fausto lib. primo de Indulg. q. 66.* qui etiam scripsit post ead. Decreta. Hoc tamen nō obstante contrarium concludendum est, iuxtà id, quòd docet *Diana tract. 13. de celebratione Missarum resolut. 8.* qui pro cero supponit, id fuisse diffinitum in dictis Decretis, dum ibidem præcipitur, vt *vbi pro pluribus Missis plura stipendia quantumcunq; incongrua & exigua, siuè ab vna, siuè à pluribus personis collata fuerint, & absolutè tot Missa celebrētur, quot ad rationem attributa eleæmosina præscripta fuerint &c.* Confirmari potest primo ex declaratione, vt verba illa *præscripta fuerint, intelligenda sint de præscriptione facta ab eo, qui tribuit eleæmosinam*, igitur nulla habenda est ratio sustentationis, sed acceptationis oneris iuxtà numerū præscriptum ab eo, qui tribuit eleęmosinā; idem est enim dixisse Sacram Cōgregationem, quòd *absolutè tot Missa dicantur, quot ad rationem attributa eleemosinæ quantumcumq; incongrua & exigua, præscriptæ fuerint à dante eleamosinam*, quam ad dirimendam omnem de hac re controuersiam disponere, quòd Sacerdos, si non vult applicare totum sacrificium danti eleæmosinam, ab eo nullo modo accipiat stipendiū, siuè illud fuerit diminutum, siuè integrum, vt egregiè dixit *Frater Sebastianus de Leone aliàs de Gaieta in Epistola supracitata fol. 12. vers. Ad dirimendam igitur*, vbi immediatè subdit, neq; excusare paupertatem

ipsius

ipsius Sacerdotis, & sic videtur eiusdem opinionis, quòd hic casus decisus sit in dictis Decretis, quã sententiã, docent *Lezzana in sũma quæst. Regularium cap. 21. nu. 5. & Nouarius in Summa Bullarũ tit. de celebratione Missarũ nu. 9.* Et ego confirmo vltetius ponderando illa verba posita in principio citati §. *Deindè*, ibi, *quantumcunque in congrua, & exigua* ad quæ referri debent sequentia *tot Missæ absolutè celebrentur, quot ad rationem attributæ eleæmosinæ præscriptę fuerint* iuxtà regulam vulgatam, verba sequẽtia recipiunt interpretationẽ a præcedentibus. Nam sicut per verbum illud *incongrua* vult intelligere Sacra Congregatio, quando eleæmosina est minus iusto stipendio taxato, vel consueto, vt sit clarum ex declaratione ad tertium ibi, *Nã cum Ordinarius præscripserit eleæmosinam congruã iuxtà qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipiẽt. stipendium minus congruo,* ita per aliud verbum subsequens, *& exigua*, vult intelligere de stipendio, quod licèt sit iustum, tamen non sufficit ad substentationem pauperis Sacerdotis, vt patet ibi in prohemio eorundem Decretorum, *& redditus Ecclesiæ, vel Monasterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro necessaria substentatione, nouis se oneribus adstringere compellantur.*

Sed ponàmus, quòd non solùm concurrat in hoc Sacerdote paupertas ordinaria; sed etiam summa inopia, 32 seù extrema necessitas: nã antè Decreta, vt *loco citato de Iubileo* dixi, omnes doctores allegati pro communi sententia in specie *Suarez to. 3. disp. 86. sect. 4. sub vers. Dico ergò*, concedebant, esse licitum Sacerdoti in casu sũmę inopię, plura stipendia pro vna Missa accipere, & pro casu extremæ necessitatis, illic allegatis Accedunt *Mercerus de Sacram. q. 83. ar. primo dub. 3. post 5. not. vers. Dixi, idem Villalobos loco citato nu. 2.* vbi habet hæc verba *la verdad d'esto, y lo que se deue seguir en pratica es, que el Sacerdote pobre, nò puede recebir mas que vn iusto estipendio, saluo se estuuiesse en estrema necesitad*, quòd etiã videtur docere postædita, & accuratè considerata decreta *Fraxinellus sect. 5. in corollario num. 11.* dùm ait, *non potest Sacerdos pauper propter suam paupertatem, nisi sit extrema, maiorem mercedem accipere, vel exigere etc.* quod clarius velle videtur, *Lezzana in sũma qq. Regular.*

c.21.nu.5.ad finem dum proponit dubium de paupertate graui citrà extremam, an in eo casu non obstante dictis Decretis possit accipere plura stipēdia,& excipit hūc casū extremæ paupertatis, sed quid quid sit de tēpore antè quàm emanata fuissent Decreta nouissima; post dicta Decreta, id mihi non videtur tutum in hoc sensu, vt talis possit vna Missa satisfacere pluribus Missis,ad quas fuerunt data plura stipēdia,cùm ibi præcipiatur *absolutè, vt tot Missæ celebrentur, quot ad rationem tributa eleæmosinæ præscriptæ fuerint.* Pondero enim aduerbium illud *Absolutè*, per quod voluit Sacra Congregatio comprehendere omnes casus, & per consequens nullum casum excludere: iuxtà regulam,qui omne dicit,nihil excludit. Confirmatur ex declaratione Sacrę Congregationis ad quartum;ibi *Sacerdotes,quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu Cappellaniæ legati, aut salarij; si eleæmosinas pro alijs missis etiam celebrandis susceperint,non posse ead. Missa vtrique obligationi satisfacere.* Ex qua clarè percipitur,nō solum Sac. Congregationem prohibere, vt possit Sacerdos pro vna Missa duas accipere eleæmosinas,sed etiam diffinire articulum illum, An illius valor sit infinitus nec ne, vel vt clarius loquar, An Missa applicata pluribus non ita singulis prosit; sicut prodest si vni tantum applicetur, hoc enim mihi significant illa verba, ni fallor,*non posse eadem Missa vtriq; obligationi satisfacere*; sed si cōcederemus in hoc casu extremæ necessitatis, posse Sacerdotem vnica Missa satisfacere pluribus obligationibus,non posset assignari ratio differentiæ,quare in hoc casu vnica valeat pro multis,& nō in alijs casibus, ergò. Accedat, q̄ hoc si liceret pauperi Sacerdoti, ,pueniret ex eo,quia, qui accipit alienum in hac necessitate extrema pro sua præsentanea necessitate subleuanda,non committit furtum,sed hic nō solum adest furtum,quod est damnum temporale, sed etiā damnum spirituale,quia verè non tantūm valet pro eo,vel illis, qui dederunt eleæmosinas vna Missa; sicut valerent plures, Igitur. Confirmatur primò, nam si hoc esset verum, stando in ratione furti ,p casu extremæ necessitatis, possemus etiam id affirmare in casu grauis, & vrgentis necessitatis, in qua etiam licere furari, est probabilis opinio,de qua nos *prima par-*

33 34 35

te

te nostri tractatus de officio confessarij recoll. 7. num. 194. quibus illic allegatis; accedit *Diana parte 2. suarum resolut. moralium tract. 1. Miscell. tanto alias 17. resolut. 29.* citans alios pro hac opinione, & in terminis nostris loquêdo, mouet quæstionem, licèt non resoluat *Lezana loco supracit. sub n. 29. ad finem*, & sic dicta Decreta facile eluderentur. Secundò, & 36 fortius illa doctrina, quòd in casu extremæ necessitatis liceat, vt supra furari; Limitatur quando dominus est in pari necessitate, vt subdidi citata *Recoll. 3. num. 206.* sed in casu nostro adest necessitas maior respectu eius, qui dat eleæmosinam pro missa, cùm sit necessitas spiritualis, quæ semper præponderat necessitati temporali, vt clarum est: ergo &c.

Dixi *Quidquid sit de tempore antèquam emanata fuerunt Decreta nouissima de celebratione Missarum*, Quia 37 nec pro eo tempore existimarem tutam dictam opinionem; cùm etiam tunc saltem erat incertum, an vna Missa equè fructificaret singulis, quando pro pluribus fuit celebrata, sicut fructificaret vni quando pro eo dùtaxat celebratur, vt benè doctissimus *Suarez citata disp. 86 sect. 2 ad finem*, vbi non solum testatur, quòd negatiua opinio sit verior, sed etiã quod sententia affirmatiua sit res incerta, & periculis exposita, & vt benè *Lessius in suo tract. de perfectionibus diuinis libro 12. n. 105. quem refert Pater Sebastianus de Gasta loco supra sæpius citato vers. Quapropter ad finem fol.* 38 11. Quando Sacerdos pro aliquo, vel certa aliqua causa offerre tenetur, non debet sequi opiniones incertas, sed meliori modo, quo potest, salua Ecclesiæ ordinatione, fructum sacrificij applicare. Imò *Bonacina disput. 4. de Sacra. q. vlt. punc. 8.* docet, in simili casu non esse tutum sequi opinionem probabilem relicta probabiliori, & tutiori.

SECTIO VII.

Stipendium duplex accipiens Sacerdos pro vna Missa, an ex eo quia vni applicat valorem medium, & alteri valorem specialissimum, dicatur cuiq; eorum applicare integrum sacrificium.

REsolutio huius quæsiti, olim pendebat à duobus articulis, quos tractant doctores. Primus est vtrum 39 Sacerdoti liberum sit hunc

valorem specialissimum alteri applicare. Secundus andato, & concesso, quòd ei hoc sit licitum, An talis valor sit equalis ipsi valori medio, qui articuli cùm apud authores sint valdè incerti, concluſum à me fuit 3. p de Iubileo n. 19. pro negatiua, quòd scilicet talis Sacerdos non possit recipere stipendium pro applicatione istius valoris, ac accipitur pro applicatione valoris medij, ex quo sequitur non posse affirmari, talem Sacerdotē vtriq; applicare integrum sacrificium, prout quæsimus in titulo huius sectionis, & probat me citato Praxinellus sect. 3. Pranot. 3. §. 2. num. 4. & sequentibus, fauet Nauar. consil 8. de celebratione Missarum quem sequitur Pilliuccius tra. 15. num. 151. Qui arbitratur, valorem specialissimum trium Missarum non equari nisi valori medio vnius Missæ. Dixi olim qa hodiè pēdet hęc qstio ab intelligentia verborum Sacræ Congregationis in Decretis nouiss. de celebratione Missarum, an etiam illa sit ibi definita necnè; Bartolomæus de Sancto Fausto de Indulgentijs, & Iubileo lib 1. qui scripsit post dicta Decreta, non solum qu. 61. sequitur opinionem, quā ipse vocat communē, quòd scilicet possit Sacerdos dictū valorem alteri applicare; sed etiā qu. 83. vbi quærit in specie, an pro applicatione huius valoris possit etiam idē Sacerdos stipendium accipere, tandem sequendo opinionem Nau. & Pilliucci, quòd nempè valor iste trium Miss. sarū supplere possit vni Missæ, quæ dicenda, & applicāda esset tota vni; subdit immediatè hæc verba. quod poterunt ponere in praxi bi qui eum receperint multa stipendia, non possunt omnibus satisfacere. nullam faciendo mētionem circa hoc particulare de dispositione ipsorum Decretorū, Eiusdem sententiæ videtur Gauantus in Rubricas Missalis p 3 tit. 12. nu. 29. dum partem negatiuam docet his verbis ex probabiliori sententia non potest Sacerdos applicare portionē sacrificij, quæ est propria Sacerdotis, accepto ob eam stipēdio, quia cùm sit saltem dubia hæc doctrina, posset ledi iustitia, & proximus, qui stipendium pro Missa dedit, suo fructu defraudari: Si verò fiat applicatio ex mera charitate, est satis probabilis opinio, & nullū damnum indè sequi potest proximo, pro quò celebratur.

Proba-

Probare etiam videtur *P. Diana p. 2. suarum resolutionum moralium resol. 14.* Et Et si in fine, se remittat ad *resol. 80.* vbi agit de alio casu, de quo nos infra *sect. sequ.* ex cuius decisione, infert, *corruere opinionem illam positam resol. 14.* & sic firmat, quòd hic casus fuerit decisus à Sacra Congregatione in Responsione ad quartum dubium occasione dictorum Decretorũ, propositum, ibi *Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu Capellæ, legati, aut salarij; si eleemosinas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse ead. Missa vtrique obligationi satisfacere.* Eandem tenet etiam docet *Fraxinellus sect. 3. §. 2. n. 9.* & si patet, id esse prohibitum in ipsis Decretis, quãdo ibi *præcipitur sub obtestatione diuini iudicij, vt absolutè tot missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosinæ præscripta fuerint*, quod parum refert, cùm Responsio ad quartum adducta à *P. Diana* manauerit pro declaratione verborum Decretorum, in quibus se fundat *Fraxinellus*, Vndè ead. est ratio vtriusque, quia scilicèt in his verbis Sacra Congregatio absolutè, & sine distinctione videtur prohibere Sacerdotibus, ne pro vna Missa, duplicatum stipendium accipiant; ita *Diana* igitur tot Missæ, quot sunt eleæmosinæ dicendæ sunt, non fructus medius, & specialis applicandus ita *Fraxinellus*, Quæ omnia tantum concludunt, id posse colligi ex dictis verbis, non autem, quòd per dicta verba Sacra Congregatio id expressè determinauerit; maximè cùm ly *eadem Missa* in relata responsione, & ly *tot Missa* in Decretis, possint etiam præsupponere pro eodem valore mediante quia casus, ex cuius decisione infert *P. Diana*, corruere opinionem nostram alias per eum positam *resol. 14.* est valde diuersus, & ex diuersis non fit illatio *l. Papinianus exuli ff. de minoribus.* Diuersitas patet ex eodem *Gauanto*, quem allegat, & in quo se fundat ipse Pater, qui licèt *nu 5.* pro casu suo asserat, adesse Responsionem Sacræ Congregationis ad primum tamẽ *num. 29.* deueniendò ad casum nostrum, nullam faciendo mentionem de ipsa responsione, vt suprà docet non licere *ex probabiliori opinione, cùm sit dubia*,

hac doctrina &c. vt supra retulimus: Ideoq; benè *frater Sebastianus de Gaeta loco sepius citato fol. 9. vers. Nec obstat ad finem*, post quam probauit partem negatiuam ead. ratione, qua & nos probauimus *loco suprac. de Iubileo*, subdit hæc verba, *Vnde discedendum non est ab hoc Decreto S. Cõgregationis*, quoniam si antea erat dubia opinio affirmatiua, post dicta decreta redditur magis dubia, & si vt verũ fateat, quatenus ipsa Decreta finem imponunt controuersiæ de infinitate, aut finitate, vt ita dixerim, dicti valoris medij, et supra dictum, fuit, *quæst. præcedenti num. 32.* nihil videntur commune habere cũ hac alia controuersia, An valor istæ specialissimus possit alteri applicari, ac etiam pro eius applicatione, stipendium recipi, nisi aliud declaret Sacra Congregatio, cui in omnibus me submitto.

SECTIO. VIII.

Sacerdos obligatus celebrare Missam absque applicatione Sacrificij, an possit pro applicatione accipere nonum stipendium.

SVpponitur ex eiũsdem Missæ fundatione, vel co nẽdatione apertè constare, eã fuisse iniunctam duntaxat ad alicuius Ecclesiæ cultum, vel 44 populi commoditatem, quo casu dixi *3. p. de Iubileo nu. 32. vers. limitatur 3.* Sacerdotem posse pro dicta applicatione recipere stipendium, Quæro igitur hoc in loco an eadem doctrina post præfata Decreta subsistere possit. *Gauantus in Comentarijs ad Rubricas Missalis p. 3. c. 12. nam. 5.* existimat illam non subsistere ob declarationem S. Cõgregat. ad primũ dubiũ occasione dictorũ decretorũ propositum, nam cùm fuisset dubitatum, An Sacerdotes qui tenẽntur Missas celebrare ratione beneficij, seu Capellæ, legati, aut salarij, possint etiam manualem eleemosinam pro Missis votiuis aut defunctorum recipere, & vnico Missę sacrificio vtrique oneri satisfacere? Responsum fuit per hac verba *Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu Capellaniæ, legati, aut salarij, si eleemosinam pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint, nõ possunt eadem Missa vtrique oneri satisfacere.* huic opinioni se subscribit *Antoninus Diana supracitato tract. de celebratione Missarum resol. 80.* in il-

illis enim verbis, vt ipse, ait, videtur Sacra Congregatio absolutè, & indistinctè prohibere Sacerdotibus, ne pro vna Missa duplicatum stipẽdium accipiant. Cæterum
45 *Bartolomæus de Sãcto Fausto lib. primo de Iubileo qu. 8.* Qui scripsit post dicta Decreta, & Declarationes, probat meam sententiam eisdem fere verbis, & si non me citet, id tantum *Homobonum* à me allegatum; Clarius illam sequitur *Fraxinellus sect. 4. conclus. 4. §. 8. nu. primo in vltima editione post eadem decreta*, vbi me citat, & forsitan ex eo, quia putarunt, dubium propositum Sacræ Congregationi, & respõsionem, præsupponere, Sacerdotes illos obligatos Missas celebrare ratione beneficij, seù Cappellaniæ, legati, aut salarij, etiàm teneri sacrificia applicare pro fundatoribus &c. vel saltem clarè ab hoc onere non reperiri exẽptos, quo casu præsumuntur ad id obligati, vt infrà dicemus, præsertim cùm de istis ante dicta Decreta erat quæstio apud DD. vt patet ex his, quæ dixi, & allegani *loco sup. citato de Iubileo num. 21.* & quidem pro hac sententia donec aliud declaretur à Sacra Congregatione conuincere videtur ratio illa: Nam
46 posito, quod talis Cappellanus obligatus celebrare ob cultum Ecclesiæ, vel commoditatem populi, absque applicatione sacrificij, velit ibi celebrare per alium, vtiq; nulli dubium est, quòd satisfaceret, celebrando per eum, qui iam recepit stipendium ob applicationem sacrificij; ergo etiam ipse Cãpellanus, & si aliàs sit obligatus ob cultum Ecclesiæ &c. potest etiam recipere stipendium pro applicatione sacrificij.

Accedat; quod ly, *eadem Missa*, supponere potest in relata respõsione Sacræ Cõgregationis pro sacrificio, prout cantat dubium propositum, ibi, *& vnico Missæ sacrificio*; Responsio enim in dubio censeri debet iuxtà interrogationem, Sicut etiam ly *vtrique obligationi* potest explicari de obligatione eiusdem rationis, scilicet sacrificij applicandi, de quo principaliter agitur in dictis decretis, non autem de obligatione celebrandi Missam, & applicandi sacrificium, quæ sunt diuersæ rationis. Vnde supra *q. 6. sect. 3.* dixi, quòd sufficiens titulus receptionis stipendij, à Sacerdotibus ratione Cappellaniæ, vel alia ratione, obligatis, sit illa obligatio celebrandi certo tẽpore, & loco, quæ est quid tẽporale,

porale, & per consequens prætio, extimabile. Quibus illic allegatis adde *Reginaldū lib. 23. suæ praxis n. 230. ad finem*, & sic satisfit rationi adductę per Aduersarios, quæ communiter adducebatur olim ab authoribus, qui defendebant, non posse recipi plura stipendia pro vna Missa, vt est videre apud *Rodriquez parte prima summæ c. 252 nu 4* nempè quia stipendium non datur ob fructum sacrificij, qui est spiritualis, nam hoc esset Simonia, sed exibetur pro labore extrinseco, qui est è prætio extimabilis, vnde Episcopus his consideratis, statuit quātitatem iusti stipēdij. Respōdetur enim, quòd etiam ijdem Doctores pro hoc labore extrinseco, intelligunt laborem diuersum ab illa obligatione celebrandi certo loco, & tempore &c. vt patet supra *quæst. 2. sect. 2.* Demum illa declaratio adducta per *Gauantum* est circa illa verba Decretorum *quot præscripta fuerint*, quibus subsequuntur illa alia verba, *ita vt alioquin hi, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur*, ex quibus clarè patet, præsupponere Sacram Congregationem in Sacerdote peccatum contra iustitiam commutatiuam circa huiusmodi materiam, quod in casu nostro nullo modo inueniri potest, cùm etiam ipse *Gauantus* concedat, hoc casu remanere liberum sacrificium Sacerdoti; ex quo clarè sequitur nullam inferri iniuriam alteri, cui Sacerdos obligatus est primò celebrare absque tamen applicatione. An autem alia declaratio de Parrocho infra referenda *sectione 10.* qua impugnat nostram sententiam *Possessimus de officio, & Potestate Parrochi c. 11. nu. 11.* huic opinioni, repugnet ibidem explicabitur.

Dixi in principio sectionis *apertè constare &c.* nam 48 in dubio non præsumitur datum, vel relictum pro cultu Ecclesiæ, vel commoditate populi tantum, sed pro applicatione sacrificij, vt dixi *supra sect. n. 21. cum de Iubileo*, & pro sequuntur *Bartolomeus de Sancto Fausto*, & *Franchinellus locis supracitatis*, qui inferunt, sicut ego ibi adnotaui, Confratres, qui in Oratorio faciunt celebrare diebus festis ob commoditatem ipsorum, vt Missam

sim audiant, & communicent, vel ēr gentis vicinę, absque alia expressione, non intelligi; velle sacrificij applicationem, quia certus est
49 finis ipsius Missæ, & sic diuersus est casus ab eo vbi Missæ celebrandæ sūt ratione beneficij, Cappellaniæ, legati &c. quia nisi aliud constet ex verbis, vel alijs circūstantijs sacerdos tenetur applicare sacrificium pro fundatore, vel testatore, cū possessio stet pro ipsō, ac ēt ea censetur in dubio voluisse obligare Sacerdotem ad id, quod sibi, & animæ suæ est vtilius; & per consequens ad applicationem sacrificij pro se, & suis defunctis in primo gradu, vt loquitur *Scotus in quolibet. quæstione 20. artic. 3. Martinus Friaz in suo tractat. de valore Missæ, vers. sed pro maiori huius rei &c.* & ex recentioribus *Bonacina disput. 4. de Sacram. quæst. vlt. pun. 7. num. 13. Homobonus tractat. 4. sui examinis Ecclesiastici quæst. 12.* fauet regula illa, s. vt quis in dubio censeatur elegisse sibi viam, per quā pinguius sit ei promissum, argumento *l. 3. ff. de militari testamento, & cap. super hoc de renunt. Panormitanus cōs. 99. sub n. 5* Coniecturæ, & verba, quę nam sint, ex quibus possit colligi, testatorem, vel fundatorem non intendisse obligare Cappellanum ad applicandum sacrificium, patent ex decisione casus, qui his diebus fuit propositus, de quodam, qui *reliquit reditum viginti quinque scutorum annuorum pro Sacerdote, qui celebrare deberet in tali oratorio quotidie*, & deinde addidit, *quod teneatur talis Sacerdos facere tria officia pro anima ipsius testatoris, & suæ vxoris*. Nam fuit responsum, quod non erit censendus talis Sacerdos obligatus applicare Missam quotidie, sed tantum in illis tribus officijs,
51 cum exceptio ponat regulam in contrarium; *§. vt autem, in Auth. de non alienan. &c.* item declarat regulam, in quibus terminis debeat intelligi, *l. nam quod liquidō §. fin. ff. de peculio legato*; dum enim subdidit, quod deberet facere tria officia *pro anima testatoris, & vxoris*, signum est, alias Missas fuisse iniūctas pro cultu dicti oratorij, ac commoditate populi, qui vt in facto supponebatur, indigebat tali commoditate, ex quo Ecclesia Parochialis valdē dif-

distabat, cui opinioni me subscripsi, quia cum his verbis, etiam concurrebat modicitas salarij 25. scutorum iuxtà taxam in ea Prouincia, ex quibus etiam demi debebant tria officia, sou anniuersaria, q̃ est optima cõiectura iũctis dictis verbis, quòd noluerit testator dictum Sacerdotem obligare ad applicandum quotidie Missam, pro qua re allegabam *Nauarr. consil. 8. sub tit. de celebrat. Missarum Azor. p. 3. lib. 12. c. 6. q. . . & Homobon. ũ citato tr. 4. sũ examinis Ecclesiastici q. 52 119.* docentes quòd vbi tãta est parùitas stipendij, iustè præsumi possit in dubio, non dari, vt tota vna Missa applicetur, sed tãtum aliqua pars eius, prout Sacerdoti vidébitur, quæ maximè vera sunt in hoc casu vbi non tractatur de liberatione Sacerdotis à totali applicatione omnium Missarum, sed tantum partiali, ad notata q̃ *Anton. Naldum verbo Missa in principio.* Sicut existimo è cõtrario, maximam esse coniecturam voluntatis fundatoris, quòd sibi applicetur sacrificiũ, si redditus sint pinques, cùm nemo censeatur iactare suum, sed sibi prouidere prout erit vtilius animæ suæ vt latè in simili probat *Abbas cons. 99. ad finem.*

SECTIO IX.

Stipendium vnum recipiens Sacerdos pro Missa votiua, an possit aliud recipere pro applicatione sacrificij, & è contra.

AFfirmatiue videtur respõdere *Iodocus in suo Thesauro vtriusq; Theologiæ verbo Missa num. 46. vers. decimo,* vbi habet hæc formalia 53 verba. *Si duo petunt Missam vnam pro se legi, alter pro valore impetratorio, alter pro valore satisfactorio, vtrique sufficienter satisfit,* & paulò post. *Sacerdos celebrans pro defuncto suo benefactore ex debito, potest nihilominus valorem impetratorium Missæ applicare quibuscunque voluerit, nam fundator beneficij sũ non aliter obligauit, quàm vt Missam celebraret, vt sũ sacrificium satisfactorium, quod ab Ecclesia per manus Sacerdotum offertur.* Hanc opinionẽ dicit non esse omninò improbabilem *Petrus Nauarr. lib. 2. de restit. c. 2. n. 242.* ipse tamen contrariam sequitur tanquam probabiliorem, quam docet *Suarez tom. 2. disp. 86 sect. primâ . . . Rodriquez parte prima summæ c. 252. n. 6. Bonacina disp. 4. de*

4. de Sacram. qu. vlt. p. 7. §. 2. num. 15. & si non ita clarè; Villalobos tract. 8. de la misa difficul. 14. ad finem, cuius verba sunt ista, *todas las vezes que el Sacerdote está obligado á celebrar por alguno, por qualquiera destos titulos, está obligado á applicar á quella parte que le está comettido, que dispense como ministro publico, que es el frutto especial: la razon es, porque esta es la intention conforme á la razon del, que pide la Misa, y assi no bastara, que applique sola la impetration aunque le pidan la Misa por salud, ó otra cosa, que no puede applicar á otro la satisfacion como dize el Nauarro, y el Suarez*, verba *Nauarri c. 25. n. 92. sunt ista* qui nõ applicat totum valorẽ, mediũ ei, pro quo Missã dicit, peccat, quia iniustitiam committit. Fauet *Henriquez lib. 9. cap. 18. §. 7.* qui docet,
54 quòd quando Prælatus iubet Sacerdoti subdito, vt celebret pro pace, aut pro euitanda peste, non licet subdito sibi vsurpare satisfactionem, quoniam intendit Prælatus, vt toto sacrificij fructu placatus Deus, & suscipiens eam satisfactionem pro pœnis peccatorum Reipublicæ, concedat benignius pacem, aut expulsionem pestis, Addo *Vasquez 3. p. t. 3. disp. 231. c. 6. sub num. 36*
55 putare, non esse in potestate Sacerdotis vnum fructum suae alio applicare ei, qui vtriusque capax est.

Hæc opinio videtur cano-
56 nizata hodie per Decreta, ibi *Absolutè tot Missa &c.* & clarius in Declaratione ad quartum. Nam ex quo fuit dubitatum, An Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficij, seù Capellæ, legati, aut salarij, possint etiam manualem eleemosinam *pro Missis votiuis, aut defunctorum* recipere, & vnico Missæ sacrificio, vtriq; oneri satisfacere? Declaratum fuit *non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere* Pondero enim verba illa posita, & expressa in dubio *Missa votiua, vel defunctorũ*, quia aliquãdo beneficiũ, seù Capellania habet onus celebrandi pro animabus defunctorum, vt est casus consilij *Panormitani 99. par. 2.* & sic petitur valor satisfactorius, vnde videbatur posse accipi stipendium pro valore impetratorio, scilicet Missis votiuis. Aliquãdo habet onus votiuę de Beata Virgine &c. vt est casus *text. in c. significatiũ de præbendis extrà*, & videbatur posse accipi pro valore impetratorio,

vt itaque difficultatem istam diffiniret, respõsum fuit, nequire *ead. Missa vtriq; obligationi satisfacere.* ex quibus patet differentia inter casũ *præcedentis fictionis*, & casum præsentem; nam ibi præsupponitur solummodo intentus ab eo, qui petijt Missam, cultus Ecclesiæ, vel commoditas populi, & nihil de sa-
57 crificio; hic autem cùm petitur Missa votiua, vel pro gratiarum actione; est certum fuisse petitum fructum sacrificij, & dubium est, an petierit fructum impetratorium, vel etiam satisfactoriũ, quo casu interpretãdum est, vtrunque fructum petijsse, & ideò non dimidiatum, sed integrum ei debetur, vt dixi supra, & notat *Nauarr. loco supracitato*, nam in dubio, quis videtur vti iure suo *l. meritò. ff. pro socio. Si* tamen
58 dans eleæmosinam consenserit expressè, quod stipendium cederet pro vno ex his fructibus, putà quia Sacerdos explicauit ei, qui petijt Missam votiuam, se esse obligatum alteri pro applicatione sacrificij, erit tutus ipse Sacerdos; vt infrà sect. 11.
59 An talis valor impetratorius, & si sit ex opere operato tamẽ æquè valeat, & prosit, quando à bono, vel malo ministro Missa celebratur, vide *Conink de Sacra. ad q. 83. ar. primo nu.* 120. *Fagund: z lib. 3. in primum præceptum Ecclesiæ c. 6. nu. 19. & seq.*

SECTIO X.

Parrochus die, qua tenetur celebrare in Parocchiali Ecclesia, an possit recipere stipendium pro applicatione sacrificij.

REspondet affirmatiuè *Antoninus Diana par. 2. suarum resolut. moral. tract. de celebrat. Missarum resol.* 26.
60 his verbis. *licèt Parrochus teneatur celebrare his diebus, non tamen infertur, quod teneatur pro populo dictis Missas applicare, & ideò potest stipendium ab alijs pro supradictis Missis sine scrupulo accipere*, vbi pro contraria allegat *Nugnum in 3. partem D. Thomæ q. 83 artic. primo dub. 9. vers. dubium grauissimum conclus. 2. in responsione ad argumentum*. Illic allegatis pro *Dianæ* sententia addo *Villalobos par. prima summæ tract. 8. de la Missa difficul. 14. num. 5.* vbi habet hæc verba, *en los Domingos y fiestas estaran obligados à celebrar por los Parrochianos donde vuiera costumbre, como dizen*

dizen estos Doctores. y entonzes no podran recebir otra limosna por la Missa; y sino costare, que ay costumbre, no tendran obligacion à ello si no el dizirla paraque la oygan. Adde occasione illorũ verborum, *vbi adest consuetudo non potest recipere &c.* quod id tantò magis erit verum, vbi ab Episcopo in Synodo reperitur prohibitum, prout fuisse prohibitũ in Cõc. Prouinciali 4. Mediolanensi, testatur *Bonacina disp 4. de Sacram. qu. vltima p. 7. §. primo num. 5 ad finem*, Qui tamen concludit, non per hoc censeri obligatos ad sacrificium applicãdum pro ouibus. Pro contraria opinione *Barbosa in tract. quem nuper edidit de officio, & potestate Parrochi cap. 11. num. 13.* refert fuisse declaratum per Sacrã Congregationem Eminentissimorum S. Cõcilij interpretum die prima Septembris 1629. Nam proposito dubio. An Parrochi Terræ Vrceani Fanen. Diæc. quibus diebus ex proprio officio, & obligatione tenentur Missam celebrare, possint in propria, vel aliena Ecclesia pro ead. Missa eleemosinas manuales recipere? Respondit his verbis *Quibus diebus Parrochi tenentur celebrare Missam, nõ possunt manualem eleamosinam accipere*, ex qua declaratione, subdit ipse *Barbosa*, corruere opinionem meã, de qua supra *sect. 8. vt. 1.*, & si Sacerdos sit tantum obligatus celebrare ob cultum Ecclesiæ, vel populi commoditatem, absq; obligatione applicandi sacrificium, non per hoc prohibeatur recipere nouum stipendium pro ipsa applicatione; Quod corollarium salua sua pace, non indè sequitur ità liquidò, vt ipse supponit, quia cùm quæstio esset apud Doctores, an dictis diebus, quibus Parrochus obligatur Missas celebrare; vt populus audiat Missam de præcepto, teneatur etiam applicare Missam pro suis ouibus, vt patet, ex dictis supra *q. 2. sect. 3.* quibus illic allegatis addo *Layman lib 5. tract. 5 sua Theologiæ moralis c. 3. nu. 3.* hoc enim significant dicta verba *Villalobos* supra relata *obligados à celebrar por los Parochianos donde vuiera costumbre*, & clarius expressit Nugnus loco supracitat. ibi, *in quo casu semper mihi visum fuit, quod nõ potest Parrochus pro talibus sacrificijs, alia stipendia suscipere*; tum quoniam regulariter offeruntur ei in ipsa Missa in maiori quantitate, quàm sit ordinarium stipendium; tum etiam quia

omnes redditus beneficij recipit nõ solum pro alijs functionibus Ecclesiasticis, sed etiã pro sacrificio, & fatetur *Barbosa eod.c.11 nu* 10.dum tractat hunc articulum,*vtrũ obligandus sit Parrochus ad applicationẽ sacrificij singulis diebus festis*.Potius igitur in eum sensum accipienda erit d.ta declaratio(donec contrarium clarius appareat) vt stante hoc dubio, an teneatur dictus Parrochus applicare, vel non,debeat ab alio stipendio abstinere,prout etiam nos diximus citata *sect.*8. debere abstinere obligatum celebrare ob cultum Ecclesiæ, vel commoditatem populi, quãdo nõ est certũ, q̃ fundator voluisset eũ ab obligatione applicãdi sacrificium eximere:Confirmatur ex eo, quòd ipsa Declaratio non explicat, an intelligat de his diebus,quibus tenetur tantum celebrare, vel etiam de illis, in quibus teneatur etiam applicare sacrificium, de qua re infra *sect sequenti*. Quæ omnia dicta sint salua clariori declaratione Sacræ Congreg. cui me in omnib. submitto.

Dixi *diebus quibus &c.* quia de alijs diebus, est certum posse recipere stipendia tam à Parochianis ab exteris,vt infra*sect. seq.*

SECTIO XI.

Consensus dantis eleęmosinam pro Missa celebranda,an excuset ab obligatione applicandi integrum sacrificium illius.

62 CAsum ponunt DD.de Parrocho iam obligato ex consuetudine,vt dicũt aliqui, vel ex tabulis Ecclesiæ,aut lege Synodali, vt rectius alij,quos retuli supra *q.2.sect.3*.celebrare,& simul applicare sacrificiũ, vel pro quibus suis, quod contingere potest, secluso alio Episcopi præcepto, vel synodali lege præcipiente, diebus festis sollemnibus, vt etiam dixi *p.3.de Iubileo*, & post *Bonacinã,et Barbosam, explicat Fraxinellus in vltima editione sect.3.præmon. 2. ad finem sequitur Gauantus 3 p. comment.in Rubricas Missalis c.* 12. *num.* 27. *& etiam docet Layman lib.5 suæ Theologiæ moralis tract.5.cap.3.num.*... vel pro defunctis particularibus,qui aliquid reliquerũt Ecclesiæ Parrocchiali cum dicto onere, pròut passim in qualibet Parrochia videmus adesse tale onus; Si eodem die v. gratia,vt exemplificat *Nauarr.cap.25.num.92.* debeat

beat sepeliri cadauer alicuius Parocchiani, pro quo hęredes petant celebrari Missam de defunctis ab ipso Parocho. In quo articulo concordant DD. Primò quòd hoc casu Parochus, vel alius quiuis Sacerdos, qui recipit stipendium ab hoc secundo,
63 nequaquam possit illum admittere ad participationem sacrificij in primo, neque equali gradu cum eo, cui obligatus est; quia iam valor medius integer debetur ouibus, vel alteri, sed tantum applicare ei, vel valorem specialissimum; si eius est opinionis, quòd de eo possit disponere, prout plures authores docent; de quibus *supra sectio. 7.* vel de eo habere memoriam in memento, aut facere pro eo collectam, quod est ei licitũ vt benè *Martinus Friaz tract. de valore Missæ, vers. Sed pro maiori &c.* Cuius verba libenter hic trascribo, cum eius codex sit rarus, verba sunt ista *Natanter dixi in Corollario, (quòd obligatus ad Missam pro vno specialiter celebranda, non potest absque illius fraude alios adiungere in eodem gradu; quia si Sacerdos sic obligatus*
64 *alios adiungit in alio gradu inferiori per supradictas orationes, vel in memoria vi-*

uorum, aut defunctorum secundum generalem Ecclesiæ morem, non per hoc defraudat eum, pro quo specialiter, se Missam dicere obligauit; tum quia per hoc bonum illi debitum, in illo non diminuitur, nam vt dictum est; si vni applicatur Missa in certo gradu priori, nihilominus consequitur illud, & si ex post facto alijs mille applicetur in gradu posteriori, tum quia sic habet ritus Ecclesiæ, cui se in hoc Sacerdos conformat, sicut & debet; tum quia temporalia conferens pro Sacerdotis sustentatione, & eum modo prædicto obligans, aliam intentionem in obligando Sacerdotem, habere non præsumitur. Nec *Vasquez parte 3. art. 3. disp. 231. c. 6. num. 40.* docet contrarium, quia ibi loquitur de prima, & secunda intentione quò ad valorem medium, illa enim, ex consortio aliorum defraudatur, vt ipse supponit, quòd
65 autem Sacerdos applicans duobus valorem medium in equali gradũ, nemini, satisfaciat, & committat in iustitiã contra vtrunq; notat *Iodocus in suo thesauro vtriusq; Theologiæ verbo Missa n. 46.* Qui *vers. 11. &c.* docet, pter valoris medij applicationẽ inter orationis, seù collectæ

ap-

applicationem, & memoriã, & intentionem celebrantis,
66 vtilissimam esse illam, quæ fit per collectam, Secundò concordant, esse tutum Parrochum si accipiat stipendiũ pro hac memoria, collecta, seù participatione ab eo, qui scit ipsum Parrochum
67 esse obligatum, & expressè consentit dare, vt eo modo ad missę participatonem admittatur, tunc enim videtur iuri suo renunciare, vt inquit *Suarez tom.3.disp.86.sect.3. vers. & iuxta hanc conclusionem ad finem*, etiamsi non sit Parrocchianus, sed extraneus, & prosequitur *Layman. loco supracitato* Addimus nos *3.p.de Iubileo n.20.* ad hoc probandum illã aliã regulam, scienti, & consentiẽti nulla fit iniuria, subdũt tamen ijdem authores, &
67 optimè, hoc esse verũ. Quãdo non adsunt alij Sacerdotes, quia tunc iusta dãtis stipendium intentio censetur esse, vt si non possit per se integrum sacrificium offerre, offerat per alios dũ adest commoditas: sequitur *Filliuccius tract.5 num.185.* Aduertimus tamen ex *Bonacina, supradicto loco de Iubileo,*
68 quòd neque talis expressus consensus excusaret Sacerdotem, si ipse sciret, ipsum dantem eleæmosinam teneri ad curandam dictam celebrationem ex legato, vel alia obligatione sibi iuncta, cùm tractetur de damno alterius tertij, iuxta regulam, nemo pati potest damnum absq, facto proprio, ideòque tam Sacerdos, quàm dans eleæmosinã non remanerent soluti à vinculò obligationis vt in simili casu, etiam dictũ fuit suprà *sectione 5.*

Adde quòd in hoc casu, vbi adest consensus expressus ipsius dantis eleęmosinã, scilicet quia contentus est pro dicto stipendio, vt tantũ in Missa iam alteri obligata, addat Sacerdos collectam memoriam &c. non videtur
69 aliquid innouatum per Decreta nouissima de celebratione Missarum, vt percipitur ex eius prohemio, ibi *Cũ sępe contingat in quibusdam Ecclesijs tam magnum Missarum numerum ex varijs defunctorum relictis, aut piorũ eleæmosynis impositum esse, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeant satisfieri, & tamen noua onera Missarum in dies suscipiuntur, indèque fit vt depereant pia testantiũ voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur &c.* ergo cessante voluntate, & fide de integro valore, seù sacrificio, cessat etiam dispositum in dictis decretis, iuxtà regu-

70 regulam illam, cessante præsupposito cessit dispositum *Glosa in l. mancipia ff. de seruis fugitiuis quam ad hoc allegat Rota par. prima diuers. decis. 649. nu. 2. in fine*, Confirmatur primo ex declaratione ad quartum, quam supra retulimus, ibi; *si eleemosinas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint &c.* ergò quando non pro Missa alia celebranda, quis stipendia accipit, sed tantum pro collecta, seu memoria, &c. consentiente expressè ipso dante, nihil attentatur contra ipsa decreta. Secundò, & clarius confirmatur ex declaratione Sacræ Congregationis *ad 11. in fine*, vbi cùm
71 esset ab ea quæsitum, An sacerdos obligatus per non modicum tempus ad Missas celebrandas possit nouas eleemosinas accipere pro alijs Missis; si offerens dictas nouas eleæmosinas audito impedimento, consentiat, vt sacerdos Missam celebret cũ primum poterit, & responsum fuit, *Decretum non prohibere quominus eo casu eleæmosina accipiatur pro eisdem Missis iuxta benefactoris cõsensum celebrandi*, Ex qua recte arguitur, quòd Decreta præfata procedant contra fraudantes mentes offerentium, non autem quando ipsi sunt consentientes, prout in
72 casu nostro; vna enim pars constitutionis declarat aliam partem *Antonius de Butrio in c. primo num. 5. de constitut.*

Id autem quod controuertitur est, an vbi non interue-
73 nit expressus consensus, sed tantum tacitus, etiam sufficiat ad eum excusandũ; si pro dante eleemosinam, non offerat integrum sacrificium; sed tantum otet in Memento, vel applicet valorem specialissimum, aut recitet collectam, vt supra. In qua controuersia meo iudicio distinguendi sunt duo casus. Pri-
74 mus est de Parrocho eo die quo est obligatus applicare sacrificium pro ouibus, vt suprà, in quo casu videntur authores conuenire pro sententia affirmatiua, vt scilicèt possit accipere stipendium stante tacito consensu, & si dissentiant, an non solum a fidelibus suæ Parocchiæ, sed etiam ab alijs alterius Parocchiæ, *Suarez enim supradicta disp. 76. sect. 3. vers. & iuxta hanc conclusionem, ad finem* existimat, etiam dictum tacitum consensum habere locum quò ad extraneos, hæc sunt eius verba, *Dico autem (per se loquendo) quia si re vera non possit aliter singulis Parrocchianis satisfacere, tũc*

sa-

faciendo prò vt potest, implebit obligationem suam, oportebit autem, vt eo casu Parrochiani, aut obligantes Parrochum, sciant, non posse aliter pro eis offerre, vt voluntariè contenti sint illo offerendi modo, quoniam aliàs fieret eis iniuria, accipiendo ab eis integrum stipendium, non declarando eis impedimentum, seù impotentiam, quam Parrochus habet ad offerendum pro eis solis, & singulis eum propria intentione; sufficiet autem, vt ex consuetudine, vel publico mandato, intelligant subditi, Parrochum suum teneri, vel omnibus, vel talibus diebus, pro sua plebe sacrificium offerre, nam si nihilominus aliquis eorum, ei voluntariè præbet stipendium, vt eisdem diebus pro se sacrificium offerat, signum est, ipsum cedere iuri suo, ac solum velle, illo speciali modo ad sacrificium concurrere, vt pro ipso simul eum alijs specialiter offeratur. Hoc autem modo, & hac scientia interueniente, etiam à quocunque extraneo posset accipi stipendium; nam etiam potest iuri suo cedere, & illo genere oblationis esse contentus, & Parrochus potest offerendo, primum pro suo populo, simul pro alio offerre, vt ille alius tantum accipiat de fructu, quantum absque iniuria sui populi potest; quando verò Parrochi impedimentum non est adeò publicum, quia non sunt certi, & destinati dies ad offerendum pro populo, sed solum in genere, & in communi scitur, quosdam dies habere liberos, quosdam verò ad offerendum pro populo obligatos, tunc oportebit, vt quando subditi, vel extranei stipendium offerunt, eis Sacerdos suum impedimentum, & onus aperiat, vt vel illi voluntariè consentiat, vel alium Sacerdotem quarãt. Prosequitur Posseuinus de officio curati cap. 4. num. 21. summat Filliuccius tom. primo tract. 5. de Eucharistia quatenus est sacrificium num. 184. & Layman lib. 5. sua Theologiæ moralis tract. 5. cap. 3 num. 4. Contrarium tamen docet Reginaldus lib. 23. Praxis num. 237. vbi quærit, an Parrochus possit eodem die, quo est obligatus celebrare pro sua Parrochia possit stipendium taxatum accipere? qui respondet. posse à suis ouibus, non autem ab extraneis accipere ex consuetudine, quæ ortum habuit ex tacito consensu Parrochianorũ

ita

ita intelligendo *Nauar. citat cap. 25. num. 92.* allegat etiam *Henriquez*, qui hoc ampliat etiam ad Parrochum diuitē, clarius *Nugnus in 3. part. D. Tho. q. 83. ar. 1. post dub. 9 cō-*
75 *clus.* 2. Quæ opinio mihi videtur in eo fundari, quia facilius dictus tacitus consēsus in praxi potest contingere in Parrochianis respectu Parrochi, quam respectu extraneorum; vt patebit ex casu sequenti, sed per hoc non tollitur, quin si extraneus sciat, iam Parrochū cui offert eleęmosynam, esse alteri obligatū pro valore medio, & ipsum pro dicto stipendio tantum habiturum collectam, &c. & sic adsit tacitus consensus nō excusetur dictus Parrochus. Secundus casus est de alijs
76 Ecclesijs in quo, & si aliqui velint etiam sufficere consensum tacitum ex regula illa, taciti, & expressi ead. est virtus, Tamē contrarium videtur tutius, quia dictus tacitus consensus difficillimè in practica dari potest, maximè quado elargiētes dictas eleęmosinas pro præfatis missis dicendis, sunt personæ rusticæ, & mulieres, vt benè *Nauar. cons.* 11. *de celebr. missarū, quem sequitur Megalius cons.* 54. vbi loquitur de Ecclesia quadam, vbi quotidie cōcurrebant eleęmosinę pro missis celebrandis, & tamen in ea non celebrabat, nisi Rector, & Cappellanus, & concludit huic Rectori nō suffragari dictum consensum tacitum, sed debere conuocare alios Sacerdotes pro supplēdis oneribus, & ad hoc potest cogi per Episcopum, vt etiam aduertit *Layman loc. sup. cit.* fauet in simili *Consil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 4.* vbi cauetur, quod *Episcopi etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati in omnibus Ecclesijs Parrochialibus, vel Baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, vt vnus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, cogāt Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiūgere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum* cuius quidem Decreti vigore, vt fuit decisum per Rotam *decis. 484. num 5. par. 1. Recentiorum* non poterit Episcopus erigere coadiutoriam, sed tantum cogere Rectorem ad cōducendos sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant, &c. Vel clarè, & intelligibiliter, & nō per ambages, & circumlocutiones declarare petentibus missas, eorum obligationes, & non posse offerri integrum sacrificium,

sed tantum recitari collecta, vel fieri memoria, aut applicari pars Sacerdotis, ad hoc, vt dicatur verè ille dans eleçmosinam pro missa consentire, in terminis idē docet *Fraxinell. sect. 6. obiect. arg. 17. & clarius sect. 4. concl. 4. §. 8. n. 5.*

77 Et ità vidi obseruatū in Ecclesia Sanctæ Mariæ Lauretanæ, vbi in loco, quo recipiebantur eleæmosinæ pro missis celebrandis, ex mandato Eminentiss. Cardinalis Scipionis Burghesij Protectoris; Scriptura ab omnibus intelligibili admonebantur cūcti offerentes, quòd missę nō poterant pro singulis celebrari, sed dicebantur generaliter pro benefactoribus.

Huic incōueniēti omninò credendum est voluisse occurrere Decreta nouiss. de celebratione missarum, quādo in eis prohibetur expressè sub ijsdem pœnis ipso facto incurrendis; habere in Ecclesijs capsulas cū inscriptione illa *eleæmosina pro missis, vel alia simili, ne fideles hac ratione fruſtrētur*. Ex quibus verbis satis patet, hodie cessare omnem colorem taciti consensus, nec illùm esse sufficientem ad excusandum Sacerdotem ab integritate sacrificij offerendi pro dante eleæmosinam, sed esse necessarium expressum, & clarum consensum illius, quod adeò est verum, vt etiam cùm circa dicta verba Decretorum fuisset à Sacra Congregatio-

79 ne quæsitum Primo. An pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem Decreto afficiant, tam eos, qui accipiunt eleæmosinas contra formam ibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibi præcipitur; Et fuit responsum, vt patet ibi ad 12. *Has pœnas non habere locum nisi in suscipientibus onera perpetua missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.*

Secundò, an in hoc Decreto cōpræhendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ec-

80 clesijs in die Commemorationis omnium defunctorum, & vulgò dicuntur *casse de morti*, & fuit responsum, vt patet ibi ad 15. *comprehendi*. Item non absq; optimo fundamento *Frater Sebastianus de Gasta loco supradicto §. 6. fol. 21.* Addit et optimè, quod etsi in dictis Decretis dicatur *auferant ab Ecclesijs*, non ideò

81 erit licitum illas tenere in Sacristijs, sicuti apud aliquas religiones seruatur, non per hoc enim, cessaret ratio illa dispositionis, quę est ne fideles hac ratione fruſtrentur, scili-

cet

cet non habendo sacrificium integrum, vt supra.

SECTIO XII.

Consuetudo an excuset Sacerdotem ab integra applicatione sacrificij pro eo, qui dedit eleemosinam.

82 REspondent affirmatiuè *Paludanus, & alij*, apud *Azorium par. 3. suarū instit. moral. lib. 12. cap. 6. quæsit. 2. vers. 2. si consuetum est.* Contraria tamen opinio est verior, pro qua opinione notabilia sunt verba, aurea quidē, & si minus elegantia *Martini Friaz in suo tract. de valore missæ fol. mihi*, & sunt ista, *Sed quid dicendum de Canonicis, & præbendatis Ecclesiarum Cathedralium, & de Rectoribus, aut Curatis Parrochialium, & de collegiatis Collegiatarum Ecclesiarum, quos dicunt tot, & tantis anniuersarijs, memorijs defunctorum, fundationibus, & obligationibus esse oneratos, sicut populus ille antiquus, & eò amplius erat cæremonijs, adeò vt eum Apostolo Petro possint vociferantes clamare, quòd portant ingum, quod neque ipsi, neque eorū patres portare potuerūt. His tamen non cōtenti, neque satiati, quotidie recipiunt in Ecclesijs, & parœchijs suis noua anniuersaria, nouasq; fundationes, memorias, institutiones, tùm perpetuas, tùm temporales; obligationibus obligationes superaddentes, officijs officia; memorias memorijs, ita quod singulis diebus, quibus secundum morem, vel statuta illarum Ecclesiarum agi potest officium pro defunctis, ipsum officium ex veteribus fundationibus faciunt, neque supersunt dies vacantes ab huiusmodi officio, quibus noua institutio, & obligatio noui officij fieri posset: nec dies anni sufficeret. si cuilibet soli, certus dies obitus esset seruandus, singulisq; institutionibus, aut obligationibus, singulæ speciales, et propriæ missæ, aut officia corresponderent, sed nunquid dicendum est, quod & ipsi in hoc aliquam à Deo, vel à Papa habeant pro simplicibus Sacerdotibus, aut ex longinqua consuetudine ab eis obseruata, piā interpretationem?* Hucusque ille, qui post aliqua argumenta in contrarium adducta, & adhibitam quandam distinctionem de alio casu, de quo nos infra suo loco, ad nostrū propositum, subdit, *Hinc est, quod si fiat mutuus expressus consensus inter dantem missā. vel anniuersarium, & recipiētem, non apparet, quod consuetudo illius Ecclesiæ, quacunq.*

illa sit, militet contra petentē, vt licitè alter obitus, vel missa coniungatur, absque petentis fraude, quæ idem significant,
83 quàm verba Decretorum, *& absolutè tot missa dicātur, quot ad rationē attributa elea mosina præscripta fuerint,* quæ verba *præscripta fuerint* eadem Sacra Congregatio declarauit ad secundum *intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosinam tribuit,* & clarius hoc colligi ex illis alijs verbis eorundem Decretorum, ibi *teterrimum abusū,* notat *Fraxinellus sect. 8. arg. 16.* vndè vlterius procedēdo *Martinus Friaz supra.* consuluit post *Scotum*, & alios,
84 vt talis consuetudo intelligibiliter, & nō per ambages, & circūlocutiones declaretur ipsis dantibus stipendia ad hoc, vt immunes euadāt.

SECTIO XIII.

Intentio Sacerdotis, qui recipiendo stipēdium incongruū non intendit se obligare ad integrum sacrificium, an eum excuset ab integra applicatione.

AFfirmatiuè videtur respondere *M. Megalius cons. 54. num.* . . dum scribit hæc verba, *Nec illos decipere*
85 *dicitur, (quamuis dantes eleemosinam velint totum sacrificium sibi applicari, atque ita faciendum esse putent) si Sacerdos integrum sacrificium expresè non promittat, sed cum silentio eleamosinam recipiat, nam cum stipendium iustum non sit, vtitur iure suo.* Cōfir-
86 matur, quia obligatio non contrahitur sine animo se obligandi *l. obligationum. ff. de actionibus, & obligationibus,* non enim animus ex verbis, sed verba ex animo indicant *can. Humanæ aures 22. quæst. 5.* ergò, cùm hic in Sacerdote desit animus se obligandi, deest etiam obligatio; Sed meritò cōtrarium docui in præcitata *3. par. de Iubileo nu. 20. vers. ex qua doctrina,* vbi dixi, hunc Sacerdotem non excusare à culpa, & obli-
87 gatione restituendi, suam intentionem, vel sermonem equiuocum, quod etiam docuit *Bonac. disp. 4. de Sacram. quæst. vlt. punct. 7. §. 2. n. 2.* & sequitur me citato *Fraxinell. sect. 4. concl. 2. §. 3. nu. 2. in vlt. editione* idem apertè sentire videtur *Pater Sebastianus de Caieta loco sæpius citato fol. 10. ad finem,* ibi *Quapropter non auderē me subscribere sententiæ Megalij,* &c. quod maximè hodiè Confirmatur ex Decretis, vbi præcipitur, vt *absolutè à Sacerdote tot miss-*

sa

sa celebrentur, quot fuerunt præscripta ab ipso, qui dedit eleamosinam, quod est idem, ac si dictum fuisset, *ni fallor*, vt illius, non Sacerdotis intentio sit attendenda. Ad rationem, quæ adducitur in contrarium facillimè respõ-
88 detur, vt scilicèt regula illa, obligatio non contrahitur sine animo se obligandi, procedat in obligationibus priuatis, non autem in obligationibus legalibus, qualis est ista celebrandi stante taxa stipendij per legem, vel consuetudinem, quia istæ obligationes debent intelligi iuxtà mentem legis. *l. prima §. si cõuenerit ff. depositi, c. contra. Elus de regul. iur. in 6.* quæ iura ad hoc allegant *Nauar. in principio cõmentarij de pœnit. dist. 9. num. 21. Comitulus lib. 2. respons. moral. q. 3. n. 6.*

Addimus etiam loco sup. citato *de Iubileo* ex *Montagnolo*, esse in malo statu eos
89 Sacerdotes, qui dãtibus eleæmosinas dicunt pro eis nolle celebrare, sed promittũt pro eis orare, quia fraudant eos fructu, & valore sacrificij, quã doctrinã postea probãt *Fraxinellus loc. cit. & Sancto Fausto lib. 1. de Indulg. & Iubileo quæst. 81. ad fin.* & antea *Mart. Friaz loc. cit.* intellige tamen præsuppositã cõmoditate saltim celebrandi per alios, quos possint cõuocare vt satisfaciant dictis obligationibus.

SECTIO XIV.

Priuilegium an excuset Sacerdotem ab integra applicatione sacrificij.

DOctores enumerãt circa hanc materiam varia priuilegia pro Regularibus, præter illud de reductione numeri missarum faciẽda, à Sacro Concilio Trident. indulta Generalib. in Capitulis generalibus, de qua re infra *quæst. 10.* sed vt dixi citata *par. 3. de Iubileo limitatione*
90 3. re vera dumtaxat illud tantum reperitur eis concessum, vt Generales in visitatione, vel etiam extrà visitationem, vt alij voluerunt, & confirmat *Fraxinellus in vltima edit. sect. 7. §. 9. nu 3.* dispensare possint, quòd intermissa possint recitari vsque ad nouẽ collectæ: ita vt quælibet collecta valeat pro missa, quia neque priuilegium, quod refert *Graffius par. 1. decis. lib. 2. cap. 25.* concessum fuisse à Sixto IV. Benedictinis principaliter, & per communicationem cæteris omnibus, (vt scilicet quibuscũq; verbis vtantur legantes, seù alii cõmen-

mendantes, & acceptantes missas; censeantur hi tantum admissi ad participationem, & non ad totum missæ effe-
91 ctum, quod priuilegium vocant mare magnum) habet solidum fundamentum, tùm quia illud nõ reperitur à Sũmis Pontificibus immediatè concessum, sed à Nũtio Apostolico in Regnis Hyspaniarũ qui nõ habet facultatẽ istam saltẽ extra suam Prouinciã, nec etiam tam latè sonat, vt à *Graffio* præsupponitur, neq; fuit concessum Benedictinis, sed Monasterio Sancti Benedicti Vallesoletani, quæ sunt valdè diuersa ratione cõmunicationis pro alijs Religionibus, tum etiam, quia Sixtus IV. fuit ante Concilium Trid. & tamen in dicto Concilio conceditur facultas Generalibus Religionum reducendi missas in Capitulis, vt supra, quæ concessio esset omninò superflua, & frustratoria pro ipsis Regularib. si habuissẽt dictum mare magnum, quod non est supponendum de tali Concilio, in quo interuenerũt tot doctissimi viri, magna ex parte Regulares; scilicet, superflua, & frustratoria statuisse pro ipsis, quinimò valdè necessaria; præter quod apud alium neminem ex eruditissimis authoribus, qui cõpendia priuilegiorũ Religionum compilauerunt reperitur dictum priuilegium registratum, vt latius dixi loco citato. Neque etiam aliud
92 priuilegium, quod refert *Cõfectus in collectione priuilegiorum*, & probat *Fraxinellus sect. 4, concluſ. prima in quinta editione, & etiam Homobonus de Bonis tract. 4. sui examinis Ecclesiastici quæst. 120.* alicuius esse valoris ex multis causis, & maximè, quia fuit tale priuilegium subreptitiè obtẽptum; Ex *Alphonso Casarubio in collectione priuilegiorum Fratrum minorũ verbo missa, quòad modum n. 14.* Admonui *eodẽ loco de Iubileo, & me citato sequuntur Bartholomeus de S. Fausto lib. primo de Iubileo quæst. 80. & Fr. Sebastianus de Gaieta sup. dicta epistola fol. 12. vers. & quid ad finẽ*, & quia ibi subdidi, *vnde miror quomodo Fraxinellus, aliàs zelantissimus huius materiæ indagator, tale priuilegium absque exceptione admiserit* in vltima æditione *sect. 7. Remed. §. 8.* licèt nitatur probare illud priuilegiũ, haud immeritò admisisse tamen *ad finem num. 6.* videtur se remittere, ibi, *quibus omnibus expensis nõ vidi, neq. video cur dictum priuilegium sit reijciẽdum. Hoc autem non solum determinationi S.R. Ecclesiæ, vt debeo, sed prudentum virorum,*

virorum, & præcipuè præstãtissimi viri prædicti iudicio, & sententiæ me remitto, sed quidquid sit de hoc, certũ est hodie per sæpius mentionata Decreta nouissima de celebratione missarũ, omnia
93 ista priuilegia fuisse reuocata, vt patet ibi, *id verò, vt deinceps obseruetur, exactius Sacra Congregatio ead. authoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuſuis personis, Ecclesijs, ac locis pijs, tàm secularibus, quàm regularibus cuiuscumque ordinis, Congregationis, & instituti, quamcũque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seù orationibus, pluritũ missarum oneribus in futurũ suscipiendis satisfiat.* Ac magis generaliter, ad finem in §. penultimo, ibi, *Non obstantibus, quòad suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorẽ quarumcũq. personarum, atque ordinum, tàm mendicantium, quàm non mendicantium, militiarum etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, & cuiuslibet alterius instituti, etiam necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Ecclesiarum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorũ quorumcunq. tàm secularium quàm regularium locorum, necnon illorum, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs, quoque indultis, & literis Apostolicis etiam marimagno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, vel quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non cõstitutionibus, Decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet; etiam per viam communicationis, seu extensionis cõcessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumq. totis tenoribus, & formis, specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seù quauis alia expressio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forẽt, præsentibus pro expressis habens, quibus*

quòad

quòad ea, quæ præsentibus aduersantur illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis sua authoritate specialiter, & expresse derogat, cæteris q. cõtrarijs quibuscumq.

94 Sed quia supradicti priuilegij de Collectis, reuocatio fuit facta pro oneribus in futurum suscipiẽdis, vt patet in relato §. *id verò*. imò cùm fuisset dubitatum apud Sacrã Congregationem sexto loco in ordine, An verba *in futurum suscipiendis* intelligenda sint de oneribus suscipiendis post priuilegium? Respondit: *ita intelligenda esse*, & etiam, quia aliquando à S. Pontifice pro casu particulari, vbi aliqua Ecclesia, vel Monasteriũ est ita dictis oneribus grauatum, vt aliter nequeat illis satisfacere, solet etiam tali modo dispensari, vt vna missa cum tot collectis, valeat pro tot etiam missis, quod rectè fieri potest ab eo, compensando ex inexausto Ecclesiæ thesauro, cuius ipse Summus Pontifex est dispensator, vt dixi *loco citato de iubileo*, ideò aliqua obseruanda in dicto casu subiungam. Primũ

95 obserua, quòd si dicta facultas cõcederetur, vt vna missa cum tot, v. g. quinque collectis, satisfacere possint quinque missis, tunc non possunt Sacerdotes, quibus tale priuilegium conceditur satisfacere minori numero Missarum, etiam minori numero collectarum, quia hæc concessio est ad instar indulgentiæ, cuius concessionis verba intelligẽda sunt prout sonant, secus est si concessio sonat hoc alio modo, vt inmissa possint recitari vsque ad quinque collectas, & quælibet collecta valeat pro vna missa, & obseruaui *supra cit. loco de Iubileo n. 31. post Fraxinellum.*

96 Secũdò obserua, quòd nec in fæsto duplici, neque in vigilia, & semiduplici, neque in vigilijs, in quibus ieiunatur, vel infra octauas, debet practicari dicta concessio, cùm dictis diebus assignantur collectæ particulares, vt ex Rubrica missalis nona clarè percipitur, & reassumit *Megal in suo Prontuario verbo collecta*, vbi habes, secus esse i quatuor tẽporibus Quadrageſimæ, &c. si tamen de fac

97 dicantur dictæ quinque collectæ ipsis diebus valerẽt p quinque missis, & si nõ ab culpa, quæ, vt infra suo lo dicetur, committitur ab qui facit contra Rubri Missalis, vt dixi eodem l *de Iubileo*, & probat in *maeditione, me citato. Fra nellus sect. 7. §. 5. ad fin.*

Ter

Tertiò, & tãdem obserua, prout etiam dixi *loco supra citato de Iubileo nu.* 32. quòd
98 missa dicta cum collectis ad effectum dictæ concessionis, debet applicari pro oneribus præteritis, & sic non sufficit si Sacerdos in missa pro alio, qui post dictam cõcessionem tribuit eleæmosinam, applicata, recitet collectas. Hanc enim fuisse mentẽ Summi Pontificis, vt nempè, tàm missa, quàm collectæ applicentur oneribus præteritis, satis arguitur ex forma
99 ipsius concessionis, *vt missa, quæ possunt celebrari, celebrẽtur, & alijs satisfaciant per collectas*, ideſt in dictis missis, imò expressè percipitur ex verbis, quibus solet Papa vti in simili reductione, quæ refert *Guido Papa decis. 876. apud Nouarium in summa Bullarij tit. de celebratione missarũ in fine*, ibi, *Dummodo in futurum à similibus oneribus recipiendis se abstineant, ac iniuncta aliquarum missarum, vel Anniuersariorum celebratione pro in præteritum celebrare ommissis*; vnde si missæ cum dictis collectis satisfaciendæ sint pro defũctis, debet dici missa de Requiẽ, vel de currenti, non autem votiua, nisi etiam missę votiuæ, dictis collectis sint quoq; satisfacienda; hoc enim mihi significant verba illa priuilegij concessi à Iulio II. & Clario à Leone X. de nouem collectis, quo olim furebantur Regulares, *etiam si specialiter de requiem, vel de alijs Sanctis dicenda fuissent, &c.*
100 Quæ autẽ collectæ debeant recitari, patet ex supradictis, præter enim præscriptas à Rubrica, debent aliæ addi, iuxta deuotionẽ Sacerdotis, melius autem faceret Sacerdos si recitaret collectas de Requie; si satisfactio facienda sit de missis pro defunctis, & sic etiam de B. Virgine, vel Spiritu sancto, &c. si satisfaciendæ sint missæ votiuæ, de B. Virgine, vel Spiritu sãcto, vt ibidem fuit dictum, fauet in simili *Fraxinellus sect. 4. conclus. 4. §. 4. num. 13. in vlt. editione*, qui bonam adducit huius dicti rationem, scilicèt, quia applicatio non fit in collectis, sed in memento, ideòque non opus est, vt collectas pro defũctis adiungat
101 &c. Quod in missis defunctorum, & votiuis, quæ sollemniter non dicuntur pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa, non sit illicitum recitari plures, quam tres collectas, habetur in eadẽ Rub. 9. Missalis.
102 Dixi, *nisi missæ votiuæ, dictis collectis sint quoque satisfaciendæ*, quia vt supra *sect. 9.*

dictum est, quando quis petit missam votiuam, petere videtur, tàm fructum impetratorium, quàm satisfactorium, ideòque non potest accipi duplex stipendium, neque duplici obligationi satisfieri.

SECTIO XV.

Sacerdos, qui antè emanata Decreta de Celebratione Missarum recepit plura stipendia pro vna missa, ad quid hodie teneatur.

OCcasione horũ Decretorum fuit propositũ dubium de quodã Regulari, qui cùm esset obligatus applicare sacrificium iuxtà intentionem sui Superioris pro obligationibus suæ Ecclesiæ, vbi manebat assignatus, vt vocant *quotidiè*, putans virtute priuilegiorum, quæ audiebat esse concessa Regularibus, nempè recipiendi plures pitantias pro vna missa, & etiam existimans posse recipere nouum stipendiũ pro applicatione valoris specialissimi, ipsi Sacerdoti competentis; recepit plures eleæmosinas pro missis celebrandis, applicando semper suam partem specialissimam pro dantibus eleæmosinas, & intendendo vtriq. obligationi satisfacere, scilicet suæ Ecclesiç, & danti eleæmosinam. Ex quo autem emanarunt Decreta ista, hoc prohibentia; petijt, quid ab eo faciendum? Et responsum fuit, quòd & si prima fronte videbatur (præsuppositio, quòd dictus Reli-
103 giosus cum ignorantia inuincibili, existimauit posse vtriq. oneri satisfacere vnico sacrificio) nunc in rigore non esse obligatum ad aliquam restitutionem faciendã, salua declaratione alia magis expressa; nàm ignorantia inuin-
104 cibilis, etiam iuris non solũ excusat in foro conscientiæ à culpa, sed etiam à restitutione *Sanchez lib. 1. Summæ moralis cap. 16. nu. 38. Reginal. lib. 11 suæ praxis fori pœnitentialis num. 32. Bonacina disp. 2. in Decalogum quæst. 8. punct. 1053. num. 15. in fin.* quod procedit, etiam si talis ignorãtia sit circa ea, quæ ad proprium munus, & officium pertinent, pròut videtur esse in præsen-
106 ti casu, quia etiã verior est opinio, quòd circa similia, possit dari dicta ignorantia, nẽpè cùm non præcessit cogitatio, vel si præcessit fuit adhibita diligentia ad inquirendam veritatem; sed non fuit inuenta. *Sanchez citato c. 16. num. 21. & 27. Bonacina dicto punct 3. num. 18. Filliuc. tract. 53. num. 270. in fi.* ficuti

vide-

videtur euenisse in dicto Sacerdote, de quo præsupponitur in facto, nunquam de hac re dubitasse, imò id licitum esse, à diuersis suæ Religionis Patribus fide dignis, & ab Vrbe Romę, vt ipse dicebat, venientibus sæpius audiuit. Cõfirmatur, quia ante dicta De-
107 creta erat probabilis opinio, quòd pro vna missa eiusdem qualitatis poterant recipi duo stipendia, cùm illam defenderint grauissimi authores apud *Petr. Navarr. lib 2. de restit. cap. 2. nu. 13. Reginal. lib. 23. sue Praxis sub num.* 233. & si asserat de hac re esse grauissimam difficultatẽ, quampluribus rationibus cõfirmauit *Montagnolus de valore missæ cap. 24. & duobus sequentibus*, & in specie dicit eam probabilem, *Molfesius tract. 5 sua Summæ cap. 16. n. 4. Nugnus in 3. p. D. Thom. quæst. 83. ar. primo. post dub. 9.* Præcipuè de Sacerdote Regulari, quòd secluso omni priuilegio p suis necessitatibus particularibus possit recipere duo, vel tria stipendia pro vna missa, docet *Vega* à nobis citatus supra *sect. 6.* nec negat *Nugnus in 3. par. D. Tho. quæst. 83. art. primo post dub. 9 sub conclus. 6.* Sicuti, quòd Regulares possint frui priuilegio circa hanc materiam etiam absque suorum superiorum licentia dixit *Confectius, quem probat Praxinell. sect. 7. §. 8. in prin. in vltima editione.* Item erat probabilis opinio, posse Sacerdotẽ partem specialissimam applicare alteri, & pro ea diuersum recipere stipẽdium, vt diximus supra hęc *eod. sect. num.* 8. sed
108 probabilis sententia reddit ignorantiam iuris inculpabilem, quòad iniustitiam illatã, & sufficit ad transferendum dominium, *Reginald. lib. 23. praxis n. 234. vers. finẽ*, ergo. Et tandem omnia ista cõfirmantur ex regula vulgata, quòd lex noua, non trahitur ad præterita, sed tantum ad futura, *cap. fin. de Constitut. l. leges* C. *de legibus*, quæ procedit etiam vbi ratio ipsius legis antecessisset legem, vt per *Felinum in d. cap. fin. &* Nau. *in relectione c. si quãdo except. 21. num. 3.* His tamen nõ obstantibus, contrarium est cõcludendũ, quia Decreta prę-
109 fata non solum disponere videntur de hac materia pro tempore futuro, sed etiam de tempore præterito, in fine prohemij, ibi, *Hunc teterrimum abusum à Christiana Republica conuellere*, si ergo erat abusus, igitur nullam etiam in præterito potest afferre excũsationem, argumẽto textus in *can. frustra, vbi glosa 8. distinct.* fauent *glosa*,

Imola, & Gemini auus in cap. primo num. 45. Qui docent,
110 quòd lex vbi consuetudinẽ improbat, non solum præteritam, sed ẽt futurã damnare videtur, & clarius hoc probant Decreta, ibi, *siue à pluribus personis collata fuerũt, aut conferentur in futurum*, vndè eius fuimus sententiæ, quòd dictus Sacerdos restituat, cùm eius sit Religionis, quę concedit vsum certorum reddituum, & si non habet, vnde restituat, recurrat ad Sacram Congregationem pro declaratione, cui dũtaxat per dicta Decreta reseruata fuit interpretatio contentorũ in eis, maximè cùm hic agatur de declaratione iuridica; nam
111 declaratio doctrinalis, seù doctoralis nunquam cẽsetur prohibita, nisi expressè fuit dictum, vt per *Panormitanum in cap. cùm venissent de iudicijs, Sylvestr. verbo interpretatio. Mirandam to. 2. Manual. Prælatorum Regularium quæst. 26. ar. 10. 11. & 12. Rodriqu. tom. 1. quæst. regul. quæst. 11.* & in terminis notauit eruditè *Frater Sebastianus de Gaieta meus patruelis in sua epistola pastorali circa hanc materiam ad suos Fratres minores de obseruantia, edita Neapoli anno 1630.*

SECTIO XVI.

Sacerdos promictẽs tribus, qui dederunt eleæmosinam, pro singulis celebrare, an satisfaciat singulas illas tres missas, ipsis omnibus simul applicando.

NEgatiuè respondet *Possevinus de officio curati cap. 2. nu. 25.* allegans pro se *Sylvestrum verbo missa primò quæst. 10.* qui loquitur de alio casu, hanc opinionẽ clarius docet *Martinus Friaz loco à me citato supra quæst. præcedenti sect. 10. ad finem*, cuius verba sunt ista. *Hinc*
112 *etiam sequitur, quòd Sacerdos obligatus A, ad duas missas, & deindè obligatus B. ad duas alias, & tandem C. ad duas alias; Celebrans insimul sex missas pro illis tribus, non plenè, neque ex toto satisfacit, quia facit conditionem duorũ priorum A, & B deteriorem. sicut si quis pro tribus careeratis, quorum quilibet tenetur ad duo, insimul solueret duo, nullus enim eorum euaderet carcerem, licèt enim debitum omnium minueretur, neque si alia die pro illis insimul solueret alia duo, adhuc nullus eorum carcerem euaderet, & si debitum plus esset diminutum; si tamen illa duo soluta essent pro vno eorum tantum, ille-*

pe-

penitus esset liberatus, vt videre est per Petr. de Paludis in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 2. quod benè attendant Religiosi pro recomendandis missis, eis comendatis, & non minus curari pro celebrandis varijs trisenalibus, &c. sequitur *Fraxinellus sect. 4 conclus. 4. §. 7. n. 2.* in vltima editione, qui eandem adducit rationem. Accedit *Comitulus lib. 1. respons. moralium quæst. 42. nu. 9.* vbi benè subdit, quòd tantò minus talis satisfaceret; si tres missæ promissæ essent, vel Spiritus sancti, vel B. Virginis, vel defunctorum, & sic diuersæ rationis *etenim (vt ipse subdit) cum in certo numero, & genere contracta est obligatio honesta eũ tribus hominibus, contra honesti rationem, probique viri officium facturus sit Sacerdos; Si promissi religionem violauit.* In contrariũ autem pro affirmatiua sentẽtia, est *Bonacina disput. 4. de Sacram. punct. 7. §. 3. n. primo,* qui dicit, sibi videri, hunc Sacerdotem satisfacere, quia tantum tradit, quãtum promisit, ex quo valor missæ est diuisibilis, & potest pluribus applicari. Sed si benè aduertatur, prima opinio etiã concedit hunc Sacerdotem satisfacere, non tamen plenè, seù ex toto, vt inquit *Martinus Friaz*, vel perfectè, vt subdit *Fraxinellus*, quæ plenitudo, seu totalitas, aut perfectio satisfactionis consistit in dilatione liberationis à Purgatorio, vel assecutionis gratiæ respectu prioris, qui tribuit eleæmosinam, cùm etiã hoc 113 casu militet *regula illa iuris in 6. qui prior* nẽpè prior in tempore, potior in iure, vt benè *Fraxinellus loco citato num. 2. ad finem*, Vnde *Bonacina* non solum debebat probare, talem Sacerdotem tradere quantum promisit, sed etiam tradere ordine, quo erat obligatus, quia vt dixi, 114 & si ordo in restitutione non sit de necessitate seruandus respectu prioris, vel posterioris creditoris, vbi debitor valet omnibus satisfacere, vt cõmuniter docent Doctores, & testatur *Rodriquez par. 2. summa cap. 46. conclus. prima. Reginaldus lib. 10 suæ praxis fori pœnitentialis cap. 17. in principio.* Tamen secus est in casu nostro, vbi præsupponitur expressa promissio celebrandi statim ei, qui primò dedit eleæmosinam, item damnum ẽt, q; ei sequitur ex dilatione celebrationis, quo casu limitant supracitati Doctores præcipuè *Reginaldus*, eandem communem doctrinam in materia restitutionis, ideòque eius opinio potest procedere tãtum iuxtà exẽplum

plum ab eo positum de tri-
115 bus missis, ratione modicitatis dilationis, quæ excusat à culpa mortali, etiam in casu, quo non seruatur ordo in restitutione, vt per *Reginald. loco sup. cit. num.249.* Addit *Fraxinellus citat nu.2.* Quòd si Sacerdos prius tempore
116 pro accepto stipendio debet pro vno celebrare decẽ missas, & postea alias decem missas pro alio celebrare, *melius sit, vt prius celebret decem missas pro primo & deindè alias decem pro alio, quàm alternatim vno die pro vno, et alio die pro altero, missas celebrare,* & *num.3.* subdit, quòd
117 si multa, ac notabilis dilatio oriretur ex prælatione priorum, qui obtulerunt eleemosinam, teneatur Sacerdos per alium satisfacere, aliàs dictus Sacerdos peccaret mortaliter, vt latius dicetur infra *quæst. sequ. sect 4.* vbi explicabitur etiam, quæ dicatur notabilis dilatio. Pro casu autem huius nostræ sectionis
118 putarem, quod vbi iam Sacerdos recepit plures eleemosinas, & seruando hunc ordinem, sequeretur notabilis dilatio respectu posteriorum, qui missas comendauerunt, nec commoditatẽ haberet satisfaciendi per alios, nõ solũ minimè esse illicitũ; sed cautelã esse optimã, alternatim, vel in confuso celebran
ob regulam illam, de duob
malis minus est eligendum
can. quod Dauid 22. quæst.
quem tex. ad hoc allegat *A*
dreas Gaill. lib. 2. obseruat.
num.2. cùm non possit neg
ri, minus malum esse, vt o
nes recipiant quotidie pa
missæ, vel alternatim suffi
gium sentiant, quàm, vt
posteriores diù illo suffragi
vel gratiæ assequutione
fraudentur. Mẽtionem sẽpi
egi de obligatione rõne el
119 mosinæ, quia certũ est, h
debere præferri ei, cui libe
liter à Sacerdote missæ po
citæ fuerũt, put de credito
ex titulo oneroso, notãt D
&ores cõniter, apud *Regin*
loco sup. cit. n.239. debere
ferri creditori ex titulo
cratiuo, seu gratioso.

SECTIO XVII.

Sacerdos peccans celebrand an satisfaciat ei, cui ex iustitia tenetur celebrare.

ET si supra *quæst. præced.*
15. fuit quæsitum, An M
boni, & mali Sacerdotis
æqualis valoris, Tamen n
est præclusa mihi via quæ
di etiã hic, an Sacerdos p
cans celebrando, satisfa
ei

ei, cui ex iustitia tenetur celebrare; cùm etiam *D. Thom. in 3. par. quæst. 82. aliàs 23. de Sacramentis* formet de his duobus, duos articulos distinctos, dum quærit *art. 5.* vtrum malus Sacerdos Eucharistiã conficere t, & *art. 6.* vtrũ Missa mali Sacerdotis minus valeat, quàm missa Sacerdotis boni. Pro huius autẽ quæsiti resolutione imprimis, & ante omnia in medium afferam respõsionem generalem & deindè subdam aliquos casus particulares, q occasione respõsionis remanẽt decisi ab authoribus. Respõdetur igit
120 Sacerdotem peccantem in celebratione plenè satisfacere obligationi, qua tenetur celebrare, nec tenetur aliquid restituere; hæc sunt verba *Suarez tom. 3. in 3. partem disp. 86. sect. prima ad finem.* cõsentiunt communiter scribentes, præcipuè *Henriquez, Nugnus, & alij, quos refert, et sequitur Bonacina disp. 4. de Sacram. quæst. vlt. p. 6. num. 5.* Ratio sumitur ex conclusione *D. Thom. citato ar. 5.* nem-
121 pè quòd Sacerdos mãlus, & si illicitè, tamen validè confecrat, quæ conclusio est de fide, vt testantur *Conink. Valentia, Vazquez eod. ar. 5. Filliuccius tract. 5. num. 34.* præter alia Concilia, in quibus hæc veritas fuit stabilita, de quibus per *Valent. cit. quæst. 82. Scortiam l. b. 2. de sacrificio missæ cap 5. num. 7.* habetur expressè in *Concilio Tridentino sess 7. de Sacramentis can. 12.* vbi habes hæc verba, *si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacram. conficiendum, vel cõferẽdum pertinent seruauerit, non conficere, aut conferre Sacram. Anathema sit,* & iterũ *sess. 22. cap. prim.* per hæc alia verba. *Et hæc quidem est illa munda oblatio, quæ nulla indignitate, aut malitia,* &c. itẽ verificatur eadem conclusio, etiam si Sacerdos sit excom-
122 municatus; hæreticus, schismaticus, aut etiam degradatus, vt per eundem Sanctum Doctorem *loc. sup. cit. art. 7. & 8.* & prosequuntur supra citati authores in specie *Caietanus in Appendice ad dictum artic. 7.* qui testatur, quod cõtrarium asserere sit hæresis, & si authores, qui hoc asseruerunt nõ ideò dicendi sint hæretici, & si in hoc errauerint, vt fuit *Magister, apud Filliuccium loc sup. cit.* & *Scot. apud Bartholomeum de Sãcto Fausto lib. primo de indulgentijs, & Iubileo quæst. 54. vers. ex quo colligitur,* qui docuerunt omnes excommunicatos nõ tolleratos ab Ecclesia, & Hæreticos, & degradatos, nullũ

offerre

offerre verum sacrificiũ, atq; adeò eorum missas non posse esse alicui vtiles, fundati in aliquibus Sanctorum Patruũ authoritatibus, quæ intelligẽde, sunt non de valida, sed de licita consecratione, cùm certum sit, celebrantem in peccato mortali committere grauissimum sacrilegium, ac cẽsuratum prẽter sacrilegiũ, incurrere etiam irregularitatem. Quod verò multò grauius peccet, qui Sacerdos simulat consecrare, & non cõsecrat, quia est in peccato mortali, vel censura, quàm in tali statu consecrans, habetur in *cap. de homicidio extra de celebratione missarum vbi Panormitanus, & alij, ac notant Petr. Matteus de Rubeis in Adnot ad Rubricas missalis c. 8. Stortia de sacrificio missæ lib. 2. cap. 6. num. 2.* fauet *Valentia in 3. par. tom. 4. disp. 6. quæst. 8. Puncto 2. vers. deniq; notetur*, vbi docet, nullo casu fas esse hostiam non consecratam peccatori porrigere causa vitandi sacrilegij, quia maiori peccato esset reus, nempè idolatriæ, vnde vt notat eruditè *P. Diana par. 3. suarum resolutionum tract. 6. resolut. 83 ad finem*, quando *Ioannes Sanctius* docet *in suis selectis disp. 35. num. 6.* licere Sacerdoti ministrare hostiã non consecratam pro consecrata mulieri, quã cogit m ritus ad communicandum quæ sine iactura famæ nõ p test communionem omm tere, supponit de hac re, c ipsã consciam mulierem, ideò *Castras Palans* imme tò dictum authorem carp Nota occasione illorum borum *Valentia*, ibi *nemp idolatria.* verba *Suarez* 3. *in 3. p. disp. 65 sect. 2. ad quæst. 79.* quæ sunt sequen *Sed quærit aliquis; si cont gat quando aliquis prud ter, & absolutè adorat hos re vera non esse consecrata an ille actus sit vera latria Respondetur, illum actum moraliter bonum, & honest quia procedit ex motiuo bo flo, & per prudentiam regu tur, vt suppono, vnde fit, ess latriam, & actum Religion &c.* Sacerdos hostiam no consecratam fingens pro c secrata, an sit suspectus d hæresi, *Farinacius de hæ quæst. 178. §. 8. num. 49.*

Consequentia, quod sc cet ex eo, quia Sacerdos i peccato, censura, &c. vere sceret ideò satisfaciat suę o ligationi, patet ex his, quæ xi *quæst. præced. sect.* 11. nẽ applicationem sacrificij p eo, cui tenetur Sacerdos iustitia, fieri ante, vel in ips cõsecratione, & clarius *ib sec. 8. n. 47.* applicationẽ sec cõsecrationem. Ca

CASVS PRIMVS.

Sacerdos, qui extra diem Natiuitatis Domini illicite celebrat plures missas, an possit etiam pluribus satisfacere, qui dederunt stipendium.

AFfirmatiuè respõdet *Suarez tom. 3. in 3 par. sect. 2. vers. dico tertio ad finẽ*, vbi probat, quòd pro missa sollemni potest recipi, & taxari maius stipendium, quàm pro priuata, quia, vt ipse ait, quo maius ministerium Sacerdos exhibet, ẽt aliquid amplius ad substentationem suam recipere potest, & deindè infert
127 *quo die Sacerdos plures missas facit, potest plura stipendia etiam ab eodem recipere, imò licèt contingat, eum peccare contra obedientiam, vel Religionem, plures missas eod. die dicendo; si tamen pro eis plura stipendia accipiat, contra iustitiam non peccabit, quia licèt iniquè agat secundò, aut tertiò sacrificium eod. die offerendo, tamen sacrificium illud validum est, & effectum habet ex opere operato*, & si olim plures afferebãtur causę ob quas liceret extra diem Natiuitatis pluries, quàm semel celebrare, hodiè id non licèt,
128 *Vazquez tom. 3. in 3. par. disp. 232. num. 48.* qui ait Consuetudine hodie confirmatum esse, in nullo ex prętensis casibus, licere pluries in eadem die celebrare, imò nullam in eis reperiri veram necessitatẽ, nisi vbi quis haberet duas Ecclesias in diuersis oppidis, & propter paupertatem non posset habere Vicariũ, Addo quod etiam hoc casu, neque sit ficitum; nisi consulta Sacra Congregatione, vt per *Barbosam de officio, & potest. Parrochi cap. 11. num. 9.* vbi refert, quod cùm peteretur nomine Administratoris Possauien. An propter penuriam Sacerdotum in Austria superiore, à qua postremò expulsi fuerunt hæretici, liceret Sacerdotibus in Dominicis, & festis diebus duas missas in die celebrare? Sacra Congregatio censuit *concedendum stante necessitate*, & quia certum est, hoc casu, dictum Sacerdotem incurrere peccatũ mortale, & posse puniri ab officio Sanctæ Inquisitionis per ea, quę dixi *prima part. tract. de officio, & potest. Confessarij recoll. 22. num 15.* fuit
130 ab aliquibus dubitatum, an incurreret aliquam censuram a iure impositam, & respõdi pro negatiua, ex textu in *can. sufficit de consecrat. dist. prima*, vbi leguntur hęc verba, *qui pro pecunijs vna die plures missas facere prę sumũt, non euadunt damnationem*, &

in *cap. consuluisti de celebratione missarum* habentur hæc alia verba *sufficit Sacerdoti semel in die vnam missam celebrare, excepto die Natiuitatis, &c.* quando enim Sum. Pontifex voluit ponere in simili materia pœnam censuræ, veluti cõtra reliquentes missas inceptas, vel non communicantes in missa, expressè illã posuit, ergo signũ est in hoc casu noluisse eam imponere videte *Menoch. in Addit. ad 2. lib. de arbitrarijs casu* 40. Qui *centuria 6. quæst.* 561. *nu.* 10. *&* 11. post *D. Antouium, Caietanum, Diaz, & alios*, refert esse etiam latam excõmuni-
131 cationẽ contra Sacerdotẽ celebrantem absque debito vestitu, & indumentis Sacerdotalibus, præter alias pœnas, quibus arbitrio ordinarij potest puniri, sed intellige, nisi fieret ad grauissimũ periculũ vitæ vitandum, modò non cedat in contemptum Religionis, & fidei *Layman tract. 4. de legibus cap. 14 nu. 4. post Suarez, Vasquez, & Conin* K. Quid
132 autem si celebraret absque cingulo benedicto, vel Patena, aut Calice non consecrato, vide *Dianam par. 1. tract. de celebr. miss. resol. 68. & seq.*

CASVS SECVNDVS.

Sacerdos non ieiunus celebrans missam, an satisfaciat ei, qui dedit stipendium.

DAtur præceptum Ecclesiasticum, vt hoc sacrificium vbi sumitur etiam à Sacerdote *Sacramentum Eu-*
133 *charistiæ* fiat à ieiuno, vt latè post alios *Fagundez lib. 3. in primum præceptum Ecclesiæ cap. 5. num.* 20. à quo præcepto, cùm sit de ieiunio naturali, non excusat paruitas materiæ, nec excusat inaduertentia, dummodo id, quod traijcitur fuerit sumptũ per modum cibi, vt per eundem *Fagundez lib 3. in tertiũ præceptum Ecclesiæ cap. 5. nu.* 24. qui benè ex hoc infert *num.* 14. non frangi tale ieiunium, si quid per modum respirationis attrahatur, quod possit nutrire, vt musca, vel simile aliud, item neque si aliquid in stomachum traijciatur ex attractione aquæ, facta per nares, & *num.* 15. idem asserit de eo, qui deglutiuit sanguinem, vel humorem ex dentibus, vel ex capite decidẽtem in os, vel casu ex ore manantem; si ẽ quoq; dicẽdum est de sanguine, qui ex labio secto effluxit, vt contra *Henriquez* videtur concludere *P. Dian.*

par.

par. 2. tract. de celebr. missar. resol. 52. item de deglutiente, aliquid ex proprijs vnquibus, vel papiro, quia nõ habet rationem neque cibi, neq; medicinæ, vt per authores supracitatos. Dixi *de deglutiẽte*, quia certum est, quòd inter dentes conterere, vt vulgo dicitur *masticare* papirum, vel aliam rem, quæ nõ habet humorem, non frangit tale ieiunium. Et idem Docti pleriq; dixerunt de eo, qui ante
134 missæ celebrationem Tabachũ, vt vocant, in folio, vel in fumo, aut in puluere recipiunt. Nam primo casu de folio, & fumo, tãtum potest cõtingere traiectio humoris alicuius ex capite manantis in stomachum, & secundo casu de puluere fit attractio per nares, & sic licèt aliqua eius pars traijciatur in stomachũ, non impedit, vt dixi de aqua attracta per nares. Secus est primo casu; si aliquid de folio etiam in aduertẽter traijciatur, fauet in simili *Petr. Matteus de Rubeis in Annotat. ad Rubricas Missalis cap. 9 num.*
135 3. loquens de eo, qui aromata ori imposuit ante celebrationem ad euitandũ aerẽ noxium, & illa dentibus contriuit, dumodo nihil deglutiatur, docet, non frangi illud ieiunium.

Tale præceptum, & si obligat ad mortale, vt omnes affirmant, imò Sacerdos non ieiunus celebrans debet puniri ab officio Inquisitionis, vt etiam dixi *par. prima nostri tract. de offic. & potest. Cõfessarij recollect. 22. nu 14.* Tamen si ita de facto celebret,
136 verè cõsecrat ita *glosa in can. liquidò de consecratione distinctione 2 verbo seruatur*; quæ subdit rationem, quia aliàs nõ consecrasset Dominus, qui dedit hoc Sacramentum Discipulis post cænam, & fit non ieiunus, & notat *Goffredus in summa, titulo de celeberatione missarum nu. 10.* ergò etiam satisfacit danti stipem, vt supra.

Hac occasione nõ pigebit expẽdere verba Rubricæ circa hanc materiam practicabilem, sub *tit. de defectibus corporis*. Primò occasione illorum verborum, ibi, *si quis non est ieiunus post mediam noctem.* Quæri potest, quid si
137 ob diserepantiam Horologiorum non benè colligi possit, an Sacerdos comederit, vel biberit antè, vel post mediam noctem, quòd faciliter potest euenire in Ciuitatibus, vbi sũt plura horologia, quorum vnũ signat ante, & aliud postea. An stante hoc dubio possit celebrare, vel potius debeat abstinere, *Sanch. lib. 2. de matrim. cap. 41. nu. 40.* Re-

deat, & in quo etiam finiatur circulatio.

Quòad alia verba ipsius
142 Rubricæ ibi *si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiãtur non impediũt communionem, cùm non transglutiantur per modum cibi, sed per modũ saliuæ*, Concordant Doctores cum verbis Rubricæ, quando hæc traiectio fit inaduerter-ter; Discordant tamen, vbi talis traiectio fit aduertenter, v.g. aduertit quis, illas reliquias habere in ore, & posset expuere, & non expuit; sed deglutit, an possit celebrare, vel communicare *Gauantus par. 3. suorum commentariorũ in Rubricas Missal. tit. 9. post Paludanum*, videtur asserere, hoc casu impedire cõmunionem, vel celebrationem, idem docet *Filliuccius tract. 4. de Eucharistia num. 236.* malè, sua pace allegãs *Suarez*, q ve rè non est huius opinionis, vt infra; Huic opinioni videtur se subscribere *D. Thom. in 3. par. quæst. 80. art. 8. ad 4.* vbi asserit, *tales reliquias cibi in ore remanentes; si casualiter transglutiantur; non impedire sumptionem Sacramenti, quia non traijciuntur per modum cibi, sed per modum saliuæ*, & videtur satis hæc opinio cõfirmari ex verbis subsequentibus ipsius Rubricæ, ibi *idem dicendum si lauando os, deglutiantur stillæ aquæ præter intẽtionem*, clausula enim ista *præter intentionem* cùm sit posi-
143 ta in fine ipsius §. refertur ad omnia præcedentia in *eod. §.* iuxtà regulam *cap. olim de rescriptis cap. inquisitioni de appellationibus*, maximè, cùm non sit diuersa ratio inter vtrumque casum contentum in dicto *§. Garzias par. 11. de beneficijs cap. 10. nu. 136.* quod non sit diuersa ratio. Patet ex verbis *D. Thomæ loco sup. cit.* quæ videntur eadem cũ verbis Rubricæ, & ab eo sũpta, qui immediatè, ita subdit, *& ead. ratio est de reliquijs aquæ, vel vini, quibus os obluitur, dummodo non traijciantur in magna quantitate, sed permixta saliuæ, quod vitari non po-*
144 *test.* Contrariũ tamen, quòd de consilio tantum teneatur dictas reliquias expuere, videtur sentire *Suarez tom. 3. disp. 68 sect. 4. conclus. 2. in fi.* vbi, & si fateatur opinionem *Paludani* non esse improbabilem, concludit tamen cum *Tabiena*, hoc esse de consilio, ibi, *quamuis enim tamen semper securior pars est eligenda*, scilicet consulendum est, vt in huiusmodi casu expuãtur potius, quam transglutiantur, sequitur *P. Matteus de Rubeis citat. cap. 9 num. 3.* qui clarius loquitur. Ratio huius senten-
145 tiæ non est, quia post me-

diam

diam noctem minimè recipitur aliquid ab extrinseco, vt putat *Tabiena*, sed quia præter intentionē in ore remanserunt, ideòq; reliquię nuncupantur, quæ ratio non militat in casu, quem infert *Tabiena* 146 de eo, qui pro voce, aut pectore recipit in ore saccarum seu, vt vulgò dicitur *Pizzetta*, seu aliud electuarium, quæ paulatim liquefiunt, vt scilicèt etiam si talis non sit moraliter certus, se nihil ex materia illa post mediam noctē traiecisse, possit missam celebrare, cōmunicare, &c. Quā opinionem ex Neotericis sequitur *Bartholomeus ab Angelo in examine Confessariorū Dialogo 4. §. 214. lit. A.* quoniam hæc nō possunt dici reliquiæ cùm non remanserint præter intentionem inter dētes; sed potius censeri debet, noua comestionis continuatio, vt benè *Suarez loco supra citato, quem præter Vasquez, Reginaldum, Bonac. Molf. CosinK, et Siluium*, quos refert, & sequitur testando de communi *P. Diana resol. 51. sub tract. de celebratione missarū*, docent *Filliuccius tract. 4. n. 236. Petr. Matteus de Rubeis citato cap. 9. num. 3. ad finem, Ioannes Baptista de Bertis in suis resolutionibus moralibus circa sacrificium missæ fol. 15.* Pro qua sententia addo au-

thoritatem Rubricæ, quæ loco supracitato solum concedit celebrationem in his duobus casibus, nempè reliquiarum, quæ traijciuntur per medium saliuæ, & deglutionis illæ aquæ præter intentionem si cōtingat occasione ablui os, ad quorum neutrum spectat receptio liquoris, quo supra, vt clarum est. De ieiunio requisito pro celebratione, vel communione in nocte Natiuitatis Domini vide *casu sequ. ad finem.*

CASVS TERTIVS.

Sacerdos celebrans extra horam debitam, an satisfaciat ei, qui dedit eleemosinam.

HVnc casū resoluit post *D. Thomam, & Paludanum, Ioannes Baptista de Bertis in suis resolutionibus moralibus de sacrificio missæ quæst. 2. art. 2. dub. 2.* pròut supra fuerūt resoluti alij casu 147 nēpè quòd & si peccet mortaliter Sacerdos notabiliter excedens horam debitam celebrando missam: tamen de facto celebret, quacumque hora id faciat, verè cōsecretet & per cōsequens satisfaciat ei, cui tenetur ex iustitia. Nihil remanet, vt breuiter explicemus de hora, qua debet missa ce-

celebrari, & quando quis illam transgrediatur notabiliter, & sic committat peccatũ mortale. Circa primã partẽ dubij communiter DD. conueniunt in hoc, quòd scilicèt
148 missa non possit incipi ante auroram, & post meridiem terminari, habetur in *c. primo de celebratione missarum*, quia quamuis Christus Dominus Noster missã celebrauerit nocte, in vltima cęna, tñ passus est in die; crucifixus siquidem linquis Iudeorum horæ tertia matutini temporis, & in crucem actus hora 6. ita *Fagundez lib. 3. in primum præceptũ Ecclesiæ cap. 17. num. 2. iunctо num.* 11. alias rationes adducit *Layman citato lib. 5 tract. 5. cap. 4. num prim. Bonacina disp. 4 de Sacram. quæst. vlt. Punct. 9. Molfes. tract 3. suæ summæ cap. 10. nu. 21. & seq.* Concordant etiam, quòd dictum tempus non phisicè, vt ita dixerim, accipi debeat, sed moraliter, & tandem, quòd præceptum istud sit sub culpa mortali, cessante iusta causa,
149 vel priuilegio, item iustam causam respectu Parochi, esse pro communicando infirmo, iam iã morituro, notabiliter summo mane ante lucem celebrare, vt post alios nouissimè aduertit *Barbosa de offic. & potest. Parrochi cap. 20. nu. 35.* vbi *num. sequ.* negat contra alios, esse licitum ex ead. causa, quando non adest Eucharistia consecrata, bis eod. die celebrare. Discordant autem in secunda parte dubij; Quãdo. s. quis notabiliter di-
150 catur missam celebrare ante auroram, vel post meridiẽ, vt indè sciatur, quãdo ob hãc causam Sacerdos censeri debeat commisisse peccatum mortale, vel nõ, vt est videre apud doctissimum *Dian. par. prima suarum resolut. moralium tract. 13. de celebratione missarum resolut. 33. & 34.* Qui, quòad primũ casum de inceptione missæ, concludit ex probabiliori opinione, omnes Sacerdotes posse celebrare per horam cum dimidio ante solis ortum, & etiã antè duas horas antè Solis radios apertos, Quò verò ad secundum casum, concludere videtur cum *Siluio*. Sacerdotem posse celebrare post meridiem, dummodo non attingat spatium vnius horę, & sic peccat, notabiliter dici celebrare post meridiẽ eum, qui post horam, trãsacto meridie
151 celebrauerit, & quidem si nos velimus metiri tempus circa primum casum respectu ortus Solis, placet doctrina *Suarez & aliorum*, quam dicit probabilem, & in praxi tutam *Layman loco supracitato num. 2. ad finem*, satis fo-

re

re ad culpam euitandam ; si missa priuata ad initiũ auroræ finiatur, et proindè duabus circiter horis antè Solis ortum missam inchoare illicitũ non esse ; si verò metiri velimus illud tempus ab aurora, meum animum satis implet opinio *Henriquez*, quam vocat probabiliorem *Fagundez citato cap. 17. num. 6. in fine*, & sequitur *Molfesius loco supracitato*, notabile tempus esse dimidium horæ ante auroram, & post meridiem, cõtra *Azorium* ab eo relatum, qui existimat esse tertiam partẽ
152 horæ ; Quæ sint causæ iustæ anticipandi dictum tẽpus, vel postponendi, enumerantur à præcitatis authoribus, vbi etiam de priuilegijs Regularium circa id, præcipuè vidẽdus est *Fagundez loco supra-*
153 *citato*, & quod Episcopus in casu particulari possit in hoc dispensare ob iustam causam notat *Layman citato cap. 4. n. 3. & 4.* Dixi in casu particulari, quia simpliciter, & generaliter solum dispensat Summus Pontifex, & talis dispensatio debet cõtinere derogationem Concilij Tridentini, vt optimè *Fagundez eod. loco n. 3. ad finem*, De priuilegio pro nocte Natiuitatis Dñi No-
154 stri. Certum est enim, Diuina officia hac nocte ita disponi debere regulariter, vt missa celebretur hora septima noctis, instãte iam media nocte, nõ enim ante mediam noctẽ iuxtà Sacros canones, celebrari debet missa, cùm ab ea incipiat dies naturalis.
155 Dixi *regulariter*, quia in Capella D. Papæ in qua incipiũt officia circa quartam horam noctis, & si etiam, ita disponi solent res, vt instante media nocte, missa celebretur; tamen si aliquando contingat, vt dicta hora septima nõ ueniatur, eũ talis actio peragatur præsente Summo Pontifice, ac habeat plenitudinẽ potestatis, & potest nõ solum dispensare; sed etiam cum opus erit abrogare ius positiuũ, interpretatione cẽsetur dispẽsare.
156 Item ex speciali priuilegio Sedis Apostolicæ in Ecclesia Sancti Marci Venetijs, in qua officium incipit sero Vigiliæ eodẽ ferè modo, quo ex præscripto ordinis Romani olim fiebat, illa tamen missa, quæ ante mediam noctem ibi celebratur non censetur spectare ad sequentẽ diem Natalis Domini, quæ incipit, vt dixi à media nocte ; sed potius ad præcedentem, ac propterea
157 celebrãs debet esse ieiunus à media nocte præcedenti, & ita obseruatur, quòd si manè celebrauerit Missam de Vigilia, et in ea non debet sumere purificationem: nam aliàs nõ

esset

esset ieiunus, & si in sequenti die voluerit reliquas duas missas celebrare, aduertat vt cœnam sumat ante mediam noctẽ, ita *Pater Andreas Pisara Castaldus in sua Theoria Cæremoniarum* mox. Deo adiuuãte in lucem, licèt posthumè proditura. Difficultas autem versatur in eo circa nostram materiam, An non solũ
158 primam missam, sed etiam alias duas licitũ sit Sacerdoti celebrare notabiliter ante auroram, post tamen mediam noctem? In qua re, & si Doctores non concordent. Tamen est probabilis opinio *Suarez*, quã post alios docet *P. Diana loco supracitato resolut. 35.* Quidquid talẽ probabilitatẽ neget *Nugnus ab eod. citatus*, scilicèt id non esse prohibitum: imò hanc esse communem consuetudinem, vbi adest magnus numerus Sacerdotum, testatur P. *Molfesius tract. 3. summæ cap. 10. num. 22.* vbi quòd hoc casu, neque expectari debeat, vt terminetur prima missa sol-
159 lemnis. Quod etiam laici in dicta missa prima ante auroram post mediam noctem possint Eucharistiam sumere, si parati sint, & ieiuni post dictam mediam noctem, patet ex his, quæ post alios notat *Fagundez lib 3. in primũ præceptum Eccles. cap. 17. num. 20* Qui concludit, posse Laicum communicare in illa missa, quam Sacerdos ex priuilegio celebrat antè auroram. Dixi *& ieiuni post mediam noctẽ*, &c. nam vt etiam docet idem *Fagundez lib. 3. in tertiũ præceptum cap. 5. num. 6.* nõ opor-
160 tet, vt qui communicaturi sunt, cibum digesserint, vel post illũ dormierint, & habetur expressè in *Rubrica Missalis, cũ de defectibus dispositionis corporis §. 2.* licèt cõtrariũ asserat *glossa in cap. nihil. 7. quæst. prima.* Quamobrem subdit idem *Fagundez loco ci-*
161 *tato*, Sacerdos, qui propè mediam noctem cenauit in Dominica, quæ est peruigilium Natiuitatis Domini, potest licitè statim post mediã noctem sacrum efficere etiã ante somnũ ceptum. Quod
162 hac die possit Sacerdos recipere tria stipendia pro tribus missis, quas celebrat, patet ex dictis supra *nu. 127* & in terminis notat *Fagundez lib 3. in primum præceptum c. 8. num. 5. in fine* Sicut etiam
163 Capellanus obligatus quotidie celebrare cũ applicatione Sacrificij, hac die sufficit si vnius missæ sacrificiũ illi applicet, vt dixi *3 par. de iubileo sub n. 32.* & prosequitur alios allegatis *Fraxinellus sect. 4. cõclus. 4 § 21. in vltima editione.* Ratio est illa, quia lex

fudatoris reſpicere debet frequentiam, & non quæ de raro accidũt ad *tex. in l. nam ad eas ff. de legibus*, item non tenetur eo die niſi vnicam miſſam celebrare, ſicut etiã Par-
164 rochus nõ tenetur niſi vnã miſſam eodem die celebrare, *Fagundez loco ſupracitato c. 15. num. 8.* teſtatur de cõmuni *Layman lib. 5. tract. 5. cap. 3. num 2. Barboſa de officio, et poteſtate Parrochi cap. 11. nu. 8.* Quidquid aliqui authores in hoc ſcrupulum ingerãt, de quibus per *Fraxinellum loco ſupracitato num. 2. ad finem*, Nam etiam, quis eodem die non tenetur niſi vnicam miſſam audire, vt pro certo ſupponunt authores teſte *Fagundez loco proximè citato.*

Tandẽ dubitari poteſt circà hanc materiam. An Sacerdos volens celebrare omnes tres miſſas in die Natiuitatis,
165 poſſit celebrare ex his tribus, quam maluerit. Aliqui enim putant, dicendam eſſe, vel primam, vel tertiam, & potius tertiam, cùm eius oratio cõcordet cum officio; ſed contrarium poſt *Ledeſmam*, docet *Villalobos tract. 8. dela miſſa difficultate 22. ſub num. 2.* vbi habet hæc verba, *Bien es verdad, que ſe podria dezir de noche qualquiera de las tres miſſas come no fueſſe mas que vna, que es coſa accidental dezir eſta o aquella*, Et ſi ſibi cõtradicat, ex quo antea ſubſtineat cõtra *Suarez, et alios, de quibus nos ſupra*, non eſſe licitum dicta nocte notabiliter ante auroram celebrare niſi vnam miſſam, quia Eccleſia mandat, vt in prima miſſa dicatur *Communicantes, & noctem ſacratiſſimam celebrãtes*, ergo ſaltem in nocte, vt ipſe loquitur, tenetur Sacerdos, quando vult celebrare miſſam dicere primam, & nõ ad ſui libitum vnã ex tribus, prout ipſe poſtea docet. Pro opinione igitur, quòd licitum ſit dicere vnam ex illis, quam maluerit Sacerdos, ſunt *Zanardus in Directorio Cõfeſſariorum, & Theologorum par. prima cum de Euchariſtia c. 9, quæſit. 7. Volinus de officio, & poteſtate Epiſcopi cap. 16. num. 5. quos ſequitur P. Dian. citato tract. de celebrat. miſſarum reſol. 39.*

CASVS QVARTVS.

Sacerdos celebrans tempore prohibito, an ſatisfaciat ei, cui reperitur obligatus ex iuſtitia.

EOdem modo, quo ſupra decidendus eſt præſens caſus, vt ſcilicèt, & ſi contra-
166 gat peccatũ mortale in celebrãdo tempore prohibi-

ta

tamẽ si de facto Sacerdos celebret, verè consecret, & per consequẽs satisfaciat. Huius loci igitur est inuestigare; qui sint dies, in quibus prohibeatur saltẽ omnibus Sacerdotibus celebrare priuatim, & quando illi celebrando contra dictam prohibitionẽ peccent mortaliter. Quò ad primam partem quæsiti: Respõ-
167 detur, Dies, in quibus, Sacerdotibus est prohibitum celebrare, esse Feriam sextam, & Sabatum hebdomadæ maioris, seu Sanctæ, vt habetur in *cap. Sabato de consecratione dist. 3.* ibi. *Quod vtique dubitẽ non est, in tantum eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio Ecclesia habeat, isto biduo Sacramenta penitus non celebrari*, vbi *glosa* exponit de Sacramento Corporis, & Sanguinis D. N. & prosequuntur
168 clarius ibidẽ Doctores. De feria v. eiusdem hebdomadæ, & si aliqui velint esse etiam id prohibitum: ita *Frãcolinus de horis canonicis cap. 30. nu. 2. & 8.* Tamen alij Doctores communiter docent, nõ adesse prohibitionem Ecclesiæ, neque consuetudinem, quæ uim legis habeat, cùm dicto die videmus, Sacerdotes doctos, & timoratos sine vllo scrupulo celebrare, & si multi abstineãt, faciunt id, vel ex ignorantia, vel ex deuotione, vel ob alia impedimenta, aut etiam, vt communicent in missa maiori ad populi edificationẽ, & ideò licitũ esse celebrare eo die, maximè antequã missa sollẽnis sit finita, & Corpus Christi in sepulcrũ, vt vocant, reconditum, cùm postea incipiat officium Parasceues: ita *Vasquez to. 3. in tertiam par. D. Th disp. 232. num. 17. sequitur Barbosa de offic. & potest Parrochi c. 11. num. 49. ad finem*, fauet declaratio S. Congregationis pro Dixc. Neapolitana relata inter decreta Diœcesanę Synodus infra referenda, ibi *ante missam sollemnem, &c.* De cõmuni, quòd de hac re nõ adsit præceptũ, & proindè posse Sacerdotẽ celebrare secretò, vbi est periculum scandali, & publicè, vbi cessat tale periculum, testatur *Fagundez lib. 3. in primum præceptum c. 15. nn. 14. vers. secundo, quia, Paulus Layman lib. 5. tract. 5 cap. 4. num. 9.* & sic non est necessaria licentia Episcopi, ut aliqui putarunt. Accedunt *Reginald. lib 29. Praxis num. 170. ad finem Melfesius tract. 3. cap. 14. in fine, Fillitucius tract. 5. num. 105.* Qui testatur, Neapoli hoc die, omnes Sacerdotes celebrare summo mane ianuis apertis, & Romæ, ac Hetruriæ, ianuis clausis.

Quærimus igitur, an prohibitio pro Feria sexta, & Sabato sancto sit sub peccato mortali? & Respondetur, quòd
169 Feriam sextã, seu Parasceuem; non solum esse communem Doctorũ sententiã; sed apud eos, pro certo supponi, esse prohibitum eo die priuatim celebrare aliquã missam sub peccato mortali, vt testatur *Fagundez citato cap. 15. num. etiam 15.* & alijs allegatis probat nouissimè *Barbosa de officio & potest. Parrochi cap. 15. num. 48.* Et licèt idem *Fagundez ibid. num. sequenti*, doceat ex probabiliori sen-
170 tentia, non esse illicitum Sacerdotibus eo die more laicorum cõmunicare seclusa scandalo, & prosequuntur *Molfesius*, *& Filliuc. locis supracitatis*, tamen in contrarium adest declaratio Sacræ Congregationis Rituum die 19 Febr. 1622. apud *Gauantũ loco infracitando*, quæ censuit *hoc die non esse distribuendam Eucharistiam alijs, quàm infirmis* refert. etiam *Barbosa loco citato c. 20. n. 16. ad finem.*

Quò vero ad Sabatum sã-
171 ctum, & si *Nau. Francolin. Azorius, Vazquez. Reginald. & alij apud authores infracitandos* putent, eodem modo esse prohibitum sub peccato mortali hoc die celebrare sicut de feria sexta, & alij, vt *Guttierez. & Sotus* existi nõ esse necessariam licentiã Prælati, vbi mos, & consuetu viget, eodem die celebran Tamen sententia probabil vt vocat eam *Layman cit. tract 5. cap. 4. nu. 8.* docet n esse peccatum mortale, cluso scandalo, maximè extat talis consuetudo eo celebrãdi, & si idem *Laym* subdat, tutius esse abstine nisi aliqua causa vrgeat, v. ad infirmum communican vel si multi sollemni offi intereſse non poterunt, sa cum superioris licentia: i de probabiliori testatur *gundez loco supracitato nu 17. ad finem*, & pluribus a allegatis etiam dixit *Barb supracitato cap. 11. sub nu 50.* Qui *Fagundez ibid. n.* expresè docet, licere eo priuatim celebrare etiã licentia Prælati. Et quide
172 differentia inter hunc di Sabati, & Parasceues est m nifesta: nam in Parasceue l clesia recolit Passionem N. pròut realiter gesta fuit non misticè, ideòque non consecratio, sed hostia pri consecrata cum particula vinum iniecta, à Sacerdote officio sollemni illius diei mittur *Layman loco supra cap. 4. num. 7.* Indecens en prorsus iudicauit Ecclesia, eo die, quo Christus mortu

in

in monumento recolitur; viuens, & loquens introducatur, dicēdo per Sacerdotem, *Hoc est corpus meum*, ita *Fagundez supracitato loco n. 18.*

173 Ex quibus sequitur, Sacerdotem quotidie obligatum celebrare ratione Cappellaniæ, vel beneficij non teneri his diebus, celebrare, nam obligatio semper interpretari debet, vt non sit de re illicita, & quidem & si sit in rigore illicitum dumtaxat celebrare priuatim in Feria sexta; tamen alijs præfatis duobus diebus est illicitum moraliter ratione cōsuetudinis, vel deuotionis, quod sufficit ad inducendam causam iustā excusationis: ita *Fraxinellus in suo tract. de obligat. Sacerdotū ad missas celebrādas sect. 4 conclus. 6. §. 5.* vbi excusat ēt ex hac causa obligatum continuatim celebrare missas triginta Sancti Gregorij, & supponit *Fagundez citato c. 15. n. 11. & seq.*

174 Quòd non detur præceptū illis diebus missam audiendi; nam cōsuetudo fecit, vt istud triduum non habeantur pro festis diebus; docent communiter DD. vt post *Azorium*, testatur *Fagūdez lib. 2 in primū præceptū cap. 2. n. 13.* Quā do verò ex accidenti in illis incidit dies festus de præcep-

175 to, v.g. Annunciationis B. Mariæ, vel Sancti Patroni, certū est, quòd si dictū festū incidat in feria sexta, nō teneantur fideles audire sacrū, nec Prælatos obligatos esse, iubere, vt missa aliqua dicatur, & per cōsequens neque fideles obligātur ad assistendū officio, quod geritur ipsa die, & si teneātur abstinere ab operibus seruilibus, quia eo die non fit noua consecratio, nec verum sacrificiū, vt supra di-

175 ctū est, Quod hodie est magis certum ex declaratione S. Congregationis Rituum 19 Feb. 1622. His verbis, *In Paraseue si incidat festum Annunciationis non tenentur fideles ad missam audiendam.* apud *Gauantum in cōmentar. ad Rubr. Missalit par. 4. tit. 9. num. 24. & Barbosam de offic. & potest. Parrochi cap. 11. nu. 46.* & sic cessat scrupulus, quē ingerere videtur *Molfesius tract 3. cap. 17. num. 41.* qui & si fateatur, hanc opinionem esse cōmunem; subdit tamen contrariam esse tutiorem, &

176 sequendam. Quod dicitur in declaratione de festo Annunciationis, est exemplum, & ideo non restringit, sed declarat, Quamobrē idē dicēdū est de alio festo Diœcesis, vt supponit *Fagundez citato c. 4. sub n. 17.* vbi ponit casū de Diœcesi Bracarēsi, in qua dicta feria sexta est dies festus

de

de præcepto vsque ad meridiem quandiù durant Officia, & antea licèt erat dubium circa alios duos dies; nempè
174 feria v. & Sabato; tamen communis opinio, de qua testatur *Molfesius supra citato num. 41.* se habet, obligare præceptum ad Missam audiendã, & quando populus est numerosus, & teneatur Episcopus curare, vt dicantur aliquę Missæ priuatæ ad hoc, vt detur commoditas fidelibus audiendi Missam, aliàs excusarentur, idem docet *Fagundez citato c. 4. num. 17. & c. 15. nu. 19.* vbi, & si nõ excludat Prælatos, quin curare debeãt celebrationem plurium Missarum in his diebus; concludit tamen, non per hoc, si Sacerdos velit celebrare, vt supra dictum est *numeris præcedentibus*, indigere Prælati licẽtia. Loquitur .n. *loco primo citato* de Dixcesi vbi feria quinta est dies festus, pròut ipse testatur de Dixcesi Bracarensi,
175 & nos addimus Dixcesim Neapolitanam, pro qua extat declaratio Sacræ Congregationis relata inter Decreta Dixcesanæ Synodus Neap. his verbis. *Decreuit S. Congregatio Rituum: celebrandam esse vnam tantũ Missam in feria v. cœnæ Domini, in qua Sacerdotes tantum communicent, cũ autẽ in Ciuitate Neapoli prædicta feria v. sit festum de consuetudine, neq; commodè possunt omnes interesse vni Missæ, toleramus, posse eo die celebrari quatuor primas priuatas non vltra, & vnam post aliam ante Missam sollemnem nimirum in his Ecclesijs, vbi magnus solet esse concursus* & sic patet ratio quare, vt aiebat *Filliuccius loco supra citato.* Neapoli hoc die dicuntur plures Missæ ianuis aper-
176 tis. Loquitur 2. *loco citato* de Sabato Sancto, de quo latè *Diana parte 2. tract. 13. de celebrat. Missarum resol. 21. Barbosa de officio, et Potestate Parrochi cap. 11. n. 45.* Qui cõtra *Villalob.* docẽt, posse celebrari plures Missas illa die, quam sententiam intelligerem, vbi extaret talis cõsuetudo, aliàs obseruanda est cautela quam dat *Villalobos loco citato*, vt dicantur Missæ maiores in dicto loco diuersis horis: ita vt omnes possint Missam audire Qui *Diana in fine.* Querit, quę
178 Missa dicẽda sit illa die? & quæsitũ etiã est cõmune cum feria quinta; si in illa incidat, Annũciatio, & videt firmare, quod dicẽda sit Missa B. V. vel si Sabato Sãcto, ppria diei cũ introitu Missę Resurrectionis quę doctrina de introitu non est contraria alteri, quam docuit *Pater Andreas Piscara Castaldus in suo lib. Sacrarum*

cære-

cæremoniarum par. 3. cap. 19. quam sequuti fuimus *in fine nostræ tertiæ partis de iubileo*, qui loquitur de Episcopo, qui hoc mane vult facere ordinationē; inquit enim ipse, debere missam incipere à Lytanijs, à qua opinione non videtur omnino dissentire *Gauantus par. 4 suorum commentariorum in Rubric. Missalis tit. 10. num. 44.* vbi *num. sequenti*, etiam agit de obligatione missam audiēdi hoc casu. Dixi, *de introitu*, quia ad missam dicendam hac die si fæstum inciderit sollemne, probabilior est opinio, quòd debeat dici de currenti, quia cùm fæstum trasferatur, hoc casu non est amplius missa propria, sed votiua, & missa votiua prohibetur in festo duplici de præcepto ex Sacra Cōgregatione Rituum, apud eundem *Gauantū*. Cōfirmatur, quia à Sacra Congregatione tantum conceditur, vt
179 si istud festum Annunciationis incidat primo triduo dictæ hebdomadæ, v. g. feria secunda, tertia, & quarta, possit cantari missa de Beata Virgine in propria Ecclesia, vel vbi adest Capella huius nominis, cuius ratione, ibi eo die fit magnus concursus, & fundatur in verbis Rubricæ de translatione fæstorum, ibi, *in Ecclesijs autē vbi Titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi, ad celebrandū festū quod trāsferri debet possunt cantari duæ missę vna de die, alia de festo, et ita vidi anno 1630. obseruatū, quia incidit festū prædictū feria secunda hebdomada Sācte, & in alijs Ecclesijs fuerūt dicta missa de currenti, & non de Beata Virgine.* Vide *Gauātum tit. 15. nu. 5 par. 4.* Apud,
180 quem autem sit authoritas transferendi fæstum cum suo præcepto audiendi missam, in diem, quo ex Rubrica recitādum erat officium; tractat idē *Gauantus citato tit. 9. nu. 24.* vbi videtur concludere, id nō posse efficere Episcopum.

CASVS QVINTVS.

Sacerdos latinus consecrando in fermentato, & Græcus in Azimo, an satisfaceret ei, pro quo est obligatus applicare sacrificium.

NEgatiuè hūc casum resoluit glosa in *c. litteras de celebratione missarū*, quia docet, ita esse, prohibitū Græcis vti azimo Latinis verò vti fermentato ad consecrationē, vt si Græcus in Azimo, & Latinus in fermentato cōsecrare velit, nihil efficiat, ergò secundum eam, neque satisfacit danti stipem, quia vt dictum fuit sæpius, suprà applicatio

catio valoris, qui debetur pe
tēti missam pro se celebrari,
fit in consecratione, in qua
consistit essentia huius sacri-
ficij missæ. Cæterum contra-
ria opinio, quòd nihil referat
181 ad essentiam sacrificij, an
consecretur panis azimus,
vel fermentatus, est non solū
opinio cōmunis Theologo-
rum post D. *Thomam 3. par.
quæst. 74. de Sacram. ar. 4.* sed
certa de fide, vt testatur
*Suar. ibid. disp. 44 sect. 3. vers.
dico primo, Conink eod. art. 4.
num. 94. Scortia de sacrificio
missæ lib. 4. cap. primo n. 7. &
alij*; dicitur doctrina catholica
à *Gabriele Vazquez tom. 3. in
tertiam partem disp. 174. cap.
3. in principio.* Legitur enim
de prima consecratione in
Euangelio, *Accepit Iesus panē
gratias agens, fregit, &c.* nec
additur, qui nam panis erat
iste, & tamen ille erat Azi-
mus, cū celebrabatur Pascha
Azimorum, igitur ad essentiā
cōsecrationis Corporis Chri
sti sufficit, quòd sit panis tri-
ticeus, nec refert, an sit azi-
mus, vel fermētatus sicut ad
essentiam consecrationis san
guinis sufficit, quod sit vinū
ex vite, nec refert, an sit albū
vel rubrum, vt latius prose-
quuntur authores supracit.
180 Extat tamen præceptum, vt
Græcus in fermentato, & la-
tinus in azimo consecret, vt
est etiam communis sentēnia
Theologorum, vtraque pars
est definita in Concilio Flo-
rentino sub Eugenio IV. in
decreto Vnionis in verbis
relatis à *Caetano in Appendi-
ce ad artic. 4. supracitatum Co
ninch ibid. num. 56. & alijs*,
quæ sunt ista, *item definimus
in Azimo siuè fermentato pa-
ne triticeo, corpus Christi vera
iter confici*: ecce, quod nihil
refert respectu consecratio-
nis, an sit azimus, vel fermē-
tatus, *Sacerdotes q. in alterū-
tro, ipsum Domini Corpus cō-
ficere debere iuxtà Ecclesiæ suę
siuè Occidentalis, siuè Orien-
talis cōsuetudinem*, eccè præ-
ceptum, quod vtiq; grauiter
obligare, inquit, *Coninch. loco
supracitato nu. 95.* quo etiam
modo loquitur *Ioannes Bap-
tista de Bertis in suis resolutio-
nibus moralibus de sacrificio
missæ quæst. 5. art. primo dub.
10.* Quādo dicit, quod latinus
grauiter peccet cōsecrando
in fermentato, sicut è contra
Græcus in azimo, clarius *Fa
gundez lib. 2. in tertiū præcep
tum Eccles. cap primo sub nu.
15. & cap. 2 sub nu. 5.* probat
esse peccatum mortale, vbi
idem dicit de communicāte
quàm de celebrāte. Sed quo-
niam dictum præceptum cā-
tat de seruanda consuetudine
suæ Ecclesiæ, meritò Quærūt
primò Doctores vtrum obli
get

181 get etiam quando Græcus reperitur apud Latinos, & Latinus in Græcia; quod quæstiũ potest habere duos sensus, Primus est vbi Græcus inter Latinos habet Ecclesiam, vel Monasteriũ in quo seruat suũ ritũ, prò vt Neapoli, Romæ, &c. & similiter Latinus inter Græcos. Secundus sensus est, vbi non habetur talis Ecclesia, vel Monasterium. Primo casu concordant Doctores vrgere dictum præceptum: ita quòd ibi Græcus debeat cõsecrare in fermẽtato, &c. itẽ quòd nec possit ibid. Latinus consecrare, nisi in Azimo, cùm sit priuilegium concessum ipsis Græcis: ita *Suarez supracitata sect. 3. Fagundez supra num. 8. & 9. Coninch. loc. cit. n. 119.* Secundò verò casu discordant Doctores, quia aliqui docent non solum Græcos incolas in Regione Latinorum, vbi nõ habẽt Ecclesiam, esse obligatos cõsecrare in Azimo, sed etiã peregrinos, vel qui negotij alicuius causa ibi reperitur, & similiter Latinus, quando reperitur in Regione Græcorũ. Alij distinguunt inter Peregrinos, & incolas, Peregrini, inquiunt ipsi, non obligantur ad hoc, sed benè incolæ, ita *Suarez citata sect. 3. vers. illud verò Vasquez loco etiã supracitato à nu. 17. Coninck. eod. loco nu. 117. & 118.* Qui 182 generaliter docet, Sacerdotem Græcum transeuntem per Regionem Latinorum, & Latinũ per Græciã posse celebrare, vel ritu Græcorũ, vel ritu Latinorũ, ad sui libitum tñ expedite, vt Sacerdos Græcus Peregrinus, etiam in Latina celebret ritu Græcorũ, & similiter Latinus inter Græcos, quia hæ non sunt tàm consuetudines locorum particularium, quàm generales vtriusque Ecclesiæ, igitur ad huc viget præceptũ seruandi q. sq; cõsuetudinẽ suæ Ecclesiæ quandiu eius est pars, potius quàm imitari alienam, vbi etiam ostendit, hoc non solũ obseruandum esse, quando quis leuiter transit per alienã patriam, verum etiam cùm aliquo tempore in ea commoratur, tũ ex Epistola Leonis X. Romani Pontificis; tũ etiam ex consuetudine, item etiam, quia nimis difficile esset Sacerdoti, omnes ritus lòcorum in quibus versatur discere per aliquot mẽses, &c. idem probat *P. Matteus de Rubeis d. par prima c. 3. vers. grauiter peccet.*

Quærit *Suarez citata disput. 44. sect. 3. ad finem*, vtrum ab hoc præcepto excuset necessitas, deest an liceat Sacerdoti Latino in Ecclesia sua con- 183 secrare in fermentato, ne-

proximus fine viatico decedat, vel ne totus populus sacrificio priuetur? & Respondet, numquam id licere, quia licèt præceptum communicandi in articulo mortis, sit de iure domino, & præceptũ cõsecrandi iuxta cõsuetudinẽ suæ Ecclesiæ sit de iure positiuo; tamen illud primum præceptũ est affirmatiuũ, & ideò obligat duntaxat qñ cõmodè, & cũ debitis circũstãtijs obseruari potest, hic autem videtur, quod commodè obseruari non potest, ne vniuersalis Ecclesiæ consuetudo facile violetur, ac aperiatur via ad tractandum indignè hoc sacram, & contẽnendi Ecclesiasticas cæremonias. Sequitur *Bertis loco supracit. dub. 9 Fagundez etiã loco supracit. Layman lib. 5. tract. 4. cap. 2. n.* 184 *4.* & dicit esse probabiliorẽ opinionem ante hos omnes *Victoria de Eucharist. num. 83.* Confirmatur authoritate eorum Doctorum, qui docent non licere celebrare Sacerdoti, non ieiuno, vbi non adest particula cõsecrata pro communicando infirmo, quę opinio est probabilior ex ratione supradicta, vt per *P. Matthæũ de Rubeis in Annot. ad Rubricas Missalis*, & in terminis, tam nostris de pane azimo, &c. ac non ieiuno, testatur de probabiliori *Victo-*

185 *ria loco supracitato.* Quid si aliquis comminetur inferre mortem Sacerdoti Latino si non consecret in sua Ecclesia in fermentato, & è contra, an excũsetur à peccato mortali? Respõdi excusari, ex quo istud est præceptum affirmatiuum, vt dixi supra, quod non cẽsetur pro hoc articulo obligare, vndè quia præceptum de consecrando sub vtraq; specie est negatiuum. *Suarez disp. 43 sect. 4.* firmat talem cõminatio-
186 tionem nõ excusare? Quod satisfaciat, quis præcepto, audiendo missam Græci in Ecclesia Latina, & è contra *Portellius post Comitulum in suis dub. Regul. verb. missa in fine.*

SECTIO XVIII.

Canonicus, vel alius Beneficiatus cantans missam Conuentualem, an possit illam applicere ei, qui dedit stipendium.

NEgatiuè Respondet *Bonacina disp. 4. de Sacram. q. vlt. punct 7. §. 2. nu. 7.* qui testatur fuisse ita cõclusũ in Cõgregatione Pœnitẽtiarię Mediolan. Rationen. affert quia,
187 inquit ipse, cantans missam Conuentualem communiter, & absolutè loquendo debet missam applicare iuxtà Conuẽtus, aut Capituli obligationem,

nem, quia in *cap. cum creatura de celebratione missarum* sancitũ reperitur, quòd in Ecclesijs Collegiatis occasione funerum duæ missæ debeant celebrari, altera secundum officium diei, altera de mortuis, quòd non videretur dicendũ; si missa Conuentualis posset applicari pro illo defuncto, subdit tamen, quòd si est dubium, an cantans missam in aliqua Ecclesia collegiata teneat applicare oneribus Capituli, tunc eam missam poterit ad libitum applicare, quia in dubio melior est conditio possidentis, allegat *Suar. tom. 3. in tertiam partem disp. 80. sect. 2. & Reginald. lib. 29. praxis num. 168.* qui tantum loquuntur de isto onere Ecclesiarum Collegiatarum cantãdi missam Conuentualem, vbi sufficiens est numerus Beneficiatorum, de qua re nos infra *quæst. seq. sect. quinta*, ac etiam agit *Layman. lib. 5. suæ Summ. Theologia moral. tract. 5. cap. 3. num. 7.* eod. modo, quo *Bonacina*, loquitur *Fraxinellus sect. 4. conclus. 4. §. 16 in vltima editione.* Vt autem verus intellectus huius do-
188 ctrinæ habeatur, Sciendum est, quòd ly *cõmuniter, & absolutè* potest supponere primò pro cõuenientia, seu obligatione anthidorali, qua teneatur Canonicus, &c. applicare dictam missam pro fundatoribus, vel benefactorib. Ecclesiarum. Secũdò pro cõsuetudine. Tertiò, pro applicatione facta ab Ecclesia dictę missę. Quartò, & vltimò p obligatione expressè iuncta in fundatione. Primo casu si loquimur de conuenientia, &c. non potest procedere, quia tunc sicut non potest esse dubium de ipsa fundatione, neque etiam potest esse dubiũ aliquod de obligatione anthidorali stãte fundatione, tamen vt dixi *quæst. 2. num. 43* talis obligatio nõ est sub culpa mortali prò hac missa, vel illa. Secundo casu de consuetudine, neque potest cadere dubium. Hãc consuetudinem existere ĩter Fratres minores de obseruantia, testantur *Corduba in addit. ad compend. Priuilegiorum Mẽdicantiũ verb. Monialis vers. tertium ptũctũ, Rodriquez tom. 3. qq. Regul. quæst. 6. art. 6.* Tertio casu de obligatione Ecclesiæ generali iam supra *sect. 9. quæst. præcedentis* dictum est, nullam existere obligationem generalem ab Ecclesia inductam applicandi sacrificium. Igitur ex sufficienti partium enumeratione, tantum remanet, vt habeat locum dicta doctrina in quarto casu de obligatione expressa iuncta à fundatoribus circa applicationem

dictæ missæ, quæ sic explicata nullam habet difficultatem, nec quòad primam partem, vt scilicèt eo casu non liceat Canonico recipere aliud stipendium, & vna missa vtriq. oneri satisfacere prout sepius supra fuit dictum, nec quò ad secûdã partẽ, vt ẽt dictũ, fuit suprà, quia neque in dubio, quispotest recipere nouum stipendium, quando fuit à fundatore iussum, vt celebretur missa, & non est certum vtrũ iusserit etiam, vt pro eo applicetur missa. At in casu nostro missa Conuentualis, non ex fundatoris iussione, vt supponimus, sed ex Rubricis potius celebratur, vt infra latius dicetur *quæst.* 10. *sect.* 4. igitur nunquam remanet obligata eius applicatio, & per consequens cessante consuetudine de qua suprà, potest Canonicus, vel alius cantans dictam missam accipere nouum stipendium.

SECTIO XIX.

Restitutio ex causa non applicationis integri sacrificij, quando, & quomodo facienda.

189 QVòad primam partẽ Respondent communiter DD. Restitutionem faciendam esse quotiescunque, vel missæ cõmendatæ omnino celebratæ non fuerunt, vel & si celebratæ fuerunt, tamen non in numero præscripto, & sic non fuit applicatum integrum sacrificium, ita *Aragon.* 2.2.*q.* 85.*art.* 3. *verf. sed obijcit aliquis*, *Bonacina disp.* 4. *de Sacram. quæst. vlt. P.* 7. §. 2. *n.* 6. habetur expressè in *Decretis nouissimis de celebratione missarum* §. *Deinde in fine.* ibi *Sacra Congregatio sub obtestatione Diuini iudicij mandat, ac præcipit, vt absolutè tot missæ celebrentur, quot ad rationẽ attributa eleamosina præscripta fuerint: ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad restitutionẽ tenẽãtur.* Ratio est, quia Sacerdos præsuppositio pacto, & conuẽtione cum stipẽdio obligatur ex iustitia sub mortali ad celebrandum, vt omnes authores docent, teste *Layman lib.* 5 *suæ theologiæ moralis tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 6. & dixi supra *quæst. prima sect.* 5. Vbi etiam probaui, talẽ obligationem esse ex iustitia com-
190 mutatiua, ex qua propriè oritur obligatio restituendi, vt latè explicaui *par. prima mei tract. de officio, & potestate confessarij recoll.* 26. *à num.* 16.

Du-

Dubium peculiare circa hanc materiam proponitur à *Petro Nau. lib. 2. de restit. cap. 2. num. 382.* vtrum etiam vrgeat talis obligatio restituēdi sub mortali; si Sacerdos de-
191 fraudauerit vnam, vel alteram missam? Ratio dubitādi est, quòd vnus, vel duo argentei non sint materia peccati mortalis in ratione furti, vndè patet, idem dubium habere locum, etiam vbi fuit data eleæmosina pro tribus, quatuor, & pluribus missis, si eius quantitas non ascendat ad summam notabilem in ratione furti, prout format quæsitum *Bonacina loco supracitato.* Hac tamen ratione non obstāte Respōdet *Petr. Nau.* distinguendo his verbis, quibus etiam vtitur *Aragon. loc. supraeit. dub. vltimo vers. sed dubitabit aliquis.* Et sunt, quę
192 sequuntur, *vel ille, qui missā dici iussit, cognouit, eam esse omissam, quia vel ex ore Sacerdotis audiuit, vel ex alia via, & tunc putarem nullam illi restitutionem esse faciendā sub mortali, non enim ratione damni temporalis, quod voluntariè patitur, quia vnius, vel duorū argentiorum quantitas non est materia peccati mortalis, neq; ratione damni spiritualis, quia ipse re cognita, poterat aliam missam comendare ad leues expensas si voluisset, quamobrem si non iubet, missam dici, iam videtur remittere, vel saltem non grauè reputare spiritualē illam iniuriam; si verò nescit, Sacerdos tenetur sub mortali missam per se, vel per alium dicere, alioquin causa erit magni damni spiritualis, vel certè satis erit, vt à mortali liberetur, illi significare, vt dictū est; sed nō omninò à peccato liberabitur, nā ratione eleçmosinę fraudulēter accepta committit peccatū veniale furti,* ita etiam *Fraxinellus, Reginal. & Homobonus, quos retuli 3. par. de iubileo num. 23.* vbi etiam. Addidi ad maiorem declarationem istius doctrinæ, vt scilicet quando pecunia data, siuè pro vna, siuè pro pluribus missis ascendit ad quantitatem notabilem in ratione furti mortalis, si Sacerdos illas nō celebrauerit, teneatur illam restituere sub culpa mortali, ēt si hæc fraus ab eo, qui illam sibi tribuit fuit cognita, & per alios Sacerdotes satisfecerit; nisi alia ex coniectura iudicet voluisse ei remittere dictam restitutionē; hoc enim significant *P. Nau. & Arag.* quando docent, quòd ex eo, quia tribuēs eleæmosinas deueniat in cognitionem omissionis celebrationis, non liberetur ipse Sacerdos omninò à peccato, &c. Vnde etiā
193 subdidi, quòd si cū ipsa de-

frau-

fraudatione missarum interuenit summa notabilis: Sacerdos cõmittit duplex peccatum, scilicet furti, & violatę promissionis, quæ cedit in damnũ graue spirituale, saltẽ ob retardationem notabilem offerendi sacrificium pro animabus, quę detinentur in Purgatorio, & prosequitur eisdẽ ferè verbis, & si non me citet *Bartholomeus de S. Fausto li. primo de iubileo, & indulgentijs q. 85. ver. nec talis Sacerdos sufficit ad finem*, Vnde nõ sufficit; si in confessione dicat, se habere summam notabilem alienam, sed debet explicare sibi datam fuisse pro celebratione missarum, quas non celebrauit.

194 Quòad secundam partem, Respõdet *Suarez tom. 3. disp. 79 sect. 9. sub vers. alij nihilominus*. Esse faciẽdam restitutionem, vel stipendij accepti, intellige ei, qui illud tradidit, vel missarum s. illas celebrando; clarius *Fraxinellus sect. 4 conclus. 5. ad finem in quinta edit.* distinguit an missæ fuerũt iunctæ pro viuis, aut defũctis, & tunc tales missæ defraudatæ omninò celebrandæ, vel tantum fuerunt comendatæ pro cultu Ecclesiæ, aut commoditate populi, & tunc inquit ipse, non erit inconueniens, si dicta stipendia conuertantur, in reparationẽ, vel ornatum Ecclesiæ, aut Capellæ, vel altaris. Addidi *suprauit. par. 3. de iubileo sub nu. 34. vers. Addo.* Casum in quo neq; satisfaciet dictus Sacerdos, alias missas ce-
195 lebrando, nec possit cõuertere stipendia accepta in reparationem, vel ornatum, vt supra, nempè quando fuerunt iunctæ missæ pro gratia impetranda, quæ ob dilationẽ, amplius non est impetrabilis, vt ita dixerim, quando v.g. mortuus est is, aut coniunctus matrimonio, pro quo missæ fuerunt comendatæ, & tributa stipendia, tunc enim debet restituere stipendia accepta ipsi dãti, quam meam doctrinam probat, me citato *Fraxinellus sect. 4. concluf. 4. §. 4. ad fin. in vlt. editione.*

Vlterius circa hanc materiam potest quæri. Primò, an ex eo, quia per multum tẽpus non fuit celebrata missa de-
196 bita ratione legati sit obligandus Sacerdos ad restitutionem, vt supra, casus accidit de facto Bononiæ, nam aliqui Canonici cuiusdã collegiatę, quodam certo stipendio 25. scutorum obligati reperiebãtur mediante publico instrumẽto, celebrare quatuor missas in quodam Hospitali, qualibet hebdomada, ex quibus quatuor missis, per spatiũ 29. annorũ nũquam fuerunt ce-

le-

lebratæ nisi tres dumtaxat, & per illã Curiã Archiepiscop. tàm in prima, quã in secunda instantia fuit pronunciatum; Canonicos dictæ Ecclesiæ collegiatæ *teneri, & esse obligatos in fauorem, & satisfactionem Confratuum dicti Hospitalis, tam respectu tẽporis prateriti ad supplendum, quàm in futurũ ad celebrãdas omnes missas anniuersaria, & officia de quibus in instrumento, suppleta tamen per eosdem Confratres in commodum, & fauorem dicti Capituli, & Canonicorum, eleemosina, seu annua præstatione, secundum taxã, & iuxtà formam constitutionum Synodalium Bononiæ*, Hæc sunt verba formalia vltimæ sententiæ in dicta causa latæ.

Secundò fuit dubitatum in
197 Rota Romana, an Capellanus teneatur reficere missas tempore litis pendentiæ circa beneficium, nõ celebratas, & fuit tentum pro affirmatiua, etiam si fuerint dictæ missæ iniunctæ pro certis diebus, testatur *Barbosa de officio, & potestate Episcopi alleg. 24. nu. 31. ad fin.*

Tertiò, & vtiliter, potest dubitari, an quotiescumque missæ fuerũt iniunctæ pro cultu Ecclesiæ, vel commoditate populi, & possunt stipendia cõuerti in reparationẽ Eccle-
198 siæ, vel altaris, vtſ. possit id fieri, authoritate propria, vel requiratur authoritas Episcopi, & in facto dixi esse necessariã authoritatẽ Episcopi, non solum ex eo, quòd in visitatione inueniendo Episcopus, missas non fuisse satisfactas, posset cogere, vt satisfaciat nulla habita ratione de excusatione Capellani asserentis, reparasse Ecclesiã, &c. sed etiam, quia & si ista non fit vera commutatio, nec reductio numeri missarum, in qua etiam hodie requiritur authoritas S. Pontificis, qui suppleat ex thesauro inexausto Ecclesiæ, cuius ipse est dispensator; tamen est quædam interpretatio voluntatis te-
199 statoris per epicheyam, vt optimè *Layman lib. 3. tract. 5. sect. 5. cap. 11. num. 10.* quo casu, quando res est dubia, prout in casu nostro recurrẽdum est ad Superiorẽ, vt per *Monetam de commutat. vltimarum voluntatum cap. 4. sub n. 155* Pro contraria sẽtia videtur vrgere: nam etiam impedito loco vbi quis iubetur celebrare ob cultũ Ecclesiæ, vel commoditatem populi; non tenetur, quis alibi supplere; iuxta opinionẽ *Medinæ* de qua per *Naldum in sua summa verb. miſſa nu* 33.

Quartò, & vltimò Petet aliquis, quid faciẽdum ab eo,
200 qui non potest, nec missas ce-

celebrare, nec stipendium restituere? Respondet *Comitulus lib. primo responsorum moral. cap. 42. ad fin.* debere sibi consulere cessione quadã bonorum suorum spiritualiũ in Dei manibus, cuiusmodi à debitoribus iure ciuili cessio vsurpari solet, subditq; ad hos verba sollemnia, vt ipse ait, *Gersonis* exprimẽtia modum dictę cessionis. Concludit tamen, hoc casu recurrendum esse ad eum, qui habet potestatem reducẽdi missas, sicuti suo tempore erat pro sęcularibus Ecclesijs, Episcopus, & pro Regularibus Generalis, & hodie Sedes Apostolica ad eam igitur recurrere debet, & sic ęrit tutus.

SECTIO XX.

Regularis Sacerdos, quomodo possit disponere de applicatione missarum, sibi à Superiore concessarum.

SOlent Superiores regulares aliquas missas Sacerdotibus suis subditis, singulis hebdomadis, vel mensibus liberas concedere, vt applicent ad sui libitum, Quęrimus hic, quomodo subditi prędicti possint de applicatione ipsarum Missarum disponere.

Pręmittendum est, Hos
201 Regulares posse esse duplicis generis: aliqui enim sunt, quibus per Constitutiones, seu regulas Religionis prohibetur expressè recipere stipendium pro missis, & alijs similibus functionibus sacris. Alij verò, quibus id non reperitur interdictum, Authores tractant hanc materiam in terminis primi casus, scilicèt, Religiosorum, quibus id est prohibitum, & nos etiam aliqua diximus *prima part. nostri tract. de offic. & potestate Confessar. recoll. 11. num. .* De secundo casu non est, qui loquat: Vnde conabimur ex his, quę ibi docent DD. explicare, quę ad secundum casũ pertinent, qui est frequẽtior, cùm longè plures sint Religiones, vbi hoc nõ reperitur prohibitum, quod faciliter à nobis pręstari posse putamus si prius in quo conueniant, & deindè in quo differant prędicti casus, aperiamus.

Primò conueniunt; nam in
202 vtroque casu nequaquam est illicitum Religioso, qui recepit aliquam eleęmosinã gratuitò, & independenter à dicta promissione promittere tot Sacra, quę correspõdeant cõsuetę, vel iustę eleęmosinę, non enim iste talis diceretur recipere stipendiũ pro missis dicendis, & posito, quòd habeat

habeat licentiam recipiendi aliquid, nequaquam peccat. *Sanch. lib. 7. summa moral. c. 28. num. 17. Fagund. lib. 3. in primum præcept. Eccles. cap. 7. nu. 3.* Qui, cùm loquantur in terminis illius Religionis, vbi est prohibitum, vt suprà, recipere stipendiũ pro functionibus sacris, à fortiori probatur id, etiam in terminis aliarum Religionum. Idem quoq; erit, si Religiosus promitteret liberaliter Sacra alicui, qui in signũ gratitudinis ei liberaliter pecuniam tribueret, vt patet ex terminis, & notat *Bartholom. de Sãcto Fausti. in suo Spec. Religios. lib. 8. quæst 130. in fin.*

Conueniunt secundò, quia etiam in vtroque casu, licitũ
203 est Religioso applicare dictas missas pro alijs, qui forsan tenebantur celebrare, vel curare, vt celebrentur Missę, siuè talis obligatio illorum sit ex voto, siuè ex pœnitentia, siuè ex titulo hæreditatis, vel Capellaniæ, vel beneficij: nã tunc Sacerdos nihil acquirit temporale, nec tradit alijs aliquid, quod non sit spirituale, & liberè sibi concessum à Superiore, quæ ratio non solùm probat conclusionẽ pro Religione, vbi est prohibitũ, vt suprà, in quibus terminis loquitur *Sanch. d. cap. 28. nu. 18. 21. & 22.* Sed etiam pro alijs Religionibus, iuxtà regulam *tex. in l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum concord.* quòd, vbi militat eadem ratio, debet dari idem ius.

Tertiò conueniunt, quia
204 in vtroq; casu semper Religiosus peccat, recipiendo aliquid temporale animo sibi acquirendi contra votum paupertatis, vt per *Sanch. d. lib. 7. Summæ cap. 28. num 6. post Petr. Nauar. & Rodriqu.* vbi hac ratione, cõcludit etiã in ea Religione, vbi est prohibitum aliquid recipere pro ministerijs spiritualibus, & si Cõstitutio nõ obliget ad mortale, recipiẽdo quis, vt supra, stipendium pro Sacro faciẽdo, peccet mortaliter.

205 Quartò conueniunt; nam etiam in vtroque casu excusari potest, quis à peccato mortali ratione paruitatis materiæ, vt post *Henriq lib. 9. de Eucharist. cap. 22. num 3. in commen lit. P.* fatetur *Sanch. d. cap. 28. num. 8. in fin.* Et si ipse *Sanchez* putet, paruitatẽ materiæ in ea Religione, vbi reperitur prohibitum recipere stipendium, vt suprà, esse cõmensurandam respectu rei Sacræ, non autem respectu quantitatis stipendij, prout in alijs Religionibus, computãdam esse affirmat. Vnde inferre videtur, primo casu incurri peccatum mortale, ob

vnum tantùm sacrum factum causa stipendij, quia vnum Sacrum, vt ipse ait, & nos ēt supra nu. 191. diximus, in ordine rerum sacratum est materia notabilis: & ideo minimè refragari, si pro eo recipiatur stipendium, quod non ascendat ad summam peccati mortalis: Tamen, salua pace tanti viri, cōtrarium videtur probabilius: nam prohibitio, facta in Constitutionibus, directè respicit receptionem stipendij pro functionibus sacris. Ergo respectu quantitatis stipendij iudicandum est, an receptio sit peccatū mortale, vel veniale. Consequētia probatur ex doctrina eiusdē *Sanch. supra, in precedenti cōuenientia relata*: nempè in hoc casu, religiosum peccare non contra Constitutiones, quæ vtique, vt supponimus, non obligant ad peccatum mortale, sed contra votum paupertatis: cui voto, vt certum est, nō aduersatur Sacrū facere, sed pro Sacro recipere stipendium: Ergo semper eadem summa dici debet parua, vel notabilis in vtroque casu.

206 Quæres hac occasione, quę nā sit ista quantitas, cōstituens peccatum mortale? Respondetur iuxta ea, quæ diximus *in 1. par. nostri tract. de offic. & potest. Confessar. recoll. 11. n. 188. & seqq.* & post illa scripta à nobis, congerit *P. Diana resol. 36. sub tract. de pauper. religios.* non posse assignari certam quātitatem; sed illam remittendam esse arbitrio boni Confessarij, cōsideratis circunstantijs locorum, temporum, Religionū, personarū, &c. Addo tamen hic non sufficere quantitatē, quæ satis sit ad furtum cōstituendum, sed requiri quantitatem sufficientem ad constituendum peccatum proprietatis, cum hoc casu accipiat Religiosus à sæculari; qui, vt præsupponimus, sciens illum habere missam liberam, non intelligit, vt illud stipendium Monasterio, acquiratur: de qua re *Sanch. d. lib. 7. cap 20. num. 8.* Ex cuius verbis expressè constat, hoc semper euenire in Religioso illius Ordinis, vbi est prohibitum recipere stipendia pro sacris faciendis, ibi, *Similiter contigit reperiri solam proprietatis malitiam, quando religioso datur aliquid à vero Domino, cuius acquirendi est incapax monasterij*. Nam, vt infra dicemus, in simili Religione Monasterium potest quodāmodo dici incapax acquirendi hoc mōdo; recipiendo, scilicèt stipendiū pro sacris fūctionib. Vndè alrqui inferunt, accepti stipendij faciendam esse restitutionem ipsi danti. Quòd autem

autem maior quãtitas requiratur, vbi religiosus à sæcularibus accipit, quã vbi à Monasterio; annotauit idẽ *Sanch. loc. supr. cit. cap. 21. in fin.* vbi etiam reperiet lector, quomodo, & quando plura stipẽdia parua pro diuersis missis, ab eadem, vel diuersis personis accepta, possint in Religioso inducere peccatũ mortale: de qua re etiam *P. Diana loc. supr. cit. resol. 34. & 35.*

207 Quod verò ista quantitas, de qua principaliter quærimus, debeat regalari iuxta quantitatem, quæ ad lethalẽ culpam in furto sufficeret, in terminis docet *Molin. to. 3. de iust. disp. 687. n. 2.* Vbi refert, in sua Societate, fuisse declaratum, summam, quę furto sublata satis esset ad constituendum peccatum mortale cõtra septimum pręceptum, eandem sufficere, vt peccasse iudicetur Religiosus eiusdem Societatis aduersus votum paupertatis, vsurpando aliquid, vel alienando absque licentia Superioris.

Quintò conueniunt, quia 208 vtrisque Religiosis prohibitum est pacisci, vt quis det eleęmosynam amico, vel cõsanguineo pauperi, pro qua faciet tot sacra; quia tũc adest virtualis receptio, ac etiam dispensatio, & sic transgreditur in vtroque casu essentialis ipsius voti paupertatis! *Petr. Nauar. lib. 3. de restit. c. 1 par. 3. nu. 170. Rodriq. tom. 3 quæst. regular. quæst. 29. ar. 13. Fagun. lib. 3. in primũ prœcept. Eccl. cap. 7. num. 2. Sanch. d. cap. 28. n. 15.*

Differunt autẽ primò, quia in Religionibus, vbi nõ adest prohibitio accipiẽdi, vt supra, adhoc, vt liber sit Sacerdos à 209 peccato contra votũ paupertatis, sufficit, si habeat licentiam à Superiore locali recipiendi, aut retinendi pecuniam; vt dictum est in *Recoll. 11. supr. cit.* In Religione verò, vbi per Constitutiones sic prohibetur, non sufficit dicta licentia generalis, neq; illam in particulari potest cõcedere Superior localis; sed necessaria est licentia Summi Pont. vel Capituli generalis, vt per *Sanch. d. cap. 28. num. 7.* Vnde *num. 9. post Petr. Nau. & Rodr.* docet, non sufficere hoc secundo casu; si Religiosus ex legitima licentia extra Religionẽ habitet, vel habeat facultatem accipiẽdi, aut retinendi aliquam pecuniæ sũmam; quia nõ per hoc potest recipere, & retinere pecuniã datam pro missis, vt supra.

Differunt secundò, quia ratione tantùm voti pauper- 210 tatis Religiosus recepta stipendia in rigore non tenetur restituere, cùm restitutio prę-

priè,& in rigore ex sola iustitiæ violatione oriatur, vt tetigimus *d.recoll.11.num.298.* & habetur per *Sanch. d. cap. 28.num.11.sub num.20.* Vbi differentiam constituit inter Religiosos suæ societatis,qui solo voto simplici paupertatis sunt ligati,& professos,aut coadiutores formatos. Ratione verò prohibitionis expressę,probabilior opinio est, Religiosum huiusmodi ordinis teneri ad restitutionem ex eo, quia recepit stipendiũ pro eo, quod gratis proximo tenebatur præstare, iuxta regulas sui ordinis, vt per *Bartholom.de Sancto Faust.in suo Specul.religiosor. lib. 8.quæst. 129.* Qui sequitur opinionem *Sanch.d. cap.28.num.11 vsq; 20* 211 *in fin.* Docentis, talem restitutionem debere fieri dãti, quæ nobis non probatur, & magis placet opinio *Henriq.* quam sequitur *Stephan. Fagund.lib.3.in primum præcep. Eccles.cap.7 nu.1. in fin.* Docens,hanc restitutionem esse faciendam Superiori, qui vel restituat, vel in alios pios vsus expendat: Nam verè satisfactum est danti à Sacerdote per missas iam dictas,& obligatio celebrandi gratis, non est facta in fauorem eius, qui dedit pecuniã; sed potius in fauorem maioris paupertatis ipsius Religionis. Dixi, *probabilior opinio est,Religiosum huiusmodi,&c.* quia contrariam opinionem,nempe, Religiosum talis Religionis non teneri stipendia accepta restituere,docent *Petr. Nau. Rodriq.* & alij apud *Sãch: et S. Faust.locis supra citat.* quibus nostro iudicio potest connumerari etiam *Fagũd.loc. sup. cit.* tum quia pro se allegat *Henriq.* qui huius est sententiæ,& opinionis negatiuæ; tũ etiam, quia quilibet Religiosus ratione voti paupertatis tenetur,vbi iam pecunia non fuerit in alium vsum conuersa,si non habuit licentiam, illam retinendi,vel expẽdendi, tradere Superiori, vel petere licentiam circa dispositionem 212 ipsius: & licèt Superior localis non possit dispensare, vt Sacerdos illius Religionis, vbi prohibitum extat, vt recipere valeat stipendium pro missis;post tamen factum,potest dispensare circa eius dispositionem,scilicèt,vt possit retinere,& expendere;cùm multa,iam facta,teneãt: quæ, si non essent facta minimè tenerent, vt est regula Iuris. Item quia ista duo sunt diuersa,& à diuersis non fit illatio, vulgat.iurib. hæc enim omnia sunt iuxta opinionem probabilem *Petri Nauarr.* & aliorum contra *Sanch.* supra relatum,

Ter-

Tertiò differunt, quia non est illicitum Religioso illius
213 Religionis, vbi per Cõstitutiones minimè prohibetur recipere stipendia, vt supra, celebrare aliquas Missas ad intentionem alicuius amici, aut consanguinei, & si sciat, dictum amicum, vel consanguineum, stipendium pro illis accipere, seclusō omni pacto, & conuentione, ita *Franc. de Sosa in explicat. Constitut. Clement. VIII. de muner. largition. §. 3. num. 74 in fin.* quem sequitur *P. Diana resolut. 9. sub tract. de paupert. relig.* & videtur consentire *Sanch. loc. supra proximè citato num. 20.* vbi circa hanc materiam facit differentiam inter Reli-
214 giosos suæ societatis, qui tantum emiserunt post biennium votũ paupertatis, quibus comparantur omnes alij Religiosi, & alios, qui apud eos vocantur professi formati, qui vouent talem modum paupertatis, scilicèt secundũ Constitutiones, &c. Ratio est, quia tales non dant aliquid, quod non sit spirituale, & possint dare iuxtà volũtatem Superioris, qui potest supponi voluntarius, etiã quò ad hũc modum applicandi, & acquirendi ius ad stipendium, dum non sit incapax Religio, & tantum inuoluntarius, quò ad acceptionem stipẽdij rea-
lem, & propriam illius dispositionem sine eius expressa licentia, & sic patet differentiæ ratio, quò ad casum præsentem, & sequentem. Secus tamen est in Sacerdote eius Ordinis, vbi id esset prohibitũ, posita opinione eorum, qui volunt, tales Religiosos esse incapaces acquirendi, & trãsferendi acceptum tali occasione, prout videtur defendere post. *P. Nau. & Rodriquez Sanch. d num. 11. & clarius n.*
215 *19. & 20.* vbi firmat, talem Religiosum non posse facere Sacra ratione stipẽdij, ab alio accepti, nec posse, hunc talẽ, qui realiter recepit stipẽdiũ, id tuta conscientia retinere: qui exemplificat hunc casum in executore testamenti, & clericis priuatis; qui receperunt pecunias ad missas faciendas: & tamen cum possint illas celebrare, vel curare, vt per alios celebrentur, petunt à tali Religioso, vt ea Sacra faciat, quò ipsi eas pecunias sibi retineant: & sic non contradicit his, quæ docuit *ibid. num. 19.* & nos etiã secuti fuimus sup. n. 203. posse, scilicet, talem Sacerdotem
216 facere sacra gratis, quæ in testamento facienda relicta fuerunt, etiam si testator iuberet, eleemosinam consuetam dari, similiter, & Sacra, ad quæ Capellani ratione Capel-

pellaniæ obligati exiſtũt, quia dicti hæredes, & Capellani cũ habeant certum titulum, non acquirunt dominiũ pecuniæ, pro miſſis relictæ, ſed ſolùm per dictas miſſas eximuntur ab obligatione, inuento eo, qui gratis vult facere Sacra: Secus tamen eſt in executoribus, & clericis, quò ad elæmoſynas manuales receptas; quia ipſi cùm non habeant ius, & titulum aliquod, eas pecunias cõparandi; niſi mediantibus miſſis celebratis per hũc religioſum, idem eſt, ac ſi Religioſus illud ſtipendium acciperet, ac illis deinde tribueret, ac donaret: ita *Sanch. d. num.* 18. & 19. qui in his Religioſis loquitur, & nõ generaliter, vt aliqui moderni allegant eum.

Dixi, *& tamen cùm poſſint celebrare miſſas, &c.* Quia ſecus eſſet, ſi dicti executores, & Sacerdotes priuati, redditi ſint impotẽtes ad onus illud per ſe, vel mediante ſtipẽdio, ad debitum miſſarum perſoluendum: nam tunc cenſẽtur verè Sacra gratis fieri, vt per eundem *Sanch. d. cap.* 28. *n.* 24.

Quæri poteſt, quid obſeruandum, quando per Conſtitutiones, vel Decreta Religionis eſt prohibitum non in communi, ſed in particulari, 218 vt Sacerdos nequeat recipere ſtipendiũ pro dictis miſſis liberis? Et reſpondetur, in primis inquirendum eſſe, an verba Conſtitutionis, & Decreti ſint præceptiua, vel nõ: nam primo caſu obligat ſub mortali, data notabili materia; Secundo autem caſu non obligat ad mortale, neq. etiã ad veniale in ea Religione, vt eſt noſtra Clericorum Regularium, vbi ex Conſtitutionibus, præter ea, quæ ſpectant ad tria vota, vel vbi præcedit præceptum, non obligatur, quis ad culpam, neque venialem. Inſtabis, certum eſt ſemper Religioſo ſummam notabilem recipere, aut retinere abſque licentia Superioris, eſſe culpam mortalem. Quid ergo addit in hoc caſu præceptum? Replicatur, hoc addere, ſcilicèt, quia licentia generalis recipiendi aliquid à ſæcularibus; vel acceptum retinendi, aut expendendi non extenditur ad receptionem pro tali cauſa, niſi in ſpecie ipſi Superiori exprimatur, iuxta ea, quæ ſuprà diximus, num. .. cùm non differat hic caſus ab illo; niſi in hoc vno, quòd nempè, ibi non valet Superior diſpenſare, ſicut poteſt in iſto caſu. Fauet *Bartholom. de Sancto Fauſt. d lib. 8 ſui Speculi Religioſor. q.* 127. *in fin.*

An autem, ſtante *Conſtitutione de largit. muner.* poſſit Re-

Religiosus de sola licentia sui
219 Superioris donare stipēdia, seù aliquid, ex dictis stipēdijs emptum, præsuppositō esse eam materiam notabilē iuxtà terminos eiusdē Constitutionis, aut Decreti? Patet ex dictis *in prim. par. nostri trac. recoll. 11.* & *Diana* prosequitur putando vtramque opinionem esse probabilem *sup. cit. resolut. 9. in fine.*

Dubitare tandē poterit le-
220 ctor de Religiosis, qui recipiūt libros, vel alias res sibi necessarias ad officiū, &c. ideòq; obligantur applicare tot missas ex liberis sibi concessis; maximè si sint ex illis Religionibus, vbi non est interdictum pro sacris functionibus recipere stipendium, quia de alijs est certum, id nequaquam esse eis licitum, Et Respōdetur ex his, quæ diximus supra sepius citata *Recoll. 11. nu. 197. & seq. item nu. 213.* Dubium istud versari, vbi quis tales libros, vel alia retineret, absque licentia Superioris, tunc enim videtur contrahi peccatum proprietatis, vt per *Sanch. tom. 2. summæ lib. 7. cap. 19 nu. 56.* quem sequitur *Bartholom. de S. Fausto in suo thesaur Religiosor. lib. 8 q. 111. nu. 2.* Non desunt tamen alij, qui asserunt, ad excusandum à tali peccato, sufficere si Religiosi dictos libros non retineant occultè, sed palam expositos in cella, parati resignare illos ad nutum Superioris, ita *Azor. par. prima suarum instit. moral. lib. 12. c. 12. quæst. 2.* quē in simili sequuti fuimus contrà *Sanchez loco citato dicta Recoll. 11. nu. 248.* & postea allegatis *Fabro, Coriolano, & Homobono,* probat *P. Diana resolut. 26. subtrac. de paupert. Religiosa.*

ANT 1.315 576

DISCORSO CIPRIANI
LEGATORIA
di Libri e Registri
7 Via Trinità Maggiore
NAPOLI

6505

Digitized by Google